[redacted]

Migne Patrologia Graeca Tom. 23

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;
DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;
CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;
OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;
DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.
EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXIII.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

SÆCULUM IV.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

EUSEBII PAMPHILI,

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

CURIS VARIORUM, NEMPE :

HENRICI VALESII, FRANCISCI VIGERI, BERNARDI MONTFAUCONII, CARD. ANGELO MAII

EDITA ;

COLLEGIT ET DENUO RECOGNOVIT J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITOR.

TOMUS QUINTUS.

VENEUNT SEX VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XXIII CONTINENTUR.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ.

EUSEBII PAMPHILI

COMMENTARIA IN PSALMOS.

Ex mss. codicibus eruta, Latine versa, ac notis illustrata, studio et opera D. Bernardi DE MONTFAUCON, *presbyteri et monachi ordinis S. Benedicti, e congregatione S. Mauri.*

(*Collectio nova Patrum et scriptorum Græcorum*, Parisiis, 1707, in-fol., tom. I.)

CLEMENTI XI PONTIFICI MAXIMO.

Cum per Romanum otium colloquio non semel dignatus tuo, Sanctissime Pater, Græcarum quas apprime calles, disciplinarum maximam in te curam animadverterim, ea mihi cum stimulos addidit, ut jam multis annis initum Græcarum Musarum curriculum prosequerer; tum animos fecit, ut hasce lucubrationes meas Sanctitati Tuæ nuncuparem. Est quippe illud iis qui veterum monumentis eruendis ætatem conterunt, nec modicum ad operam navandam incitamentum, cum ii qui dignitate et amplitudine cæteris præstant, parem in re litteraria gradum gustu et peritia rerum asseculi sunt. Cum autem, Sanctissime Pater, rei ecclesiasticæ juxta ac litterariæ judex arbiterque sedeas, quorum aliud tibi summa virtus omnium conjuncta votis detulit, aliud eximia disciplinarum omnium notitia una conciliavit; cui potius labore et sudore nostro parta offeramus, quam ei qui non eruditione minus quam dignitate cæteris antecellat?

Eusebii itaque nostri Commentaria in psalmos Sanctitati Tuæ sistimus. Opus sane egregium, si Scripturæ sacræ notitiam, veterum interpretum copiosam supellectilem, doctas de cujusque psalmi auctore et tempore observationes spectaveris. Huc accedunt frequentes contra atheos ac impios velitationes, ac de Psalmorum sententia, tum litterali, tum mystagogica accuratissimæ meditationes, et alia multa queis rudiores animi ad pietatem, perfectiores autem, ad sublimem Scripturæ sacræ notitiam informari solent. Hæc ex diuturna tractatione Eusebius, Pamphili martyris Scripturarum scientissimi contubernio nobilitatus, apprime calluit, hæc docte disseruit et explanavit; unde merito sane Hieronymus eruditissimos hosce Commentarios esse pronuntiat. Quorum tanta fuit apud veteres existimatio, ut Occidentalis Ecclesiæ lumen illud Eusebius Vercellensis in Latinorum usum totum opus, submotis tamen iis quæ Arianismum olerent, Latine fecerit. Hujus nos diligentiam æmulantes, ne, jamdiu tanti viri interpretatione amissa, nostra ætas hoc insigni opere orbata, segnitiei nobis notam inureret, ex bibliothecis erutum et Latine versum publicamus, tibique offerimus, ut tuis, Sanctissime Pater, auspiciis felicius in lucem prodeat, teque duce faciles sibi paret ad rempublicam litterariam aditus.

Verum non perinde laudandus Eusebii conatus Sanctitati Tuæ videatur, si ad doctrinam de Trinitate, si ad vitiatam de Verbo Dei sententiam animum attenderis. Est enim eorum, qui nimis ingenio doctrinæque suæ fidunt, perpetuus ille scopulus, ut cum suo marte religionis capita definire audeant, a veræ fidei tramite passim aberrent. Possem innumerabiles

proferre, qui nova tentata ejus explanandæ via, naufragium fecerunt; verum unus esto Eusebius satis : is in exemplum cunctis offeratur. Nam si vir ille tantus, tot disciplinis excultus, ubi sese fidenter sacrorum interpretem præstitit, tantum a veræ pietatis sententia deflexerit, quid aliis sperandum, qui non paribus ingenii doctrinæque dotibus instructi, parem tamen aleam subire non vereantur? Una, una est veræ fidei anchora, statuta scilicet Ecclesiæ : hujus tu, Summe Pontifex, caput, antistesque sacrorum, cui religionis jura dicere in officio est. Ab hac vero norma quisquis aberraverit, huic extrema et certa pernicies est pertimescenda.

Accedit igitur ad pedes Sanctitatis Tuæ Eusebius ille Pamphili, ut ejus de Verbo Dei doctrina, quam cum ex pestiferorum hominum afflatu, tum ex ingenii sui arbitrio protulit, judicium subeat tuum. Verum talibus onustus mercibus vix conspectum illum ferret, vix illam oculorum orisque dignitatem sustineret, nisi permista malis bona innumera, nisi multa offerret, quæ passim in opere decerpi possint emolumenta : ut hac in re nobis Eusebii diligentiam laudare liceat, si minus liceat in aliis doctrinæ sinceritatem. Nos vero, etsi pro more nostro hæc ad codicum fidem, uti se dabant, publica fecerimus, Eusebii tamen Vercellensis cautionem alia cautione pensamus : in præliminaribus quippe, Eusebii de Verbo Dei opinionem, non ex his modo Commentariis, sed ex aliis item scriptis ejusdem aperimus, confutamus : ac ne malum occultis subinde verbis obvolutum latius serpat, a quibus cavendum sit indicamus, et argumenta contra fidem oblata pro virili depellimus.

Huic nostræ operæ, Sanctissime Pater, si calculum addideris, si hæc studio vigiliisque nostris parta lubenti animo acceperis, unus nobis instar omnium auctor eris, ut cæteris quæ per otium parantur, alacrius manum admoveamus. Te quippe hoc in honoris culmine, hac in specula sedente, ad virtutis studium, et ad litterarum cultum acuuntur animi; ut spes sit afflictam et labantem in dies rem litterariam ope et patrocinio tuo restauratum iri. Quod omni exspectatione maturius accidet, si nobis fausta precantibus faverit omnium moderator ille, qui rebus prospicit humanis, nec te modo incolumem diutius servaverit, sed etiam tranquilla pacataque tempora plebi suæ providerit, quod cum primis efflagitat,

Sanctitatis Tuæ,

Obsequentissimus et addictissimus filius et servus,
F. Bern. De Montfaucon.

PRÆLIMINARIA
IN EUSEBII COMMENTARIA IN PSALMOS.

PROŒMIUM.

Tantum sibi nomen in re litteraria peperit Eusebius Cæsariensis, ut cum in ejus scriptis restaurandis, si prostent, eruendis, si lateant, opera navatur, id in præcipua officii parte ponant eruditi. Is enim tot in historia, in chronologia, in antiquitatis notitia, ingenii sui specimina dedit, ut cum primis Ecclesiæ scriptoribus censeri mereatur. Unum restabat in quo nullidum Eusebii peritiam internoscendi potestas fuerat, interpretatio videlicet Scripturarum. Qua in re cum non minoris apud veteres pretii fuerit, temporum tamen injuria ignotus pene ad nostrum ævum mansit. Jam vero ubi celeberrimi illi in Psalmos commentarii, situ et vetustate pene obruti, in lucem venint, in omnibus sui se similem A prodit Eusebius : qui si quantam eruditionis, tantam sinceræ fidei laudem tulisset, vix parem admitteret. Hos itaque commentarios, diu expetitos, sed nunquam tentatos, tibi, lector erudite, legendos sistimus. Versionem porro Latinam pro more nostro ita adornavimus, ut, etsi compendiaria, ut plurimum, via dicta Eusebii interpretemur, Græca tamen non penitus e vestigio sectemur : neque enim importuno scrupulo ita litteræ hæremus, ut concinnam sententiæ exprimendæ rationem deseramus, non nescii, iis qui talem vertendi modum aggressi sunt, non feliciter cessisse conatum. Quam vero Latinæ linguæ peregrinitatem intulerunt Ecclesiæ Patres, eam non omnino exuere licitum fuit : neque enim abstineri potest a vocibus diuturno scripto-

rum Ecclesiæ usu tritis, ut sunt, *mortificare, vivificare, persecutio, tribulatio*, et similes, quæ quodammodo consecratæ, et in libris frequenti Scripturæ lectione intermistis prorsus necessariæ sunt. Ubi occurrunt Scripturæ sacræ dicta, Vulgatam, si res ita ferat, sequimur : sed quando ex Veteri Testamento sententiæ afferuntur, quia plerumque Vulgata, ex Hebræo expressa, cum Græca versione non quadrat, tum necesse prorsus est litteræ obsequi, aliamque interpretationem parare : quod item necessario præstandum sicubi vel lectio diversa, vel Eusebii sententia aliam versionem postulat. In decursu autem operis breves rarasque notas dedimus : quia eæ si huc illuc conjiciantur, vulgo pereunt inobservatæ, intactæ. Quare si quid in his commentariis notatu dignum occurrit, id in præliminaria contulimus, ubi de stylo, de genere interpretandi, de doctrina, de disciplina deque aliis, quæ omnia unum sub aspectum conjicere e re fore visum est : neque putamus eruditis et sagacibus consilium displiciturum.

CAPUT PRIMUM.

COMMENTARII EUSEBII EX QUIBUS CODICIBUS PRODEANT.

I. De codice Taurinensi cardinalis Perronii. II. De codice cardinalis Coislinii. III. De Colbertino et catenis Regiis. IV. Græci Eusebio et aliis suspectæ fidei scriptoribus infensi. V. Catenæ commentarios pessumdederunt. VI. De præfationibus Eusebii.

I. De codice Taurinensi cardinalis Perronii.

Commentarios Eusebii in Psalmos in bibliothecis latere multorum narratu jam pridem acceperam : verum haud certis notis indiciisque ; alii enim quod rumore nuntio, nonnullisque referentibus audierant, nulla data experiundi facultate, dictitabant ; alii indicibus codicum decepti, quædam in Psalmos ἀποσπασμάτια, Eusebii nomine insignita, pro veris Eusebii commentariis habuerant. Annis vero ab hinc circiter decem renuntiarunt sodales nostri Sancti Taurini Ebroicensis monachi, exstare in bibliotheca sua, quæ olim cardinalis Perronii fuerat, antiquissimum codicem commentariorum Eusebii Cæsariensis in Evangelia, ac recentiorem alium in quo commentarii ejusdem in Psalmos. Tum animo utriusque operis publicandi, rogavi ut mihi antiquioris illius copiam facerent. Mittitur, evolvo, et statim fucum olfacio. Quia enim his commentariis, ex variorum interpretationibus consarcinatis, vulgati illi Eusebii canones erant præfixi, hinc Eusebio totum ascriptum fuerat. Pari igitur me fortuna usurum in codice alio, quem recentiorem prædicabant, ratus, consilium intermisi : ac ut principia sese dabant, de restituendis Eusebii commentariis prope despondebam animum. Sub hæc cum vir cl. Boivinius, Græce peritissimus, istac haberet iter, renuntiavit non ex variis scriptoribus, neque ex catenis collectum, sed verum commentarium isthic
A haberi, ac maturandæ editionis auctor fuit. Accersitum itaque codicem deprehendi ipsissimum esse commentarium Eusebii, quem cardinalis Perronius in Italia degens ex antiquioribus codicibus exscribi curaverat. Is etsi ad centesimum usque et duodecimum psalmum pertingeret, in multis deficiebat ; ita ut etiam psalmi a quadragesimo octavo ad octogesimum abessent, in cæterisque non pauca desiderarentur.

II. De codice cardinalis Coislinii.

Tunc iteranda mihi diligentia fuit, ut si quid in illo deesset, aliorum subsidio sarcire possem. Forte fortuna accidit ut in bibliotheca Segueriana alter codex Eusebii in Psalmos adesset. Hunc ab eminen-
B tissimo cardinali Coislinio impetravi, qui qua pollet humanitate et beneficentia, suadente ac monente domino de la Vergne, in publicum usum codicem hujusmodi commodare nobis dedignatus non est. Habet is Psalmos cum commentariis plenis integrisque a quinquagesimo ad nonagesimum quintum ; ita ut hujus adminiculo lacunam illam ingentem explendi facultas esset. Quod sane mihi inopinatum et gratum accidit : nam solent esse quæ minus exspectantur lætiora. Est porro codex ille decicimi sæculi, egregiæ notæ, cui titulus hujusmodi secunda manu XIII sæculi præfixus est : Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου Ἀρειανοῦ ἐξήγησις εἰς τοὺς ν' ψαλμοὺς τοῦ Δαυΐδ, τοὺς ἀπὸ να' ἕως ρ', id est, *Eusebii Pamphili Ariani expositio in quinquaginta psalmos*
C *Davidis, a quinquagesimo primo ad centesimum.* Nam plerique omnes Græci Eusebium, nec immerentem, pro Ariano passim habuerunt. Codex autem ille temporum injuria postremis quinque psalmis multatus est. nam in nonagesimum quintum desinit.

III. De codice Colbertino et de catenis Regiis.

Cætera quæ deficiebant ex codice Colbertino 646, admodum recenti et ex catenis Regiis 1807 et 1878, nonnulla item ex catena Corderii, mutuati sumus ; sunt autem catenæ illæ mss. optimæ notæ et X sæculi. Neque tamen id consequi potuimus ut totum commentarium ad ultimum usque psalmum in lucem proferre liceret : in nullo enim ex memoratis codicibus ultra centesimum decimum octavum
D psalmum, quidpiam offertur (a). Quodque per mihi mirum visum est, catenæ illæ Regiæ quæ usque ad centesimum decimum octavum psalmum interpretationibus Eusebii utuntur, ita ut nullus veterum interpretum adeo frequentatus occurrat, in centesimo decimo octavo psalmo ita finem faciunt Eusebium in medium afferendi, ut ne verbum quidem ulterius Eusebii compareat.

IV. Græci Eusebio et aliis suspectæ fidei scriptoribus infensi.

Unde conjectare forte liceat a multis jam sæculis Eusebii commentarios hac posteriore sui parte

(a) Hanc lacunam supplevit cardinalis Angelo Mai. Ejus præfationem his præliminaribus subnectimus. EDIT. PATR.

truncatos librariorum incuria fuisse, quia scilicet A scriptores illos, qui ob temeratam fidem male audiebant, non libenter exscriberent. Atque hinc etiam fuerit quod Origenis, Theodori Heracleotæ, Apollinarii, Didymi, et Theodori Mopsuesteni commentarii in Psalmos jamdiu, exceptis Catenarum laciniis, pessum ierint. Hi quippe scriptores, violatæ fidei sive rei, sive suspecti, adeo perosi Græcis erant, ut ne nomen quidem proferrent sine indignantis animi significatione. Hinc est quod plerumque in codicibus Græcis, ubi Origenes, Eusebius, Apollinarius, in medium afferuntur, ad marginem scriptum observes, ψεύδῃ, *mentiris*. Incidi ego in centonem Colbertinæ bibliothecæ manuscriptum, qui ad singula Origenis, Eusebii, Apollinarii, etc., loca, singularem hanc cautionem, minio exaratam, in mar- B gine affert, ἀνάθεμά σοι, *anathema tibi*. Quamobrem miror hunc Eusebii commentarium ad nos usque devenisse : quam enim interitui proximus fuerit indicat codicum illa paucitas, qui etiam non prorsus integrum exhibeant.

V. Catenæ commentarios pessumdederunt.

Nec una ea est tantæ jacturæ causa : verum quando catenarum usus in orbem invectus est, illa interpretum varietas ita Græcorum animos demulsit, ut commentarios illos plenos integrosque negligerent : unde vix ferendum damnum res cum ecclesiastica tum litteraria subiit. Nam ii catenarum collectores, cum gustu et peritia rerum non valerent, missis vulgo iis, quæ vel ad historiam vel ad disciplinam, vel ad lectionem veterum interpretum pertine- C rent, ea solum excerpserunt, quæ sui captus erant.

VI. De præfationibus Eusebii.

Præfationes illæ Græcæ quæ commentariis præmittuntur ex codice Taurinensi prodeunt, similiterque argumenta psalmorum, ad mystagogicum cujusque psalmi sensum ut plurimum concinnata, quæ omnia haud dubie ab ipso Eusebio sunt adornata. Nam Eusebianæ illæ præfationes variis commentariorum locis adeo affines sunt, ut eamdem utrobique Eusebii manum statim deprehendas. Argumenta vero non in Taurinensi modo codice, sed etiam in prima catena Regia, quæ decimi sæculi est, Eusebii nomine comparent.

CAPUT II.

COMMENTARII EUSEBII IN PSALMOS A QUIBUS ANTIQUIS SCRIPTORIBUS LAUDATI.

I. Eusebius hos commentarios nusquam memorat. II. Hieronymus laudat. III. Eusebius Vercellensis Latine transtulit. IV. Theodoretus eorum meminit. V. Itemque Gelasius.

I. Eusebius hos commentarios nusquam memorat.

Opinatur vir cl. Tillemontius se commentarii in Psalmos sub hæc edendi notam et pollicitationem Eusebii deprehendisse in *Demonstratione evangelica*, lib. v, c. 21, ubi de psalmo *Qui habitat in adjutorio Altissimi*, loquens, hæc habet : Τούτοις ἀκολούθως ἐφαρμόσεις αὐτῷ τὰ δι' ὅλου τοῦ ψαλμοῦ δηλούμενα, ἃ καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρὸν ἐπιθεωρήσομεν, i. e., *Consequenter ad hæc ipsi* (Christo scilicet) *coaptabis ea quæ in toto psalmo declarantur, quæque nos suo tempore speculabimur*. Verum non animadvertit ille hic agi de fusiore ejusdem psalmi interpretatione, quæ lib. IX *Demonstrationis evangelicæ* legitur, p. 433, (*a*) ubi pluribus depugnat Eusebius totum psalmum ad Christi post baptismum tentationem pertinere. Unde nihil hic de commentariis in Psalmos : neque usquam puto Eusebium in iis quæ jam supersunt operibus eorum meminisse, puta quia cum hos commentarios postremis vitæ annis adornarit, vel nulla vel pauca secundum hæc edidit.

II. Hieronymus laudat

Qui prior itaque hos commentarios memoravit est Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, ubi hæc de Eusebio : *Eusebius Cæsareæ Palæstinæ episcopus, in Scripturis divinis studiosissimus, et « Bibliothecæ divinæ » cum Pamphilo martyre diligentissimus pervestigator, edidit infinita volumina*. Sub hæc autem enumeratis aliis, hæc adjicit : *Et in* CL *psalmos eruditissimos commentarios, et multa alia*. In epistola autem sua ad Augustinum, quæ jam in editis Augustini LXXV numero est, talia fatur : *In explanatione Psalmorum, quos apud Græcos interpretati sunt multis voluminibus, primus Origenes, secundus Eusebius Cæsariensis, tertius Theodorus Heracleotes, quartus Asterius Scythopolitanus, quintus Apollinaris Laodicenus, sextus Didymus Alexandrinus. Feruntur et diversorum in paucos psalmos opuscula ; sed nunc de integro Psalmorum corpore dicimus. Apud Latinos autem Hilarius Pictaviensis, et Eusebius Vercellensis episcopi, Origenem et Eusebium transtulerunt. Quorum priorem et noster Ambrosius in quibusdam secutus est*. Ubi intelligas ab Hilario Origenis commentarios translatos esse, ut habet idem Hieronymus cum de Hilario agit ; ab Eusebio autem Vercellensi gentilis sui Cæsariensis commentarios Latine datos fuisse.

III. Eusebius Vercellensis eos Latine transtulit.

Eusebius itaque Vercellensis hos commentarios Latine transtulit, ut alibi narrat idem Hieronymus : *Edidit*, inquit, *ille in Psalmos commentarios Eusebii Cæsariensis, quos de Græco in Latinum verterat*. Quia vero hi commentarii erroribus aspersam de Filio Dei sententiam passim præferrent, ea expunxit Vercellensis quæ Arianam hæresim saperent, eodem teste Hieronymo *Contra Vigilantium*. *Si igitur*, ait, *quæ bona sunt transtuli, et mala vel aptari, vel correxi, vel tacui, arguendus sum, cur per me Latini bona ejus habeant, et mala ignorent ? Sic hoc crimen est, arguatur et confessor Hilarius, qui Psalmorum interpretationem et homilias in Job ex libris ejus, id est, ex Græco in Latinum transtulit ; sit in culpa ejusdem confessionis*

(*a*) Hic, et infra non semel, revocatur lector ad numeros crassiores qui librorum *Demonstrationis* et *Præparationis* textui inseruntur *Patrologiæ* nostræ Græcæ tom. XXI et XXII. EDIT.

Vercellensis, qui omnium Psalmorum commentarios hæretici hominis vertit in nostrum eloquium; licet hæretica prætermittens, optima quæque transtulerit. Hæc porro Eusebii Vercellensis interpretatio jamdiu interiit : nec memini me uspiam ejus vel codices, vel fragmenta memorata deprehendisse.

IV. Theodoretus eorum meminit.

Theodoretus, non quidem ut hodie in *Psalmorum Expositionibus* legitur, quæ passim truncatæ et in compendium redactæ sunt, et quidem, ut conjectare licet, a Græculis catenarum auctoribus; sed ut ab Agellio laudatur, p. 486, in hæc psalmi LXXXVIII verba : *Tu vero repulisti et despexisti, distulisti Christum tuum : evertisti testamentum servi tui, profanasti in terra sanctuarium ejus*, hæc habet : B Εὐσέβιος δὲ εἰς τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ ταῦτα πειραθεὶς λαβεῖν, οὔτε διασῶσαι τὸν εἱρμὸν τῆς ἑρμηνείας ἠδυνήθη, οὔτε δυσφημίας παντελῶς ἀπαλλαγῆναι, id est, *Eusebius autem, cum hæc de passione Christi explicare tentaverit, neque seriem narrationis servare, neque blasphemia penitus vacuus esse potuit.* Hanc autem Eusebii interpretationem fusissime enarratam habes, psal. LXXXVIII. An vero hic Eusebio impietatis nota jure inuratur, necne, expendere inutile fuerit ; cum ipse temeratæ divini Verbi doctrinæ notam in aliis multo liquidius incurrat, ut suo loco comprobatur.

V. Gelasius eos memorat.

Gelasius de duabus naturis in Christo, inter Patrum testimonia, Eusebii Cæsariensis locum in psalmum decimum septimum affert, qui sic habet: *Deus qui inclinavit cœlos et descendit, ascendens in hominem quem assumpsit, quem nunc cherubim sermo nominat, evolavit cum eo, ascensum faciens cum divinis, spiritualibus, obsequentibus sibi pennarum ventis, ipsis etiam appellatis.* Ubi paucioribus sententiam exprimit, quam ibidem ab Eusebio enuntiatur, etsi eadem prorsus mente et interpretatione : nam Eusebius ibidem cherubinum illum in psalmo memoratum, pro humanitate Christi habet. Et paulo post idem Gelasius ex eodem commentario hæc affert : *Si vero jurantem eum audieris per sanctum et Patrem suum, audi jurantem per Deum Verbum, quod omnibus sæculis præexsistit, sanctum et* D *unigenitum ejus Filium, quem Deum varie locutæ sunt dudum a nobis propositæ voces : per quem jurat Deus et Pater ejus tanquam dilectum eum, qui ex semine David est, in infinitum sæculum glorificaturus, quod etiam factum est, quando Verbum incarnatum eum qui ex semine David est assumpsit, atque deificat; unde et Filium eum appellat dicens : « Ego ero ei in Patrem, et ipse erit mihi in Filium* (*II Reg.* VII, 14); » *et iterum : « Ego primogenitum ponam illum* (*Psal.* LXXXVIII, 28). » Hæc item compendio exprimuntur ex interpretatione psalmi LXXXVIII, maximeque ex vers. 4, 5, 36, 37 et 38.

Etsi vero Photius inter Eusebii opera hos commentarios non recenseat, nihil mirum; tum quia A vulgo in recensione opera non pauca ipse vel consulto mittit; tum quia, uti supra dictum est, ex catenarum usu bene multa in Scripturam sacram commentaria pene obsoleverant. Indeque forte fuerit quod tam infrequens apud scriptores Græcos horum mentio occurrat.

CAPUT III.

NOTÆ EUSEBIANI STYLI ET ÆVI IN HIS COMMENTARIIS.

I. Hi commentarii aperte Eusebii sunt. II. « Demonstrationi evangelicæ » stylo similes. III. De stylo Eusebii. IV. Maximini carnificinam ut oculatus testis memorat Eusebius. V. Itemque aliorum Christiani nominis hostium. VI. Quo tempore hos commentarios ediderit.

I. Hi Commentarii aperte Eusebii sunt.

B A Deo manifesta et per se clara res est, hos ipsissimos esse Eusebii Cæsariensis commentarios, ut ne vel minimum dubii eruditis et sagacibus adversum suboriri possit. Verum quia hoc ævo non pauci, ut criticorum nomen sibi pariant, de libris quos ne vel primoribus quidem labris attigerunt, sententiam ferre nihil verentur : et primo conspectu ita pronuntiant : Non sapit stylum scriptoris, indignum auctore tanto; ac plerumque in partem negandi procliviores sunt, hinc sibi nasutorum famam conciliaturos esse rati, quibus non facile sit verba dare; ideo nobis aliquid de Eusebiano stylo his in commentariis conspicuo, deque manifestissimis ibidem Eusebiani ævi notis, edisserere animus est.

C II. Demonstrationi evangelicæ stylo similes.

Nulli ex Eusebii operibus ita affinis horum commentariorum stylus est, ut *evangelicæ Demonstrationi :* non modo enim dictiones et tractandi ratio consonant, sed etiam Scripturarum interpretationes, sententia semper, verbis non infrequenter similes sunt. In *Demonstratione* item *evangelica*, perinde atque in hoc commentario passim offendas in illud, νοήσεις ἐπιστήσας, *intelliges si animum adhibueris*, inque sexcentas alias dicendi formulas, queis sermonis ab alio ad aliud series transfertur : voces Eusebio frequentatas, aliisque scriptoribus minus usitatas, in utroque opere ritu pari adhibitas deprehendas : explicationes de Verbi substantia et deitate ita consimiles, ut illico unam Eusebii mentem, unam utrobique manum olfacias. Verum isthæc exercitatione prius, quam ratiocinio, quivis experiri valeat : neque his diutius insistere libet, de quibus nullam spero, apud cordatos saltem, controversiam futuram.

III. De stylo Eusebii.

Est porro styli genus hic ut in aliis ejus operibus, quale describit Photius in *Bibliotheca*, num. 13: Τὴν δὲ φράσιν οὐκ ἔστιν οὐδαμοῦ., οὔτε ἡδὺς, οὔτε λαμπρότητι χαίρων. Πολυμαθὴς δέ ἐστιν ὁ ἀνὴρ, hoc est : *Dictione autem nusquam suavis est, neque elegantia ornatus. Eruditissimus tamen vir est.* Stylus itaque ejus nonnihil strigosus et perplexus est, non arte limatus : oratio nedum excurrat libere,

adeo intricata plerumque est, ut scriptoris mentem vix assequare. Periodos ita prolixas ducit, ut extractam longius seriem, si quid novi menti succurrerit, subinde intercipiat, dum suspensus animo lector, nec quo deducere, nec ubi claudere argumentum velit, intelligere valet. Quod maxime his in commentariis observes, ubi perpetuus veterum versionum, quæ ut plurimum subbarbaræ sunt, usus, aliquam stylo ejus intulit peregrinitatem. Neque tamen par ubique styli ratio est : nam ubi ad descriptiones vertitur, seriem exornat verbis quam potest lectissimis ; non ut otiosos inani voluptate demulceat, sed ut ex rerum quæ sub aspectum cadunt pulchritudine et concentu, ad opificis contemplationem alliciat. Sic ad psalmum XVIII, de cursu solis floridiore stylo mirifice edisserit : alias similiter de verno tempore, deque aquarum divortiis, quæ sapientissimi Conditoris nutus ad terræ cultum et fecunditatem moderatur. Divine autem loquitur sicubi contra eos disceptat, qui temperante fortuna rerum humanarum aleam cadere arbitrantur ; sive etiam, qui res omnes, quæ sunt homini expetendæ, voluptate metiuntur : frequentissime vero illos exagitat, qui mundum fortuito ac ex temerario partium concursu sponte coaluisse pugnabant, in hisque sane invenimus Eusebium Eusebio elegantiorem.

IV. Maximini carnificinam ut oculatus testis memorat Eusebius.

Ævo suo grassantem Maximini in Christianos carnificinam ut oculatus testis memorat ad psal. XXXVI, ubi postquam gentilium immanitatem recensuit, hæc subdit : Ὥσπερ δὲ ταῦτα ἱστορησάμενοι, οὕτω καὶ τὴν μετελθοῦσαν αὐτοὺς Θεοῦ δίκην τεθεάμεθα, τοιαύτην γενομένην, ὡς μὴ ἁμαρτεῖν τὸν φήσαντα ἀληθῶς, τὴν ῥομφαίαν αὐτῶν εἰσεληλυθέναι εἰς τὴν καρδίαν αὐτῶν, καὶ τὰ τόξα αὐτῶν συντετρίφθαι, id est : *Ut autem hæc vidimus, ita et ultionem Dei ipsos invadentem suspeximus, quæ talis utique fuit, ut nihil aberraverit is qui dixit, gladium eorum infixum in corda ipsorum, et arcus eorum confractos esse.* Et alibi : *Quis autem oculis contemplatus impios* (nam Græca compendii causa mittimus) *qui ævo nostro ex divitiis, gloria, dignitatibus in admiratione fuere, in multasque gentes imperium obtinuere, repente ab hac celsitudine lapsos, non fateatur verum esse oraculum hujusmodi ?*

V. Itemque aliorum Christiani nominis hostium.

Diserte vero ad psal. XLVII quinam illi Christianorum carnifices imperatores, et quo mortis genere sublati sint enarrat his verbis : *Hæc porro opere completa nos ipsis oculis percepimus : quibus sane verisimile est posteros nostros incredulos, cum hæc audient, fidem non habituros esse. Quotquot igitur ævo nostro fuere Ecclesiæ Dei inimici, principes hujus sæculi et tyranni, divinitus immissis flagellis laniati ; alii quidem corporis cariem perpessi sunt, ut etiam vel adhuc viventes cum intolerabili fetore vermibus scaterent : alii viventes item oculis capti* A *sunt, ita ut divinitus immissum sibi flagellum animadverterent, palinodiamque canerent, ac Ecclesiæ Deum magnum verumque, et solum esse Dominum confiterentur, summaque cura præciperent, ut civitas illa Dei, ab se olim impugnata, restauraretur, ac denuo construeretur.* Videlicet Galerius Maximianus, qui vermium fetore computruit, ut habet Eusebius *Hist. eccl.* lib. VIII, c. 16; alius qui captus oculis fertur, est Maximinus Orientis imperator, ut ait Eusebius, l. IX, c. 10. Utrumque vero palinodiam cecinisse narrat Eusebius hic et in *Historia ecclesiastica.* Similiter ad psalmum LXXVIII, hæc habet : *Neque solum iis* (qui tempore Antiochi passi sunt) *hæc tradita fuere; omnibus quippe similia patientibus competunt : quia in persecutionibus,* B *quæ nostra ætate contigerunt, sexcenti supra recensitis similia sunt perpessi.* Et ad psalmum XC, vers. 9, se non unius tantum sed plurimarum persecutionum testem fuisse narrat, tyrannosque non diu ab illata Christianis clade, interitu plexos his testificatur : *Nos autem veritatem ipsa exemplorum interpretatione percepimus, conspecto variis temporibus Ecclesiam Christi impugnantium exitu, qui confestim, ne diuturno post tempore, debellati sunt.* Ipse namque viderat Diocletianum, Maximianum Galerium, Maximinum et Licinium, qui in Christianos carnificinam exercuerant, infausto mortis genere periisse.

VI. Quo tempore hos commentarios ediderit.

C Manifestissimis igitur notis indiciisque sese horum commentariorum auctorem prodit Eusebius : jam vero restat ut exploremus quo tempore hoc opus ediderit. Qua de re ex uno tantum loco lucem mutuari licet. Est is in psalmo LXXXVII, ad hunc versum : *Nunquid mortuis facies mirabilia?* ubi sic habet : Εἰ δέ τις νοῦν ἐπιστήσειε τοῖς καθ' ἡμᾶς ἀμφὶ τὸ μνῆμα καὶ τὸ μαρτύριον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιτελεσθεῖσι θαυμασίοις, ἀληθῶς εἴσεται ὅπως πεπλήρωται ἔργοις τὰ τεθεσπισμένα, id est : *Quod si quis animum adhibeat iis, quæ nostro tempore ad sepulcrum et martyrium Salvatoris nostri patrata sunt, mirabilibus, is sane deprehendet quo pacto ea quæ prænuntiata fuerant, opere completa sint.* De miraculis in sepulcro et martyrio Christi D editis ne verbum quidem Eusebius in *Vita Constantini ;* etsi detectum, curante Helena, sepulcrum et martyrium memoret, exstructam eodem loco per Constantinum magnificentissimam ecclesiam enarret, synodum in ejusdem ecclesiæ encæniis seu dedicatione celebratam anno 335, minutatim et κομψῶς describat. Verum hic de miraculis agi quæ a Rufino, Sulpicio Severo, Socrate, Sozomeno et Theodoreto recensentur, ne ambigas. Aiunt quippe illi, afflante numine locum sepulcri Helenam detexisse, tres ibi cruces repertas esse; hærentesque omnes quænam ex tribus Christi suspendio consecrata fuisset, dubio tandem levatos fuisse, cum in extremis agens mulier, ex aliarum contactu nihil remedii consecuta, admota demum vera Christi

cruce, statim a morbo penitus recreata, et pristinæ valetudini restituta est. Cum autem hæc anno 327, aut insequenti gesta sint, hinc consequitur Eusebium sua in Psalmos commentaria sub hæc edidisse. Neque tamen statim postea, sed multis hinc elapsis annis hæc elucubrasse suadere videtur vox καθ' ἡμᾶς, quæ *nostra ætate* significat; neque enim pro præsentibus aut ita nuperis rebus hæc loquendi ratio usu venire solet. Sic ille cum de tyrannis agit, qui jam multos ante annos fato functi erant, voce καθ' ἡμᾶς utitur, quam tamen nusquam usurpat cum de rebus, quæ vel illo scribente, vel nuperrime gestæ sunt, agitur. Verum ut hæc conjectando solum dicimus, ita post annum 327, ea quam supra diximus de causa, editos commentarios affirmari posse putamus. Detecti item Dominici sepulcri meminit Eusebius ad psalmum CVIII, his verbis: *Hoc autem ediscas, si consideres qua mente sint Judæi, videntes quidem veneranda et sancta sua funditus deleta; illius vero qui ab ipsis ignominia affectus, ac in crucem et mortem traditus est, sepulcrum, studio et honoribus celebrari, Ecclesias autem, quæ ejus virtute per totum orbem fundatæ sunt, in dies accrescere*, etc.

CAPUT IV.

DE GENERE INTERPRETANDI EUSEBII, DEQUE ANTIQUIS VERSIONIBUS AB EO ALLATIS.

I. Interpretandi genus Eusebium commentarii auctorem prodit. II. Observationes criticæ egregiæ notæ. III. De litterali explanatione. IV. De mystagogica. V. Eusebius Origenem sequitur, alii Eusebium. VI. Antiquis interpretibus frequenter utitur.

I. Interpretandi genus Eusebium commentarii auctorem prodit.

Hosce commentarios germanum esse Eusebii opus, non ex præmissis modo, sed etiam ex interpretandi genere, ex frequente illo veterum interpretum usu, ex Scripturæ sacræ peritia comprobatur. His se tesseris et argumentis exhibet Eusebius ille Pamphili martyris socius, quicum, teste Hieronymo, *Divinam Bibliothecam* diligentissime pervestigarat. Tria porro cum primis contemplanda nobis offert celeberrimus interpres: criticas in Psalmorum ordinem notas, interpretationem litteralem, et mystagogicam explanandi viam, de quibus pauca prælibare e re fuerit.

II. Observationes criticæ, egregiæ notæ.

Observationes Eusebii criticæ, egregiæ notæ sunt: nam præter ea quæ in præfationibus feruntur, non spernenda sane, multa expositionibus suis de ordine et de auctore cujusque psalmi subinde præmittit, quæ judicium peritiamque scriptoris arguant: qua in re sane vix accuratius sagaciusque disputari posse æstimabunt periti. In his autem Eusebius, qui nunquam compendio studuit, sine aliquo lectoris tædio fastidiove prolixius agit. Id vero præsertim observes in ejus de Abimelecho dissertatione, in perquisitionibus de vera Psalmorum serie et de germano cujusque auctore: maximeque ubi de psalmo in spelunca mirifice edisserit. Pedetentim vero ratiocinia profert, nihil, quod ad rem pertineat, intactum relinquit. Parem arguendi vim et methodum animadvertas, cum eorum sententiam depellit, qui numeri rationem ad cujusque psalmi intelligentiam conferre pugnabant: quam Philonianam explanandi methodum, ut futilem et ἀπροσδιόνυσον, explodit Eusebius.

III. De litterali explanatione.

Litteralem Psalmorum mentem ubi explicat Eusebius, genuinum vulgo sensum attingit, neque ita frequenter aberrat a scopo et a vera Psalmorum sententia. Aderat quippe opima illa Hexaplorum supellex, unde et Hebraicam lectionem et veterum interpretum versionem mutuari posset. Neque enim, ut ex his commentariis deprehendere licet, Hebraice peritus fuit Eusebius: siquidem de Hebraica ille lectione plerumque non ita docte edisserit, utpote qui Hebraica Græcis litteris expressa, qualia in Hexaplis erant, tantum legerit; sed si quid de vocibus et litteris Hebraicis hinc inde tradat, id ex Hebræis mutuatus est. Et mirum sane hominem qui in Palæstina ætatem egit, cum Judæis frequenter sermonem habuit, Hexaplis et *Bibliothecæ divinæ* cum Pamphilo martyre digerendis operam dedit, Hebraice ineruditum fuisse? Doctoribus autem suis nimis credulum persæpe deprehendas, utpote qui nonnulla interdum afferat, ubi accuratior notitia desideretur; exempli causa ad hunc versum psalmi CXI, *Ex utero ante luciferum genui te*, ubi Hebraicum מרחם, *Merehem* habet, ut probabilem cujusdam opinionem affert, qui putabat hic beatam Mariam Deiparam indicari, quod sane ἀπροσδιόνυσον est: nam *Maria*, nomen apud Hebræos frequentissimum מרים, *Miriam* scribebatur; et *Merehem* nihil aliud quam, *ex utero*, significat.

IV. De mystagogica.

Mystagogicam explanandi viam, qua ad Christi personam vel Ecclesiam, sive ad fidelem animam, aut demum ad cœlestem Sionem omnia reducuntur, admodum frequentavit Eusebius: quia illo ævo cum Judæi perpetuo Christianis obgannirent, atque ex prave detorta Scripturarum sententia, Christiana de Servatore dogmata traducerent in dies, scriptores ecclesiastici contra, ut petulanti et protervo generi occurrerent, omnia ad Christum et ad Christi Ecclesiam referebant: nec modo ea quæ de Christo et de Christi fidelibus diserte et evidenter enuntiata fuerant, sed etiam quæ, haud ita dilucide enarrata, possent in utramvis partem derivari. Nec tutum erat illis temporibus interpretandi aliam inire rationem: certe non impune fuit Theodoro Mopsuesteno, quod neglecta mystagogica illa, litterali solum attenderet.

Cæterum hunc explanandi ritum, auctore Christo, commonstrantibus apostolis, sectati sunt Ecclesiæ scriptores. Non modo enim lex vetus legis novæ figura exstitit; sed etiam res in veteri Ecclesia gestæ, præsertim nobiliores, umbra Christi ejusque discipulorum erant. Nam *hæc omnia in fi-*

guris contingebant illis : scripta sunt autem ad nostram admonitionem (*I Cor.* x, 11). Unde Tertullianus de resurrectione carnis, *Talia interim*, ait, *divinarum virium lineamenta, non minus parabolis operato Deo, quam locuto.* Inter prophetas autem et præstantes viros, qui in veteri lege Christi typum gessere, nemo propius personam ejus retulit, quam David, genere item propinquior. Cujus non modo gesta, sed etiam dicta in Psalmis præsertim, ad Christi personam Ecclesiamque pertinere, divino ipsius Christi ore didicimus. Ille vero sensus ἀλληγορούμενος, sive mystagogicus, non a Christianis modo, sed etiam a Judæis adhibitus est : etsi illi, ut obcæcati atque sensilium rerum mole obruti erant, omnia ad res temporarias, divitias, terreni regni latitudinem, Messiæ sui imperium, reducerent : qua in re a justa allegoriæ ratione immane quantum aberrabant. Allegoria quippe, figura, typus et umbra, signa sunt rerum non earumdem atque illæ quæ allegoriæ et typi munus præstant : atenim vel ipsa allegoriæ vox, signa hujusmodi, rem aliam longe diversam, disparem et digniorem significare subindicat. Multo igitur præstantior et verior illa Christianorum interpretatio, qua res corporeas et sensibiles, ad intelligibiles ac cœlestes, incolumi tamen litteræ sensu, referunt.

Hoc ergo genus interpretandi summe est ab Eusebio frequentatum. Illud autem hujusmodi est, ut sicubi inimici insurgentes et tumultuantes exprimantur, quod in psalmis frequentissime occurrit, id vel ad Judæos contra Christum frementes et machinantes, vel ad Ecclesiam ab hostibus, scilicet a principibus hujus sæculi, aut a dæmonibus oppugnatam, vel ad fidelem animam vexatam a *spiritibus* immundis, referatur : si læta et jucunda efferantur, cœlesti Jerosolymæ, sive Ecclesiæ, seu Christiani cujuslibet animæ, totum adscribatur : si flumina inundantia memorentur, id de confluenti ad Christi doctrinam gentium multitudine intelligatur. Quam explanandi viam, non Eusebius modo, sed etiam Theodorus Heracleotes, Chrysostomus, Theodoretus et alii plerique sectati sunt, qua in parte si unum noris, omnes noris. Neque tamen inter mystagogicas interpretationes accensendæ illæ, quæ litteram ipsam ad unum Christum referri nec infrequenter comprobant ; ut exempli causa, cum Eusebius psalmum xvii, *Deus, Deus meus, respice in me*, in uno Christo impletum esse asseverat : in hoc enim et in similibus, ut nemo non fateatur, sensus ipse litteralis Christum respicit. Hæc de interpretandi ritu dicta sunto.

V. Eusebius Origenem sequitur, alii Eusebium.

Cæterum Eusebius Origenis expositiones haud obscure sectatur, tam quod ad ipsam explanandi rationem, quam quod ad verborum seriem ; ut in manuscriptis et editis catenis videre est : nam commentarios Origenis plenos integrosque jamdiu amisimus : ejus porro commentarios semel memo-
A rat Eusebius ad psalmum cxviii. Theodoretus item, qui plerumque ab Eusebiana interpretatione deflectit, non raro tamen illa pene ad verbum utitur, etsi breviore ut plurimum stylo : nam Eusebius, ut jam diximus, ita prolixas subinde periodos ducit, vix ut seriem deprehendas, et ubi sententiam claudat non ita facile comperias. Asterii vero interpretatio psalmi iv, quam commentario Eusebii in eumdem psalmum subjunximus, a quodam scholiaste invecta est, qui Asterium Arianum esse indicat, scilicet sophistam illum circulatorem, qui in ipsis Arianismi exordiis contra catholicos antistites classicum canebat, et doctrinam de Filio Dei spargebat, vel ipsa Arianica deteriorem. Ex hoc autem specimine deprehendas, Asterium partim lit-
B teralem, partim mystagogicum interpretandi morem sectatum : nec iis ingenii doctrinæque partibus instructum, quæ fuissent ad tantum opus perficiendum satis. Scholiastes porro ille non Asterium modo Arianica labe aspersum indicat, sed etiam Eusebium, sicubi ad Arianismum deflectit, ut Arianum traducit, ut suo loco videas.

VI. Antiquis interpretibus frequenter utitur. LXX Interpretes.

Nihil autem his in commentariis præstantius, nihil pretiosius frequentissimo illo veterum interpretum usu. Atenim multo plura ex Aquila, Theodotione et Symmacho affert Eusebius, quam in Drusii vel Nobilii collectionibus usquam compareant, ita ut ejus adminiculo non raro psalmos in-
C tegros, ex Symmachi maxime versione, restaurare liceat. Illas porro versiones modo ad litteralem, modo ad mystagogicam asserendam sententiam usurpat : nonnunquam ad decem versus una serie affert : expositionesque eorum Septuaginta Interpretum versioni anteponendas asserit haud infrequenter. Aquilam Hebraicæ litteræ servientem, δουλεύοντα τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει, hic et in *evangelica Demonstratione* multis in locis nuncupat. Is nimirum ita litteræ hæsit, ut dum verba redderet, sententiam non ita curaverit. Symmachum sæpe mirabilem dicit interpretem, ejusque versione utitur libentius, frequentius et copiosius. Ambos tamen ait in gratiam Judæorum prophetias de Christo aliam in sententiam derivasse : Ἰουδαϊκώτερον, sic ille,
D Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος τὴν ἑρμηνείαν ἐκτεθείκασι, id est, *Modo ad Judaicam doctrinam propius accedente, Aquila et Symmachus interpretati sunt.* Nam in *Demonstratione evangelica* (*a*) ait utrumque Judæum aut semi-Judæum fuisse. Theodotionem cum laude memorat, et accuratum interpretem ait. Quinta minus frequenter, Sexta vero rarissime interpretationibus utitur. Notas in hujusmodi versiones raras et brevissimas dedimus : quia a multis jam annis ad Hexaplorum excerpta ex codicibus cum editis tum manuscriptis colligenda animum appuli : quodque habui cæteris quæ tractabam otii, huic provinciæ consecravi : et jam tanta eo-

(*a*) Pag. 316.

rum accessio facta est, ut quadruplo saltem plura penes nos habeamus, quam Nobilius et Drusius ediderint. His propediem postremam admovere manum, eaque publicare animus est. Quare a prolixioribus in veteres interpretes notis consulto abstinuimus, ne sub hæc actum agere cogeremur.

Ait Eusebius Septuaginta Interpretes cum Ptolemæi Philadelphi tempore vertendis Scripturæ sacræ libris operam darent, loca quædam, queis Christi ortus apertius prænuntiaretur, ne in Græcorum, quibus versio parabatur, notitiam venirent, obscurius interpretatos esse. Qua de re adeundus ipse, cum psalmi LXXXVI, *Fundamenta ejus in montibus sanctis*, expositionem edit. Nec silentio mittendum est, Eusebium persæpe Scripturæ sacræ loca secus, quam in exemplaribus hodiernis leguntur, afferre, partim quod exemplaria sua variam lectionem præferrent, partim quod ille nonnunquam sine prævia monitione aliorum interpretum lectiones admisceat : partim etiam quod plerumque memoriter Scripturarum dicta enuntiet, ac synonyma et extranea verba interserat.

CAPUT V.

DE REBUS DOCTRINAM SPECTANTIBUS IN HOC COMMENTARIO.

I. In scriptoribus sacris ne minimum vitium admittit Eusebius. II. Sanctorum merita nobis prodesse putat. III. Veram Christi in Eucharistia præsentiam declarat. IV. Quid de libero arbitrio sentiat. V. Gratiam indifferentiæ ad utrumlibet, seu versatilem, docet. VI. Et prædestinationem post prævisa merita.

Haud ingratum lectori fore speramus, si quæ sparsim variisque in locis, quo fors tulit, inducta sunt doctrinæ capita, hic in unum collecta ipsi offeramus, cum ad manum nobis sit ea, quæ assidua tractatione hinc inde decerpsimus, una complecti; ut labore diuturno parta harumce rerum notitia, eruditis ingratæ perquisitionis tædium levet.

I. In scriptoribus sacris ne minimum vitium admittit Eusebius.

Æstimat Eusebius non sine audacia et temeritate credi posse, scriptores illos, qui afflante Numine divinas nobis litteras transmiserunt, vel in minimis errasse; ita ut etiam nomen pro alio vel ex imprudentia vel ex incogitantia substituerint. Id diserte ait, explanando titulum psalmi XXXIII, in quo dicitur immutasse David vultum suum coram Abimelech : ubi Achimelech legendum, atque in exemplaribus, *beth* in *caph* mutatum fuisse putat Eusebius : quod sane ob litterarum *beth* et *caph* inter se affinitatem perfacile fuit. Tum allata eorum sententia qui dicerent, Achimelech pro Achis positum fuisse, ibique agi de Davidis in Geth peregrinatione, ubi cum periculum capitis immineret, insaniam ille simulavit, et immutavit vultum suum coram Achis rege Geth; hæc in adversum reponit ille : *At ego audax temerariumque facinus*, ἔργον δὲ
A θρασὺ καὶ προπετές, *arbitror illud esse, pronuntiare confidenter divinam Scripturam lapsam esse, et tale vitium præferre, ut pro viro alienigena sacerdos Domini ponatur, cum maxime Hebraica lectio et reliqui interpretes omnes Achimelech circumferant.* Ubi notes velim Hebraicam lectionem hodie אבימלך circumferre, et in Græcis Bibliis Ἀβιμέλεχ · unde patet Eusebii exemplaria diversam ab ea, quæ nunc habetur, lectionem prætulisse. Utut vero sit de Eusebii in memoratum titulum opinione, quæ fortassis non omnibus placitura est, putat sane ille nefas esse vitium, si quod vel minimum subsit, in scriptorem sacrum refundere.

II. Sanctorum merita nobis prodesse putat.

B Ait non semel Eusebius sanctorum, sive martyrum, sive aliorum Deo acceptorum hominum merita, subsidio apud Deum nobis esse. Sic psal. LXXVIII, vers. 10 : *Ad hæc in precibus tempore persecutionis dicenda instituimur, hostiarum et holocaustorum loco sanguinem sanctorum martyrum proponentes, ac hujusmodi supplicationes emittentes*; et vers. 11 : *Nos siquidem non digni habiti sumus qui ad finem usque certaremus, ac pro Deo sanguinem funderemus; sed quia filii sumus eorum qui hæc sunt perpessi, virtute patrum nostrorum ornati, precamur ut illorum gratia misericordiam consequamur.*

III. Veram Christi in Eucharistia præsentiam declarat.

Veram Christi in Eucharistia præsentiam (a) profitetur cum hunc versum explicans, *Cibavit*
C *eos ex adipe frumenti, et de petra melle saturavit eos* (*Psal.* LXXX, 17), ait : Κατὰ τοῦτο δὲ ἐπλήρου καταξιώσας αὐτοὺς τῆς οἰκείας τροφῆς, οὐ μόνον σωματικῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐπουρανίου καὶ πνευματικῆς, ὁπηνίκα πρώτοις αὐτοῖς ἐπεδήμει ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, τροφὴν αὐτοῖς παρεῖχεν τὸν ἐπουράνιον ἄρτον, ΑΥΤΟΣ ΕΑΥΤΟΝ, id est : *Tunc porro propria illos cibo replere dignatus est, non corporeo solum, sed etiam cœlesti et spirituali, cum ad ipsos primos Christus Dei peregrinatus est, atque in cibum ipsis cœlestem panem, ipse semetipsum, dedit.* Ad psalmum vero XXXVI, hæc habet : Κατατρυφᾷν δὲ τοῦ Κυρίου δυνήσεται ὁ τῆς ψυχῆς τὰ αἰσθητήρια κεκαθαρισμένος, ὡς δύνασθαι ἐσθίειν τὸν ζῶντα ἄρτον καὶ τὰς ζωοποιοὺς αὐτοῦ σάρκας, πίνειν τε τὸ σωτήριον
D αὐτοῦ αἷμα. Τούτοις τρεφόμενος καὶ πιαινόμενος, τῆς ἐνθέου μέθης ἀπολαύων, *κατατρύφησον τοῦ Κυρίου*, id est : *Delectari autem in Domino valebit, quisquis animæ sensibus puris purgatisque fuerit, ita ut panem vivum et vivificas carnes ejus edere possit, ac salutarem ejus bibere sanguinem. His enutritus et impinguatus, divina fruens ebrietate, « delectare in Domino. »*

IV. Quid de libero arbitrio sentiat.

Liberum arbitrium in homine ad bonum malumve deligendum sic explicat ille, ad psalmum XXXV : Ἀκαλύπτως δὲ ὁ τοιοῦτος ἐξέδωκεν ἑαυτὸν τῇ ἁμαρτίᾳ, ὡς καὶ τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀνομίαν

(a) Cf. *De præparatione evang.*, p. 575.

εἶναι καὶ δόλον. Πάνυ δὲ ταῦτα ἑκὼν εἵλετο· ἅτε δὴ αὐτεξούσιος ὤν, καὶ δυνάμενος μὲν τὴν ἀγαθὴν μετελθεῖν ὁδὸν, μὴ βουληθεὶς δέ. Hoc est : *Palam autem ille se peccato dedidit, ita ut verba oris ejus iniquitas et dolus essent. Hæc autem ipse qdmodum libere elegit, utpote liberi arbitrii, penes quem erat viam adire bonam : quod ille noluit. Quamobrem dictum est, « Noluit intelligere ut bene ageret : sed iniquitatem meditatus est in cubili suo. »* Et ad psalmum LVII : Ἐπειδὴ γὰρ φύσεως ἐλευθέρας καὶ αὐτεξουσίου γενόμενοι, διακριτικοί τε τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ ἐναντίου, τήν τε εἰς ἑκάτερα ῥοπὴν τὴν ἐν ἑαυτοῖς κεκτημένοι, οὐκ ὀρθῶς ἐχρήσαντο τῷ κριτηρίῳ, οὐδὲ ἠγάπησαν τὴν εὐθεῖαν, καίπερ εἰδότες αὐτὴν, οὐδ' ἔργοις μετῆλθον τὴν δικαιοσύνην, ἣν λόγῳ μόνῳ καὶ χείλεσιν ἐπηγγέλλοντο, τῷ παλαιῷ δὲ ὄφει ὁμοιωθέντες, ἀσπίδος κωφῆς χείρους ἐγένοντο· τούτου χάριν ἐπακούσατε τίνα καὶ αὐτοὺς περιμένει, id est : *Quoniam enim libera et sui arbitrii natura præditi, vi internoscendi boni et contrarii instructi, atque liberam ad utrumlibet inclinationem nacti, non recte judicio suo sunt usi, neque rectam viam, etsi notam sibi, dilexerunt, neque operibus justitiam adierunt, quam verbis duntaxat et labiis sunt professi, veterique serpenti similes, aspide surda deteriores evascre; ideo quæ, ipsis eventura sunt audite.* Similiter de Hebræis agens, psalmi LXXVII ad hunc versum, *Et obliti sunt benefactorum ejus*, ita loquitur : Πάντων γὰρ τούτων λήθην πεποιημένοι, τῶν πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν ἐπιδεδειγμένων, ὅπλα ἤραντο κατὰ τοῦ Θεοῦ, οὐ βουληθέντες τῷ νόμῳ αὐτοῦ πορεύεσθαι· καίτοι ἐπ' αὐτοὺς κειμένου τοῦ δύνασθαι, καὶ τοῦ βούλεσθαι, id est : *Nam omnium eorum obliti, quæ patribus suis ostensa sunt, arma tulerunt contra Deum, cum nollent in lege ejus ambulare, etiamsi penes ipsos esset ut possent et vellent.*

V. Gratiam indifferentiæ ad utrumlibet, seu versatilem, docet.

Ne quis vero opinetur putare Eusebium, ex solo liberi arbitrii motu hominem, nec gratia fultum, bonum perinde atque malum adire posse; huic suspicioni occurrit ille his verbis : *Quos præscientia sua prævertens Deus, antequam in lucem prodirent, tales futuros esse noverat; sed tamen permisit ut nascerentur, gratia sua ipsis quoque concessa, ut palam eorum propositum fieret,* τὴν παρ' αὐτοῦ χάριν καὶ αὐτοῖς δωρησάμενος, εἰς τὸ φανεροὺς γενέσθαι τὴν προαίρεσιν. *Siquidem et ordinem justorum rectam ac minime deflexam viam suapte voluntate initurum prævertens Deus noverat. Deinde utrique ordini liberum arbitrii motum dimisit, concedens ut in stadio cursum conficerent. Ac cum universos natura similes constituisset, voluntate sua quemque meliora deligere pariter permisit. Illi vero, utpote qui sui ipsorum domini, sui juris, ac liberi quoad motum essent, arbitratu suo disjuncti sunt, aliis rectam, obliquam aliis viam cooptantibus.* Pari sententia de Juda loquens hæc habet ad psalm. XL : *Sed, « in quo speravi, » ait; vel secundum Aquilam, « confisus sum; » aut ut Symmachus, « confisus eram : » quandoquidem ipsum paribus atque cæteros apostolos donis affecerat. Confidebat autem ei Salvator, et bonam de ipso spem habebat, quia in eo liberum arbitrium esset. Neque enim Judas ex hujusmodi natura erat, quæ non posset salutem consequi; sed poterat, si quidem voluisset, ut et cæteri apostoli, a Filio Dei erudiri, ac bonus probusque discipulus effici.* Unde palam est eum gratiam versatilem, ad utrumlibet, sive bonum sive malum indifferentem, in omnibus prorsus hominibus, etiam impiis et peccatoribus, constituisse.

VI. Et prædestinationem post prævisa merita.

Nec minus aperte prædestinationem post prævisa merita docet ad psalm. LVI, ubi hanc Pauli sententiam explicans, *Nam quos præscivit, et prædestinavit* (Rom. VIII, 29), etc., ait : Ὥσπερ οὖν τούτους προγνοὺς μέλλοντας ἀγαπᾶν αὐτὸν προώρισεν· οὕτως καὶ τοὺς ἀσεβεῖς, ἐπειδὴ προέγνω μέλλοντας λαλεῖν δικαιοσύνην διὰ τὸ γινώσκειν αὐτὴν, οὐ μὴν καὶ τοῖς ἔργοις αὐτὴν μετελευσομένους, διὰ τὸ ταῖς χερσὶν ἀδικίαν συμπλέκειν, τούτου χάριν ἀπηλλοτρίωσεν ἀπὸ μήτρας, καὶ ἐν πλανωμένοις καὶ λαλοῦσι ψευδῆ παρ' ἑαυτῷ κατηρίθμησε πρὶν γενέσθαι, συνεχώρησέ τε, εἰδὼς αὐτοὺς τοιούτους ἐσομένους, εἰς φανερὸν ἐλθεῖν, ὡς ἂν τὸ διάφορον τῶν δικαίων καὶ θεοσεβῶν ἀνδρῶν ἐκ τῆς τῶν χειρόνων παραθέσεως διαλάμψειεν. Μιᾶς γὰρ ὄντες φύσεως οἱ πάντες, οἱ μὲν ἑκόντες εἵλαντο τὰ κρείττω, οἱ δὲ τὴν ἐναντίαν ὥδευσαν, αὐτεξουσίῳ προαιρέσει χρησάμενοι. Id est : *Quemadmodum igitur cum eos præscivisset, qui amaturi ipsum erant, etiam prædestinavit eos; sic et impios cum prævidisset justitiam quidem locuturos, utpote qui nossent illam, sed ipsam tamen non operibus adituros esse, quia injustitiam manibus complicaturi erant; ideo alienavit eos a vulva, et, vel antequam fierent, in errantium et mendacia loquentium numero apud se computavit : permisitque tamen, etsi tales futuros esse nosset, ut palam prodirent, quo præstantia justorum et religiosorum hominum ex pejorum comparatione eluceret. Nam cum ex una omnes natura constarent, libero usi arbitrio, alii quidem sponte bonum elegerunt, alii contrariam iniere viam.* Quæ omnia ita perspicue enuntiantur, ut Œdipo non egeant.

CAPUT VI.

EUSEBII DE VERBO ET FILIO DEI SENTENTIA.

I. Variæ circa Eusebii de Filio Dei doctrinam opiniones. II. Eusebius docet unitatem deitatis in uno Patre servari. III. Filium longe minorem Patre. IV. Diversæ substantiæ. V. Interpres Latinus « Demonstrationis evangelicæ » de industria Eusebium ad catholicam sententiam detorsit. VI. Eusebius Filii deitatem aliam statuit a paterna. VII. Grandis paralogismus Eusebii. VIII. Non obscure docet Filium non esse vere Deum. IX. Quo sensu Filium Deum esse dicat. X. Quam adversa rationi et priscorum Patrum sententiæ tradat. XI. Cum Arianis plane consentit. XII. Qua sententia τῷ ὁμουσίῳ, sive consubstantiali, subscripserit. XIII. Quo sensu ἐξ οὐκ ὄντων neget, et genitum Filium dicat. XIV. Filium negat æternum.

XV. Summa doctrinæ Eusebii. XVI. Ægre defenditur. XVII. Arianum probant tam gesta quam scripta.

I Variæ circa Eusebii de Filio Dei doctrinam opiniones.

Jamdiu inter doctos disceptatum est, quæ vera fuerit Eusebii Cæsariensis de Filio Dei opinio; alii enim catholice sensisse defendunt, nec quidpiam Arianæ labis in scriptis ejus deprehendi pugnant; vel si quid deprehendatur, in iis certe scriptis observari, quæ ante Nicænam synodum edidit; in posterioribus non item : alii contra ab Arianismi exortu, ad obitum suum, adeo manifestas cum gestis tum scriptis suis dedisse contendunt Arianismi notas, ut incunctanter inter Arianorum primipilares connumerandum censeant. Talemne, inquiunt, hominem, qui semper augendæ Arianicæ rei tam acriter adlaboravit, qui diuturnas cum Arianis ad restituendum Arium excubias egit, qui capitalibus odiis catholicæ rei proceres assidue exagitavit, catholicum censeamus? Hinc si scriptis ejus attendas, aiunt, probe cum gestis consonare deprehendes : nam qui Filium passim minorem Patre, alterum Deum inferiorem, ac ministrum purum ait, qui catholicus habeatur? Ego vero iis qui orthodoxum Eusebium censent ad tanti viri purgationem astipulari peroptarem, si per ejus scripta liceret; at secus suadent cum cætera ejus opera, tum maxime hi commentarii, ubi Arianismum aperte profitetur. Non ex aliqua igitur præjudicata opinione ad eam sententiam accedimus: nedum enim ægre feram, summopere gaudebo, si quis ab eo non modo culpam, sed etiam suspicionem, dimovere possit : idque mihi non minus ex voluntate, quam præter opinionem cadet. Vereor enim ut qui catholicum Eusebium affirmant, tantam in adversum mox proferendam locorum silvam concoquere, et ad sincera dogmata detorquere valeant. Eusebii itaque de Verbo et Filio Dei sententiam in certa capita distinctam, tam ex his commentariis, quam ex aliis ejus scriptis, maximeque ex *evangelica Demonstratione*, et ex libris *Contra Marcellum* in medium afferemus : eamque sententiam amplectemur, quæ ab ipsa rei veritate et perspicuitate suadebitur.

II. Eusebius docet unitatem Dei in uno Patre servari. — III. Filium longe minorem Patri.

Ab unitate Dei ordiri operæ pretium erit, quam Eusebius in uno Patre servari, neque Filium, multoque minus Spiritum sanctum, in ejusdem unitatis consortium venire clare et multis in locis affirmat. Patrem enim in se totam deitatis plenitudinem, excluso Filio, complecti indicat, dum ipsum solum passim vocat, τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, τὸν ἐπέκεινα πάντων Θεόν, id est, *Deum universorum, Deum supra omnia, Deum ultra omnia;* Filiumque contra nuncupat, δεύτερον Θεὸν, δεύτερον Κύριον, *secundum Deum, secundum Dominum*. Ne quis vero reponat, Patrem ideo Deum universorum ab Eusebio vocari, quod sit origo et fons Trinitatis, et in ratione principii primus exsistat; hoc catholicum interpretandi genus respuere

A occupat Eusebius, dum ait ad psalmum Asaphi decimum : Ἵνα μή τις αὐτὸν ψιλὸν ὑπολάβοι ἄνδρα καὶ τοῖς πολλοῖς ὅμοιον, θεολογεῖ αὐτὸν ἐν τοῖς μετὰ χεῖρας, φήσας· *Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν.* Καὶ ὅπως μὴ ταραχθείη τις εἰς τὸν περὶ μοναρχίας λόγον, Θεὸν ἀκούων τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, εἰκότως καὶ πλείονας θεοὺς ὀνομάζει τοὺς διὰ τῶν ἑξῆς κατηγορουμένους, μονονουχὶ παρακελευόμενος μὴ ἀποκνεῖν καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ Θεὸν ἀποκαλεῖν. Εἰ γὰρ οἱ διαβαλλόμενοι τοῦ ἔθνους ἄρχοντες θεοὶ ἠξιώθησαν ὀνομασθῆναι, ποῖος ἂν γένοιτο κίνδυνος τὸν ἄνδρα τῆς δεξιᾶς τοῦ Θεοῦ καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου τὸν κεκραταιωμένον Θεὸν ὁμολογεῖν ; id est : *Ne quis ipsum merum hominem, et multis aliis similem, arbitraretur, ipsum hic Deum prædicat his verbis :*
B *« Deus stetit in synagoga deorum. » Ac ne quis ob monarchiæ, sive unius principii, rationem turbaretur, Christum Dei Deum esse audiens; congruenter hic multos deos nominat eos, qui sub hæc incusantur : tantum non præcipiens ut ne cunctemur Filium quoque Dei Deum vocare. Si enim gentis principes, qui male audiebant, Dei nomine dignati sunt, quod, quæso, periculum fuerit, si virum dexteræ Dei et Filium hominis confirmatum, Deum fateamur?* Clarius autem in expositione psalmi LXXXVIII, vers. 7, idipsum exprimit his verbis : Δοκεῖ δέ μοι ὁ Προφήτης.... ὑπερεκπλήττεσθαι τὸν ἐπέκεινα πάντων, καὶ ὑπὲρ πάντας τὸν Μονογενῆ τοῦ Θεοῦ· εἶτ' ἐκ τοῦ θαύματος ἀναπεφωνηκέναι τὸ, *Ὅτι τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ Κυρίῳ;* ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Τίς*
C *γὰρ ἐν αἰθέρι ἀντιπαραθέσει τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ;* Ταῦτα δὲ περὶ μὲν τοῦ Μονογενοῦς τοῦ Θεοῦ λεγόμενα σώζοι ἂν εὐσεβῆ τὴν διάνοιαν, οὐ μὲν περὶ τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ τῶν ὅλων· ἀνοίκειος γὰρ καὶ ἀσεβὴς ἡ παράθεσις. Τὸ γὰρ υἱοῖς Θεοῦ παραβάλλειν τὸ πάντων αἴτιον, καὶ τὸ συγκρίνειν ἑτέροις τολμᾷν τὸν ἐπέκεινα τῶν ὅλων Θεὸν, πάντων ἂν γένοιτο ἀνοσιώτατον. Ἀκίνδυνος δ' ἂν εἴη ὁ λόγος υἱοῖς Θεοῦ συγκρίνειν Υἱὸν Θεοῦ μονογενῆ, καὶ τὸ πρὸς πάντας ἀσύγκριτον αὐτοῦ καὶ ἀπαράθετον, καθ' ὑπερβολήν τε ὑπερέχον σημαίνειν. Id est : *Videturque mihi Propheta..... eum qui omnes excedit, omnes superat, Unigenitum Dei cum stupore considerare: deinde ex admiratione hæc effari : « Quoniam quis*
D *in nubibus æquabitur Domino? » sive secundum Symmachum, « Quis enim in æthere conferet se Domino in filiis Dei? » Hæc de Unigenito Dei dicta, piam servant sententiam; de Patre vero ac Deo universorum secus: impropria enim et impia comparatio esset. Nam filiis Dei omnium causam conferre, et eum qui supra omnia est Deus aliis comparare, improbissimus omnium ausus esset. At sine periculo Filius Dei unigenitus, filiis Dei comparatur, ac dicitur eum incomparabilem esse, cum nullo conferendum, atque admodum antecellere asseritur?* Hic manifeste vides Filium longe inferiore quam Patrem gradu ab Eusebio reponi; ita ut nec ad unitatem Dei, nec ad unitatem principii universorum pertineat, neque deitate cum illo primo principio unum

sit. Nam ubi dictum illud, *Deus stetit in synagoga deorum*, de Filio Dei explicat, ac nihil metuendum ait, etsi Filius Deus vocetur, ne unitas principii et deitatis tollatur; non veram ille causam affert, cur hinc nulla multiplicitas deorum metuenda sit, quia scilicet Pater et Filius, unus Deus, unum principium rerum sunt; sed, ait, quoniam ipsi homines dii vocantur, quin ulla hinc deorum multiplicitas inferri possit, posse pariter Filium Deum dici, quin multos esse deos suspicemur. Etenim ut in loco sub hæc allato significatur, longe inferioris gradus est, quam ut possit ad primam illam Dei unitatem pertinere, utpote quem creaturis comparare liceat, etsi multo excellentior iis sit: quod de Patre asserere impiissimum et improbissimum esse ait Eusebius. Similia habet in *Demonstratione evangelica*, l. VI, p. 257, ubi de Patre et Filio talia fatur: Σαφῶς ἐν τῷ πέμπτῳ συγγράμματι τῆς *Εὐαγγελικῆς Ἀποδείξεως* ὡρισμένου τοῦ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λόγου, καὶ Θεοῦ μὲν ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων ὡμολογημένου, δευτέρας δὲ μετ' αὐτὸν ἀποδειχθείσης οὐσίας ἡγουμένης τῶν γενητῶν ἁπάντων, ἣν σοφίαν Θεοῦ, κ. τ. λ. Hoc est: *Cum in quinto Evangelicæ demonstrationis libro, clare de Patre et Filio definitum statutumque fuerit, ac Deum quidem unum supra omnia esse declaratum, secundam vero post ipsum substantiam esse, quæ omnibus opificiis præsit, commonstratum sit, quam sapientiam Dei*, etc., ubi interpres qui solet Eusebii dicta ad piam sententiam in versione sua detorquere, postrema sic interpretatur: *Et Patrem quidem Deum unum esse constitit; alteram autem præter illum et cum illo personam esse, quæ omnia quæ facta sunt antecedat, demonstratum est.* Quo in loco οὐσίαν ille *personam*, vertit, etsi substantiam significet hic et in aliis Eusebii locis, ut ex repetitis sub hæc exemplis propalam erit: illud autem μετ' αὐτόν, perperam vertit ille, *præter illum et cum illo*, cum aperte significet, *post illum*, nec numero tantum, sed dignitate et præstantia; ut ex jam dictis manifestum est, et ex infra dicendis liquidius constabit. Ait siquidem lib. II *Contra Marcellum*, p. 109: Οὐδὲ δύο Θεοὺς ἀνάγκη δοῦναι τὸν τὰς δύο ὑποστάσεις τιθέντα· οὐδὲ γὰρ ἰσοτίμους αὐτὰς ὁριζόμεθα, id est: *Neque necesse est eum duos deos fateri, qui duas admiserit substantias: non enim illas honore pares esse definimus;* ita ut eatenus unitatem deitatis statui velit, quatenus illa prima deitas, primumque principium in uno Patre servatur, cui longe inferior Deus Filius, in unitate illa non comprehendatur. Quod ille ibidem affirmat his verbis: Ἀλλὰ φοβῇ, ὦ ἄνθρωπε, μὴ δύο ὑποστάσεις ὁμολογήσας, δύο ἀρχὰς εἰσαγάγοις, καὶ τῆς μοναρχικῆς θεότητος ἐκπέσοις. Μάνθανε τοίνυν, ὡς, ἑνὸς ὄντος ἀνάρχου καὶ ἀγεννήτου Θεοῦ, τοῦ δὲ Υἱοῦ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένου, μία ἔσται ἀρχή, μοναρχία τε καὶ βασιλεία μία ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς ἀρχὴν ἐπιγράφεται τὸν αὐτοῦ Πατέρα. Κεφαλὴ γὰρ Χριστοῦ ὁ Θεός, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, hoc est: *At vereris, mi homo, ne, si duas fateare substantias, duo item principia inducas, et a monarchica deitate excidas. Discas igitur, quod cum unus sit sine principio et ingenitus Deus, Filius autem ex illo gignatur, unum necessario principium fuerit, monarchia et regnum unum; quia ipse Filius Patrem suum principium ascribit: caput enim Christi Deus est, secundum Apostolum* (*I Cor.* XI, 3). Ubi videas monarchicam sive unam illam et primariam deitatem, ex Eusebio in Patre solo servari. Quia vero aliquam Patris et Filii unitatem esse concedere necesse fuit secundum illud: *Ego et Pater unum sumus* (*Joan.* X, 30), animadverte in quo talem constituat unitatem Eusebius, l. III *Contra Marcellum*, c. 19, p. 192: Καὶ δὴ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἓν πρὸς τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν οἱ πάντες γενησόμεθα. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς ἑαυτόν τε καὶ τὸν Πατέρα ἓν εἶναι ἔλεγε, φάσκων· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*· οὕτω καὶ πάντας ἡμᾶς, κατὰ τὴν αὐτοῦ μίμησιν, τῆς ἑνότητος τῆς αὐτοῦ μετασχεῖν εὔχεται· οὐ κατὰ Μάρκελλον τοῦ Λόγου ἑνωμένου τῷ Θεῷ, καὶ τῇ οὐσίᾳ συναφθησομένου· καθὼς δὲ ἐμαρτύρησεν ἡ ἀλήθεια, ὁ Σωτὴρ αὐτὸς εἰπών· *Τὴν δόξαν ἣν ἔδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἕν ἐσμεν*. Hoc est: *Atque ad hunc modum nos omnes cum Patre et Filio unum erimus. Quemadmodum enim ipse se et Patrem unum esse dixit, « Ego, inquiens, et Pater unum sumus; » ita quoque, ut ad ipsius imitationem nos omnes ejusdem unionis participes simus, precatus est. Non quod Verbum, ut Marcellus vult, uniatur Deo, et substantialiter ipsi conjungatur: sed ut veritas, ipse Servator scilicet, testificatur dicens: « Gloriam quam dedisti mihi dedi eis, ut sint unum sicut et nos unum sumus* (*Joan* XVII, 22).» Ubi unitatem illam substantialem Patris cum Filio dilucide explodit Eusebius; vultque tantum illam unitatem concedere, qua ex dignatione quadam Pater Filium gloriæ suæ participem efficit, ut et Filius nos ejusdem gloriæ consortes reddidit. Sub hæc autem eidem comprobandæ sententiæ totus insistit, atque ita demum concludit: Οὕτως οὖν ἕν εἰσιν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς κατὰ τὴν κοινωνίαν τῆς δόξης, ἧς τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς μεταδιδούς, τῆς αὐτῆς ἑνώσεως καὶ αὐτοὺς ἠξίου, hoc est: *Ita Pater et Filius unum sunt communione gloriæ: quam cum discipulis suis impertiat, ejusdem eos unionis participes efficit.* Qua in re grandi paralogismo utitur Eusebius, ut infra videbitur, dum unitatem illam gloriæ, in quam ex dignatione tantum discipuli Christi vocantur, pari modo a Patre communicari Filio suo, atque hinc substantialem unitatem excludi, contendit. Hanc porro deitatis unitatem et monarchiam sexcentis in locis (*a*) docet ille, quæ ne longius abducamur in-

(*a*) *Comment. in Psal.* p. 86, 344, 357, 358, 372, 376, 377, 410, 426, 491, 533, 534, 582, 584, 597, 598; *Demonstr. evang.* 147, 148, 149, 248, 255; *Contra Marc.* 65, 66, 69, 70, 90, 96, 106, 107, 110, 127, 141.

dicare solum sufficiat. Cæterum ubi vox ὑπόστασις A occurrit, nos *substantiam* vertimus; tum quia sic Eusebii ævo ex recepto more accipiebatur, ut habet Athanasius; tum quia, cum Eusebius diversam in Patre et Filio substantiam admittat et doceat, inutilis sane fuerit personarum et hypostasium vulgata distinctio.

IV. Diversæ substantiæ.—V. Interpres Latinus *Demonstr. evangelicæ* Eusebium de industria ad catholicam sententiam detorsit.

Licet autem ex præmissis propalam sit Eusebium diversam a paterna substantiam et deitatem in Filio constituere : nam duas in allatis locis substantias aperte profitetur : et sane qui unitatem principii et deitatis in uno Patre, excluso Filio, B servat, consequenter aliam in Filio et diversam substantiam et deitatem, si quidem Deus sit, statuat necesse est; e re tamen fuerit ex multis pauca *Eusebii* loca in medium afferre, ubi ille substantiam et deitatem Filii, a paterna aliam et diversam, separatam, ipsique multo inferiorem commonstrare nititur: unde etiam planius evadat quod superius probatum est, Eusebium videlicet unitatem principii et deitatis in uno Patre, excluso Filio, statuere. Ait igitur in *Demonstratione evangelica*, l. IV, c. 3, p. 147 : Ἀλλὰ τοῦ μὲν αἰσθητοῦ φωτὸς ἀχώριστος ἡ αὐγὴ, ὁ δὲ Υἱὸς ἰδίως παρὰ τὸν Πατέρα καθ' ἑαυτὸν ὑφέστηκε. Καὶ φωτὸς μὲν ἡ αὐγὴ χώραν ἐνεργείας ἐπέχει, ὁ δὲ Υἱὸς ἕτερόν τι ἢ κατὰ ἐνέργειαν τυγχάνει, καθ' ἑαυτὸν οὐσιωμένος. Καὶ πά- C λιν, ἡ μὲν αὐγὴ συνυπάρχει τῷ φωτὶ, συμπληρωτική τις οὖσα αὐτοῦ· ἄνευ γὰρ αὐγῆς οὐκ ἂν ὑποσταίη φῶς, ὁμοῦ τε καὶ κατ' αὐτὸ συνυφέστηκεν· ὁ δὲ Πατὴρ προϋπάρχει τοῦ Υἱοῦ, καὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ προϋφέστηκεν, ᾗ μόνος ἀγέννητος ἦν. Καὶ ὁ μὲν καθ' ἑαυτὸν τέλειος καὶ πρῶτος, ὡς Πατὴρ, καὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ συστάσεως αἴτιος, οὐδὲν εἰς συμπλήρωσιν τῆς ἑαυτοῦ θεότητος παρὰ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνων· ὁ δὲ ὡς ἐξ αἰτίου γεγονὼς υἱὸς, δεύτερος οὗ ἐστιν υἱὸς καθέστηκε, παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τὸ εἶναι, καὶ τοιόσδε εἶναι εἰληφώς. Καὶ πάλιν, ἡ μὲν αὐγὴ οὐ κατὰ προαίρεσιν τοῦ φωτὸς ἐκλάμπει, κατά τι δὲ τῆς οὐσίας συμβεβηκὸς ἀχώριστον· ὁ δὲ Υἱὸς κατὰ γνώμην καὶ προαίρεσιν εἰκὼν ὑπέστη τοῦ Πατρός. D Βουληθεὶς γὰρ ὁ Θεὸς γέγονεν Υἱοῦ Πατὴρ, καὶ φῶς δεύτερον κατὰ πάντα ἑαυτῷ ἀφωμοιωμένον ὑπεστήσατο. Quæ sic ego interpretor : *Sed a sensibili quidem lumine splendor separari non potest, Filius vero seorsum a Patre per seipsum subsistit. Ac luminis quidem splendor locum efficientiæ obtinet, Filius autem aliud quidpiam quam secundum efficientiam est, per seipsum substantia præditus. Rursum, splendor simul exsistit cum lumine, illudque quodammodo complet : nam sine splendore lumen nequaquam subsistat, simulque cum illo ac secundum illud subsistit; Pater autem Filio præexsistebat, et ante ortum ejus exsistebat, quatenus solus non-genitus erat. Et ille quidem per seipsum perfectus et primus, utpote Pater, et constitutionis Filii causa, nihil ad deitatis suæ complementum a Filio accipiens; hic autem tanquam ex causa factus filius, secundus est ab eo cujus est filius, quippe qui a Patre et ut sit, et ut talis sit, acceperit. Ac rursum, splendor quidem non ex proposito et voluntate luminis splendet, sed secundum accidens quidpiam a substantia inseparabile; Filius vero ex sententia et proposito voluntatis, imago Patris substitit. Volens enim Deus Filii Pater exstitit, ac secundum lumen per omnia simile sibi subsistere* (*a*) *fecit*. Ubi interpres sive ex insito erga Eusebium affectu; sive alia ignota de causa, multa secus posita ad catholicam sententiam pro more suo deflexit : nam illud, καθ' ἑαυτὸν οὐσιωμένος, sic transtulit : *Non per seipsum substantiam nactus, sed a Patre*; cum disparatam omnino sententiam efferat Eusebius, scilicet, *per se et seorsim substantiam habens*. Pari modo illud : Ὁ δὲ Πατὴρ προϋπάρχει τοῦ Υἱοῦ, καὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ προϋφέστηκεν, ᾗ μόνος ἀγέννητος ἦν· sic ille vertit : *At a Patre Filius procedit, et illum generat, at ipse non genitus est*. At vera sententia hæc est : *Pater autem Filio præexsistebat, et ante ortum ejus exsistebat, quatenus solus non genitus erat*. Sic etiam ille fere ubique Eusebii dicta in aliam sententiam detorsit, ut catholicum redderet : nam lib. IV, c. 15, p. 173, hæc Eusebii verba, Καὶ μόνον ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα Θεὸν Λόγον, μετοχῇ τε τοῦ γεννήσαντος, ἀγεννήτου καὶ πρώτου καὶ μείζονος, Θεὸν ἐκ Θεοῦ ἀποφανθέντα, Χριστὸν καὶ ἠλειμμένον ἀπεκάλεσε, sic transtulit ille : *Et qui solus ex illo genitus Deus Verbum, communicatione gignentis ingeniti, Deus de Deo est declaratus, Christum atque unctum vocavit*; ubi voces illas πρώτου καὶ μείζονος, *primi et majoris*, prætermisit ille, sic autem vertendum fuit : *Et solum ex ipso genitum Deum Verbum, participatione genitoris non-geniti, primi et majoris, Deum de Deo declaratum, Christum et unctum vocavit*. Et p. 181 B : Διόπερ ἐπὶ τούτῳ ἔχρισέ σε, ὦ Θεὲ, ὁ ἀνωτάτω καὶ μείζων αὐτὸς, ὁ καί σου Θεὸς, ὡς εἶναι καὶ τὸν χριόμενον καὶ τὸν χρίοντα πολὺ πρότερον, πάντων μὲν ὄντα Θεὸν, καὶ αὐτοῦ διαφερόντως τοῦ χριομένου, ubi in Græcis necessario legas, ὡς εἶναι καὶ τοῦ χριομένου τὸν χρίοντα πολὺ πρότερον, alias sententia non constabit. Locum ita vertit, sive potius pervertit interpres : *Propterea ob hanc ipsam causam, unxit te, o Deus, ille. qui tuus quoque est Deus; ut sit et qui ungitur, Deus, et qui ungit : qui quidem sit omnium Deus*. Ea porro est vera dicti sententia : *Ideo unxit te, o Deus, qui supremus et major, ac tui quoque Deus est : ita ut ungens uncto multo prior sit, cum omnium quidem sit Deus, præsertim vero ejus qui ungitur*. Et p. 236 A : Καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, ᾧ καὶ στήλην ἀνέστησεν ὁ θεοφιλὴς, Θεὸς μὲν ἦν καὶ Κύριος (αὐτῷ γὰρ λέγοντι πιστευτέον), οὐ μὴν ὁ ἐπὶ πάντων, ἀλλ' ὁ ἐκείνου δεύτερος, τὰ τοῦ Πατρὸς εἰς ἀνθρώπους διακονούμενος καὶ διαγγέλλων, ubi inter-

(*a*) Quo sensu per omnia similem Filium dicat, vide infra.

pres more solito : *Et Deus Isaac, cui et titulum erexit Dei amicus, Deus quidem erat et Dominus (ipsi enim dicenti credendum est), non tamen is qui Pater est et a nullo est ; sed qui ea, quæ ad Patrem pertinent, hominibus subministrat et nuntiat.* Ubi vertendum erat : *Et Deus Isaac, cui et titulum erexit vir ille religiosus, Deus quidem erat et Dominus ; ipsi enim dicenti credendum est ; nec tamen erat ille supra omnia [Deus], sed illi secundus, qui res Patris in hominibus ministrat et nuntiat.* Quæ recidunt in illam superius commonstratam Eusebii sententiam, unitatem scilicet Dei universorum in uno Patre servari, Filio excluso, et in secundum locum ablegato. Similiter p. 138, C, hæc Eusebii verba : Ὅτε δὲ Κύριον καὶ Θεὸν οἶδε τὸν ἐπιφαινόμενον, ταύταις αὐταῖς σαφῶς κέχρηται ταῖς προσρήσεσι. Κύριον δὲ καὶ Θεὸν ὅτι μὴ τὸν αἴτιον λέγοι, προφανῶς ἐπέδειξαν τῆς θείας Γραφῆς αἱ λέξεις, ἄγγελον Θεοῦ προσειποῦσαι τὸν ἐπὶ τοῦ Ἰακὼβ Κύριον καὶ Θεὸν προωνομασμένον. Λείπεται τις ἄρα ὢν ἐν τοῖς οὖσι Θεὸς καὶ Κύριος μετὰ τὸν παμβασιλέα καὶ Θεὸν τῶν ὅλων· εἴη δ' ἂν οὗτος ὁ πρὸ αἰώνων τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ κρείττων μὲν ἢ πᾶσα ἀγγελικὴ φύσις, μείων δὲ ἢ κατὰ τὸ πρῶτον αἴτιον, ita Latine fecit ille : *Quoties vero Dominum et Deum, eum qui apparet intelligit, his ipsis palam utitur locutionibus : quod vero Dominum Deumque non eum significet qui Pater est, ipsæ Scripturæ divinæ locutiones in superioribus evidentissime ostendunt, ubi angelum Dei appellant eum quicum de Jacob sermo esset ; superest igitur ut quæramus, quisnam sit, in iis quæ sunt, Deus et Dominus, præter Patrem omnium, et regem Deumque universi : erit autem hic Verbum Dei, quod est ante sæcula, superior quidem omni angelica natura, profectus autem ab eo, qui Pater est.* Sed longe alia profert Eusebius, scilicet : *Cum vero Dominum et Deum, qui apparet, esse agnoscit, iisdem ipsis clare utitur appellationibus : quod vero Dominum et Deum dicens, non eum, qui Causa est, significet, evidenter ostendunt divinæ Scripturæ voces, quæ angelum Dei ipsum nuncupant, qui Jacobo [visus] Dominus et Deus antea appellatus est. Restat ergo quispiam inter ea quæ exsistunt Deus et Dominus, post omnium regem et Deum universorum : is autem fuerit, qui ante sæcula est, Dei Verbum, major quidem omni angelica natura, minor vero illa prima causa.* Ubi de more Eusebius Filium Dei, a primaria illa deitate et omnium causa seclusum, dignitate et ordine ceu medium inter Deum et angelos constituit. Sexcenta alia ex *evangelica Demonstratione* loca afferre in promptu esset, ubi interpres Eusebium ad catholicam doctrinam vel invitum deduxit : sed hæc lectori erunt ad cautelam satis, ne in Latina versione se Eusebii sententiam expiscari posse confidat. Æstimo sane multos interpretis artificio ad Eusebii tutandas partes accessisse : nam is sciens et prudens scriptorem Græcum vitiavit, et catholice loqui compulit.

Jam quo destinavimus pergamus : substantiam ergo Filii Eusebius, aliam et diversam docet a Patris substantia, idque non in præmissis modo locis, sed etiam alibi plerumque ; sic in *Demonstratione evangelica*, lib. v, cap. 1, pag. 215, postquam in quo quadret comparatio Patris et Filii cum luce et splendore, explicaverat ; in quo differant Pater et Filius a splendore et luce sic enarrat : Ἀλλ' οὐ τοῖς ὑποδείγμασι κατὰ πάντα τρόπον ὁμοίως, ὥσπερ οὖν ἤδη πρότερον εἴρηται. Τὰ μὲν γὰρ ἄψυχα σώματα τὸ συμβεβηκὸς ἐν ποιότησι κέκτηνται· ἥ τε γὰρ αὐγὴ, σύμφυτος οὖσα τῇ τοῦ φωτὸς φύσει, καὶ οὐσιωδῶς συνυπάρχουσα τῷ φωτὶ, οὐκ ἂν δύναιτο ἐκτὸς ὑφεστάναι τοῦ ἐν ᾧ ἐστιν· ὁ δέ γε τοῦ Θεοῦ Λόγος καθ' ἑαυτὸν οὐσίωταί τε καὶ ὑφέστηκε, καὶ οὐκ ἀγεννήτως συνυπάρχει τῷ Πατρὶ, ἀλλ' ὡς μονογενὴς Υἱὸς μόνος πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννημένος, hoc est : *Sed non omnimode exemplorum similitudo convenit, ut jam dictum fuit : nam corpora inanimata accidens in qualitatibus obtinent : splendor enim cum naturæ lucis connatus sit, et substantialiter cum luce coexsistat, extra idipsum in quo est nequaquam subsistere possit ; at Dei Verbum per se et seorsim substantiam obtinet et subsistit ; neque ingenite* (i. e. *ut non-genitus*) *Patri coexsistit ; sed ut unigenitus Filius, solus ante omnia sæcula ex Patre genitus.* Pariterque lib. vi initio proœmii, in eo quem supra retulimus loco, ait Filium esse secundam post Patrem substantiam, quæ rebus factis omnibus præsit. Et lib. i *Contra Marcellum*, p. 5, ait, eum qui dixerit Patrem et Filium substantia unum, aperte Sabellianum esse ; et p. 25 accusatus a Marcello Eusebius, quod teste Narcisso Neroniadis, duas esse Patris et Filii substantias diceret, rem ille non negat, sed alio rem et sermonem divertit. Tempus me deficeret, si similia Eusebii loca congerere vellem : de industria enim ille passim rem agitat et comprobare nititur (*a*).

VI. Eusebius Filii deitatem aliam statuit a paterna.

Cum ergo Filium diversæ a paterna substantiæ dicat, hinc consequitur ut deitatem aliam a paterna in Filio esse doceat : quod licet eodem recidat, ex ipsis Eusebii dictis planius evadet : unde etiam asseratur quod initio comprobavimus, scilicet Eusebium unitatem deitatis in uno Patre constituere. Ait igitur lib. v *Dem. evang.*, c. 30, p. 255 : Ἀλλὰ γὰρ δι' ὅλων τριάκοντα προφητικῶν κεφαλαίων δεύτερον Θεὸν μετὰ τὸν ἀνωτάτω καὶ ἐπὶ πᾶσι, τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν, τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, εἶναι μεμαθηκότες, ἐφ' ἑτέραν τῆς κατ' αὐτὸν οἰκονομίας ὑπόθεσιν μεταβησόμεθα. Ubi interpres pro more hæc impia dicta ad catholicam sententiam detorsit : nam sic transtulit : *Atenim postquam hactenus ex totis triginta propheticis capitibus, Deum, Salvatorem ac*

(*a*) *Vide comment. in Psal.* pag. 219, 534 ; *Demonstr. evang.*, 148, 155, 202, 230, 233, 234, 235 ; *contra Marcellum*, 4, 69, 79, 104.

Dominum nostrum, Dei Verbum esse didicimus, ad alterum ejus quæ ad eumdem pertinet dispensationis argumentum transeamus. Ubi vertendum fuit : *At enim postquam ex totis triginta propheticis capitibus, secundum Deum, post illum supremum et qui supra omnia est, Salvatorem scilicet Dominum nostrum, Dei Verbum, esse didicimus ; jam ad aliud ejus œconomiæ argumentum transeamus.* Hic vides secundum, sive alterum Deum, a supremo illo et qui supra omnia est, distinctum, prædicari : nam utrique suam deitatem ascribit, alteram supremam et majorem, quæ ad Patrem, alteram vero minorem, quæ ad Filium, pertineat. Et vero in libro primo *Contra Marcellum*, diserte et sine ambage de Patre ait : Ὁ τὴν οἰκείαν θεότητα κεκτημένος, *qui propriam sibi deitatem obtinet.* Neque enim, ut ille passim loquitur, Filium ad illam primariam pertinere deitatem putat ; sed seorsim a Patre minorem esse Deum pronuntiat : nam in secundo *Contra Marcellum* libro, cap. 16 et 17, pag. 126 et 127, pro viribus depugnat ille Patrem et Filium non eumdem esse Deum ; sed ex inani illa distinctione, quam in primo Evangelii Joannis versiculo comminiscitur, alium esse Deum qui supra omnia est, alium vero Deum, qui Verbum dicitur. Siquidem, ait ille, hæc evangelistæ verba : Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν· καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, Deum Patrem cum articulo exprimunt, πρὸς τὸν Θεόν, Deum vero Filium sine articulo, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος : ex quo arguit ille, Deum Verbum sine articulo expressum, alium esse Deum ab eo qui cum articulo exprimitur ; atque ita Sabellii errori se occurrere putat, qui crederet, Patrem et Filium non eumdem modo Deum, sed eamdem esse personam, quæ secundum varias intelligendi rationes distingueretur, ac modo Pater, modo Filius et Verbum appellaretur.

VII. Grandis paralogismus Eusebii.

At non videt Eusebius se in impietatem Sabellianam forte deteriorem incidere, ac sacro evangelistæ grandem paralogismum affingere. Nam si, ut putat Eusebius, evangelista Deum alium majorem et supremum hic indicet, alium vero minorem et longe inæqualem ; incogitanter admodum Joannes, ut ait plerumque Athanasius, res adeo disparatas sine ulla distinctione, uno eodemque vocabulo utramque copulans, significavit : *Et Verbum*, ait, *erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (*Joan.* I, 1). Nam quis non voci, *Deus*, conjunctim repetitæ, eamdem utrobique significationem statim aptaverit ? Quis eamdem vocem, bis eodem loco enuntiatam, tam disparata significare putaverit ? Hinc item longe deterrima impietas consequitur, a qua semper tam vetus quam nova Ecclesia summe abhorruit : nam si Filium alium a Patre Deum esse admittamus, duos esse deos fateamur necesse est, alium majorem aliumque minorem : atque sic in pluralitatem deorum incidamus, et in πολύθεον ἀθεΐαν, A ut habet Gregorius Nazianzenus : sic ὁ θεολόγος Joannes initio Evangelii sui deorum multiplicitatem induxerit. Hic se mire contorquet Eusebius, et ne duos cogatur admittere deos tot circuitionibus et ambagibus utitur, ut perplexam arguendi methodum mirari subeat. Ait igitur Eusebius lib. II *Contra Marcellum* (*a*) : Δέον ἐντεῦθεν συνεῖναι, ὡς οὐ δύο θεοὺς ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ κηρύττει· οὐ γὰρ δύο ἀγέννητα, οὐδὲ δύο ἄναρχα, ὡς πολλάκις ἡμῖν εἴρηται, οὐδὲ δύο οὐσίας ἐξ ἰσοτιμίας ἀντιπαρεξαγομένας ἀλλήλοις εἰσάγει· διὸ οὐδὲ δύο θεούς· ἀλλὰ μίαν ἀρχὴν καὶ Θεὸν εἶναι, τὸν αὐτὸν Πατέρα διδάσκουσα εἶναι τοῦ μονογενοῦς καὶ ἀγαπητοῦ Υἱοῦ, hoc est : *Hinc intelligendum est Ecclesiam Dei non duos deos prædicare : non enim duo non genita, nec duo* B *principio carentia, ut sæpe dictum a nobis est, neque duas substantias, honore pari ex adverso mutuo collatas, inducit, ideoque nec duos deos : sed unum principium et Deum, ipsum Patrem unigeniti et dilecti Filii esse docet.* Itaque eatenus non duos deos esse dicit, quatenus solus Pater non genitus et sine principio, unus Deus et unum principium est, Filius vero, utpote ipsi inæqualis, non in primaria et una illa deitate censetur esse : atqui hinc solum concludi potest, non esse duos æquales deos, sed unum Patrem supremum esse Deum : cum autem Filius, licet impar et minor, Deus tamen esse dicatur, hinc sane consequetur duos esse deos ; majorem alium, alterum vero minorem.

C

VIII. Non obscure docet Filium non esse vere Deum. — IX. Quo sensu Filium esse Deum dicit.

Probe animadvertit Eusebius non posse ratiocinia sua consistere : quamobrem, quæ ipsi una supererat elabendi ratio, ne duos admittere deos cogatur, modo aperte docet, mox nec obscure insinuat Filium non esse vere Deum. In epistola quippe sua ad Euphrationem, ab Athanasio et a Nicæna secunda synodo laudata (*b*), de Filio talia fatur : Τὸν αὐτὸν δὲ καὶ μόνον ἀληθινὸν εἶναι διδάσκει δι' ὧν φησιν· *Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν*· οὐχὶ ὡς ἑνὸς ὄντος μόνου τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἑνὸς ὄντος μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ, μετὰ προσθήκης ἀναγκαιοτάτης τοῦ, *ἀληθινοῦ*. Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς Θεὸς μὲν ὁ Υἱὸς, ἀλλ' οὐκ ἀληθινὸς Θεός· εἷς γάρ ἐστι καὶ μόνος ἀληθινὸς Θεὸς, διὰ τὸ μὴ ἔχειν πρὸ αὐτοῦ τινα. Εἰ δὲ D καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς ἀληθινὸς, ἀλλ' ὡς εἰκὼν τοῦ ἀληθινοῦ. εἴη ἂν καὶ Θεός· ἐπεὶ καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, οὐ μὴν ὡς ὁ μόνος ἀληθινὸς Θεός, hoc est : *Eumdem autem et solum verum esse docet his verbis : « Ut cognoscant te solum verum Deum* (*Joan.* XVII, 3), » *non quasi unus solus sit Deus, sed quasi unus solus sit verus Deus, cum hoc pernecessario additamento, « verus. » Nam et ipse quidem Filius, Deus, sed non verus Deus : unus est enim solus verus Deus, eo quod non habeat aliquem ante se. Quod si ipse quoque Filius verus est, sed sicut imago veri Dei, Deus fuerit : siquidem et Deus erat Verbum, non tamen sicut ille solus verus Deus.* Idipsum diserte declarat in

(*a*) P. 141.

(*b*) Athan. t. I; II Nic., act. V, p. 366.

Demonstr. evang., cap. 4, pag. 226, his verbis : Οὐκοῦν διὰ τούτων ὁ μὲν ἀληθὴς καὶ μόνος Θεὸς εἷς ἂν εἴη, μόνος κυρίως τυγχάνων τῆς προσηγορίας· ὁ δὲ δεύτερος μετουσίᾳ τοῦ ἀληθοῦς τῆς κοινωνίας ἠξίωται, οὔτε ὢν καθ' ἑαυτὸν, οὔτε ὑφεστὼς δίχα τοῦ θεοποιοῦντος αὐτὸν Πατρὸς, οὔτ' ἄνευ τοῦ Πατρὸς θεολογούμενος : missa vero interpretis versione, quam ille pro more suo ad catholicam fidem concinnavit, sic nos reddimus : *Itaque ex his verus et solus Deus* (*a*), *unus fuerit, qui solus hanc appellationem proprie obtinet; secundus autem participatione veri, communicatione illa dignatus est, qui non sine Patre qui ipsum Deum efficit, per se exsistit et subsistit; neque sine Patre Deus vocatur.* Ubi clare dicit solum unum Deum Patrem esse, cui Dei nomen proprie competit, secundum autem Deum participatione tantum a Deo Patre Deum factum fuisse. Cum autem ait secundum illum Deum, cui scilicet non vere et proprie competit quod Deus sit, non sine Patre exsistere, ad illud Evangelii Joannis respicit : *Et Verbum erat apud Deum.* Ideo autem Filium Deum dignatione Patris esse (vel potius ex iis quæ supra diximus vocari), ait, quia est imago Patris : non quidem imago quæ eamdem quam Pater substantiam obtineat, nam, ut supra comprobatum est, diversam a paterna substantiam Filii constituit; sed imago perfectissima, quantum ea potest esse quæ alia a supremo Deo fuerit. Idipsumque multis in locis tam in *Demonstratione evangelica*, quam in libris *Contra Marcellum* declarat. Nam lib. I *Contra Marcellum* p. 70, de Patre clare et sine ambage ait, Μόνος ἀληθινὸς Θεός· *Solus verus Deus.* In *Demonstratione* autem *evangelica*, l. v, c. 4, pag. 227, suam dilucide de Patre et Filio sententiam explicat, aitque Filium ob suam cum Patre similitudinem Deum vocari, licet non proprie et per se talem nuncupationem obtineat : nam postquam dixerat Filium natura Deum esse, mentem suam sic aperit : Πλὴν εἰ καὶ φύσει μονογενὴς Υἱὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν ἀνευφημεῖται, ἀλλ' οὐχ ὁ πρῶτος Θεὸς, πρῶτος δὲ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς, καὶ διὰ τοῦτο Θεός. Καὶ ὅλον γε τοῦτο αἴτιον ἂν εἴη τοῦ καὶ αὐτὸν εἶναι Θεὸν, τὸ μόνον εἶναι φύσει τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, καὶ μονογενῆ χρηματίζειν, καὶ τὸ δι' ὅλου σώζειν τοῦ μόνου Θεοῦ τὴν ἔμψυχον καὶ ζῶσαν νοερὰν εἰκόνα, κατὰ πάντα τῷ Πατρὶ παρωμοιωμένην, καὶ τῆς θεότητός τε αὐτῆς τὴν ὁμοίωσιν ἐπιφερομένην. Ταύτῃ τοιγαροῦν καὶ αὐτὸν ὡς ἂν μόνον Υἱὸν καὶ μόνον εἰκόνα ὄντα τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς ἀγεννήτου καὶ ἀνάρχου τοῦ Πατρὸς οὐσίας τὰς δυνάμεις κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς ὁμοιώσεως περιβεβλημένον, ὑπό τε τοῦ πάντων τεχνικωτάτου καὶ πανεπιστήμονος ζωγράφου τε καὶ ζωοποιοῦ Πατρὸς εἰς τὸ ἔτι ἀκριβὲς τῆς ὁμοιώσεως ἀπειργασμένον, Θεὸν εἰκότως οἱ θεῖοι ἀναγορεύουσι λόγοι· ὡς καὶ ταύτης μετὰ τῶν ἄλλων παρὰ τοῦ Πατρὸς ἠξιωμένον προσηγορίας, εἰ ἠφίετα τε, ἀλλ'

A οὐκ ἰδιόκτητον αὐτὴν ἐσχηκότα. Ὁ μὲν γὰρ δίδωσιν, ὁ δὲ λαμβάνει. Ὥστε κυρίως καὶ ἕνα ἐκεῖνον εἶναι Θεὸν, καὶ μόνον γὰρ καὶ φύσει ὄντα, καὶ μὴ παρ' ἑτέρου λαβόντα· τὸν δὲ τῶν δευτερείων ἠξιῶσθαι, καὶ τὸ Θεὸν εἶναι λαβόντα παρὰ τοῦ Πατρὸς ἔχειν, ὡς ἂν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ, μιᾶς ἐπ' ἀμφοῖν κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς θεότητος ἐπινοουμένης, ἑνός τε ὄντος Θεοῦ τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἀνάρχως καὶ ἀγεννήτως ὄντος, διὰ δὲ τοῦ Υἱοῦ ὡς ἂν δι' ἐσόπτρου καὶ εἰκόνος ἐπιθεωρουμένου. Missa Latini interpretis versione, qui pro more suo hæc ad catholicam sententiam detorsit, sic nos ad verbum interpretamur : *Cæterum etiamsi natura unigenitus Filius et Deus noster celebretur, at non est primus Deus; sed primus Dei unigenitus Filius, et ideo Deus. In summa hæc causa fuerit*
B *quod ille Deus sit, quia solus natura Filius Dei est, ac Unigenitus vocatur, et quia solius Dei animatam, viventem et intelligentem imaginem servat, secundum omnia Patri similem, ac etiam ipsius deitatis imaginem ferentem. Hac ergo de causa ipsum etiam, utpote solum Filium, qui solus Dei imago sit, ac non-genitæ et principio carentis substantiæ Patris virtutibus secundum exemplum similitudinis indutus sit, atque ab omnium peritissimo ac scientissimo pictore ac vitæ auctore Patre, ad accuratissimam similitudinem effectus sit, Deum merito divini sermones appellant; utpote qui cum aliis a Patre hac appellatione dignatus sit, eamque acceperit, non autem ut propriam sibi habuerit. Nam ille quidem dat, hic*
C *vero accipit. Ita ut proprie ille unus sit Deus, et solus quidem natura exsistens, neque ab alio accipiens; hic vero secundo loco dignatus sit, atque a Patre acceperit ut Deus esse obtineat, utpote imago Dei, cum una in ambobus secundum exemplum deitas intelligatur, uno Deo secundum se sine principio et generatione exsistente, qui per Filium quasi per speculum et imaginem consideratur.* Quorum hæc summa fuerit, eatenus Filius natura Deus est, quatenus natura sua ad similitudinem Dei per omnia effectus est, atque ideo deitatis nomine dignatus est, quæ tamen non ipsi proprie competebat; sed propter similitudinem deitatis quam repræsentabat, Deus vocatur : nec primus Deus est, sed secundas in deitate ex dignatione occupat, non ex
D jure et proprietate : nam Deus ob accuratissimam similitudinem hac illum appellatione donavit. Eusebianæ de Filii deitate doctrinæ luculenta item testimonia affert Nicephorus patriarcha in *Antirrheticis*, cujus operis non hactenus editi ac luce dignissimi, editionem parat eruditissimus Anselmus Bandurius noster. Hæc igitur excerpta affert ille ex epistola Eusebii ad Constantiam Augustam : Μόνος γοῦν οὗτος μετὰ τὸν ἀνωτάτω Θεὸν καὶ Πατέρα δίκαιός ἐστι Κύριος καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησε, id est : *Hic itaque solus post supremum Deum et Patrem, justus est Dominus, et justitias dilexit*; et paucis interjectis :

(*a*) Lib. I *Contra Marcellum*, pag. 70, μόνος ἀληθινὸς Θεός· et lib. II *Contra Marcellum*, pag. 109, et p. 87, 96.

Ὅτι ἔχομεν καὶ ἡμεῖς ἀρχιερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς, Ἰησοῦν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· οὗ τὰ μὲν ἀνωτάτω καὶ κορυφαῖα τῆς θεότητος ἐπέκεινα πάσης κτίσεως διήκοντα, καλύμματι πατρικῷ τῆς ἐνθέου ἀϊδιότητος καὶ ἀγεννησίας ἐπικαλύπτεται, id est : *Quia habemus et nos Pontificem magnum, qui cælos præterivit, Jesum Filium Dei, cujus Deitatis suprema et summa, supra omnem creaturam pervadentia, paterno divinæ æternitatis et innascibilitatis operimento conteguntur*. Sub hæc autem clarius : Ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ μετώπου στέφανος τῆς ἐνθέου καὶ παντοκρατορικῆς βασιλείας τε καὶ δεσποτείας ἐδήλου προσηγορίαν, ἣν μόνῳ τῷ Μονογενεῖ ὁ ἀνωτάτω καὶ μόνος αὐτοῦ Πατὴρ ἐδωρήσατο, Θεὸν καὶ Κύριον καὶ βασιλέα τῶν ὅλων μόνον αὐτὸν μετά γε ἑαυτὸν ἀναδείξας, id est : *Corona autem in fronte posita, divini et omnipotentis regni ac dominii appellationem declarat : quam soli Unigenito supremus et solus ejus Pater donavit, Deum, Dominum et Regem universorum solum ipsum post se declarans*. Ubi vides ex Eusebio, Filium, Dei et Domini appellationem ex sola dignatione Patris obtinere, ac secundum a Patre Deum esse, quo respicit etiam ille Commentariorum locus, in argum. psal. LXXII Asaphi, et ad psal. X : *Ac ne quis ob monarchiæ, sive unius principii, rationem turbaretur, Christum Dei Deum esse audiens ; congruenter hic multos deos nominat eos, qui sub hæc incusantur : tantum non præcipiens ut ne cunctemur Filium quoque Dei Deum vocare. Si enim gentis principes, qui male audiebant, Dei nomine dignati sunt, quod, quæso, periculum fuerit, si virum dexteræ Dei, et filium hominis confirmatum, Deum fateamur*, id est, cum homines etiam dii vocentur, multo magis possumus Christum appellare Deum, quin hinc metus sit ne pluralitatem deorum et principiorum inducamus, quia scilicet Filius non proprie et vere Deus est, quod hic ille insinuat, et alibi clare et sine ambage dixit. Ideo autem, ut ipse in allato loco, in libris *Contra Marcellum*, et in Comment. in psal. LXXXV, 10, explicat, Deus ille præ omnibus iis, qui Dei nomine dignati sunt, appellatur, quia in ipso solo Patris similitudo servatur ; et in ortu suo a Patre Deus factus et deputatus est, θεοποιηθεὶς ut supra, unde etiam est quod αὐτόθεος vocetur in *Hist. eccl.* l. X, p. 375 (*a*), comparatione scilicet hominum, qui dii vocantur ; nec tamen dii dici possunt, si cum illo conferantur, ut habet in his commentariis. *Quod si illud adjiciatur* (sic ille), « *Tu es Deus solus* (*Psal.* LXXXV, 10) ; » *id applices Salvatori, hoc item apponens*, « *Non est similis tui in diis, Domine* (*Ibid.* 8) ; » *sicut enim si te cum memoratis diis comparemus*, « *non est similis tui*, » *sic si te conferamus cum iisdem*, « *tu es Deus solus*. » *Siquidem solus Salvator et Dominus noster* « *in principio erat, Dei Verbum erat, apud Deum erat, et Deus erat* (*Joan.* I, 1) : » *quamobrem non est similis ipsi in diis, ac solus ipse quasi in diis Deus fuerit ; cum nullus ex multis illis, qui dii vocantur, comparatione illius Deus dici possit*. Hinc intelligas

A illud αὐτόθεος, *ipse Deus* (*b*) ; sive quod alibi dicit, ἀληθινὸς Θεός, *verus Deus ;* scilicet comparate ad homines, qui aliquando dii appellantur : nam comparate ad Patrem, sive Deum universorum, non vere et proprie Deus dicitur, secundum Eusebii sententiam.

X. Quam adversa rationi et priscorum Patrum sententiæ tradat.

Sic ille ne duos deos dicere cogatur, Filium vere Deum esse negat, Evangeliorum dicta distorquet, a priscorum Patrum doctrina discedit, et ad Arianorum partes accedit. Nam ut Evangelia tres esse in uno Deo personas clare indicant ; ita rationem Dei in tribus unam et eamdem esse docent : stultum quippe est in hoc Joannis dicto, I, 1 : *In principio erat Verbum, et*

B *Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*, duas et disparatas Dei rationes somniare, et ineptissimam amphibologiam scriptori sacro affingere, unde prisci Ecclesiæ Patres, tam ii qui ad usque quartum sæculum floruere, quam ii qui ex toto orbe coacti Nicænam synodum celebrarunt, etsi hypostasium et personarum vocibus non uterentur, eadem sententia tres unum constituere Deum, constanter docebant. Hic apposite aurea illa Dionysii Alexandrini, quem patrocinari sibi falso jactitabant Ariani, sententia locum habeat : Οὕτω μὲν ἡμεῖς εἴς τε τὴν Τριάδα τὴν μονάδα πλατύνομεν ἀδιαίρετον, καὶ τὴν Τριάδα πάλιν ἀμείωτον εἰς τὴν μονάδα συγκεφαλαιούμεθα, hoc est : *Sic quidem nos indivisibilem unitatem in Trinitatem dilatamus, et Trinitatem iterum, quæ*

C *imminui nequit, in unitatem contrahimus*. Ubi vides unitatem Dei, contra quam Eusebius sentit, in tribus personis constitui. Siquidem Trinitas illa nihil unitati officit, quia in tribus una natura, substantia et deitas exsistit. De sententia vero Eusebii circa Spiritum sanctum, non est quod disseratur : etenim vel ii qui ejus de Filio doctrinam tueri conantur, non inficias eunt ipsum de Spiritu sancto non recte locutum. Nam libro *contra Marcellum* (*c*) ait, Spiritum sanctum neque Deum neque Filium esse ; ita ut illum decernat Filio inferiorem, quippe quem ne ex dignatione quidem Deum nuncupari velit : sed post Filium non numero tantum, sed etiam gradu et dignitate constituat. In his vero commentariis

D perraro de Spiritu sancto verba facit, quia nondum mota fuerat de Spiritu sancto quæstio. Nam etsi ab exortu Arianismi, sequaces Arii de Spiritu sancto impie sentirent, nondum quidpiam adversum protulerant. Sed post mortem Arii et Eusebii, ubi Arianorum sunt facta divortia, Macedoniani et Pneumatomachi Spiritum sanctum, perinde atque Filium, inter opificia et res creatas palam computare cœperunt.

XI. Cum Arianis plane consentit.

In iis porro quæ supra attulimus, cum Ario et Arianis plane consentit Eusebius (*d*) : nam et ipsi perinde atque Cæsariensis ille præsul, unum et so-

(*a*) Hujusce *Patrologiæ* nostræ tom. XX.
(*b*) *Dem. ev.* p. 156.

(*c*) P. 174 et 175.
(*d*) Athan. p. 728, 729.

lum ve.: Deum, Patrem scilicet, admittebant; Filium vero alius a paterna substantia, neque verum esse Deum prædicabant : etsi, perinde atque Eusebius, de Filio loquentes a Dei appellatione non abhorrerent; Filium longe imparem et inæqualem Patri, ipsoque minorem affirmabant : quod Eusebius in hisce commentariis, in *Evangelica Demonstratione* et in libris *Contra Marcellum* frequentissime dicit ac repetit, nec ea in re unquam circuitione vel ambage utitur.

XII. Qua sententia τῷ ὁμοουσίῳ sive consubstantiali subscripserit.

Objicere solent qui Eusebii partes tutantur, ipsum in synodo Nicæna, τῷ ὁμοουσίῳ, sive consubstantiali subscripsisse. Et id sane testificatur Euse- B bius in epistola sua ad Cæsarienses; nam cum, imperatore præsente, instaret exsilii metus, Eusebius, qui non ex eorum numero fuit, qui de civitate maluerunt quam de sententia dimoveri, ægre tandem synodi placitis assensus est; ut ipse nec obscure innuit in eadem epistola, καὶ μέχρις ἐσχάτης ὥρας ἐνιστάμεθα, *usque ad extremam horam obstitimus*. Quare id non puto esse tanti ad ejus defensionem : quid enim exoneratus metu fecisset, experiundi potestas non fuit. Sed tamen ita ibidem τοῦ ὁμοουσίου significatum extulit, ut sibi pristina repetere liceret, sicubi facultas adesset. Nam hæc eadem in epistola profert : Παραστατικὸν δὲ εἶναι τὸ *ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ* τὸ μηδεμίαν ἐμφέρειαν πρὸς τὰ γενητὰ κτίσματα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ φέρειν, μόνῳ δὲ C τῷ Πατρὶ τῷ γεγεννηκότι ἀφωμοιῶσθαι, καὶ μὴ εἶναι ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεώς τε καὶ οὐσίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρός, hoc est : *Verum hisce verbis*, CONSUBSTANTIALEM PATRI, *indicari nullam Filio Dei cum factis et creatis rebus esse similitudinem; sed soli Patri, qui ipsum genuit, omni modo similem esse, neque ex alia quam ex Patris hypostasi et substantia esse*. Ubi vides eatenus Filium Patri consubstantialem dici, quatenus non creatis rebus, sed Patri omni modo similis est. Ὁμοούσιος quippe, sive consubstantialis, Patri Filius est secundum Eusebium, quia ejus substantia, Patris substantiam refert; ita ut ratione similitudinis una sit in utraque substantia repræsentatio. Quod alibi passim D enuntiat, maximeque in libris *Contra Marcellum :* in quo autem eam similitudinem constituat, mox pluribus expendemus. Quod adjicit ille Filium non ex alia, quam ex Patris hypostasi et substantia esse, non ita intelligit Eusebius, quod jam conspicue probatum est, ut eamdem putet esse Patris et Filii substantiam : id enim sexcentis in locis explodit ille, et ut Sabellii doctrinam traducit; sed quod substantiam a paterna, quoad imaginem et similitudinem, expressam acceperit, licet minorem et longe imparem : illud porro perinde atque τὸ ὁμοούσιον, quia in Nicæna fide contineretur, admittere coactus est.

A XIII. Quo sensu ἐξ οὐκ ὄντων neget, et genitum Filium dicat.

Quia vero in Nicæna fide, cui subscripsit Eusebius, damnatur item Arianicum illud, ἐξ οὐκ ὄντων, *ex non exsistentibus*, et Filium genitum et non factum esse declaratur; hanc synodi doctrinam ore tenus defendit Eusebius, ne Constantini Nicænæ doctrinæ tenacissimi indignationem incurreret; ore tenus dixi, non ex conjectura et opinione quadam; sed ex ipsis Eusebii dictis, qui ea in re unus sui ipsius interpres esse valeat. Nam illud, ἐξ οὐκ ὄντων, duobus potest modis intelligi; primo, ita ut qui non antea exstiterit, initium exsistendi accipiat, et cum nihil antea fuisset, in rerum natura prodeat : quam veram fuisse puto Arianorum mentem : et huic sententiæ Eusebius semper institit, qui Filium ante creationem non sempiternum esse defendit (*a*); secundo, ex non exstantibus aliquid fieri dicatur, cum ex nullo præexsistente originem ducit : quo sensu Eusebius Filium ex non exsistentibus prodiisse negat, nam passim dicit et pugnat Filium ex Patre genitum esse, licet non sua sibi ratiocinia constent : siquidem in hoc commentario ait, *Psal.* XLIV, 2, Filium a Patre ex corde et ex visceribus produci. Et in *Demonstratione evangelica*, l. IV, c. 2, p. 146, Filium genitum declarat, similiterque p. 148, et passim ubique cum in hoc ipso opere, tum in libris *Contra Marcellum*, genitum Filium contendit : et tamen aliam a Patre substantiam Filii esse, non numero tantum, sed dignitate et magnitudine pronuntiat; ita ut nec vere et proprie Deus dici possit; sed ait illum imaginem non modo Deitatis, sed etiam unitatis paternæ perfectissimam esse, atque ideo ex Patre prodeuntem, quia ad Patris similitudinem sit expressa, κατὰ γνώμην καὶ προαίρεσιν, id est, ex voluntate et proposito Patris, non ex naturæ necessitate; quæ tamen imago, alia sit a paterna Deitate, minor, impar, quæ dignatione quidem Patris in ortu suo Dei nomen acceperit, sed non vere et proprie Deus sit.

Ex Deo autem et ex substantia Dei esse Filium dicit ratione similitudinis; quemadmodum imago cujuspiam a peritissimo pictore concinnata, ex eo et ex persona ejus expressa eumque perfecte exhibere dicitur : etsi alterius et diversæ substantiæ sit; ita Filius, secundum Eusebium, ex substantia Dei et ex Deo esse dicitur, qui est imago ex Deo expressa, Deum perfecte repræsentans, etsi alterius et diversæ substantiæ sit. In quo sane Eusebius a recto ratiocinandi genere immane quantum aberrat : nam ex communi et recepto hominum usu, qui vere gignitur, gignentis substantiam plenam integramque accipit, ut filius vocari possit. Ea quippe est filii proprie dicti ratio, ut eamdem prorsus quam pater naturam obtineat; alias, non filius, sed opificium erit; eamdem, inquam, specie naturam in rebus creatis, quæ multiplicari possunt; eamdem vero numerice in divinis, quia na-

(*a*) *Contr. Marcell.* lib. I, p. 67, 69.

tura Dei cum multiplicari nequeat, utpote infinita, non potest nisi una et ipsa eademque communicari. Verum hæc minime quadrare non nesciebat Eusebius, et quia arduum est contra animi sententiam diu multumque scribere, quin nonnihil ex mente scriptoris vel imprudenter effluat, non pari semper modo Eusebius loquitur : nam in *Demonstr. evangelica* Filium sic nuncupat, *Τὸ τέλειον τοῦ τελείου δημιούργημα, καὶ σοφοῦ σοφὸν ἀρχιτεκτόνημα, Perfectum perfecti opificium, et sapientis sapiens artefactum :* et in epistola ad Alexandrum (a), Filium rem factam esse dicit : et Arianorum causam aperte propugnat, qui dicebant Filium factum fuisse, sed non ut aliquam ex rebus factis; et creatum item fuisse, sed non ut aliquam ex rebus creatis. Cæterum etiamsi ex animi sententia Eusebius Verbum vere genitum et Filium dixerit, verbo tantum tenus ab Arianis discrepabit : nam illi perinde atque Eusebius Verbum a Patre productum, substantia diversum ac minus esse Patre putabant; an vero id dici possit genitum esse, de nomine tantum quæstio est.

XIV. Filium negat æternum.

Quod ad æternitatem vero Filii ante creationem, ne latum unguem ab Arianorum sententia deflectere videtur, qui dicebant Filium non ἀΐδιον sive sempiternum esse : sed ante omnia factum. Sic et ille Filium quidem πρῶτον τῶν ὄντων ἁπάντων dicit *Demonstr. evang.* p. 146, id est, *Primum omnium quæcunque sunt*; idque passim repetit in his commentariis, inque libris *contra Marcellum :* itemque ait *Filium* πρὸ χρόνων αἰωνίων, et πρὸ πάντων αἰώνων, id est, *ante sæcula*, productum : nam sæcula et tempus omne cum mundo cœpisse cum multis aliis veteribus arbitratur, nec vox αἰώνιος apud Eusebium, pro æternitate ante creationem usquam sumitur : nam hujusmodi æternitatem in Filio evidenter negat et *contra Marcellum* agens affirmat Filium non posse dici ἀΐδιον sive sempiternum, ut videre est, l. II, c. 12, et alibi. Nec diffiteor tamen in Commentariis in Psalmos ad hunc psal. II versum, *Ego hodie genui te*, hæc haberi : *Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε*, δηλονότι περὶ τῆς χρονικῆς ἔφη γεννήσεως· περὶ γὰρ τῆς ἀνάρχου φησὶν αὐτὸς ὁ Δαυΐδ· *Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου γεγέννηκά σε*, hoc est : « *Ego hodie genui te,* » *id videlicet de temporali generatione dictum, quæ per œconomiam facta est ; de illa namque quæ sine principio est, ait ipse David :* « *Ex utero ante luciferum genui te* (*Psal.* CIX, 3). » Verum id nihil veræ Eusebii sententiæ officiat, nam, ut vides, ἄναρχον vocat Verbi generationem, quia ante luciferum, id est, ante principium temporis fuit : siquidem Verbum, ut ait Joannes, in principio erat, quod ille de principio temporis explicat, atque ideo hic ἄναρχος Verbi ortus dicitur, quia cum ante omne tempus et ante omnia sæcula fuerit, non habet principium temporis. Ἄναρχον tamen ille ubique alias cum de Filio loquitur respuit, et soli Patri competere dicit : parique modo tetragrammon יהוה, quod passim ait in his Commentariis uni Patri competere posse; semel in commentario itemque semel in *Demonstratione evangelica*, ait Filio nonnunquam ascriptum fuisse, accommodate scilicet, neque proprie, ut alibi de Dei appellatione dictum est. Non sempiternum autem fuisse Verbum ante creationem probat hoc dilemmate Eusebius, in loco *Contra Marcellum* superius memorato : Si Filius sit ἀΐδιος sive sempiternus, vel duo erunt sempiterna, nempe Pater et Filius, quod est a fide absonum; vel Pater et Filius unum erunt sempiternum, quod est Sabellianum. Ante creationem igitur Verbum non sempiternum esse docuit Eusebius; neque tamen res creatas statim post Verbi ortum editas esse putat; sed interpositum spatium inter Verbi et opificiorum productionem constituit ille : qua in re paulum deflectere videtur ab Arianæ sectæ principibus, qui Verbum ad rerum omnium creationem productum sine intermedio spatio arbitrabantur, ut illo Deus ad opificia edenda ceu instrumento uteretur.

XV. Summa doctrinæ Eusebii.

En ergo totam Eusebianæ theologiæ summam. Unus verus ab æterno Deus Pater fuit, qui omnibus atque etiam Filio suo præexsistit : Filiumque sibi postea non ex necessitate naturæ, sed ex libero voluntatis arbitrio ac proposito, produxit ex substantia sua : non substantiam suam sive totam, sive decisam, Filio communicans; sed substantiam aliam ad sui per omnia similitudinem et imaginem producens; quantum scilicet potest substantia a Deo diversa Dei imaginem ferre : nam longe impar et minor Patre Filius est. Cum autem imago illa una Deum perfectissime, quantum fieri potest, repræsentet, non substantiæ modo Dei, sed etiam unitatis ejus imago est. Unde ob illam unicam et singularem similitudinem, Filius ab origine Deus vocatus et factus est, θεοποιηθείς : qui etsi vere Deus dici non possit, si cum Patre comparetur, comparate tamen ad creaturas vere Deus dicitur : quia ipsæ imagines Dei longe imperfectiores sunt. Quare αὐτόθεος dicitur, sive, *ipse Deus*, quia ex omnimoda illa similitudine Deus ab ortu appellatus est; cum contra angeli et homines secundum aliquam similitudinis rationem dii nuncupentur. Genitus etiam dici potest et debet Filius, quia etsi non eadem quam Pater substantiam habeat, ex substantia Patris eo quo supra diximus modo productus est. Æternus autem non est Filius, sed ante omnes creaturas genitus. Hanc ipsissimam esse Eusebii de Verbo doctrinam liquido comprobatum superius est. Quod si in his Eusebius secum pugnare deprehendatur, id sane proprium erroris est, ut consistere non valeat, sibique ipsi adversetur.

(a) *Conc. Nic.* II, act. 6, p. 498.

XVI. Ægre defenditur. — XVII. Arianum probant tam gesta, quam scripta.

At qui purgatum Eusebium volunt, cum veteres, tum recentiores, in medium ejus dicta afferunt, quæ catholicum hominem arguere pugnant; hujusmodi sunt, quod dixerit ille ex Deo, et ex substantia Dei esse Filium, quod vere Deum et αὐτόθεον prædicaverit, quod æternum, quod ὁμοούσιον, quibus nos omnibus, ipso Eusebio usi interprete, jam occurrimus. Verum hæc illi ex arbitrii sui sententia, neque ex ipsa Eusebii mente, pluribus in locis expressa, comprobare nisi sunt : alii quoque interpretis versione decepti, ex libris *de Demonstratione* et *contra Marcellum*, Latine tantum lectis, ad eam opinionem accesserunt, pars Marcelli dicta pro Eusebianis substituentes, æternum ab Eusebio Filium prædicari **B** arbitrati sunt : nulli hosce Eusebii Commentarios inspexerunt, ubi palam ille mentem suam aperit, et nonnisi comparate ad homines Filium vocari Deum insinuat. Ego vero me profiteor hac in quæstione nihil præjudicati attulisse, sed pronum semper ad mitiorem ferendam sententiam, Eusebii scripta assidue lectitasse, ponderasse dicta et sententias, ac demum rei perspicuitate victum, contra Eusebium calculum posuisse. Certe, ut initio dixi, Eusebii gesta cum scriptis ita consonant; ut hinc etiam testatior animus sententiaque illius omnibus esse valeat. Ab exordio enim Arianismi ad obitum usque cum Arianis concordissime vixit, nascenti hæresi nomen dedit; in Nicæna synodo, quantum licuit, Catholicis obstitit; sed qui apprime calleret con- **C** cedere tempori, demum cessit et subscripsit : sic enim suadebat timor, non diuturni magister officii : qua enim mente id egerit, sibi subditis populis sic enarravit, ut sibi pristina repetendi, sicubi liceret, aditum reliquerit. Non diu vero postea ficte reconciliatam cum Catholicis gratiam disturbavit; ut nescias plusne operæ in pellendo Athanasio posuerit, quam in restituendo Ario. Contra Marcellum intemperantior fortasse quam debuerat, non plus ad propulsandum illum, quam ad purgandos Arianorum primipilares scripsit. Historiam Nicænæ synodi fuse narravit, et quasi per dissimulationem ignorandi, quia gestorum pudor silentium imperabat, ne verbum quidem fecit de Ario et de Ariana **D** hæresi : quod perinde est ac si quis Tridentinæ synodi historiam texens, de quibusdam ἐκ παρέργου gestis ageret, de Luthero nihil. Si cum talibus gestis talia scripta non obsint quominus Eusebius catholicus dicatur meo periculo, nemo unquam fuit aut futurus est, quin Eusebianis conditionibus orthodoxus dici valeat. Nibil moror eos qui Eusebium ante Nicænam quidem synodum Arianice sensisse ac scripsisse fatentur, postea vero secus : nam cum sine controversia hos Commentarios et libros *Contra Marcellum*, unde perspicuas et frequentes Arianismi notas eruimus, longe post illam synodum ediderit, inutilis prorsus illa distinctio : nam ut vere de Eusebio dicatur, nec pœnituit cœpisse, nec **A** libuit desistere. Qua in re quid certius evangelica cautione, *Ex fructibus eorum cognoscetis eos?* (*Matth.* VII, 16.) Certe secundum Nicænam synodum fovendæ Arianicæ rei ita totus incubuit ille, ut nihil prætermisisse videatur quo se Arianum proderet.

CAPUT VII.

DE RELIQUIS IN QUIBUS VEL A FIDE ABERRARE VIDETUR EUSEBIUS IN HIS COMMENTARIIS, VEL EXPLICATIONE OPUS HABET.

I. Eusebius plerumque sua, non Ecclesiæ, sensa tradit. II. An neget peccatum originale, et an id dogmatis ex Origene hauserit. III. An putet B. Virginem alios quam Christum filios suscepisse. IV. Eam non quasi suam, sed quasi alienam sententiam attulit. V. Non statuit duas in Christo personas. VI. Quid de confessione peccatorum senserit.

I. Eusebius plerumque sua, non Ecclesiæ, sensa tradit.

Cum quis eo devenit ut fidei dogmata ex judicii sui arbitrio definiat, ac sive ex præjudicata opinione, sive ex affectu partiumque studio, divinarum rerum explicationem aggrediatur, nihil mirum si frequenter aberret : omnia quippe sunt incerta, cum semel ab Ecclesiæ statutis discessum est. Nam cum arcana Deitatis et religionis, ab humano sensu remotissima, Numen ipsum tradiderit, nonnisi ejusdem Numinis ope et afflatu ea possunt explicari ac recte percipi : ac cum uni Ecclesiæ earumdem rerum arbitrium Deus permiserit, ipsi soli eadem explananti se adfuturum pollicitus est. Nihil itaque insolens est, si Eusebius, qui plerumque Scripturarum et Ecclesiæ dogmata ex sensu et opinione sua æstimare ausus est, in multis lapsus sit. Et jam quidem ejus de Verbo Dei mentem, ex ejusdem Eusebii scriptis, Ariana labe vitiatam commonstravimus; superest ut cætera Commentariorum loca, ubi vel heterodoxa vel suspecta tradidisse videtur, breviter expendamus.

II. An neget peccatum originale. An id dogmatis ex Origene hauserit.

Peccatum originale, sive culpam ab humano genere ex Adami lapsu contractam, negare prorsus videtur Eusebius ad psalm. XLVIII, 6 : *Cur timebo in die mala? Iniquitas calcanei mei circumdabit me :* ubi sic habet : Εἰ δὲ πρόσωπον Κυρίου τὸ λέγον, πτέρναν αὐτοῦ εὕρῃς τὸν ἔσχατον τοῦ σώματος καὶ τῇ γῇ πλησιάζοντα Ἰούδαν· σῶμα γὰρ Κυρίου οἱ ἀπόστολοι. Οὐ φοβοῦμαι οὖν τὴν Ἰούδα προδοσίαν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σταυροῦ· ἐπεὶ μηδὲ ἕκαστος τὴν τοῦ Ἀδὰμ παρακοήν· ταύτην γὰρ ὑπῃνιξάμεθα πτέρναν ἀνομίας εἶναι. Οὐδεὶς γὰρ δι' ἄλλου κακίαν καταδικάζεται, id est : *Si persona Domini est quæ loquitur, calcaneum ejus deprehendas esse Judam, qui ultimus in corpore, et terræ propinquior erat. Nam corpus Domini sunt apostoli. Non timeo itaque Judæ proditionem in tempore crucis : quandoquidem neque singuli homines Adami inobsequentiam timere debent : hanc quippe calcaneum iniquitatis esse subindicavimus. Nemo enim propter alterius nequitiam condemnatur.* Ubi innuit ille, non magis

damnandum genus humanum esse ob Adami inobsequentiam, quam cæteros apostolos ob Judæ proditionem. Qui Origenem de peccato originali non catholice sensisse putant, Eusebium ex Origeniana disciplina, in qua eductus fuit, hæc hausisse opinabuntur. Nam is, ut ignorat nemo, Origenianis semper partibus hæsit. Verum in hodiernis Origenis scriptis nihil non sanum et orthodoxum de peccato originali traditur. Sic *Comment. in Matthæum*, Huet. p. 391, arguit ille ex lavacro regenerationis, quod etiam infantibus conferebatur, hominem sordibus inquinatum nasci. Et *in Joannem*, Huet. p. 300, ait, *Nos quandiu peccamus nostram ex diabolo generationem nondum exuisse ac deposuisse.* Ὅσον ποιοῦμεν ἁμαρτίας, οὐδέπω τὴν ἐκ τοῦ διαβόλου γένεσιν ἀπεκδυσάμεθα. *In Levitico* autem, edit. Genebrard p. 90 : *Quæcunque anima in carne nascitur, iniquitatis et peccati sorde polluitur;* et inferius : *Si nihil esset in parvulis, quod ad remissionem deberet et indulgentiam pertinere, gratia baptismi superflua videretur.* Nec prætermittendum, hæc *Commentaria in Leviticum* pro spuriis passim haberi. Idipsum tamen alibi docet Origenes in suis, quæ hodieque supersunt, operibus : unde inferatur eos qui Origenem hac in parte violatæ fidei accusant, ex objectis priscorum ejus adversariorum, non ex ejus hodiernis operibus, id opinionis mutuatos esse. Et sane in synodo v, Origenes ideo damnatus et proscriptus est : unde forte dicatur quæ in hodiernis ejus scriptis pro peccato originali comparent, aliena manu invecta fuisse. Nam opera Origenis in Scripturam, variis in locis interpolata, aut vitiata vel truncata fuere : neque in promptu est dicere quænam in scriptis ejus corrupta, quænam germana, et Græculorum ausibus intacta sunt. Rufini quoque versio vulgo suspecta habetur. Quod Eusebium vero spectat, duo forte possint ad purgationem ejus proferri; primo locum superius allatum, non integrum, sed truncatum fuisse : ut hinc manifeste arguitur, quod ipse so superius indicasse testificetur, calcaneum iniquitatis esse Adami inobsequentiam, quod nusquam alias in his commentariis habetur; secundo quod alibi in his commentariis peccatum originale admittere videatur : sic in hæc verba psalmi L, *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum*, ait infantes non in matris iniquitatibus, sed in suis, nasci.

III. An putet B. Virginem alios præter Christum filios habuisse. — IV. Id non quasi suam, sed quasi alienam sententiam attulit.

Est alius Eusebii locus, in quo prima fronte videatur credere, aut probabile existimare B. V. Mariam alios præter Christum filios suscepisse; verum accuratius explorata verborum serie deprehenditur illum hanc sententiam quasi alienam, non vero suam, proponere. Locus sic habet ad hunc psal. LXVIII versum : « *Extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filiis matris meæ.* » *Si igitur filios matris ejus in hoc psalmo sic vocatos, pro istis accipiamus, necesse est nos sanctam Virginem reliquorum fratrum ejus matrem dicere. Verum Jacobus, qui dicitur frater Domini, non videtur peregrinus ipsi fuisse; nec fidei in ipsum extraneus; imo vero unus erat ex iis, qui cum primis inter germanos ejus discipulos computabantur; ita ut ipse primus Jerosolymitanæ Ecclesiæ thronum acciperet. Reliqui item ejus fratres, etsi a principio non crederent in ipsum; at certum est eos postea credidisse. Narrat enim Evangelium* (Matth. XII, 47) *matrem et fratres ejus foras stetisse, quærentes eum alloqui. Et in Actibus apostolorum dicitur, fuisse apostolos una perseverantes in oratione cum Maria matre ejus et fratribus ejus* (Act. I, 14). *Qui ergo existimetur iis peregrinus esse? Nullus itaque locus superest, ut de iis dicatur : « Extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filiis matris meæ. » Non enim iis peregrinus, sed multum pretiosus erat; ita ut nullatenus credere liceat supra memoratos fratres ejus filios Mariæ fuisse. Alii sane fuerint qui in psalmo filii matris ejus dicuntur, quibusque extraneus factus est. Intelligas porro matrem quidem ejus esse Judæorum Synagogam*, etc. Græca brevitatis causa omittimus, quia nulla de iis potest oriri controversia. Hic autem, ut videre est, rem προβληματικῶς tantum proponit, nec eam velut suam sententiam affert. Nam ita arguit ille : Si filios matris ejus hic ad litteram accipiamus, hinc consequitur sanctam Virginem reliquorum fratrum ejus esse matrem; cum autem nolit hic germanos fratres ejus significari, neque sequelam haud dubie admittit. Et sane non nesciebat ille veterum Ecclesiæ Patrum eam sententiam fuisse, Mariam unius Christi esse matrem, Tertulliani, Clementis Alexandrini, Origenis : qui tamen postremus innuit nonnullos secus æstimare, et Eusebio suppar Basilius rem quasi nondum definitam proponit. Verum Ecclesia deinceps in Helvidium sententiam ferente, quotquot B. Virginem alios præter Christum filios suscepisse dixerunt, pro heterodoxis habiti sunt.

V. Non statuit duas in Christo personas.

Passim Eusebius in his commentariis de humanitate Christi, quasi de persona quadam propria, verba facere videtur, dum sexcenties humanam, quam Christus assumpsit naturam, *hominem Servatoris*, et *hominem Christi* nuncupat, et alium a Verbo Christi hominem indicare videtur : quod loquendi genus secundum hæc multis nominibus suspectum esse cœpit, cum hæretici quidam, Verbum Dei in hominem ex Maria natum, perinde atque olim in prophetas, advenisse pugnarent : maxime vero postea, cum horum vestigiis insistens Nestorius, duas in Christo personas esse affirmaret. Verum antequam hac in re novarent hæretici, SS. Patres ab his loquendi generibus non abhorrebant. Nam Athanasius virum ex Maria natum, *hominem Dominicum*, non semel appellavit. Epiphanius similiter hac loquendi formula est usus. Quia

tunc temporis cum nihil ea in re dubii vel erroris esset obortum, hæc fidei capita non erant certis verborum limitibus circumscripta. Quare non videtur Eusebius ea de causa in novatæ fidei suspicionem vocari posse. Secus tamen bene multi æstimant, ac Eusebium duas in Christo personas statuisse persuasum habent. Verum cum ea de re Eusebii tempore nihildum controversum aut quæsitum fuisset, non in promptu est dicere novandine studio ac de industria, an perfunctorie et obiter locutus sit. Cui posteriori sententiæ libentius astipularer, quia non semel ille B. Virginem vocat Θεοτόκον : quam vocem respuebant, qui duas in Christo personas esse arbitrabantur. Vox autem illa Eusebii tempore a Patribus frequentabatur. Occurrit enim in epistola Alexandri Alexandrini ad Alexandrum Byzantinum, et apud Athanasium frequentissime.

VI. Quid de confessione peccatorum senserit.

Neque puto item in jus vocandum Eusebium esse quod ad psalmum xci, *Bonum est confiteri Domino*, dixerit : Καὶ γὰρ προσήκει μὴ ἀνθρώποις ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἐξομολόγησιν, id est : *Par quippe est non hominibus confessionem*, peccatorum scilicet, *edere*. Hic enim agit de priscæ illius Ecclesiæ ritu, quo Dominica die primo diluculo in ecclesia coacti Christiani populi, Deo confitebantur, cum peccatorum sordes per sinceram ad Deum emissam confessionem deplorantes, tum pro collatis beneficiis Deo gratias agentes : nam utroque modo confessionem edi non semel docet Eusebius. Quod autem de illa tantum confessione matutina, in cœtu ecclesiæ edenda, hic agat Eusebius, propalam ex præcedentibus est. Nam cum psalmus ille, inscriptus, *In die Sabbati*, sic exordium ducat, *Bonum est confiteri Domino*, hic Sabbatum pro Dominica positum asseverans, nonnisi de matutino Dominicæ conventu pertractat ille ; sic enim habet : *Quare ut ea die conveniamus traditum nobis est, et ea quæ in psalmo jubentur nobis exsequi præceptum est, quorum primum est confiteri.* Moxque adjicitur illa superius allata clausula, qua dicitur par non esse hominibus, scilicet Christianorum cœtui, confiteri, sed Deo. Quæ sequuntur pariter ad matutinum illum conventum pertinent. Ea est igitur Eusebii sententia, non oportere in cœtu Christianorum, ac in matutinis conventibus peccata publice et alta voce confiteri, sed uni Deo corda scrutanti conscientiam aperire suam. Cui accinit Basilius in epistola ad Neocæsarienses, ubi sic habet : Ἐκ νυκτὸς γὰρ ὀρθρίζει παρ' ἡμῖν ὁ λαὸς ἐπὶ τὸν οἶκον τῆς προσευχῆς, καὶ ἐν πόνῳ καὶ ἐν θλίψει καὶ ἐν συνοχῇ δακρύων ἐξομολογούμενοι τῷ Θεῷ, id est : *A nocte apud nos populus vigilias agit in domo orationis, ac in labore, contritione et lacrymarum contentione confitentur Deo* : et paucis interjectis : Ἡμέρας ἤδη ὑπολαμπούσης, πάντες κοινῇ, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος καὶ μιᾶς καρδίας, τὸν τῆς ἐξομολογήσεως ψαλμὸν ἀναφέρουσι τῷ Κυρίῳ, ἴδια ἑαυτῶν ἕκαστος τὰ ῥήματα τῆς μετανοίας ποιούμενοι, hoc est : *Die jam illucescente omnes simul, quasi uno ore et uno corde, confessionis psalmum Domino referunt, singuli pœnitentiæ verba quasi sua proferentes.* Hæc una confessio est, de qua hic Eusebius agit. Nam confessionem saltem publicam homini faciendam ne heterodoxi quidem hodierni tunc in more fuisse negant. Quare cum hic Eusebii locus non magis contra privatam, quam contra publicam confessionem afferri valeat, neutram vere impetit. Certe in *Historia ecclesiastica* legem confitendi peccata iis, quibus solvendi facultas conceditur, aperte memorat Eusebius : nam de Philippo imperatore agens hæc habet, l. iii, c. 34 : Τοῦτον κατέχει λόγος, Χριστιανὸν ὄντα, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ὑστάτης τοῦ Πάσχα παννυχίδος, τῶν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας εὐχῶν τῷ πλήθει μετασχεῖν ἐθελῆσαι· οὐ πρότερον δὲ ὑπὸ τοῦ τηνικάδε προεστῶτος ἐπιτραπῆναι εἰσβαλεῖν, ἢ ἐξομολογήσασθαι, καὶ τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἐξεταζομένοις, μετανοίας τε χώραν ἴσχουσιν, ἑαυτὸν καταλέξαι· ἄλλως γὰρ μὴ ἄν ποτε πρὸς αὐτοῦ, μὴ οὐχὶ τοῦτο ποιήσαντα, διὰ πολλὰς τῶν κατ' αὐτὸν αἰτίας, παραδεχθῆναι, id est : *Narratur hunc, Christianus cum esset, in die postremi Paschæ pervigilii, precationum Ecclesiæ cum reliqua multitudine participem fieri voluisse : sed non prius ei ab eo, qui istic præerat, aditum concessum fuisse, quam confessus esset, ac iis qui lapsi fuerant et in pœnitentium ordine stabant, se adjunxisset. Alioquin ob ea quæ admiserat crimina, nunquam ab illo admissus fuisset.* Ubi vides, testificante Eusebio, confessionem peccatorum homini factam, necessariam prorsus fuisse. Eo respicit item quod habet his in commentariis Eusebius, psal. xxxvii, ad versiculum 5 : *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, sicut onus grave gravatæ sunt super me. Putruerunt*, etc. Διὰ τούτων, inquit, διδάσκει ἡμᾶς ὁ λόγος, μὴ κρύπτειν τὰ ἑαυτῶν κακὰ, μηδ' ὥσπερ τινὰ μελανίαν καὶ σῆψιν κατὰ βάθους τῆς ψυχῆς συνέχειν τὰ ἁμαρτήματα, hoc est : *His docemur, ne mala occultemus nostra, neu peccata ceu quemdam nigrorem et corruptionem in intimo animæ concludamus.* Non Deo autem, cui arcanum nihil, occultare peccata vetat ; sed hominibus qui et medendi et peccata solvendi potestate donati sunt.

CAPUT VIII.

DE IIS QUÆ AD ECCLESIÆ DISCIPLINAM PERTINENT EX VARIIS HORUM COMMENTARIORUM LOCIS.

I. Ecclesia nunquam variat in præcipuis. II. De conventibus Christianorum matutinis. III. De adorandi ritu in Ecclesia singularis Eusebii et Basilii sententia explanatur. IV. Infinita dona Ecclesiis Eusebii tempore collata.

I. Ecclesia nunquam variat in præcipuis.

Occasione solum pauca Eusebius tangit et explicat, quæ ad ævi sui disciplinam spectant, quæque nos in lectoris commodum una conferemus. Licet enim in rebus præcipuis et capitalibus una semper

Ecclesiæ consuetudo, ritus unus fuerit, in iis tamen quæ ad externum morem minoresque cæremonias pertinent, et temporum et locorum consuetudines variæ observantur, quæ scilicet possunt, illibata Christiana religione, mutari.

II. De conventibus Christianorum matutinis.

Quod plerique priscorum Ecclesiæ scriptorum tradunt de conventibus Christianorum in ecclesia, Dominica die celebrari solitis, deque sacri corporis Christi ibidem usitata comestione ; id Eusebius in variis horum commentariorum locis nec obiter explicat. In more quippe tunc erat, ut Dominica die Christiani omnes exortum solis anteverterent et ad ecclesiam properarent, ubi matutinos conventus exoriente luce unà coacti celebrabant ; ut, in die resurrectioni Domini consecrata, sacro Dominici corporis cibo refecti, pignus futuræ et gloriosæ in carne resurrectionis acciperent : unoque concentu Deum et Christum celebrarent, pro bonis acceptis gratias agerent, pro necessariis tum animæ tum corpori, Deum obnixe precarentur. De liis itaque conventibus hæc habet Eusebius in psal. xxi, vers. 30 : « *Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terræ, et in conspectu ejus cadent*, etc. » *Singulis resurrectionis Salvatoris nostri diebus, quæ Dominicæ vocantur, ipsis oculis cernere est eos qui sacrum cibum et Salutare, id est Salvatoris corpus accipiunt, post ipsum esum vivifici alimenti largitorem et promum adorare, atque mirari verborum hujusmodi eventum, ac re gesta, quoad planiorem dicti sententiam, impletum vaticinium*. Quæ autem quod ad ritum exteriorem illa adoratio esset, sic, paucis interpositis, explicat : « *In conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram :* » *pro quo Aquila,* « *In vultum ejus flectent se omnes qui descendunt in pulverem.* » *Queis manifeste eorum, qui in ecclesia Dei genua flectunt, morem declarat : ibi enim genua flectentes, atque frontibus suis terræ incumbentes, hunc adorandi ritum servant.* Ἐν ᾗ γόνατα κλίναντες, καὶ τὰ μέτωπα εἰς γῆν ἐρείσαντες, τοῦτον προσκυνεῖν εἰώθασι τὸν τρόπον. De matutinis item conventibus agit, psal. xlv, vers. 6, et lviii, ubi genua flectendi morem antiquissimum declarat : procumbendi item consuetudinem, vel primis Ecclesiæ sæculis statutam, diserte explicat. Ad psalmum vero xci, fusius enarrat cur Christiani Sabbatum in Dominicam transtulerint : qua ratione primo diluculo conventus agant, panes propositionis offerant, ad Orientem versi precentur, psalmos una multitudinis voce concinant, et cætera, quæ μυστικωτέρως ille prosequitur. Psalmorum autem cantum in omnibus universi orbis tam Græcorum quam barbarorum, ecclesiis observari testificatur ille, psal. lxv.

III. De adorandi ritu in ecclesia singularis Eusebii et Basilii sententia explanatur.

Singulare prorsus ac ponderandum est quod ait Eusebius, non licere extra ecclesiam Deum adorare : ut ipse ad psalmum xxviii, his verbis enuntiat : Οὐ γὰρ ἔξω τῆς ἐκκλησίας βούλεται, οὐδὲ ἀνα-

A κεχωρημένως ἰδιάζοντας προσκυνεῖν, ἀλλ' ἀπαντῶντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ, id est : *Non vult enim extra ecclesiam, neque in secessu semotos adorare ipsum ; sed accedere jubet ad ecclesiam suam*. Idipsumque Basilius habet in eumdem psalmum, hom. 28, p. 181 : Ἔξω τῆς ἁγίας αὐλῆς οὐ χρὴ προσκυνεῖν τῷ Κυρίῳ, ἀλλ' ἔνδον γενόμενον : id est : *Non oportet quempiam extra sacram aulam adorare Dominum, sed intus positum*. At nemo rerum sacrarum vel mediocriter peritus ignorat, hanc præcipue novæ legis tesseram, hoc institutum, hanc solemnem Christi doctrinam esse, quod Deus ubique adorandus sit *in spiritu et veritate :* neque ad eam rem necesse sit assignatum quempiam adire locum ; sed quisque privatim hunc cultum persolvere possit ac debeat. B Cur ergo viri doctrina insignes, Basilius Magnus et Eusebius, ab hujusmodi cultu, qui ab ipso Christo traditus et sancitus est, homines absterreant ? At enim nec in Veteri quidem Testamento, cum post templi conditum, non sacrificia, non certas statasque cæremonias alibi persolvere licitum esset, vetitum usquam legimus quemque penes se orare et adorare Deum, si liberet. Imo vero Daniel, in Babylone versans, frequenter Deum adorabat : aliique bene multi sancti viri Deum extra templum adorasse deprehenduntur. Hæc itaque Basilii et Eusebii loca ex superius allato Eusebii loco sunt explicanda, ubi recitata Aquilæ versione sic habet ille : *Queis manifeste eorum, qui in ecclesia Dei genua* C *flectunt, morem declarat : ibi enim genua flectentes, atque frontibus suis terræ incumbentes, hunc adorandi ritum servant*. Opinor igitur hunc adorandi morem, utpote quodammodo consecratum, extra ecclesiam vetitum fuisse : ea prorsus ratione qua hodie non licet cuique arbitrio suo, exempli causa incensum et thymiamata in vicis et plateis promiscue offerre, quia hæc speciali ritu consecrata et statuta sunt ; ita illis temporibus, etsi licitum cuique esset Deum penes se precari et adorare, illo tamen modo genu flectendi ac in frontem procumbendi extra ecclesiam adorare vetitum erat : eratque huic rei locus atque tempus ecclesiastico canone constitutum : ne fortassis hinc risus et cachinnorum materia Judæis et ethnicis, quorum tum ingens erat multitudo, D subministraretur ; neve hinc quidam ex frequentiori adorationis usu infidelium animos exasperarent in Christianos ; neu demum ementita pietatis specie gloriam et laudem humanam aucuparentur, aut alia nobis ignota de causa. Hunc itaque adorandi morem vetant Basilius et Eusebius extra ecclesiam peragere : neque volunt ideo adoratione illa interna, ubique Numini præstanda, piis hominibus interdici : quod neminem puto inficias iturum. Alias enim iidem Basilius et Eusebius, Deum pro lubito cujusque adorandum statuunt : quod in scriptis Basilii frequenter comperias, ac in his item commentariis Eusebius nec semel adorandum ubique Deum esse docet. In promptuque esset, multa ad id comprobandum loca congerere : verum cum

nullus hac de re controversiæ locus esse valeat, iis afferendis supersedemus.

IV. Infinita dona ecclesiis Eusebii tempore collata.

In psalmum LXXI, *Deus judicium tuum regi da*, ad hunc versum, *Et vivet et dabitur ei de auro Arabiæ*, ait Eusebius : *Et alias quoque in ecclesiis Christi, ipsis oculis videmus infinita ex auro puro cimelia, in ejus honorem consecrata.* Quo videas non novum, neque recens inductum morem esse, dona et cimelia in ecclesiis Christi consecrandi : quin potius quod Eusebius frequentissimum indicat, jam perrarum esse comprobatur : neque enim ita multa ex auro puro cimelia in templis hodie deprehendas. Narrat vero idem Eusebius Constantinum, ecclesiam sive martyrium Salvatoris, quod ipse magnificentissimum exstruxerat, infinitis donariis locupletasse, partim ex auro et argento, partim ex gemmis et aliis pretiosis cimeliis. Qui imperator aliis fortasse exemplo ac stimulo fuerit, ut similia dona certatim in ecclesiis consecrarent. Idipsum paucis repetit ad psalmum CXVII, additque diebus præsertim solemnitatum ecclesiam donis exornandam esse. Ubi ad hæc Symmachi verba, Συνδήσατε ἐν πανηγύρει πυκάσματα, ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου, id est, *Colligate in celebritate densitates usque ad cornua altaris* ; hæc habet : *His autem præcipit, multis cimeliis domum Dei replere, atque donariis frequentibus ipsam temporibus solemnitatum onare.*

CAPUT IX.

MISCELLANEA QUÆDAM OBSERVANDA IN HIS COMMENTARIIS.

I. Eusebii de Matthæi Evangelio sententia. II. Joannes Hebraico exemplari usus est, Paulus autem Græco LXX Interpretum. III. Apostoli omnes martyrio coronati, ex qua tribu singuli fuerint deprehendi potest. IV. An prophetarum successio ad Joannem Baptistam pervenerit. V. Eusebius labitur dum monachos a Symmacho memorari putat. VI. Monachi perrari tempore Eusebii. VII. Martyrum cruciatus singulares. VIII. Judæi Jerosolymorum aditu interclusi. Quare. IX. Traditiones quædam Judæorum. X. Christianorum frequentia in Moabitide, Ammonitide et Idumæa. XI. Eusebius ait mundum sphærica forma esse; montes et petras sensim crescere.

I. Eusebii de Matthæi Evangelio sententia.

Ait Eusebius Matthæum, Hebræus cum esset, ubi Veteris Testamenti locum attulit, propria usum esse interpretatione : nam illud, אביעה חידות מני־קדם quod ita a Septuaginta Interpretibus redditur, Φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς, *Loquar problemata ab initio* (*Psal.* LXXVII, 2), in Græco Matthæi textu his verbis vertitur, Ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, *Eructabo abscondita a constitutione mundi.* At cum Matthæus, Irenæo, Origene, Eusebio ipso et Hieronymo testibus, Evangelium Hebraice scripserit, cujus exemplar ævo Hieronymi in bibliotheca Cæsariensi, a Pamphilo Martyre collecta,

A servabatur ; Matthæus sane propria interpretatione Græca usus non est, sed ipsa Hebraica verba Syro-Chaldaico sermone, qualis tunc apud Judæos usu veniebat, expressit, ut in voce *Lamma Sabachthani* deprehendas, in aliisque non paucis, queis palam est Matthæum in Evangelio suo Hebraice conscripto, sicubi loca ex Veteri Testamento occurrebant, ea Syro-Chaldaico sermone expressisse : an vero propria ille interpretatione sit usus, an ex alia prius adornata versione loca sit mutuatus, haud levis quæstio est. Postea autem interpres Græcus, quis ille fuerit incertum esse narrat Hieronymus, hæc propria interpretatione donavit, nec LXX interpretatione est usus.

B II. Joannes Hebraico exemplari usus est, Paulus autem Græco LXX Interpretum.

Joannem similiter, utpote Hebræum et ex Hebræis ortum, ait Eusebius ad psalmum XL, propria interpretatione usum esse ubi πτέρναν, sive, *calcaneum* vertit, quo loco LXX πτερνισμόν, id est, *supplantationem*, posuerant. Contra vero apostolus Paulus, sic Eusebius, ps. III, 7, *legisperitus cum esset*, in Epistola ad Hebræos Septuaginta Interpretum versione est usus. Hæc vero pluribus in collectione Hexaplorum, a nobis propediem adornanda, exploranda venient.

III. Apostoli omnes martyrio coronati. Ex qua tribu singuli fuerint deprehendi potest.

C In illum psalmi LXXI versum, *Et honorabile nomen eorum coram illo* ; sive secundum Symmachum, *Et pretiosus erit sanguis eorum coram illo*, hæc habet Eusebius : *Queis aperte necem illorum (apostolorum) subindicavit, qua singuli vario martyrii genere affecti sunt, ac alius alio modo, ob testimonium de illo datum, sanguinis agonem subiit.* Ex monumentis autem certis, quæ jam supersunt, haud facile est singulorum apostolorum martyrium comprobare. Verum Eusebius, ut apostolicis temporibus vicinior, potuit forsitan de cujusque apostoli martyrio certiores notas invenire. Est vero illa jam usu pene recepta opinio apostolos omnes pro Christo passos esse, etsi non desint qui secus arbitrentur. Verum ea in re perquam difficile est explorati
D quidpiam afferre : nam apostolica tempora et gesta tantis sunt tenebris offusa, ut nec ubi mortem obierint apostoli, paucis exceptis, nec quas orbis regiones peragrarint, ita perspicue narrari possit. Nec modo quæ jam traduntur incerta sunt ; sed etiam si qua ab Eusebio, et a coævis aut supparibus scriptoribus carptim de illis proferantur, non ita clare recensentur. Quod autem ait Eusebius, in psal. LXVII, 28 ad finem : *Si quis vero per otium accurate perquisierit, cujusque apostoli tribum reperiet : nam cuivis quærenti datur a Servatore inveniendi promissio* ; id, inquam, Eusebii ævo fortasse poterat ex monumentis veterum explorari. Jam vero cum eorum bene multa fuerint vetustate obliterata et exstincta ; frustra, ut arbitror, quæratur ex qua tribu singuli

apostoli prodierint : quod etiam si deprehendi posset, non magno operæ pretio fieret.

IV. An prophetarum successio ad Joannem Baptistam pervenerit.

Neque item probatu facile est quod ait Eusebius, psal. LXXIII, 8, 9, 10, prophetarum successionem usque ad Joannem Baptistam devenisse : nam ex libri Machabæorum et Flavii Josephi testimonio, Persarum tempore desiit illa prophetarum series; ut ne vel unum a Nehemiæ temporibus prophetam assignare valeas. Quare æstimo Eusebii dictum non ad litteram accipiendum esse ; sed indicare solum legem et prophetas in Joannem Baptistam desinere, quin neget intermissam aliquando fuisse prophetarum successionem.

V. Eusebius labitur dum monachos a Symmacho memorari putat. — VI. Monachi perrari tempore Eusebii.

Ad hunc versum psalmi LXVII, *Qui inhabitare facit unius moris in domo*, veterum interpretum lectionem affert Eusebius, ubi Symmachi versio sic habet : Δίδωσιν οἰκεῖν μοναχοῖς οἰκίαν · id est : *Dat inhabitandam monachis domum ;* nam ita nos vertimus quia Eusebius de monachis locum explicat : etsi, mea quidem sententia, non monachorum institutum hic Symmachus respiciat, sed solitarios generatim quoslibet. Atenim quo tempore Symmachus versionem suam concinnavit, scilicet Septimio Severo, ut verior fert opinio, imperante, monachorum ne nomen quidem notum erat, neque ullus tunc in orbe monachus, nisi fortasse in penitioribus Ægypti recessibus, fuisse putatur. Quare hic vox μοναχός pro solitario quolibet in secessu degenti accipienda; non pro monachis, quorum a quarto sæculo institutum floruit. Nam quia solus vivat oportet qui velit abesse a malorum consortio, quotquot declinandæ frequentiæ causa in secessu degebant, μοναχοί Græce vocitabantur. Attamen quæ de monachis hic habet Eusebius non prætermittenda : *Primus itaque*, ait, *ordo eorum qui in Christo proficiunt, est monachorum. Sed rari sunt illi, quare secundum Aquilam, Unigeniti Dei vocati sunt, similes facti unigenito Filio Dei : secundum Septuaginta Interpretes autem, unius, non diversi moris sunt, neque subinde morem variant ; sed unum colunt, qui ad virtutis cacumen advenit. Ipsos autem unius zonæ, Quinta editio vocavit, ut pote qui solitarii et præcincti sint*. Et in psal. LXXXIII, 4 : *E re autem dixeris, expeditos illos milites, qui monasticam vitam amplexi sunt, pro passeribus habendos esse ; eos autem qui liberis dant operam, ac reliquis vitæ negotiis et curis se dedunt, turturis vicem agere*. Quo tempore igitur Eusebius hæc scriberet perpauci in orbe monachi erant, ac nonnisi in Ægypto monasticum genus frequentabatur, auctoribus Antonio, qui, anno 271, monachi statum amplexus, innumeros exemplo suo pellexit ad parem vitæ conditionem amplectendam ; Pachomio, qui in Thebaide monasticum genus mirum in modum adauxit, et Amune Nitriensi, complurium monasteriorum fundatore. In Palæstina vero, ubi sedes habebat Eu- A sebius, Hilario et fortasse alii perrari in desertis et latibulis agebant. Sub hæc autem Hilario in Palæstina et Syria mirum in modum monachorum institutum auxit, et tunc monasteria bene multa condita sunt.

VII. Martyrum cruciatus singulares.

Martyrum sui temporis cruciatus, in hæc verba psalmi (*Psal.* LXV, 10) : *Quoniam probasti nos, Deus, igne nos examinasti sicut examinatur argentum*, non obiter describit Eusebius. Ac licet in *Historia ecclesiastica*, de Maximini carnificina agens, multorum martyrum agones descripserit, hic tamen nonnulla tangit singularia, nec forte alibi enuntiata, v. g. : *Et vero plerumque vel pupillas oculorum verberabant, dum* B *capita athletarum Dei plagis cæderent*. Atrocitatem vero suppliciorum subjicit his verbis : *Ferrum quippe, et ferro illata supplicia, aliaque mortis genera, quæ maxima pars nostrum sustinuit, pro nihilo computantur ex deteriorum comparatione. Quamobrem hæc quidem tacemus. Quia vero inter atrocia, nihil crudelius nece per ignem et aquam illata existimatur, hæc nos perpessos dicimus. Nam alii nostrum in mari et in fluminibus demersi sunt, alii ignis supplicium luerunt*. Et cætera quæ fusius ibi ille prosequitur.

VIII. Judæi Jerosolymorum aditu interclusi, quare.

Trita res et nulli non nota est, Judæis postquam Barchocheba duce, seditione facta, sub Adriano C principe armis subacti ac pene internecione deleti sunt, Jerosolymorum aditum interclusum fuisse ; concessum tamen ut quotannis ad certos limites lugendi causa proxime urbem accederent. Verum Eusebius ad suum usque tempus hunc morem vigere graphice narrat his verbis : *Irruentes Romani, dictis propheticis finem intulerunt : siquidem victorum lege, universæ Judaicæ genti aditu locorum interdictum est : inevitabilis quippe legis transgressoribus impendet ultio. Quamobrem ad hanc usque diem, ad certos terminos in circuitu accedentes, procul consistunt : neque solum illud, quod sacrum olim reputabatur, vel procul conspicere ipsis conceditur; sed foras circumeuntes, Scripturæ, de qua jam agitur, fidem conciliant, dicenti : « Convertentur* D *ad vesperam, et famem patientur ut canes, et circuibunt civitatem. »* (*Psal.* LVIII, 7.) Idipsum repetit in psal. LXIX, 26, adjicitque nullum Jerosolymis Judæorum domicilium superesse, in quo Græci habitare possint, verum excisa omnia ac funditus deleta universaque prorsus ipsis sublata fuisse ; ita ut sacerdotum, Sadducæorum et Pharisæorum ne nomen quidem superesset.

IX. Traditiones quædam Judæorum.

Hebræorum traditionem ait esse, mare Rubrum *in duodecim sectiones divisum fuisse secundum numerum duodecim tribuum*, ita ut singulæ tribus in assignato sibi meatu pertransirent; quæ narratio non videtur cum divina Scriptura consonare, atque ideo inter Rabbinicas fabulas forte computanda.

Inter Hebræorum traditiones pariter recensendum est quod habet Eusebius, Azotios ideo in posterioribus et podicibus percussos esse, quod iis in partibus peccassent, et ἀῤῥενοκοῖται essent, nisi fortasse ea Eusebii ipsius, nec ab aliis accepta fuerit opinio.

X. Christianorum frequentia in Moabitide, Ammonitide et Idumæa.

In hæc verba psal. CVII, 10, *Moab lebes spei meæ, in Idumæam extendam calceamentum meum*, duo nobis aperit Eusebius, nimirum Ammonitas et Moabitas inter Arabas ævo suo sedes habuisse; itemque penes Ammonitas, Moabitas et Idumæos infinitam esse Christianorum multitudinem, hæc ejus verba sunt : *Et hæc opere completa licet ipsis oculis percipere iis, qui in Arabum regione peregrinantur, cum videant Moabitas et Ammonitas, qui penes illos magno numero sunt, Ecclesias Dei implere. Similiterque, « in Idumæam*, inquit, *conscendam calceamento meo, » secundum Symmachum. Quam item prædictionem in promptu est completam videre iis qui in Idumæam concedunt, et multitudinem Ecclesiarum Dei ibi conspiciunt, ut cunctetur nemo confiteri, vere in loca illa conscensum factum esse.*

XI Eusebius ait mundum sphærica forma esse. Montes et petras sensim crescere.

Eusebius qui, uti diximus, descriptionibus plerumque gaudet, ad physicam subinde speculationem vertitur. Ait vero non uno loco mundum sphærica forma esse : quæ opinio olim agitabatur inter scriptores; aliis planam, montibus tamen distinctam, terræ superficiem prædicantibus, e quorum numero Augustinus et Cosmas Ægyptius monachus, qui librum ea de re edidit *Topographiam Christianam* inscriptum, ubi sphæram sacris Litteris aperte repugnare contendit ille; aliis veram, et experimento demum assertam, opinionem tuentibus, qualis Eusebius, qui mundum sphæricum esse non semel indicavit. Eam tamen sententiam, non ut suam ille, sed ut alienam affert. Verisimile item arbitratur montes et petras sensim crescere, atque occultis intimisque incrementis majores evadere; quæ quorumdam, inquit ille, sui ævi physiologorum erat opinio; ut jam e nostris sunt qui idipsum propugnent, experimentisque manifestis rem comprobari affirment.

CAPUT X.

DE IDIOTISMIS EUSEBII IN HIS COMMENTARIIS, ET DE SINGULARI QUARUMDAM VOCUM SIGNIFICATU.

I. Vocis βίος usus singularis. II. Itemque τοῦ δοκεῖν. III. Ἐντυγχάνειν quid significat apud Eusebium. IV. Περίστασις pro calamitate. V. Ὑπακούειν respondere. VI. Σωτήριος quid, etc.

Etsi a multis Græceque peritissimis viris, in colligenda Græcarum omnium vocum significatione tanta sit industria desudatum, ut perpauca jam ad perfectam Græcorum scriptorum intelligentiam desiderentur ; subinde tamen nomina verbaque occur-

A

runt, quorum vis et sententia nondum observata, interpretibus errandi occasio esse possint. Hujusmodi autem pauca his in commentariis exstant; quorum præcipua hic consignare et explanare visum : nam minutiora ad indicem rerum allegamus.

I. Vocis βίος usus singularis.

Singularis est apud Eusebium vocis βίος significatio : passim quippe pro genere hominum accipitur : sic psal. V, 2 : Τοιοῦτος μὲν οὖν ἐτύγχανεν πᾶς ὁ πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας βίος, id est, *Hujusmodi profecto erat ante Salvatoris adventum totum hominum genus* : et psal. LXVII, vers. 5 : Ἵνα γὰρ ἐπιδῇ ὁ Θεὸς τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ, hoc est, *Nam ut Deus ad hominum genus accederet*, et passim alios : itemque in fine VI libri *Præparationis evangelicæ*, ὁ σύμ-
B πας τῶν ἀνθρώπων βίος, *universum hominum genus*. Similiter Athanasius, t. I, pag. 1233, καταλαζονευόμενοι τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου, *superbe agentes adversum genus humanum*. Quo etiam usu in aliis item scriptoribus occurrit, et in Heliodori Æthiopicis non semel observatur.

II. Itemque τοῦ δοκεῖν

Alia vox est, in qua item Latine transferenda non pauci interpretes labuntur, scilicet δοκεῖν, *videri*, δοκεῖ, *videtur* : quod verbum vulgo usurpatur ad minuendam affirmationem ; ita ut si, verbi causa, de quopiam dicatur, δοκεῖ εἶναι σοφός, *videtur esse sapiens*, id ut asseveranter dictum non habeatur, sed dubitationem quamdam præferat. Verum frequen-
C tissime apud scriptores bene multos δοκεῖ nihil minuit affirmationem, ut exempli gratia in his commentariis ad psalmum CXVIII, vers. 156, de Deo dicitur δικαιότατος εἶναι δοκεῖ, ubi vertendum sine dubio, *justissimus est*. Innumera proferri possent cum ex Eusebio, tum ex aliis scriptoribus exempla. Sic apud Athanasium, ἵνα τοίνυν καὶ ὧν ἐπιθυμεῖς τετυχηκέναι δοκοίης, *ut igitur optata consequaris*. Sed jam hac de re tractatum a nobis est.

III. Ἐντυγχάνειν quid significet apud Eusebium.

In Onomastico ad Athanasii Opera monuimus vocem ἐντυγχάνειν plerumque significare, *conqueri de aliquo, accusare, petitionem adversus quempiam principi vel magistratui offerre* : et vocem ἐντυχία,
D *petitionem* adversus aliquem, sive *accusationem* exprimere. Eodem usu κατεντυγχάνειν in his commentariis occurrit, ps. XLII, 2 : Ἥρμοζε δὲ τὰ προκείμενα καὶ τῷ προφήτῃ Ἠλίᾳ, ὃς ἔλεγε κατεντυγχάνων τοῦ λαοῦ· *Κύριε, τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, καὶ τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν*, id est : *Hæc porro Heliæ prophetæ congruebant, qui Domino contra populum supplicans ita loquebatur, « Domine, prophetas tuos occiderunt, et altaria tua subverterunt*, etc. »

IV. Περίστασις pro calamitate.

Περίστασις idem sibi vult quod *circumstantia*, apud Quintilianum, Senecam et A. Gellium. Verum aliquando significat ærumnam, infaustum casum, calamitatem. Quo sensu semper in his commentariis

usurpatur. Sic ps. IV, 9, 10 : Μαθὼν γὰρ παρὰ τοῦ Σωτῆρος καὶ τῶν σῶν ἐπαγγελιῶν, ὅτι, εἰ καὶ τὰ μάλιστα κατὰ τὸν ἐνεστῶτα βίον λῦπαι μοι καὶ θλίψεις καὶ πειρασμοὶ καὶ περιστάσεις οὐ διαλείπουσιν, ἀλλ' ἔσται μοι καιρὸς ὁ τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ σώματος, καθ' ὃν ἐν εἰρήνῃ ποιήσομαι τὴν κοίμησιν · hoc est : *Cum enim a Salvatore, exque promissis tuis edidicerim, etiamsi mihi dolores, ærumnæ, tentationes, calamitates in præsenti vita non deficiant, futurum tamen mihi tempus est, quo a corpore decedam ac in pace dormiam.* Etsi autem his commentariis vox περίστασις passim occurrat, vix uspiam alio sensu usu venit, quam pro calamitate : frequenter item dicitur περιστατικὸς καιρός, *pro tempore calamitoso*, et ærumnis pleno.

V. Ὑπακούειν respondere.

Observatu item dignus est vocis ὑπακούειν usus pro *respondere :* cujus jam exempla attulimus t. I operum Athanasii p. 334. Fuit autem vox isthæc multorum tam veterum, quam recentiorum interpretum scopulus, qui *audire* vel *subaudire* verterunt : quamobrem non abs re fuerit exempla quædam ex his commentariis proferre. In præfatione Eusebii in Psalmos, (infra, col. 81) : Ἡνίκα τοίνυν ἐσκίρτα τὸ Πνεῦμα ἐπί τινα τῶν ἀρχόντων τῶν ψαλτῳδῶν, οἱ λοιποὶ ἡσυχίαν ἦγον παρεστῶτες καὶ ὑπακούοντες συμφώνως τῷ ψάλλοντι, Ἀλληλούϊα, id est : *Cum itaque Spiritus in quempiam principum cantorum insiliret, cæteri quiete agebant astantes, ac voce consona psallenti respondentes, Alleluia.* Apertius vero *Psal.* LXXI, vers 19 : Καὶ ἐπειδήπερ ταῦτα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προφητικῶς μέλλοντα ἔσεσθαι προανεφώνει, χορὸς ἀγγέλων ὑπακούει συνευχόμενος τῇ τῶν πραγμάτων τελειώσει, πιστούμενός τε αὐτὰ καὶ λέγων · Γένοιτο, γένοιτο! hoc est : *Et quia hæc Spiritus sanctus prophetice futura prædixerat, chorus angelorum respondet una deprecans pro rei consummatione, illaque confirmans ac dicens : Fiat, fiat!* Eodem quoque significatu vox προσυπακούειν alibi occurrit, id est, *ad aliquid respondere.* Hujus vocis, hac sententia acceptæ, frequentissimus est apud scriptores præsertim ecclesiasticos usus.

VI. Σωτήριος quid, etc.

Parem cautelam adhibeas in voce σωτήριος pro utroque genere masculino et feminino usurpari solita, cujus prior significatio est *salutaris ;* sed frequentiori usu apud ecclesiasticos, *salvatoris* ver- A tenda est : sic ἡ σωτήριος διδασκαλία, *salutaris doctrina ;* aptius autem vertas, *Salvatoris doctrina ;* eodem modo apud Athanasium, τὸ σωτήριον μαρτύριον, *martyrium* sive *ecclesia Servatoris.* In his vero commentariis sic fere semper intelligas.

In his commentariis passim observes, vocem ἀλλ' ἤ, quæ significat, *nisi*, ubi sequitur vocalis, omissa particula, ἤ, exprimi. Sic lib. III : Κληρονομία δὲ αὐτοῦ τίς ἦν μετὰ τὸν πρότερον λαὸν ἀλλ' ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, id est : *Hæreditas porro illius, quænam erat post priorem illum populum, nisi Ecclesia gentium?* ubi ἀλλ' ἡ pro ἀλλ' ἢ ἡ ponitur. Sexcenta notes similia in his commentariis, ubi hiatus vitandi causa ἢ ante vocalem omittitur. Et principio quidem putabam ego amanuensium vitio ἢ illud B excidisse ; verum quia in omnibus, nullo excepto, codicibus etiam antiquissimis, ita passim legitur, certum habeo ab ipso auctore suppressam εὐφωνίας ergo particulam fuisse. Parem omnium codicum consensum advertas in voce ἀποχλάεσθαι pro ἀποχλαίεσθαι, *flere ;* quæ frequentissime hoc in opere comparet, et ἐξέχαον, pro ἐξέχαιον. Ubi eorum qui antehac Græcorum scriptorum opera publica fecerunt, morem sectamur. Ii enim, quia euphoniæ gratia ταμεῖον pro ταμιεῖον, ὑγεία pro ὑγίεια legebatur in codicibus, omisso primo ι, ταμεῖον et ὑγεία plerumque ediderunt. Quanquam leve fortasse videatur, monere ne pigeat, vocem Δαυῒδ, quæ vulgo in codicibus Δᾶδ legitur ; sicubi tota describatur in vetustioribus manuscriptis, per υ efferri Δαυῒδ, non C autem Δαβίδ, ut in editis Bibliorum legitur, quia nempe in Hebraicis exemplaribus, per *vau* דוד describitur. Qua in re veterum omnium codicum morem sequi visum est.

Cæterum, ut speramus non ingratum lectori fore Eusebium nostrum, ita in partem gratiæ vocandos censemus eos, qui nobis vel codices vel operam contulere suam. Ex Regia certe bibliotheca, jubente illustrissimo abbate DE LOUVOIS, ejusdem præfecto, codices nobis pro voto, idque ad diuturnum usum traditi sunt a doctissimis et amicissimis viris *Clemente* et *Boivinio*, custodibus. Parem beneficentiam experti sumus penes eminentissimum cardinalem DE COISLIN, qui nobis codicis præstantissimi supra D memorati copiam fecit. Et illustrissimum archiepiscopum Rothomagensem, cujus bibliothecæ codicibus ad nutum frui licet, curante Dom. du Chesne, bibliothecario. Salve, erudite lector.

DE CONTINUATIONE

COMMENTARIORUM EUSEBII CÆSARIENSIS

A PSALMO CXIX USQUE AD PSALTERII FINEM

EDITORIS MONITUM.

(Angelo Mai, *Bibliotheca nova Patrum*, t. IV, p. 65. Romæ 1847, in-4.)

—

Vir doctissimus, et de sacris Litteris immortaliter meritus, ac Maurinæ familiæ summum decus, Bernardus Montfauconius in præfatione ad Eusebii Cæsariensis quos edidit Commentarios ad Psalterium, ait p. III : « *Neque tamen id consequi potuimus, ut totum commentarium ad ultimum usque psalmum* CL *in lucem proferre liceret : in nullo enim ex memoratis codicibus ultra* CXVIII *psalmum quidpiam offertur. Quodque per mihi mirum visum est, Catenæ illæ Regiæ (Parisiacæ) quæ usque ad* CXVIII *psalmum interpretationibus Eusebii utuntur, ita ut nullus veterum interpretum adeo frequentatus occurrat, in* CXVIII *psalmo ita finem faciunt Eusebium in medium afferendi, ut ne verbum quidem ulterius Eusebii compareat. Unde conjectare forte liceat, a multis jam sæculis Eusebii Commentarios hac posteriore sui parte truncatos librariorum incuria fuisse.* » *Et quidem Montfauconius recte nos monet, Eusebium in totum reapse Psalterium scripsisse, teste Hieronymo* De script. eccl., *cap.* 81 : « *Eusebius in* CL *psalmos eruditissimos Commentarios edidit.* » *Et in epistola* 75, *ad Augustinum :* « *Psalmos interpretati sunt apud Græcos primus Origenes, secundus Eusebius Cæsariensis, . . . de integro Psalmorum corpore dicimus.* »

His ego apud Montfauconium lectis, et cum ne apud Corderii quidem Catenam Eusebium uspiam post dictum terminum laudari viderem, quæsivi sedulo in Vaticanis codicibus nunquid forte lateret, quod ultra prædictam ejus editionem excurreret. Et continui quidem commentarii, qualis apud Montfauconium est, tres vidi codices Vaticanos, quorum tamen nullus ultra psalmum CXII, *præter interjectas lacunas, procedebat. Ergo ad Catenas Vaticanas conversus, in quibus Eusebii abundant excerpta, in plerisque utique agnovi deficere omnino Eusebium post psalmum* CXVIII, *quæ res cum Montfauconii de Parisiacis Catenis narratione congruit. Sed tamen quod huic docto editori non obtigit, ut ultra eum terminum prætervehi posset, mihi commode ac feliciter obvenit : etenim inter tot Vaticanas, tres inveni Catenas, in quibus Eusebii excerpta non contemnenda usque ad Psalterii finem leguntur. Prima est catena pervetusti membranei codicis, sæculi ferme* XI *quem in Cyrilli editione (in qua Vaticanas ad Psalterium Catenas descripsi) designavi littera D. Secunda est codicis item egregii, bombycini, sæculi circiter* XIII, *quem denotavi littera C. Tertia est codicis G, chartacei. Denique etiam in codicibus E et L, nonnulla Eusebii post* CXVIII *psalmum scholia supersunt. Quæ cum ita se haberent, nolui equidem oblatam facultatem omittere supplendi egregiam, quantum mihi licuit, Montfauconii editionem, et si non integrum Eusebii Commentarium, saltem ejus excerpta et reliquias studiose e codicibus sumptas, Latinitate etiam, imminente prelo, a me donatas, ad Ecclesiæ usum perducere.*

Porro haud continuum hunc esse Commentarium, jam dixi, quia nonnisi e catenis excerptus a nobis fuit: Quid vero? Nonne et Athanasii in Psalmos, nonne etiam Theodoreti in Isaiam deperditæ expositiones, prioris quidem a Montfauconio, posterioris a Sirmondo e Catenis tantummodo delibatæ fuerunt? Et quidem judicare se dicit Sirmondus, medullam haud dubie succumque cujusque scripti contineri in Catenis solere. Etsi autem hæc Eusebii scholia in plerisque psalmis tenuiora sunt, attamen in aliquot ita abundant, ut prope ex integro opere superesse videantur, si certe partim psalmorum quorumdam brevitatem, partim scholiorum copiam spectemus, veluti ad psalmos CXXV, CXXVII, CXXXII, CXXXIV, CL, *et ad* CXLV, CLIX, CLX. *Jamvero theologicus in hac nova Eusebii parte de Christi divinitate sensus sanus orthodoxusque ubique est, moralis autem et doctrinalis valde pius et utilis, de recte agenda vita, de orandi usu, de animæ immortalitate, de futura vita, de hæreticorum reprehensione,* etc. *Ad sacram criticem et philologiam quod attinet, laudat Eusebius non semel Aquilam, sæpius Symmachum, quandoque etiam Theodotionem, Septuaginta Interpretes, quintam editionem, et varios interdum codices, denique Hebræorum textum atque idiotismos. Quare et nova hexaplaribus varietatibus accessio hinc fieri videbitur. Ad psalmum* CXXXIV, *loquitur diserte Eusebius de ethnicorum sua ætate conversione, quos reapse, regnantis potissimum exemplo Constantini, plurimos ad Christianam fidem accessisse scimus. Qualiscunque demum sit horum scholiorum usus, certe tam prisci clarique hominis nullæ a me prætermittendæ reliquiæ erant.*

EUSEBII CÆSARIENSIS

COMMENTARIA IN PSALMOS.

EUSEBII IN PSALMORUM INSCRIPTIONES. INTERPRETATIO QUARUMDAM COMPENDII MORE DESCRIPTA.

Centum et quinquaginta psalmi sunt : et sane sacer est quinquagenarius numerus, illo siquidem dierum curriculo instituitur Pentecoste, ac totidem annorum numero Jubilæus, ut vocant Hebræi, celebratur. Nabla apud Hebræos vocatur psalterium ; quod ex musicis instrumentis solum rectissimum est, neque ab infimis partibus ad sonum adhibetur, sed a supernis sonanti ære instruitur. Psalmi itaque vocantur quotquot sola instrumentorum pulsatione, nullis admistis vocibus, persolvuntur. Canticum dicitur quod suavi æquabilique voce canitur ; canticum psalmi, quod una cum instrumentis consonas admittit voces ; psalmus cantici rursum, cum instrumentorum musicorum sonus vocibus præit. Si allegorice res accipiatur, psalmus est concinnus corporis motus ad opus bonum exsequendum, etiamsi contemplatio parva subsequatur. Canticum nullo opere admistum est veritatis comprehensio, mente ad Dei ejusque sermonum contemplationem illustrata. Canticum psalmi dicitur cum cognitio actum *præcedit*, juxta illud : *Concupiscens sapientiam, serva mandata, et Dominus præbebit illam tibi* [1]. Psalmus cantici est actus ducente cognitione admissus, docente scilicet quo pacto quove tempore sit agendum : quapropter in inscriptione psalmorum vox canticis præit ; non enim a contemplatione vir sanctus orditur, sed fide omnino ad opera exsequenda currit. Sub finem multa cantica sunt. Ubi autem gradus habentur nusquam psalmus, neque per se solus, neque alia adjuncta voce inscribitur : sed ibi cantica solum apponuntur ; nam ubi ascensus graduum est, ibi sola contemplatio spectatur. Diapsalma porro apud Aquilam et in Hebraico non exstat : sed ejus loco, *semper* ascribitur.

A *ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΕΙΣ ΤΑΣ ΕΠΙΓΡΑΦΑΣ ΤΩΝ ΨΑΛΜΩΝ. ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΙΝΩΝ ΚΑΤ' ΕΠΙΤΟΜΗΝ.*

Ἑκατὸν πεντήκοντα τυγχάνουσιν οἱ ψαλμοὶ, ἱεροῦ τοῦ ν' τυγχάνοντος ἀριθμοῦ· ἐν μὲν ἡμέραις ποιῶν τὴν Πεντηκοστὴν, ἐν δὲ ἐνιαυτοῖς τὸν παρ' Ἑβραίοις καλούμενον Ἰωβήλ. Νάβλα δὲ παρ' Ἑβραίοις λέγεται τὸ ψαλτήριον, ὃ δὴ μόνον τῶν μουσικῶν ὀργάνων ὀρθότατον, καὶ μὴ συνεργούμενον εἰς ἦχον ἐκ τῶν κατωτάτω μερῶν, ἀλλ' ἄνωθεν ἔχειν τὸν ὑπηχοῦντα χαλκόν. Ψαλμοὶ μὲν οὖν οἱ διὰ μόνου τοῦ ὀργάνου χωρὶς φωνῆς ἀνακρουόμενοι· ᾠδὴ δὲ οἱ διὰ φωνῆς ἐμμελοῦς· ᾠδὴ δὲ ψαλμοῦ τὸ τῷ ὀργάνῳ σύμφωνον ἐπάγειν φωνήν· ψαλμὸς δὲ ᾠδῆς ἀνάπαλιν, προηγουμένης τῆς τῶν κρουσμάτων φωνῆς. Ἀλληγορίας δὲ νόμῳ, ψαλμὸς B μὲν σώματος κίνησις ἐναρμόνιος εἰς ἐργασίαν ἀγαθὴν, κἂν μὴ πάνυ τις ἐπακολουθῇ θεωρία· ᾠδὴ δὲ χωρὶς πράξεως ἀληθείας κατάληψις, φωτιζομένης ψυχῆς περὶ Θεοῦ καὶ τῶν λογίων αὐτοῦ. Ὠδὴ δὲ ψαλμοῦ, προαγούσης πράξεως γνώσεως· κατὰ τό· *Ἐπιθυμήσας σοφίας διατήρησον ἐντολὰς, καὶ Κύριος χορηγήσει σοι αὐτήν.* Ψαλμὸς δὲ ᾠδῆς πρᾶξις ὑπὸ γνώσεως ὁδηγουμένη, περὶ τοῦ πῶς καὶ πότε πρακτέον· διὸ καὶ πρῶται τῶν ψαλμῶν αἱ ἐπιγραφαί· οὐ γὰρ ἀπὸ θεωρίας ὁ ἅγιος ἄρχεται, ἀλλ' ἅπαν πίστει ταῖς πράξεσιν ἐπιτρέχει. Ἐπὶ δὲ τῷ τέλει πολλαὶ αἱ ᾠδαί· καὶ ὅπου ἀναβαθμοὶ, οὐδαμοῦ ψαλμὸς, οὔτε καθ' ἑαυτὸν, οὔτε μετ' ἐπιπλοκῆς. Ὠδαὶ δὲ πάντα καθ' ἑαυτάς· ἡ γὰρ ἀνάβασις πρὸς μόνην ὁρᾷ θεωρίαν. Διάψαλμα δὲ παρὰ μὲν Ἀκύλᾳ καὶ τῷ Ἑβραϊκῷ οὐ κεῖται· ἀντὶ δὲ αὐ- C τοῦ τὸ *ἀεί*.

ARGUMENTUM EUSEBII PAMPHILI.

Libri Psalmorum isthæc divisio fuerit, ut cum ipsa accuratiora exemplaria, tum Hebraicus textus circumferunt. Neque vero, ut quis forte existimaverit, omnes psalmi sunt Davidis ; sed aliorum quoque prophetarum, qui psallendo prophetica oracula edebant. Quare apud Hebræos, universa psalmorum scriptura, non Davidis fert inscriptionem, sed indefinite liber Psalmorum vocatur. In partes porro quinque Hebræi librum Psalmorum dividunt. Prima pars a primo ad quadragesimum psalmum completitur ; secunda, a quadragesimo primo ad septuagesimum secundum ; tertia a septuagesimo secundo ad octogesimum octavum ; quarta, ab octogesimo

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ.

Τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν ἥδε ἂν εἴη ἡ διαίρεσις, ὡς τὰ ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων αὐτό τε τὸ Ἑβραϊκὸν περιέχει. Οὐχ ὡς ἄν τις ὑπολάβοι πάντες εἰσὶ τοῦ Δαυῒδ οἱ ψαλμοὶ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων προφητῶν ἐν τῷ ψάλλειν προφητευόντων. Διόπερ ἡ πᾶσα γραφὴ παρ' Ἑβραίοις τῶν ψαλμῶν οὐ τοῦ Δαυῒδ ἐπιγράφει· ἀλλ' ἀδιορίστως βίβλος ψαλμῶν ὀνομάζεται. Εἰς πέντε δὲ μέρη τὴν πᾶσαν τῶν Ψαλμῶν βίβλον παῖδες Ἑβραίων διαιροῦσι· πρῶτον εἰς τοὺς ἀπὸ α' μέχρι μ'· δεύτερον εἰς τοὺς ἀπὸ μα' μέχρις οβ'· τρίτον εἰς τοὺς ἀπὸ ογ' μέχρις πη'· τέταρτον εἰς τοὺς ἀπὸ πθ' μέχρις ρε'· πέμπτον εἰς τοὺς ἀπὸ ρς' μέχρι τέλους. Ἀνεπίγραφοι δέ εἰσι ψαλμοὶ ιθ', ἐπιγεγραμμένοι ρλα'. Τῶν ἐπι-

[1] Eccli. I, 33.

nono ad centesimum quintum; quinta, a centesimo sexto ad finem: psalmi non inscripti sunt 19, inscripti vero 131. Inscriptorum autem hæ sunt divisiones: Davidis septuaginta duo psalmi sunt; filiorum Core, undecim; Asaphi, duodecim; Æthan Israelitæ unus; Salomonis, duo; Moysis, unus; anonymi septemdecim; *Alleluia* inscripti quindecim. Anonymi autem dicuntur quotquot inscriptionem quidem habent, neque cujus sint enuntiant.

γεγραμμένων δέ εἰσιν οὕτως αἱ διαιρέσεις· τοῦ μὲν A Δαυῒδ οβ', τῶν υἱῶν Κορὲ ια', τοῦ Ἀσάφ ιβ', Αἰθὰμ τοῦ Ἰσραηλίτου εἷς, Σολομῶντος β', Μωϋσέως εἷς, ἀνώνυμοι ιζ', τῶν εἰς τὸ *Ἀλληλούϊα* ιε'. Εἰσὶ δὲ ἀνώνυμοι ὅσοι ἐπιγραφὰς μὲν ἔχουσιν, οὐ μὴν δηλοῦσι τίνος εἰσίν.

EJUSDEM EUSEBII ARGUMENTA IN PSALMOS.

1. *Adhortatio ad Dei cultum, et avocatio ab opposito.*
2. *Prophetia de Christo et de vocatione gentium.*
3. *Prophetia de bonis Davidi conferendis.*
4. *Prophetia Davidi de iis quæ passus est.*
5. *Oratio ex persona Ecclesiæ.*
6. *Doctrina confessionis.*
7. *Davidi confessio et doctrina vocationis gentium.*
8. *Prophetia vocationis gentium.*
9. *Mors Christi ejusque resurrectio; de regno quod accepit; deque omnibus inimicis ejus deletis.*
10. *Hymnus victoriæ ejus, qui Dei causa certamen init.*
11. *Accusatio scelestorum, et prophetia de Christi adventu.*
12. *Inimicorum commotio, et exspectatio adventus Christi.*
13. *Accusatio improborum et prophetia de adventu Christi.*
14. *Ejus qui secundum Deum perfectus est restitutio.*
15. *Electio Ecclesiæ et Christi resurrectio.*
16. *Perfecti viri, sive ipsius Christi precatio pro iis qui per ipsum salutem consequentur.*
17. *Gratiarum actio Davidis et prophetia de adventu et assumptione Christi.*
18. *Theologia cum doctrina morali.*
19. *Oratio justorum qui Davidi operam dabant.*
20. *Supplicatio eorum qui Davidi operam dabant.*
21. *Prophetia cruciatuum Christi et vocatio gentium.*
22. *Doctrina et novi populi institutio.*
23. *Prophetia vocationis gentium, et consummatio eorum qui salutem consequuntur.*
24. *Doctrina confessionis.*
25. *Supplicatio ejus qui secundum Deum proficit.*
26. *Gratiarum actio et petitio bonorum.*
27. *Supplicatio cum prophetia.*
28. *Prophetia ænigmatica cum theologia.*
29. *Gratiarum actio cum confessione.*
30. *Confessio cum supplicatione.*
31. *Prophetia eorum qui per Christum salutem consecuturi sunt.*
32. *Adhortatio ad hymnos canendos, cum theologia.*
33. *Doctrina gratiarum actionis.*
34. *Supplicatio justi et prophetia de Christo.*
35. *Confutatio impiorum cum theologia.*
36. *Doctrina religiosæ vitæ.*
37. *Doctrina confessionis.*
38. *Deprecatio cum confessione.*
39. *Gratiarum actio ejus qui secundum Deum salutem consecutus est, et commemoratio Ecclesiæ.*
40. *Prophetia de Christo et de proditore.*
41. *Deprecatio prophetarum circa reprobationem Judaici populi.*
42, 43. *De eodem argumento.*
44. *Adventus regni Christi.*
45. *Apostolorum prædicatio.*
46. *Vocatio gentium.*
47. *Hymnus in Dei honorem de Ecclesia, persecutiones de medio sublatæ.*
48. *Doctrina de divino judicio.*
49. *Abrogatio legis Moysis de sacrificiis, et introductio legis Novi Testamenti.*

ΥΠΟΘΕΣΕΙΣ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ.

α'. *Προτροπὴ θεοσεβείας καὶ ἀποτροπὴ τοῦ ἐναντίου.*
β'. *Προφητεία περὶ Χριστοῦ καὶ κλήσεως ἐθνῶν.*
γ'. *Προφητεία γενησομένων ἀγαθῶν τῷ Δαυΐδ.*
δ'. *Προφητεία τῷ Δαυῒδ περὶ ὧν πέπονθεν.*
B ε'. *Ἐκ προσώπου τῆς Ἐκκλησίας προσευχή.*
ς'. *Διδασκαλία ἐξομολογήσεως.*
ζ'. *Τῷ Δαυῒδ ἐξομολόγησις καὶ διδασκαλία κλήσεως ἐθνῶν.*
η'. *Προφητεία κλήσεως ἐθνῶν.*
θ'. *Θάνατος Χριστοῦ καὶ ἀνάστασις, καὶ βασιλείας παράληψις (1), ἐχθρῶν τε πάντων καθαίρεσις.*
ι'. *Ἐπινίκιος ὕμνος τοῦ κατὰ Θεὸν ἀγωνιζομένου.*
ια'. *Κατηγορία πονηρῶν, καὶ προφητεία Χριστοῦ παρουσίας.*
ιβ'. *Ἐχθρῶν ἐπανάστασις, καὶ προσδοκία Χριστοῦ παρουσίας.*
ιγ'. *Κατηγορία πονηρῶν, καὶ προφητεία Χριστοῦ παρουσίας.*
ιδ'. *Τοῦ κατὰ Θεὸν τελείου ἀποκατάστασις.*
ιε'. *Ἐκλογὴ Ἐκκλησίας, καὶ Χριστοῦ ἀνάστασις.*
ις'. *Τελείου ἀνδρὸς, ἢ καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ προσευχὴ ὑπὲρ τῶν δι' αὐτοῦ σωθησομένων.*
ιζ'. *Εὐχαριστία τοῦ Δαυῒδ καὶ προφητεία Χριστοῦ παρουσίας καὶ ἀναλήψεως.*
C ιη'. *Θεολογία σὺν διδασκαλίᾳ ἠθικῇ.*
ιθ'. *Εὐχὴ τῶν συμπραττόντων τῷ Δαυῒδ δικαίων.*
κ'. *Ἔντευξις τῶν συμπραττόντων τῷ Δαυῒδ.*
κα'. *Προφητεία τῶν Χριστοῦ παθῶν, καὶ ἐθνῶν κλῆσις.*
κβ'. *Διδασκαλία καὶ νέου λαοῦ εἰσαγωγή.*
κγ'. *Προφητεία κλήσεως ἐθνῶν, καὶ τελείωσις τῶν σωζομένων.*
κδ'. *Διδασκαλία ἐξομολογήσεως.*
κε'. *Ἔντευξις τοῦ κατὰ Θεὸν προκόπτοντος.*
κς'. *Εὐχαριστία καὶ αἴτησις ἀγαθῶν.*
κζ'. *Δέησις μετὰ προφητείας.*
κη'. *Προφητεία αἰνιγματώδης σὺν θεολογίᾳ.*
κθ'. *Εὐχαριστία σὺν ἐξομολογήσει.*
λ'. *Ἐξομολόγησις σὺν ἱκετηρίᾳ.*
λα'. *Προφητεία τῶν διὰ Χριστοῦ σωθησομένων.*
λβ'. *Παρακέλευσις ὑμνολογίας σὺν θεολογίᾳ.*
λγ'. *Διδασκαλία εὐχαριστίας.*
D λδ'. *Ἱκετηρία δικαίου, καὶ προφητεία περὶ Χριστοῦ.*
λε'. *Ἔλεγχος ἀσεβῶν σὺν θεολογίᾳ.*
λς'. *Διδασκαλία θευσεβοῦς βίου.*
λζ'. *Διδασκαλία ἐξομολογήσεως.*
λη'. *Ἔντευξις σὺν ἐξομολογήσει.*
λθ'. *Εὐχαριστία τοῦ κατὰ Θεὸν σωθέντος καὶ μνήμη Ἐκκλησίας.*
μ'. *Προφητεία περὶ Χριστοῦ καὶ περὶ τοῦ προδότου.*
μα'. *Ἱκετηρία προφητῶν ἐπὶ τῇ ἀποβολῇ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους.*
μβ', μγ'. *Ἔτι περὶ τοῦ αὐτοῦ.*
μδ'. *Ἐπιφάνεια Χριστοῦ βασιλείας.*
με'. *Ἀποστόλων κήρυγμα.*
μς'. *Κλῆσις ἐθνῶν.*
μζ'. *Ὕμνος εἰς Θεὸν περὶ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ καθαίρεσις διωγμῶν.*
μη'. *Θείας κρίσεως διδασκαλία.*
μθ'. *Ἀνατροπὴ τοῦ περὶ θυσιῶν Μωϋσέως νόμου, καὶ εἰσαγωγὴ τοῦ τῆς Καινῆς Διαθήκης.*

(1) Reg. 1, παράλειψις.

ν'. Διδασκαλία ἐξομολογήσεως.
να'. Ἔλεγχος τοῦ πονηροῦ τρόπου, καὶ τέλος τοῦ αὐτοῦ.
νβ'. Σωτήριος ἐπιφάνεια, καὶ ἀθεότητος ἀπαλλαγή.
νγ'. Προσευχὴ τοῦ κατὰ Θεὸν ἀγωνιζομένου.
νδ'. Δήλωσις τῶν κατὰ Χριστοῦ (1) τετολμημένων.
νε'. Δικαίου εὐχαριστία ῥυσθέντος ἐξ ἐχθρῶν.
νς'. Εὐχαριστία τοῦ Δαυῒδ καὶ προφητεία κλήσεως ἐθνῶν.
νζ'. Διδασκαλία τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίας.
νη'. Κλῆσις ἐθνῶν καὶ Ἰουδαίων ἀποβολή.
νθ'. Ἀποβολὴ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ, καὶ κλῆσις ἐθνῶν.
ξ'. Δέησις σὺν εὐχαριστίᾳ.
ξα'. Διδασκαλία θεραπευτική.
ξβ'. Εὐχαριστία τοῦ κατὰ Θεὸν τελείου.
ξγ'. Διδασκαλία τοῦ θεοσεβοῦς ἀθλητοῦ.
ξδ'. Κλῆσις ἐθνῶν.
ξε'. Κλῆσις ἐθνῶν, καὶ ἀποστόλων μαρτυρία.
ξς'. Κλῆσις ἐθνῶν, κα ἀποστόλων κήρυγμα.
ξζ'. Χριστοῦ ἐνανθρώπησις, καὶ ἐθνῶν κλῆσις.
ξη'. Πάθη Χριστοῦ, καὶ Ἰουδαίων ἀποβολή.
ξθ'. Ἱκετηρία δικαίου καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ.
ο'. Χριστοῦ πάθη καὶ ἀνάστασις.
οα'. Προφητεία Χριστοῦ βασιλείας καὶ κλήσεως ἐθνῶν.
οβ'. Ἐξομολόγησις τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ἐπὶ τῇ τῶν ἀσεβῶν εὐπραγίᾳ καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ μακροθυμίᾳ.
ογ'. Προαναφώνησις τῆς ἐσχάτης Ἰουδαίων πολιορκίας, τῆς ἐπὶ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου γενομένης.
οδ'. Χριστοῦ θεολογία, καὶ ὑπόμνησις τοῦ θείου δικαστηρίου.
οε'. Ἐκδίκησις κατὰ ἀσεβῶν τῆς τοῦ Θεοῦ κρίσεως.
ος'. Περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας καὶ τῶν θαυμαστῶν ἔργων αὐτοῦ.
οζ'. Χριστοῦ διαστολὴ πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν, περὶ τῆς τοῦ προτέρου λαοῦ παρανομίας.
οη'. Προφητεία τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀντιόχου τῇ Ἰουδαίᾳ συμβάντων αὐτοῖς· ἢ ἱστορία παρὰ τοῖς Μακκαβαίοις.
οθ'. Προφητεία τῆς ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων πολιορκίας, καὶ δέησις περὶ τῆς Χριστοῦ ἐπιφανείας.
π'. Κλῆσις ἐθνῶν, καὶ διδασκαλία τῶν συμβεβηκότων τῷ προτέρῳ λαῷ.
πα'. Ἔλεγχος τῶν ἀρχόντων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους.
πβ'. Δέησις περὶ τοῦ πεπονθότος σκυθρωπὰ λαοῦ, καὶ προφητεία περὶ τοῦ τέλους τῶν ἐχθρῶν τοῦ Χριστοῦ.
πγ'. Χριστοῦ ἐνανθρώπησις καὶ περὶ τῶν Ἐκκλησιῶν.
πδ'. Προφητεία εἰς τὸν Χριστὸν καὶ τοὺς δι' αὐτοῦ λελυτρωμένους.
πε'. Προσευχὴ Δαυῒδ καὶ προφητεία κλήσεως ἐθνῶν.
πς'. Χριστοῦ ἐνανθρώπησις.
πζ'. Χριστοῦ θάνατον προφητεύει.
πη'. Χριστοῦ βασιλεία ἐκ σπέρματος Δαυῒδ.
πθ'. Ἰουδαίων ἀποβολή.
ϟ'. Χριστοῦ νίκη καὶ παντὸς τοῦ κατ' αὐτὸν τελειουμένου.
ϟα'. Περὶ τῆς κατὰ Θεὸν ἀναπαύσεως.
ϟβ'. Ὕμνος βασιλείας Χριστοῦ ἐπὶ τῆς πρώτης αὐτοῦ παρουσίας.
ϟγ'. Περὶ τῶν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων.
ϟδ'. Κλῆσις Ἰουδαίων καὶ ἀπόγνωσις αὐτῶν.
ϟε'. Κλῆσις ἐθνῶν καὶ Χριστοῦ παρουσία.
ϟς'. Ὕμνος βασιλείας Χριστοῦ ἐπὶ τῆς πρώτης αὐτοῦ παρουσίας.
ϟζ'. Κλῆσις ἐθνῶν καὶ Χριστοῦ παρουσία.
ϟη'. Ὕμνος βασιλείας Χριστοῦ.
ϟθ'. Κλῆσις ἐθνῶν.
ρ'. Ὕμνος τοῦ κατὰ Θεὸν τελείου.
ρα'. Ὀδυρμὸς ἐπὶ τῷ προτέρῳ, καὶ προφητεία τοῦ λαοῦ, καὶ κλῆσις ἐθνῶν.

A 50. *Doctrina confessionis.*
51. *Confutatio improbi moris, et finis ipsius.*
52. *Salutaris adventus, et ἀθεότητος ejectio.*
53. *Precatio ejus qui Dei causa concertat.*
54. *Declaratio facinorum contra Christum admissorum.*
55. *Gratiarum actio justi ab inimicis liberati.*
56. *Gratiarum actio Davidis et prophetia de vocatione gentium.*
57. *Doctrina de recto Dei judicio.*
58. *Vocatio gentium et Judæorum ejectio.*
59. *Abrogatio judaismi et gentium vocatio.*
60. *Supplicatio cum gratiarum actione.*
61. (2) *Doctrina de Deo colendo.*
62. *Gratiarum actio ejus qui secundum Deum perfectus est.*
63. *Doctrina religiosi athletæ.*
64. *Vocatio gentium.*
65. *Vocatio gentium et apostolorum testimonium.*
B 66. *Vocatio gentium et apostolorum prædicatio.*
67. *Christi incarnatio et vocatio gentium.*
68. *Passiones Christi et Judæorum ejectio.*
69. *Deprecatio justi et ipsius Christi.*
70. *Christi cruciatus et resurrectio.*
71. *Prophetia de Christi regno et vocatione gentium.*
72. *Confessio humanæ infirmitatis circa impiorum felicitatem et Dei tolerantiam.*
73. *Prænuntiatio postremæ Judæorum obsessionis, quæ sub Vespasiano et Tito contigit.*
74. *Christi theologia, et admonitio de divino tribunali.*
75. *Ultio divini judicii de impiis sumpta.*
76. *De tolerantia Dei et admirandis ejus operibus.*
77. *Christi reconciliatio cum Ecclesia, de primi populi prævaricatione.*
C 78. *Prophetia de iis quæ sub Antiocho Judææ contigerunt: sive historia quæ in Machabæorum libris habetur.*
79. *Prophetia de obsidione ab Assyriis, ac supplicatio pro Christi adventu.*
80. *Vocatio gentium ac doctrina eorum quæ priori populo contigerunt.*
81. *Confutatio principum Judaici populi.*
82. *Deprecatio pro populo tristia perpesso, et prophetia de fine inimicorum Christi.*
83. *Christi incarnatio et de Ecclesiis.*
84. *Prophetia de Christo et iis qui per illum redempti sunt.*
85. *Oratio Davidis et prophetia vocationis gentium.*
86. *Christi incarnatio.*
87. *Christi mortem prænuntiat.*
88. *Christi regnum ex semine David.*
D 89. *Judæorum reprobatio.*
90. *Christi victoria, necnon omnium quotquot secundum illum consummati sunt.*
91. *De quiete secundum Deum habenda.*
92. *Hymnus regni Christi in primo ejus adventu.*
93. *De dogmatibus adversus Ecclesiam.*
94. *Vocatio Judæorum ac desperatio ipsorum.*
95. *Vocatio gentium et Christi adventus.*
96. *Hymnus regni Christi in primo ejus adventu.*
97. *Vocatio gentium, et adventus Christi.*
98. *Hymnus regni Christi.*
99. *Vocatio gentium.*
100. *Hymnus ejus qui secundum Deum perfectus est.*
101. *Lamentatio de priori populo, prophetia de (novo) et vocatio gentium.*

(1) Reg. 1, Θεοῦ.
(2) Hæc interpretatio ad psalmi seriem accommodatur.

102. *Doctrina gratiarum actionis.*
103. *Doctrina confessionis.*
104. *Doctrina gentibus, de beneficiis Dei priori populo collatis.*
105. *Doctrina de impietate Judaici populi.*
106. *Prophetia vocationis gentium, ac de fulgido Christi ad homines adventu.*
107. *Vocatio gentium.*
108. *Christi passiones.*
109. *Christi victoria.*
110. *Gratiarum actio Christi.*
111. *Doctrina Christi.*
112. *Vocatio novi populi.*
113. *Novi populi doctrina.*
114. *Novi populi profectus.*
115. *Novi populi consummatio.*
116. *Vocatio gentium.*
117. *Victoria eorum qui in Christo concertant, et prophetia de Christo.*
118. *Capita alphabetica recti secundum Deum instituti.*
119. *Habitationis.*
120. *Reditus Babylone et dispersionis.*
121. *Bonorum annuntiationes.*
122. *Orationis.*
123. *Gratiarum actionis.*
124. *Restitutionis.*
125. *Exspectatio futurorum.*
126. *Ædificatio Ecclesiæ.*
127. *Vocatio gentium.*
128. *Victoria excercitus Christi.*
129. *Oratio martyrum.*
130. *De humilitate.*
131. *Oratio Davidis et adventus* (*Christi*).
132. *Populi perfecti.*
133. *Populi venturi.*
134. *Doctrina ad institutionem.*
135. *Gratiarum actio redempti.*
136. *Sanctorum qui in captivitate degebant dicta.*
137. *Gratiarum actio cum prophetia.*
138. *Supplicatio justi cum theologia.*
139. *Voces ejus qui secundum Deum pugnat.*
140. *Precatio ejus qui secundum Deum perfectus est.*
141. *Vox ejus qui Dei causa impugnatur.*
142. *Precatio confitentis.*
143. *Gratiarum actio victoris.*
144. *Hymnus cum theologia.*
145. *Hymnus cum theologia.*
146. *Hymnus cum theologia.*
147. *Hymnus cum theologia.*
148. *Hymnus cum theologia.*
149. *Hymnus cum theologia.*
150. *Adhortatio universalis ad hymnum persolvendum.*

A ρβ'. *Διδασκαλία εὐχαριστίας.*
ργ'. *Διδασκαλία ἐξομολογήσεως.*
ρδ'. *Διδασκαλία τοῖς ἔθνεσι τῶν εἰς τὸν πρότερον λαὸν τοῦ Θεοῦ εὐεργεσιῶν.*
ρε'. *Διδασκαλία δυσσεβείας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους.*
ρς'. *Προφητεία κλήσεως ἐθνῶν, καὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐπιλάμψεως.*
ρζ'. *Κλῆσις ἐθνῶν.*
ρη'. *Πάθη Χριστοῦ.*
ρθ'. *Νίκη Χριστοῦ.*
ρι'. *Εὐχαριστία Χριστοῦ.*
ρια'. *Διδασκαλία Χριστοῦ.*
ριβ'. *Νέου λαοῦ κλῆσις.*
ριγ'. *Νέου λαοῦ διδασκαλία.*
ριδ'. *Νέου λαοῦ προκοπή.*
ριε'. *Νέου λαοῦ τελείωσις.*
ρις'. *Κλῆσις ἐθνῶν.*
ριζ'. *Νίκη τῶν ἐν Χριστῷ ἀγωνιζομένων καὶ προφητεία περὶ Χριστοῦ.*
B ριη'. *Στοιχείωσις τῆς κατὰ Θεὸν ἀναγωγῆς.*
ριθ'. *Παροικίας.*
ρκ'. *Ἐπανόδου Βαβυλῶνος καὶ τῆς διασπορᾶς.*
ρκα'. *Ἀγαθῶν εὐαγγέλια.*
ρκβ'. *Εὐχῆς.*
ρκγ'. *Εὐχαριστίας.*
ρκδ'. *Ἀποκαταστάσεως.*
ρκε'. *Προσδοκία μελλόντων.*
ρκς'. *Οἰκοδομὴ Ἐκκλησίας.*
ρκζ'. *Κλῆσις ἐθνῶν.*
ρκη'. *Νίκη Χριστοῦ στρατιᾶς.*
ρκθ'. *Εὐχὴ μαρτύρων.*
ρλ'. *Περὶ ταπεινοφροσύνης.*
ρλα'. *Προσευχὴ τοῦ Δαυῒδ καὶ ἐπιφάνεια.*
ρλβ'. *Λαοῦ τελείου.*
ρλγ'. *Λαοῦ ἐρχομένου.*
ρλδ'. *Διδασκαλία εἰσακτική.*
ρλε'. *Εὐχαριστία λελυτρωμένου.*
ρλς'. *Ἁγίων φωναὶ τῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ.*
C ρλζ'. *Εὐχαριστία μετὰ προφητείας.*
ρλη'. *Ἔντευξις δικαίου σὺν θεολογίᾳ.*
ρλθ'. *Φωναὶ τοῦ κατὰ Θεὸν ἀγωνιζομένου.*
ρμ'. *Προσευχὴ τοῦ κατὰ Θεὸν τελείου.*
ρμα'. *Φωναὶ τοῦ κατὰ Θεὸν πολεμουμένου.*
ρμβ'. *Προσευχὴ ἐξομολογουμένου.*
ρμγ'. *Εὐχαριστία νενικηκότος.*
ρμδ'. *Ὕμνος σὺν θεολογίᾳ.*
ρμε'. *Ὕμνος σὺν θεολογίᾳ.*
ρμς'. *Ὕμνος σὺν θεολογίᾳ.*
ρμζ'. *Ὕμνος σὺν θεολογίᾳ.*
ρμη'. *Ὕμνος σὺν θεολογίᾳ.*
ρμθ'. *Ὕμνος σὺν θεολογίᾳ.*
ρν'. *Παρακέλευσις ὕμνου καθολική.*

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ.

EUSEBII IN PSALMOS.

Videtur psalmus a psalterio ex nominis consonantia sic nuncupatus. Dicitur autem psalterium instrumentum musicum quodpiam, forma a cithara distinctum; canticum vero hujusmodi instrumento pulsatum psalmus appellatur. Canticum porro, dictum musicum est sine instrumento modulate prolatum. Psalmus autem cantici dicitur, quando præeunte cantici modulatione, psalterio pulsatur: canticum psalmi e converso. Ut in Regnorum et Paralipomenon historiis fertur, David rex post Saulis obitum, cum reduxisset arcam Testamenti Domini, quæ in domo Abdodom, ex quo ex Azotiis translata fuerat, viginti annis consederat; atque in Jerusalem

D Ὁ μὲν ψαλμὸς ἔοικεν ἀπὸ τοῦ ψαλτηρίου παρωνύμως ἐπικεκλῆσθαι· λέγεται δὲ ψαλτήριον ὀργανόν τι μουσικὸν παρὰ τὴν κιθάραν διαλλάττον τῷ σχήματι, ἐν ᾧ τὴν ἀνακρουομένην ᾠδὴν ψαλμὸν προσαγορεύεσθαι. Ὠδὴν δὲ εἶναι τὴν διὰ μέλους ἀναφωνουμένην ἄνευ ὀργάνου ῥῆσιν μουσικήν. Ψαλμὸν δὲ ᾠδῆς λέγεσθαι, ἐπειδὰν προηγησαμένης τὸ αὐτὸ τῆς ᾠδῆς μέλος διὰ τοῦ ψαλτηρίου κρουσθῇ· ᾠδὴν δὲ ψαλμοῦ τὸ ἀνάπαλιν. Ὡς ἐν ταῖς ἱστορίαις τῶν Βασιλειῶν καὶ τῶν Παραλειπομένων Δαυῒδ ὁ βασιλεὺς μετὰ τὴν τοῦ Σαοὺλ τελευτὴν, ἀναγαγὼν τὴν κιβωτὸν τῆς Διαθήκης Κυρίου, οὖσαν ἐν οἴκῳ Ἀβδοδὼμ ἔτεσιν εἴκοσιν ἐξότου ἐκ τῶν Ἀζωτίων μετενήνεκτο, καὶ κατα-

στήσας αὐτὴν εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἐπιλέγεται ἐκ τῆς φυλῆς Λευῒ κλήρῳ ψαλτῳδοὺς ἄρχοντας ᾠδῶν τέσσαρας, τοῦ ψάλλειν καὶ ᾄδειν ἐνώπιον τῆς κιβωτοῦ τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀναφέρειν φωνὴν εὐφροσύνης εἰς ἐξομολόγησιν καὶ αἴνεσιν ἐν ὀργάνοις ἡρμοσμένοις, καὶ ᾠδαῖς, καὶ κινύραις, καὶ νάβλαις, καὶ τυμπάνοις, καὶ κυμβάλοις, καὶ ψαλτηρίῳ, καὶ κερατίνῃ, τὸν Ἀσάφ, Αἰμὰν, Αἰθὰν, Ἰδιθούμ· οἷς ἀριθμὸς ᾠδῶν ἐπετέτακτο, ᾀδόντων διακοσίων ὀγδοήκοντα ὀκτὼ, ἑκάστῳ ἑβδομήκοντα δύο, ἐκ τοῦ Χὰμ λβʹ, τοῦ Σὴμ κεʹ, τοῦ Ἰάφεθ ιεʹ. Οἵτινες, ἑστῶτες ἔμπροσθεν τῆς κιβωτοῦ Διαθήκης Κυρίου, ἔψαλλον καὶ ᾖδον τῷ Κυρίῳ· ὃς μὲν ἐν κινύρᾳ, ὃς δὲ ἐν κυμβάλοις, ὃς δὲ ἐν κιθάρᾳ, ὃς δὲ ἐν ψαλτηρίῳ· ὧν μέσος ἵστατο ὁ μακάριος Δαυῒδ, αὐτὸς ἄρχων ἀρχόντων ᾠδῶν, κρατῶν ἐπὶ χεῖρας τὸ ψαλτήριον. Ἕκαστος δὲ ᾖδεν καὶ ἔψαλλεν ὑμνῶν τὸν Θεὸν ἁγίῳ Πνεύματι τεταγμένως. Ἡνίκα τοίνυν ἐσκίρτα τὸ Πνεῦμα ἐπί τινα τῶν ἀρχόντων τῶν ψαλτῳδῶν, οἱ λοιποὶ ἡσυχίαν ἦγον παρεστῶτες καὶ ὑπακούοντες (1) συμφώνως τῷ ψάλλοντι, *Ἀλληλούϊα*.

Ἐν τῇ Ἑβραϊκῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν ἄνευ τῆς τοῦ ἀριθμοῦ προσθήκης ἀνεγράφησαν οἱ πάντες καὶ διαφόρως. Οἱ μὲν εἰσι συνημμένοι, οἱ δὲ διῃρημένοι. Ἀμέλει ὁ μὲν πρῶτος καὶ δεύτερος συνημμένοι εἰσὶ κατὰ τὸ Ἑβραϊκόν· καὶ πάλιν ὁ ἔνατος, συνημμένος παρ' ἡμῖν, ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ διῄρηται εἰς δύο. Παρατηρητέον δὲ, ὅτι μὴ κατὰ ἀκολουθίαν τῶν τῆς ἱστορίας χρόνων ἡ τῶν ψαλμῶν σύγκειται τάξις· ἐνήλλακται δὲ παρὰ πολὺ, καθὼς ἡ βίβλος τῶν Βασιλειῶν, καὶ αὕτη ἡ τάξις δηλοῖ. Πολλῆς τοίνυν καταχρατησάσης εἰδωλολατρείας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, λήθην αὐτούς φασι πεποιῆσθαι τῶν πατρίων γραφῶν, ὡς μηδὲ τοῦ Μωϋσέως νόμου βίβλον ἐπιφέρεσθαι, μηδὲ μνήμην τῆς τῶν πατέρων εὐσεβείας ἀποσώζειν. Οὕτω γοῦν τοὺς προφήτας ἀνῄρουν διελέγχοντας αὐτῶν τὰς δυσσεβείας. Οὐδὲ νῦν θαυμαστὸν ἐν τοιαύτῃ καταστάσει καιρῶν καὶ τῶν ἐμφερομένων τινὰς τῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν διαπεπτωκέναι, λήθῃ τε μακροῖς παραδεδόσθαι χρόνοις. Ὕστερον δὲ μετὰ ταῦτα, εἴτε Ἔσδραν, εἴτε τινὰς ἑτέρους προφήτας, περὶ τὴν συναγωγὴν αὐτῶν ἐσπουδακέναι, μεθ' ὧν καὶ τὴν βίβλον τῶν ψαλμῶν ἡγιοχέναι (sic), οὐκ ἀθρόως εὑρόντα τοὺς πάντας, ἀλλὰ κατὰ διαφόρους χρόνους. Καὶ τάττειν δὲ ἐν πρώτοις τοὺς πρώτους εὑρισκομένους· μηδὲ τοὺς τοῦ Δαυῒδ ἐφεξῆς κεῖσθαι πάντας· ἔν τε τῷ μεταξὺ καὶ τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ τοῦ Ἀσάφ, καὶ Σολομῶντος, καὶ Μωϋσέως, Αἰμάν τε, καὶ Αἰθὰν, καὶ Ἰδιθοὺμ, καὶ πάλιν τοῦ Δαυῒδ εὑρίσκεσθαι ἀναμὶξ ἐν τῇ βίβλῳ κατατεταγμένους, οὐ καθ' οὓς ἐλέχθησαν χρόνους, ἀλλὰ καθ' οὓς εὕρηνται. Ἔνθεν τε συμβῆναι τοὺς τοῖς χρόνοις ὑστέρους πρώτους εὑρεθέντας, ἀναληφθῆναι προτέρους· τοὺς δὲ προτέρους μετὰ ταῦτα εὑρεθέντας ἐν δευτέρᾳ ταγῆναι χώρᾳ· τὸ δ' αὐτὸ εὕροις γεγενημένον ἐν τοῖς προφήταις.

Πάντα ὥσπερ ἐν μεγάλῳ τινὶ καὶ κοινῷ ταμείῳ τῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν τεθησαύρισται. Κἀκεῖνο δὲ τηρή-

A reposuisset illam, ex tribu Levi psalmorum cantores quatuor, canticorum principes, sibi sorte delegit; ut in conspectu arcæ Domino psallerent et cantarent, vocemque lætitiæ, in confessionem et laudem instrumentis concinnis proferrent, canticis, cyniris, nablis, tympanis, cymbalis, psalterio, et tuba cornea; videlicet Asaph, Æman, Æthan, Idithum, queis certus canticorum numerus constitutus erat; deputatis cantoribus ducentis octoginta octo; singulis nimirum septuaginta duo. Ex Chamo sive Chami progenie triginta duo; ex Semo viginti quinque; ex Japheto quindecim. Qui stantes coram arca testamenti Domini, psallebant, canebantque Domino; alii cinyra, alii cymbalis, quidam cithara, aliqui psalterio: in quorum medio B consistebat David, ipse princeps principum canticorum, manu tractans psalterium. Singuli vero canebant et psallebant, hymnis Deum concinne, Spiritu sancto moti, celebrantes. Cum itaque Spiritus in quempiam principum cantorum insiliret, cæteri quiete agebant astantes ac voce consona psallenti respondentes, *Alleluia*.

In Hebraico Psalmorum libro, psalmi omnes sine numeri additione varie inscripti sunt. Et sunt quidem alii conjuncti, alii vero divisi. Sane primus et secundus juxta Hebraicum copulantur: nonus contra qui apud nos conjunctus est, in duos apud Hebraicum textum distribuitur. Observandum autem est, non ad seriem historiæ temporum, psalmorum ordinem constitutum esse: siquidem multum commutatur, C uti Regnorum liber ac vel ipse ordo declarat. Cum itaque multo idololatriæ genere Judaicus populus detineretur, dicunt eo usque devenisse, ut patrias scripturas e memoria oblitterarent, ita ut neque Mosaicæ legis liber ultra reperiretur, neque paternæ pietatis memoriam conservarent. Enimvero prophetas impietatem suam coarguentes interficiebant. Nihil itaque mirum est in tali temporum conditione, psalmos aliquot olim in Psalmorum libro occurrentes, longo annorum curriculo incuria oblitteratos excidisse. Sub hæc autem aiunt sive Esdram, sive alios quosdam prophetas, ipsos colligendi curam suscepisse, posteaque Psalmorum librum consecrasse, nec confertim repertos omnes fuisse, sed diversis temporibus. Primos autem collocasse D eos qui primi inventi fuerant; hincque factum ut ii qui a Davide conscripti sunt non consequenter jaceant, sed commisti cum iis qui filiorum Core, Asaphi, Salomonis, Moysis, Æman, Æthan, Idithum, rursumque Davidis inscribuntur, non ratione temporis quo primum editi et pronuntiati, sed quo deprehensi sunt. Hincque contigisse, ut qui tempore posteriores erant, cum primi reperti fuerint, primi repositi sint; ac vice versa qui primi fuerant, quia post alios eruti sunt, posteriorem in locum sint constituti: quod ipsum in prophetis factum deprehendas.

In libro Psalmorum omnia ceu in magno ac publico penuario recondita sunt. Observandum autem

(1) *Ὑπακούειν*, id est *respondere*: multa hujus significationis exempla attulimus in editione Athanasii. Vide in Onomastico ibidem.

est librum psalmorum post Moysis legem, novam complecti doctrinam, ipsumque post memoratam Moysis scripturam, secundum, ad doctrinam spectantem, esse librum. Cum itaque post mortem Moysis et Jesu, et post judicum tempus, David ætatem duxerit; utpote qui Salvatoris pater nuncupari meruerit, novum ipse modum, psalmodiæ scilicet, primus Hebræis tradidit; quo illa quæ de sacrificiis a Moyse sancita fuerant de medio tollit, novumque divini cultus morem per hymnos ac jubilationes invehit: aliaque bene multa Moysis legem longe superantia per totum opus edocet.

Eusebii Cæsariensis de diapsalmate.

Diapsalma scripserunt interpretes illi quinque principes, qui a Davide rege ex tribu Levi allecti sunt; quorum hæc nomina: Asaph, filii Core, Æman, Æthan, Idithum: hosce certus canticorum numerus consequebatur, scilicet singulos septuaginta duo. Hi stabant in conspectu sanctuarii Domini, laudantes omnium Dominum; alius cymbala, alius psalterium, alius cinyram, alius tubam corneam, alius citharam tenebat. Quorum in medio stabat David. Hocque pacto cantica auspicabantur, hujusmodi instrumenta manibus tenentes. Atque singuli, Spiritu sancto movente, Deum hymnis celebrabant, omnesque una psallenti succinebant, *Alleluia*. Absistente autem ad breve tempus Spiritus sancti gratia, organis deinceps cessantibus, tunc, uti par erat, diapsalma scribebant.

PSALMUS I.

VERS. 1. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.* Quandoquidem vel ipso naturæ instinctu omnes beatitudinem appetimus, boni finem statuentes felicitatem; erroreque mentis ducti complures, illam in voluptatibus corporeis quærendam putant, divitias, dignitates, præsentisque vitæ voluptates in pretio habentes; hinc jure hymnorum ad Deum laudandum exordium ductum est, describiturque quisnam vere beatus sit, atque bonum finem a Deo consequatur. Et sane hic, quia perquam rari fuerant ii qui olim probe vitam egerant, unum quempiam beatum prædicat Psalmista. At Servator noster qui complures beatos effecit, pluraliter beatitudines profert. Primus autem ipse jure dicatur eorum qui beati prædicantur. Quamobrem in illum referendus primus psalmus est, utpote qui vir fuerit Ecclesiæ sponsæ suæ. Quod videtur Hebraica voce significari, juxta quam, *Beatus vir*, cum articuli addito dictum est.

Et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestiferorum non sedit. Primi sunt qui falso nominata cognitione imbuti sunt [id est gnostici], qui nihil firmum stabileque habent; sed pro lubito suo, nullo examine ponderatis cogitationibus moventur, impii homines. Secundi sunt quotquot post cognitionem veritatis in peccata incidunt. Tertii pesti-

(1) Id est, de medio tollit sacrificiorum leges, non reipsa abolendo, sed prænuntiando abrogandas esse.

A σεις, ὡς ἡ βίβλος τῶν ψαλμῶν καινὴν διδασκαλίαν περιέχει μετὰ τὴν Μωϋσέως νομοθεσίαν, καὶ ὅτι δευτέρα μετὰ τὴν Μωϋσέως νομοθεσίαν γραφὴν διδασκαλικὴ βίβλος αὕτη τυγχάνει. Μετὰ γοῦν τὴν Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ τελευτὴν καὶ μετὰ τοὺς κριτὰς Δαυῒδ γενόμενος, ὡσανεὶ τοῦ Σωτῆρος αὐτὸς χρηματίσαι πατὴρ καταξιωθεὶς, καινὸν τρόπον τὸν τῆς ψαλμῳδίας πρῶτος Ἑβραίοις παρέδωκε· δι' ἧς ἀναιρεῖ (1) μὲν τὰ παρὰ Μωϋσῇ περὶ θυσιῶν νενομοθετημένα, καινὸν δὲ τὸν δι' ὕμνων καὶ ἀλαλαγμῶν τρόπον τῆς τοῦ Θεοῦ λατρείας εἰσάγει· καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα τὸν Μωϋσέως νόμον ἐπαναβεβηκότα δι' ὅλης αὐτοῦ τῆς πραγματείας διδάσκει.

Εὐσεβίου Καισαρείας περὶ τοῦ διαψάλματος.

Ἔγραψαν τὸ διάψαλμα οἱ ἑρμηνεύσαντες πέντε
B ἄρχοντες, οἳ ἐξελέγοντο ὑπὸ Δαυῒδ τοῦ βασιλέως ἐκ τῆς φυλῆς Λευΐ· ὧν τὰ ὀνόματά εἰσι ταῦτα, Ἀσὰφ, οἱ υἱοὶ Κορὲ, Αἰμὰν, Αἰθὰμ, Ἰδιθοὺμ· τούτοις ἀριθμὸς ᾠδῶν παρηκολούθει, ἑκάστῳ ἑβδομήκοντα δύο. Οὗτοι ἵσταντο ἐνώπιον τοῦ ἁγιάσματος Κυρίου, αἰνοῦντες τὸν πάντων δεσπότην, ὃς μὲν κύμβαλα, ὃς δὲ ψαλτήριον, ὃς δὲ κινύραν, ὃς δὲ κερατίνην, ὃς δὲ κιθάραν ἔχων, ὧν μέσος ἵστατο ὁ Δαυῒδ. Καὶ οὕτως ἤρχοντο τῶν ᾠδῶν κρατοῦντες ἐπὶ χεῖρα τὰ τοιαῦτα ὄργανα· καὶ ἕκαστος Πνεύματι ἁγίῳ κινούμενος ὕμνει τὸν Θεὸν, καὶ πάντες ἐπεφώνουν τῷ ψάλλοντι τὸ *Ἀλληλούϊα*. Ὁπηνίκα δὲ ἡ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀπέστη χάρις πρὸς βραχὺ, τῶν ὀργάνων λοιπὸν μὴ κινουμένων, τὸ τηνικαῦτα εἰκὸς καὶ τὸ διάψαλμα
C ἔγραφον.

ΨΑΛΜΟΣ Α'.

Μακάριος ὁ ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. Ἐπεὶ φυσικῶς ὀρεγόμεθα πάντες τοῦ μακάριοι εἶναι, τέλος ἀγαθοῦ τὸ μακάριον ὁριζόμενοι, πεπλανημένως γε μὴν πολλοὶ τοῦτο μεταδιώκειν ἐν σωμάτων ἡδοναῖς ἡγοῦνται, πλούτους θαυμάζοντες καὶ ἀξιώματα, καὶ τὰς ἐν τῷ παρόντι βίῳ τρυφάς· εἰκότως ὁ λόγος ἐν τούτοις ὅθεν ἐχρῆν τὴν καταρχὴν ἐποιήσατο τῆς κατὰ Θεὸν ὑμνῳδίας, τὸν ἀληθῶς μακάριον καὶ τέλους ἀγαθοῦ τοῦ παρὰ Θεῷ ἠξιωμένον ὑπογράφων. Καὶ ἐνθάδε μὲν διὰ τὸ σπάνιον τῶν πάλαι πρότερον κατορθούντων ἕνα τινὰ μακαρίζει· ὁ δὲ Σωτὴρ ἡμῶν πλείονας ποιῶν μακαρίους, πληθυντικῶς τοὺς μακαρισμοὺς προσφέρεται. Πάντων δὲ
D πρῶτος αὐτὸς ἂν εἴη ὁ μακαριζόμενος· διὸ καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀνοίσει τις τὸν παρόντα ψαλμὸν, ἅτε γενόμενον ἄνδρα τῆς νύμφης αὐτοῦ Ἐκκλησίας· τοῦτο δὲ ἔοικεν ἡ Ἑβραϊκὴ φωνὴ παριστᾷν, καθ' ἣν (2) *μακάριος ὁ ἀνὴρ* μετὰ τῆς τοῦ ἄρθρου προσθήκης εἴρηται.

Καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν. Πρῶτοι εἰσιν οἱ τὴν ψευδώνυμον ἔχοντες γνῶσιν, μηδὲν ἔχοντες ἑστηκὸς, ἀλλ' ἀνεξετάστοις κινούμενοι λογισμοῖς ἐν οἷς ἂν βουληθῶσιν, οἱ ἀσεβεῖς. Δεύτεροι πάντες οἱ μετὰ γνῶσιν ἀληθείας ἐξαμαρτάνοντες. Οἱ δὲ λοιμοὶ τρίτοι, μὴ μόνον νοσοῦντες, ἀλλὰ καὶ φθοροποιοῦ δι-

(2) In Hebraico legitur האיש quasi dicas, *ille vir*.

δασκαλίας μεταδιδόντες τοῖς ἄλλοις, ἢ κατὰ γνῶσιν ἢ κατὰ πρᾶξιν, ἢ κατ' ἀμφότερα· οἳ καὶ ἐνίδρυνται τῷ κακῷ, τῶν δευτέρων ἑστηκότων ἐν ἁμαρτίαις, τῶν δὲ πρώτων ὁδευόντων ἐν πλάνῃ. Ὁ δὲ πάντων τούτων ἀπηλλαγμένος μακάριος.

Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. Ἐπειδὴ πολλή τίς ἐστι διαφορὰ τῶν φόβῳ τιμωριῶν εὖ πράττειν κατηναγκασμένων καὶ τῶν προαιρέσει αὐτὸ τὸ καλὸν αἱρουμένων, διὰ τοῦτό φησι· *Ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου θέλημα αὐτοῦ.* Νόμον δέ φησιν οὐ πάντως τὸν σκιώδη καὶ τυπικὸν νόμον, πολὺ δὲ πρότερον τὸν ἐν αὐτῷ λεληθότα πνευματικὸν λόγον. Εἴη δ' ἂν νόμος Κυρίου καὶ ὁ κατὰ φύσιν πᾶσιν ἀνθρώποις ἐνεσπαρμένος, δι' οὗ κατορθῶσαι λέγονται οἱ πρὸ τοῦ διὰ Μωϋσέως νόμου ἅγιοι· περὶ ὧν φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα,* τὸν γραπτὸν δηλονότι, *φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι, νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσι νόμος.* Ἢ νόμος Κυρίου εἴη ἂν ὁ πρὸς αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κατηγγελμένος εὐαγγελικὸς λόγος.

Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ. Ὁ διὰ πάσης τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς καὶ ἐν παντὶ καιρῷ νυκτός τε καὶ ἡμέρας τῷ θείῳ σχολάζων νόμῳ, καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ λογικοῖς νάμασιν ἀρδόμενος, σφόδρα οἰκείως φυτῷ παρ' ὕδασιν ἐῤῥιζωμένῳ παραβέβληται· διὸ καὶ μακάριος ὡς ἀληθῶς οὗτος, ἅτε μάλιστα ποτιζόμενος τοῖς θείοις μαθήμασιν, ὥριμον ἑαυτοῦ τὸν καρπὸν ἀποδίδωσιν. Εἶτ' ἐπειδὴ ξύλον ἐστὶ ζωῆς ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς κατὰ τὸν Σολομῶντα φήσαντα περὶ τῆς Σοφίας· *Ξύλον ἐστὶ ζωῆς πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς* καὶ τοῖς ἐπερειδομένοις ἐπ' αὐτὴν ὡς ἐπὶ Κύριον ἀσφαλῆ (sic)· εἰκότως ὁ μακαριζόμενος τῷ τοῦ Θεοῦ Υἱῷ ἀφωμοίωται τῷ παρὰ τὰς διεξόδους ὄντι τῶν ὑδάτων μαρτυρούμενος καὶ κηρυττόμενος ὑπὸ τῶν τῆς θείας Γραφῆς διδασκάλων καὶ προφητῶν· οἵτινες καὶ ἀφέσεις ὑδάτων παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ λέγονται Γραφῇ. Τούτῳ οὖν ἀφωμοίωται ὁ μακαριζόμενος, ἀρδόμενος διεξόδοις τῶν ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς πνευματικῶν ναμάτων, καρπόν τε ἀγαθὸν προφέρων.

Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται. Καὶ τὰ φύλλα δὲ αὐτοῦ, ὡς ἄλλος φησίν, ἕτερα ὄντα παρὰ τὸν τέλειον καρπόν, τὰ κατὰ τὸν θνητὸν δηλαδὴ βίον πράγματα, τά τε κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην ζωήν, καθ' ἣν καὶ ὁ τέλειος καρπὸς σκέπτεταί τε καὶ φυλάττεται καὶ οὐκ ἀποῤῥεῖ, μέχρι καὶ τούτων ἀκριβῶς βιοῦν παραφυλαττομένου· διὸ καὶ ἐν πᾶσιν οἷς ἂν ποιῇ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατευοδωθήσεται. Καὶ ἄλλως ὁ μακάριος διὰ παντὸς ἀρδόμενος ὕδασι λογικοῖς τῆς ἐνθέου διδασκαλίας, καὶ τῆς προσηκούσης γεωργίας κατὰ τὸν παρόντα βίον τυγχάνων ἐν καιρῷ τῷ ἑαυτοῦ δώσει τὸν ἑαυτοῦ καρπόν. Καιρὸς δὲ αὐτοῦ ὁ μέλλων ἐστὶν

A teri homines, qui non modo ægritudine laborant; sed corrupta doctrina alios imbuunt; sive secundum cognitionem, sive secundum operationem, sive secundum utramque: qui scilicet in malo firmantur, dum secundi in peccatis perseverant, et primi in erroris via gradiuntur. Qui autem omnibus iis liberatus et vacuus est beatus dicitur.

VERS. 2. *Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.* Quia multum discriminis est inter eos qui metu supplicii necessitateque coacti bene agunt, et eos qui propriæ voluntatis delectu ad bonum se conferunt, ideo ait: *In lege Domini voluntas ejus.* Legem autem dicit, non umbratilem illam et figuratam, sed potius spirituale verbum in ea latens et obvolutum. Fuerit etiam fortasse lex Domini ea quæ omnibus hominibus ab ipsa natura insita est; qua duce dicuntur probe vixisse sancti qui ante Moysis legem B fuerunt: de quibus ait Apostolus: *Cum enim gentes, quæ legem non habent*, scriptam videlicet, *naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex* [1]. Aut lex Domini fuerit evangelicum verbum, ab ipso Domino et Salvatore nostro omnibus gentibus annuntiatum.

VERS. 3. *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Qui per totam vitam suam omnique tempore nocte ac die divinæ legi vacat, et rivis ex eo fluentibus, spiritualibus irrigatur, admodum apposite ligno, cujus radices proxime aquas positæ sunt, comparatur. Quapropter revera beatus ille, utpote qui divinis potus irrigatusque C disciplinis, suum opportuno tempore fructum præbeat. Deinceps quia Dei Filius lignum vitæ est juxta Salomonem qui de Sapientia talia fatur: *Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam* [2], et qui ea, sive ipso Domino, nixi fuerint, secure degunt; jure ac merito qui beatus prædicatur, Filio Dei similis dicitur, qui secus decursus aquarum situs est, quique testimonio ac prædicatione doctorum divinæ Scripturæ, ac prophetarum annuntiatur: nam ii emissiones aquarum in Scriptura divina appellantur. Huic itaque comparatur qui beatus dicitur, irrigatus fluentis rivorum spiritualium a Scriptura sacra manantium, et fructum proferens bonum.

Et folium ejus non defluet, et omnia quæcunque D *faciet prosperabuntur.* Et folia ejus, ut alius inquit, quæ diversa sunt a perfecto fructu, videlicet opera mortalis hujusce vitæ, humanique vivendi curriculi, in quo fructus ille perfectus spectatur et observatur, non defluent, dum ipse probe vivendi curam habebit; quamobrem in cunctis operibus suis a Deo recte prospereque dirigetur. Alia vero ratione sic explicatur: Beatus ille qui semper intelligibilibus divinæ doctrinæ aquis irrigatur, et in præsenti vita ceu ager congruenter colitur; dabit fructum suum in tempore suo. Tempus porro ejus, futurum sæculum est: præsentis quippe vitæ tem-

[1] Rom. II, 14. [2] Prov. III, 18.

pus non ipsi proprium, sed alienum est; quamobrem in tempore suo præsentis agriculturæ fructus Deo proferet. Alio quoque modo intelligitur; nimirum, ille qui beatus prædicatur, ex mortali vita translatus, promissionem habebit se futurum in paradiso Dei quasi lignum quod plantatum est secus decursus aquarum.

VERS. 4. *Non sic impii, non sic, sed tanquam pulvis quem projicit ventus a facie terræ.* Beatus ille qualis hic describitur: et sane hujusmodi homines admodum rari paucique sunt. At impii magno numero; qui ut nihil habentes apud beatum illum male audiunt; fructum quippe temporaneum, mutabilem ac periturum possidentes, facti sunt quasi *pulvis quem projicit ventus a facie terræ.*

VERS. 5. *Ideo non resurgent impii in judicio, neque peccatores in concilio justorum.* In communi, illud, *in concilio justorum* accipias, ita ut hæc sententia fuerit: Quandoquidem nihil fertile, vitale nihil, neque fructum Deo dignum, qualem dederunt justi, impii protulere; ideo in judicii tempore, *neque peccatores in concilio justorum* resurgent. Pro concilio autem Aquila et Theodotio *synagogam* interpretati sunt; Symmachus vero, *conventum.* Concilium igitur hic intelligas conventum sanctorum, ut in principio dictum est. Oppositoque sensu illud, *in concilio impiorum*, pro conventu impiorum accipias. Cæterum resurgent ipsi quoque, sed ad pœnam atque supplicium: *Nam cuncta quæ fiunt, adducet Deus in judicium pro omni errato, sive bonum sive malum illud fuerit* [1]. Notandum autem est, primum Davidem resurrectionem et futurum post resurrectionem judicium, necnon futuræ vitæ promissionem, aperte docuisse: Moyses quippe nihil hujusmodi uspiam tradidit.

VERS. 6. *Quoniam novit Dominus viam justorum, et iter impiorum peribit.* Hic generatim notes velim, bonum quidem Domino cognitum esse, sed malum neutiquam. Bona quippe est justorum via, neque dicitur: Novit Dominus viam impiorum, videlicet eorum qui in perniciem eunt; sed: *Novit Dominus qui sunt ejus* [2]. Justorum autem via est is qui dixit: *Ego sum via* [3]; et illud: *Videte quæ sit via bona* [4]. Hæc respicit psalmus.

PSALMUS DAVID II.

Explanatio psalmi II.

VERS. 1. *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania?* Prophetiam affert, qua Christi adventus enuntiatur; quo pacto scilicet futurum sit ut Judæorum insidiis appetatur, gentiumque omnium dominetur, et quotquot in eum fiduciam habebunt, ejus opera felices evadant. Primus itaque psalmus parce loquens unum duntaxat qui salutem consecutus est beatum prædicat; hic vero psalmus ad felicitatem multitudinem vocat. Siquidem omnium una gentium vocationem complectitur, regnaque terræ invitat ad salutem. Hæc porro bona per Christum hominibus obventura conse-

A αιων· επειδὴ του παροντος οὐκ ἔστιν οἰκεῖος, ἀλλ' ἀλλότριος· διὸ ἐν ἐκείνῳ τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ τῆς ἐνταῦθα γεωργίας ἀποδώσει τῷ Θεῷ τοὺς καρπούς. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, ὁ μακαριζόμενος, μεταφυτευθεὶς ἐκ τοῦ θνητοῦ βίου, ἐπαγγελίαν ἕξει ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ ἔσεσθαι, ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων.

Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. Ὁ μὲν μακάριος τοιοῦτος οἷον ὁ λόγος διέγραψεν· σπάνιος δὲ οὗτος καὶ ἐν ὀλίγοις εὑρισκόμενος. Πολλοὶ δὲ οἱ ἀσεβεῖς, οἵτινες ὡς μηδὲν ἔχοντες τῷ μακαρίῳ διαβέβληνται. Καρπὸν γὰρ πρόσκαιρον καὶ σκεδαστὸν, καὶ ἀπολλύμενον κτησάμενοι, γεγόνασιν ὡς *ὁ χοῦς ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.*

B *Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων.* Κατὰ κοινοῦ τὸ, *ἐν βουλῇ δικαίων*, ἀκούσεις· ὡς εἶναι τὴν διάνοιαν τοιαύτην· Ἐπεὶ μηδὲν γόνιμον μηδὲ ζωτικὸν, ἀλλ' οὐδὲ καρπὸν Θεοῦ ἄξιον τοῖς δικαίοις παραπλησίως οἱ ἀσεβεῖς προηνέγκαντο, διὰ τοῦτο ἐν τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ, *οὔτε οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων* ἀναστήσονται. Ἀντὶ δὲ βουλῆς ὁ μὲν Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων *συναγωγὴν* ἡρμηνεύκασι, *συνέλευσιν* δὲ ὁ Σύμμαχος. Βουλὴν τοίνυν ἡγητέον ἐνταῦθα εἰρῆσθαι τὴν σύνοδον τῶν ἁγίων, ὡς καὶ ἐν ἀρχῇ εἴρηται. Κατὰ δευτέραν διάνοιαν τὴν σύνοδον τῶν ἀσεβῶν δηλοῦσθαι ἐκ τοῦ *ἐν βουλῇ ἀσεβῶν.* Πλὴν ἀναστήσονται ἐπὶ κολάσει καὶ τιμωρίᾳ· *Πᾶν γὰρ τὸ*
C *ποίημα ἄξει ὁ Θεὸς εἰς κρίσιν ἐν παντὶ παρεωραμένῳ, ἐάν τε ἀγαθὸν ᾖ, ἐάν τε πονηρόν.* Σημείωσαι δὲ, ὅτι πρῶτος Δαυῒδ καὶ ἀνάστασιν καὶ κρίσιν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐσομένην, καὶ ἐπαγγελίαν ζωῆς μελλούσης σαφῶς ἐδίδαξε, Μωϋσέως μηδὲν τοιοῦτον παραδεδωκότος.

Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται. Σημείωσαι καθολικῶς, ὅτι καλὸν μὲν γινώσκεται ὑπὸ Κυρίου, φαῦλον δὲ οὐδὲν οὐδέποτε. Καλὸν γὰρ ὁδὸς δικαίων, καὶ οὐκ εἶπε· Γινώσκει Κύριος ὁδὸν ἀσεβῶν, ἤτοι τῶν ἀπολλυμένων· ἀλλά· *Καὶ ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ.* Ὁδὸς δὲ δικαίων, ὁ εἰπών· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός*· καὶ τό· *Ἴδετε ποία ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθή.* Ἐπὶ τούτων ἀναφέρεται.

D

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΪΔ Β'.

Ἐξήγησις ψαλμοῦ β'.

Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Προφητείαν ἐντίθησι Χριστοῦ παρουσίας προσαγορευτικήν· καὶ ὡς ὑπὸ Ἰουδαίων μὲν ἐπιβουλευθήσεται, κρατήσει δὲ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων, καὶ ὡς δι' αὐτοῦ πάντες μακάριοι ἔσονται οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ. Ὁ μὲν οὖν πρῶτος ψαλμὸς ἕνα τινὰ σπανίως σωζόμενον ἐμακάριζεν· ὁ δὲ παρὼν ὁμοῦ πλήθη καλεῖ ἐπὶ τὸν μακαρισμόν· ἐπεὶ καὶ κλῆσιν τῶν ἐθνῶν ἁπάντων περιέχει, καὶ τὰς βασιλείας τῆς γῆς ἐπὶ τὴν σωτηρίαν καλεῖ. Ταῦτα δὲ πάντα διὰ τοῦ Χριστοῦ προξενηθήσεσθαι ἀνθρώποις θεσπίζει σφόδρα ἀκολούθως. Ἔδει γὰρ ἡμᾶς προμεμαθηκότας περὶ

[1] Eccle. XII, 14. [2] II Tim. II, 19. [3] Joan. XIV, 6. [4] Jerem. VI, 16.

τῶν δύο ὁδῶν, ἑξῆς καὶ τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος παι- A δευθῆναι· δι' οὗ πάντες ἄνθρωποι τὴν μὲν τῶν ἀσεβῶν ὁδὸν ἐξέφυγον, ἔτυχον δὲ τῆς ὁδοῦ τῆς σωτηρίου διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως· ὃ δὴ παρίστησιν φάσκων ὁ λόγος· *Μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες εἰς αὐτόν.*

quenter admodum vaticinatur. Par enim erat nos de duabus viis prius instructos, ea quæ Salvatorem spectant deinceps ediscere; per quem omnes homines cum impiorum viam effugerunt, tum viam salutarem per fidem in ipsum ingressi sunt; quod hisce verbis declaratur: *Beati omnes qui confidunt in eo.*

Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. Σωτὴρ ἀνθρώποις ἐπιδεδήμηκεν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ· Σωτὴρ καὶ φωστὴρ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων, διδάσκαλος εὐσεβείας, σωφροσύνης καθηγεμὼν, δικαιοσύνης ἀρχηγὸς, ἀρετῆς ἁπάσης καὶ θεογνωσίας ἀληθοῦς αἴτιος. Τί δὲ οὖν, φησὶ, ταράττεται τὰ ἔθνη ἐπὶ τῇ τῶν τοσούτων ἀγαθῶν παρουσίᾳ; Εἰ δὲ καὶ πληρωτὴς ἐλήλυθε τοῦ Μωϋσέως νόμου, ὥσπερ οὖν αὐτὸς διδάσκει λέγων· *Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι*, καὶ τὰ τῶν προφητῶν λόγια δι' αὐτοῦ τέλους ἐτύγχανε· τί δὲ οἱ ταῦτα μελετῶντες, καὶ διὰ στόματος αὐτὰ φέρειν σπουδάζοντες, οἱ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους λαοὶ ματαίαν ἐποιήσαντο περὶ αὐτοῦ μελέτην; B Ἀλλὰ καὶ οἱ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τῶν ἐθνῶν ἄρχοντες, οἵ τε κατὰ χρόνους βασιλεῖς τῆς γῆς, τί δὴ παθόντες δεινὸν, ἢ τί λέγειν ἔχοντες διαβολῆς ἄξιον, ὁμοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ κακὴν ταύτην συνετάξαντο συμφωνίαν, ὡς μίαν ἐπιβουλὴν ἀρτῦσαι καὶ μίαν ἀσεβῆ γνώμην βουλεύσασθαι κατὰ τοῦ τῶν ὅλων δεσπότου τε καὶ βασιλέως Θεοῦ, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ; Οἱ γοῦν τὸν ὑπὸ τοῦ πάντων Κυρίου τε καὶ Θεοῦ ἀπεσταλμένον ἀνθρώποις Σωτῆρα πολεμοῦντες, ἐλαύνοντές τε αὐτοῦ τὴν διδασκαλίαν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ κατὰ χρόνους διώκοντες βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες τῆς γῆς λελήθασιν οὐ μόνον εἰς τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν ἀπεσταλκότα αὐτὸν ἐκτείνοντες τὰ τῆς ἀσεβείας. Χριστὸν μὲν οὖν ὀνομαστὶ ὑπὸ ἀνθρώ- C πων ἐπιβουλευόμενον σαφῶς ἐν τούτοις ὁ λόγος θεσπίζει. Προϊὼν δὲ καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὀνομάζει· ἀλλὰ καὶ κλῆρον αὐτῷ παρὰ τοῦ Πατρὸς δοθήσεσθαι πάντα τὰ ἔθνη καὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς διδάσκει· ἃ δὴ ἐπὶ μόνῳ τῷ ἡμετέρῳ Σωτῆρι πεπληρωμένα δείκνυται. Ἐπεὶ δὲ γεγόνασι παρὰ Ἰουδαίοις καὶ ἕτεροι Χριστοὶ, ἱερεῖς δηλαδὴ καὶ βασιλεῖς τοῦ ἔθνους, σκοπήσεις ἐπὶ τίνος τούτων τὰ θεσπιζόμενα συμβέβηκεν· εἴ τις καὶ ἄλλος ἐπιβουλεύεται, εἴ τις Υἱὸς Θεοῦ κέκληται, εἴ τις τῶν ἐθνῶν ἁπάντων κεκράτηκεν· εἴ τις καθ' ὅλης Χριστὸς ἐγνώσθη τῆς οἰκουμένης. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν· μόνος γὰρ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τῆς οἰκείας προσηγορίας τὸν σύμπαντα κατέπλησε κόσμον, Χριστιανῶν ἐξ αὐτοῦ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην πληρώσας, καὶ ἐπὶ μόνῳ D αὐτῷ ἕκαστος τῶν εἰρημένων τέλους ἔτυχεν.

Vers. 2. *Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum, adversus Dominum et adversus Christum ejus.* Salvator hominibus advenit Christus Dei; Salvator, inquam, et luminare gentibus universis, doctor pietatis, auctor temperantiæ, justitiæ antistes, omnium virtutum ac divinæ veræque cognitionis causa. Cur ergo, inquit, pro tot tantorumque bonorum adventu gentes tumultuantur? Si is advenit qui Moysis legem implet ac perficit, ut ipse declarat his verbis: *Non veni solvere legem, sed adimplere* [7]; si per ipsum oracula prophetarum finem nacta sunt; quid causæ est cur ii qui hæc meditantur, hæc in ore ferre procurant, Judaici videlicet populi, vanam adversus eum meditationem et curam susceperint? Imo vero principes gentium per universum orbem, et reges terræ qui variis temporibus dominatum obtinuere, quid grave perpessi, quamve calumniandi et querendi causam habentes, una omnes in hanc improbam concordiam adducti sunt, ut insidias simul struerent, impiumque consilium inirent adversus universum dominum ac regem Deum, et adversus Christum ejus? Ii ergo qui adversus Salvatorem, ab omnium Domino ac Deo hominibus missum, bella gesserunt, quique doctrinam ejus insectati sunt, Ecclesiamque diversis temporibus vexarunt, reges nimirum ac principes terræ, ignoraverunt se non modo contra Christum, sed etiam adversus eum a quo missus Christus est, impietatem extendisse suam. Christum igitur nominatim insidiis hominum appetitum, aperte hoc in vaticinio expressum habemus; in sequentibus autem Filius Dei nominatur; sed etiam docemur gentes omnes finesque terræ in hæreditatem ipsi a Patre donandos: quæ omnia in uno Salvatore nostro completa esse demonstratur. Quia vero apud Judæos alii Christi fuere, sacerdotes videlicet et reges gentis illius; perpende mihi, quæso, cui eorum, quæ in vaticinio feruntur, contigere: num quis alius insidiis appetitus sit; num quis Filius Dei audierit; num quis gentibus universis imperarit; num quis per universum orbem ut Christus habitus fuerit. Sed neminem hujusmodi quispiam proferre valeat; solus namque Salvator noster Jesus Christus, hoc suo nomine totum adimplevit orbem, dum Christianis suo nomine sic vocatis universam terram replevit: atque in hoc solo quæ dicta sunt omnia ad terminum deducta sunt.

Διάψαλμα.

Τὸ διάψαλμα παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα κεῖται, οὐκέτι δὲ παρὰ Θεοδοτίωνι καὶ Συμμάχῳ. Καίτοι γε εἰώθασι πολλάκις χρῆσθαι τῇ λέξει ταύτῃ ὁμοίως τοῖς Ἑβδομήκοντα. Διὸ εἰκὸς, εἰ καὶ τὸ πρόσωπον

Diapsalma.

In Septuaginta Interpretibus adest diapsalma, sed non apud Theodotionem et Symmachum, etiamsi ipsi plerumque hac voce uti soleant perinde atque Septuaginta Interpretes. Quapropter, etsi hic per-

[7] Matth. v, 17.

sonam mutaverit, par fuit eumdem musices modum servari, atque ideo a Theodotione et Symmacho non positum fuisse diapsalma videtur. *Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum. Qui habitat in cœlis irridebit eos, et Dominus subsannabit eos.* Primis versibus qui ante diapsalma siti erant, putamus hosce quoque adjectos fuisse.

VERS. 3. *Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum.* Gentes vinculis peccatorum suorum constrictæ, neque liberæ, suis ipsæ malis colligantur. Aitque Christus, sive angelis sibi ministrantibus, sive Patri et Spiritui sancto, sive tertio apostolis suis et Evangelii præconibus, cohortans eos ad solvenda dirumpendaque hujusmodi vincula : *Dirumpamus vincula eorum.* Populi autem qui sub jugo legis corporaliter detinentur; cujus despiciendæ auctor ipse est, utpote quæ instituta ac præcepta non bona complectatur, per Christum adducti ad legem spiritualem, institutis ac præceptis bonis instructam, grave occidentis litteræ jugum deponunt, Salvatore prædictos comministros suos sic compellante : *Projiciamus a nobis jugum ipsorum.* Illud autem, *a nobis*, sic explicari potest. Ipsum procul a nobis abjiciamus, nihil cunctantes neque moti supplicatione eorum qui illo [jugo] onerantur. Hac quoque ratione illud, *a nobis*, intelligere licet. Ego ipse qui cum populis vana meditantibus versor ac vitam ago, sub jugo eorum sum, utpote circumcisus. *Et projiciamus jugum ipsorum*, id est a me et ab iis qui mecum consentiunt, et legem, quæ salutem minime confert, quasi conferentem observant. Sive hoc modo: quia arbitramur impositum nobis onus illud esse, jugum ipsorum projiciamus. Hunc enim affectum in Christo esse affirmare audemus, ob ipsius erga eos qui jugo opprimuntur charitatem ; qualis etiam habetur in omnibus *misericordiæ viris*, qui aliena peccata ut sua reputant.

VERS. 4. Hæc de hominibus sive gentilibus, sive Judæis dicta sint. Jam vero illud, *qui habitat in cœlis irridebit*, cum hoc copulandum, *astiterunt reges terræ*, quos irridebit Deus qui habitat in cœlis, utpote terrena mente præditos. Neque enim divinam circa incarnationem Christi œconomiam et sapientiam intellexerunt : illud autem, *et Dominus subsannabit eos*, referendum ad hoc dictum, *principes convenerunt in unum*, ut scilicet a Christo subsannarentur principes, qui congregati sunt adversus Dominum et adversus Christum ejus. Congruentes autem boni Dei Filio sunt istæ voces; quia, etiamsi fremuerint gentes, et populi meditati sint inania, at nos frementium ethnicorum vincula dirumpamus, et jugum populorum inania meditantium projiciamus.

At quia non jam ita facile medelam admittunt prædicti reges terræ et principes; jubet Spiritus sanctus, gentium et populorum, regum et princi-

(1) *Τετηρεῖσθαι.* Lege τετηρῆσθαι. EDIT.

A μεταβέβληκε, τὸν μουσικὸν ῥυθμὸν τετηρεῖσθαι (1), καὶ διὰ τοῦτο μὴ προστεθεικέναι τὸ διάψαλμα τὸν Θεοδοτίωνα καὶ τὸν Σύμμαχον. *Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν. Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς, καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς.* Πρὸς τοὺς πρώτους στίχους τοὺς πρὸ τοῦ διαψάλματος ἡγούμεθα τούτους ἀποδίδοσθαι.

Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν. Τὰ ἔθνη, σειραῖς τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν σφιγγόμενα καὶ οὐκ ὄντα ἐλεύθερα, δέδεται τοῖς ἰδίοις αὐτῶν κακοῖς· καὶ ὁ Χριστός φησιν, ἤτοι πρὸς τοὺς διακονοῦντας αὐτῷ ἀγγέλους, ἢ πρὸς τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ τρίτον τοὺς ἀποστόλους καὶ ὑπηρέτας τοῦ Εὐαγ- B γελίου, παρακαλῶν αὐτοὺς ἐπὶ τὸν διασπασμὸν καὶ τὴν διάῤῥηξιν αὐτῶν, τό· *Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν.* Οἱ δὲ λαοὶ, ὑπὸ τὸν ζυγὸν σωματικῶς τοῦ νόμου τυγχάνοντες, οὗ διδάσκει καταφρονεῖν, ὡς περιέχοντος δικαιώματα οὐ καλὰ, καὶ προστάγματα οὐ καλὰ, προσαγόμενοι διὰ τοῦ Χριστοῦ τῷ πνευματικῷ νόμῳ ἔχοντι τὰ καλὰ δικαιώματα καὶ προστάγματα καλὰ, ἀποτίθενται τὸν βαρὺν τοῦ ἀποκτείνοντος γράμματος ζυγὸν, τοῦ Σωτῆρος φάσκοντος πρὸς τοὺς προειρημένους συνεργοὺς τὸ, *Ἀποῤῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν.* Τὸ δὲ, *ἀφ' ἡμῶν*, δύναται τοιοῦτον εἶναι· Ἀφ' ἑαυτῶν ποιήσωμεν μὴ περιμείναντες τὴν δέησιν τῶν βαρουμένων. Δύναται δὲ τὸ, *ἀφ' ἡμῶν*, καὶ οὕτω νοεῖσθαι· Κἀγὼ παρὰ τοῖς λαοῖς τοῖς μελετῶσι τὰ κενὰ γεγενημένος καὶ C ἀνατρεφόμενος ὑπὸ τὸν ζυγόν εἰμι αὐτῶν περιτμηθεὶς, *Καὶ ἀποῤῥίψωμεν αὐτῶν τὸν ζυγὸν*, τουτέστιν ἀπ' ἐμοῦ καὶ ἀπὸ τῶν συγκατατιθεμένων μοι τὸν μὴ σώζοντα νόμον ὡς σώζοντα ἀσκούντων. Ἤ· Νομίζοντες εἶναι βάρος ἐπικείμενον καὶ ἡμῖν, τὸν ζυγὸν αὐτῶν ἀποῤῥίψωμεν. Τολμητέον γὰρ λέγειν ταῦτα εἶναι ἐν τῷ Χριστῷ διὰ τὴν πρὸς τοὺς βαρουμένους ὑπὸ τοῦ ζυγοῦ ἀγάπην, ἅπερ ἐστὶ καὶ ἐν πᾶσι *τοῖς εὐσπλάγχνοις*, τὰ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα ἴδια κρίνουσιν.

Ταῦτα μὲν οὖν περὶ ἀνθρώπων τῶν τε ἀπὸ τῶν ἐθνῶν καὶ ἀπὸ τοῦ λαοῦ. Τὸ δὲ, *Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται*, προσαρμοστέον πρὸς τὸ, *Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς*, οὓς ἐκγελάσεται ὁ Θεὸς ἐν οὐρανοῖς κατοικῶν φρόνημα ἔχοντας γήϊνον. D Οὐ γὰρ νενοήκασι τὴν οἰκονομίαν καὶ τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ τὴν περὶ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Χριστοῦ. Τὸ δὲ, *Καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς*, πρὸς τὸ, *Οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό*· ἵνα μυκτηρίζωνται οἱ ἄρχοντες ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, οἱ συναχθέντες κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. Πρέπουσαι δὲ ἀγαθοῦ Θεοῦ Υἱῷ φωναί· ὅτι, εἰ καὶ τὰ ἔθνη ἐφρύαξαν, καὶ οἱ λαοὶ ἐμελέτησαν κενὰ, ἡμεῖς γε τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν τῶν φρυαξάντων ἐθνῶν διασπάσωμεν, καὶ τὸν ζυγὸν τῶν μελετησάντων κενὰ λαῶν ἀποῤῥίψωμεν.

Ἐπεὶ δὲ οὐκέτι εὐχερῶς δέχονται τὴν θεραπείαν οἵ τε τηλικοῦτοι προειρημένοι τῆς γῆς βασιλεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες, τῶν κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ τοῦ Χριστοῦ

αὐτοῦ συναχθέντων ἐθνῶν τε καὶ λαῶν, βασιλέων τε A καὶ ἀρχόντων, ὁρωμένων τε καὶ ἀφανῶν, προστάττει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοὺς τῆς εἰδωλολατρείας δεσμοὺς διαῤῥηγνύναι, καὶ τὸν βαρὺν τῆς ἁμαρτίας ζυγὸν ἀποῤῥίπτειν τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς· οἷς καταδεδουλωμένοι πρότερον ἑτέροις ἄρχουσιν ὑπεκείμεθα· ἵνα ἐκείνων ἐλευθερωθέντες τὸν ἐλαφρὸν τοῦ Σωτῆρος ζυγὸν ἀναδεξώμεθα, ἐφ' ὃν προκαλεῖται λέγων· *Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Ἄρατε τὸν ζυγόν μου, καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστός ἐστι.* Λέλεκται δὲ ταῦτα πρὸς τὰ ἔθνη τὰ τῷ Χριστῷ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς δεδομένα, προλαμβάνοντος τοῦ λόγου τοὺς μέλλοντας προσιέναι τῇ Χριστοῦ διδασκαλίᾳ, καὶ παραινοῦντος μηκέτι τὸν παλαιὸν ζυγὸν ἐπὶ τῶν ὤμων φέρειν, μηδὲ ταῖς σειραῖς τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων ἑαυτῶν παραμένειν· B ἀλλ' εἰ καί τινες ἦσαν αὐτῶν πρότερον κύριοι ἄρχοντές τε πικροὶ, οἱ πάλαι τῶν ἐθνῶν κατατυραννοῦντες δαίμονες πονηροὶ, οὓς δὴ θεοὺς ὠνόμαζον, ζυγὸν αὐτοῖς ἐπαιωροῦντες βαρὺν καὶ συγκύπτειν τὴν ψυχὴν ἐπὶ τὸ κάτω ποιοῦντες, δεσμοῖς τε αὐτοὺς ἀσεβείας καταδεσμοῦντες· τούτων ἁπάντων τὴν δυναστείαν φεύγειν παρακελεύεται· προσφεύγειν δὲ τῷ Λυτρωτῇ καὶ Σωτῆρι, καὶ δὴ κλῆρον αὐτοὺς παρὰ τοῦ ἰδίου Πατρὸς εἰληφότι. Ταῦτα δὲ, φησὶ, πράξωμεν οἱ τῆς τοῦ Χριστοῦ κληρονομίας ἄξιοι γενόμενοι, εἰδότες, ὅτι *Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτοὺς*, τὰ ἔθνη δηλαδὴ καὶ τοὺς λαοὺς τοὺς ἐπαναστάντας τῷ Χριστῷ αὐτοῦ, *καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς.* Ταῦτα πάλαι μὲν προφητικῶς ἀνεφωνεῖτο· πέπονθε δὲ αὐτὰ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος πολιορκηθὲν παραχρῆμα C μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπιβουλήν· καὶ κατὰ χρόνους δὲ οἱ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ πολέμιοι, κρυφαίᾳ ἀεὶ χειρὶ πολεμούμενοι, ὑπὸ τοῦ κατοικοῦντος ἐν οὐρανοῖς Κυρίου, τοῦ πρὸς αὐτῶν πολεμουμένου.

Τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ ὀργῆς Θεοῦ πειραθήσονται, καὶ τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταραχθήσονται πάντες οἱ τοῦ σωτηρίου λόγου πολέμιοι. Ἐπείπερ αὐτὸς ὁ ὑπ' αὐτῶν προσηλωθεὶς καὶ θανάτῳ παραδοθεὶς, κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς καὶ τὰ πάντα περιέχων, ἐκγελάσεται αὐτοὺς, καὶ ὁ τούτου δὲ Πατὴρ ὁ σὺν τῷ Χριστῷ πολεμούμενος ἐκμυκτηριεῖ αὐτοὺς, καὶ τὴν ἀξίαν αὐτοὺς εἰσπράξεται δίκην· εἰ οἱ λόγοι τῶν ἀπειλῶν λόγοι D εἰσὶν ἐν ὀργῇ ἀπαγγελλόμενοι.

Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου. Οἶδε μὲν, φησὶ, τάδε πείσονται οἱ κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ συνελθόντες, καὶ τοιοῦτον μὲν ἐκείνων τὸ τέλος· ἐμὲ δὲ τότε μετὰ τὴν τοσαύτην ἐπιβουλὴν καὶ τοσαῦτα πάθη βασιλέα πρὸς αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς καθεστάσθαι, καὶ τὸ πατρικὸν ὑμῖν πρόσταγμα διαγγέλλειν· τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα. Εἰ δέ ἐστιν ὄρος ἅγιον Θεοῦ τὸ ἐπουράνιον περὶ οὗ φησιν ὁ Παῦλος· *Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει*· καὶ πάλιν· *Ἡ δὲ ἄνω*

A pum, visibilium et invisibilium, qui adversus Dominum et adversus Christum ejus convenerant, idololatriæ vincula dirumpere, et quosque grave peccati jugum ab anima sua projicere; quibus subjugati prius aliis principibus suberamus: ut iis liberati leve Salvatoris jugum accipiamus, quo nos provocat his verbis: *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos: tollite jugum meum super vos, et videte quia mansuetum est*[a]. Hæc porro dicta sunt gentibus Christo a Patre traditis, præmissa scilicet eorum qui ad Christi doctrinam accessuri sunt narratione, dataque admonitione, ut ne ultra vetus jugum humeris ferant, neque catenis priorum delictorum constricti maneant. Sed etiamsi quidam ipsis ante fuerant domini, B principes acerbi, videlicet maligni dæmones, olim pro diis habiti, qui tyrannidem in gentes exercebant, et jugum ipsis grave onerosumque imponebant, ut animam eorum ad infima incurvarent, colligabantque ipsos impietatis vinculis; horum omnium imperium effugere, et ad Redemptorem Salvatoremque confugere jubentur, utpote qui ipsos a Patre suo in hæreditatem acceperit. Hæc, inquit, agamus qui Christi hæreditate digni effecti sumus, gnari videlicet illius: *Qui habitat in cœlis irridebit eos*, nimirum populos qui adversus Dominum et adversus Christum ejus insurrexerunt, *et Dominus subsannabit eos.* Hæc olim quidem prophetice prænuntiabantur; at postea Judaicus populus ea ipsa perpessus est, obsessus et expugnatus C non multo postquam insidias struxisset contra Salvatorem; variisque similiter temporibus eadem experti sunt inimici Ecclesiæ Christi, occulta semper manu impugnati a Domino qui habitat in cœlis, quem ipsi bello impetebant.

VERS. 5. *Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos.* Sane in tempore judicii, iræ divinæ periculum facient, ac ipsius furore turbabuntur omnes verbi salutaris inimici. Siquidem is ipse qui affixus ab illis est, ac morti traditus, qui habitat in cœlis et omnia complectitur, irridebit eos, ejusque Pater qui cum ipso Christo oppugnatur subsannabit eos, dignasque ab eis pœnas expetet, siquidem verba minacia iræ tempore prolata sunt.

VERS. 6. *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum Domini.* Hæc et similia, inquit, patientur qui convenerunt adversus Dominum et adversus Christum ejus, et hujusmodi erit illorum finis. Quod autem ego post tantas insidias et tam multos cruciatus rex ab ipso Patre constituendus sim, paternum vobis præceptum nuntiaturus, ea certe evangelica prædicatio fuerit. Quod si mons sanctus Dei, cœlestis ille fuerit de quo ait Paulus: *Accessistis ad Sion montem*[b]; ac rursus: *Illa autem quæ sursum*

[a] Matth. XI, 28-30. [b] Hebr. XII, 22.

est Jerusalem, libera est[10], atque hic tamen regnum sibi constitutum ait; pars ergo supernæ Ecclesiæ fuerit etiam ea quæ in terra versatur, cum eumdem ad finem ipsa contendat. Quomodo autem a Patre in Sion cœlesti constitutus fuerit rex Christus, intelligere licet, quod dictum illi sit: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*[11]. Quos nempe inimicos, nisi supra memoratos, qui congregati sunt adversus eum, et astiterunt principes, reges, gentes atque populi? hosce enim sub pedibus ejus substraturum se promisit Pater.

VERS. 7. *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Illud, *hodie*, nomen temporis est, idemque significat atque præsenti die. Dies autem est interstitium quoddam temporis. Cur igitur ait illi Dominus: *Ego hodie genui te?* id videlicet de temporali generatione dictum, quæ per œconomiam facta. De illa namque quæ sine principio est, ait ipse David: *Ex utero ante luciferum genui te*[12]. Gignitur autem hodie, non principium exsistendi in ortu accipiens, sed secundum carnalem œconomiam in adoptionem veniens. Et quisquis ab eo accipit potestatem ut filius Dei fiat, quando filius, per baptismum regeneratus, efficitur; qui tamen aliquid fuerat antequam filius esset, tunc ipse nobilitatur. Dicitur propriam Hebraici textus significationem esse *peperi*, qua Aquila usus est. Apostolus autem legisperitus cum esset, in Epistola ad Hebræos Septuaginta Interpretum versione usus est.

Quod autem hæc in Salvatore nostro Jesu Christo, et non in alio, completa sint, declaratur; illud enim:

VERS. 8. *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ*, nemo dixerit in alio quopiam veterum Dei prophetarum visum ac completum esse. Nam neque Moyses omnibus gentibus imperavit, neque David, neque Salomon, neque alius quispiam eorum qui a sæculo fuere prophetarum aut regum: soli autem Salvatori nostro hæc competere vel ipsa rerum perspicuitas testificatur: quandoquidem in omnem terram exivit sonus apostolorum ejus, et in fines orbis terræ verba eorum pervasere[13].

VERS. 9. *Pasces eos in virga ferrea, tanquam vasa figuli confringes eos.* Accepta in omnes potestate, priores illos qui adversum te fremuerunt et vana meditati sunt, sed etiam qui astiterunt, et convenerunt adversum te reges terræ et principes, pasces, non pastorali mansuetarum ovium virga, quæ sermonibus salutaribusque disciplinis constat; hujusmodi namque virga rationabili Christi oves in ejus ovilibus, sive in Ecclesiis et spiritualibus sacrarum Scripturarum pascuis, reguntur; sed in virga ferrea; qua et illos et cogitationes eorum confringere,

A *Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν*, ἐνταῦθά φησι τὰ βασίλεια αὐτῷ συνεστάναι· μέρος δ' ἂν τῆς ἄνω Ἐκκλησίας καὶ ἡ ἐπὶ γῆς εἰς ἐκεῖνο τέλους καὶ αὐτῇ σπεύδουσα (1). Ὅπως δὲ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἐν τῇ ἐπουρανίῳ Σιὼν κατεστάθη βασιλεὺς ὁ Χριστὸς αὐτοῦ, πάρεστι γνῶναι καὶ ἀπὸ τοῦ λέγεσθαι αὐτῷ· *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.* Ποίους δὲ ἐχθροὺς ἢ τοὺς προλεχθέντας, τοὺς δὴ συναχθέντας κατ' αὐτοῦ καὶ παραστάντας ἄρχοντας καὶ βασιλεῖς, καὶ λαοὺς, καὶ ἔθνη; τούτους γὰρ ὑποτάξειν τοῖς αὐτοῦ ποσὶν ὁ Πατὴρ ἐπηγγείλατο.

Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Τὸ *σήμερον* ὄνομα χρόνου ἐστίν· ἰσοδυναμεῖ δὲ τῇ ἐνεστώσῃ ἡμέρᾳ· ἡμέρα B δὲ διάστημά τι χρονικόν ἐστι. Τί οὖν φησι πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος· *Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε;* δηλονότι περὶ τῆς χρονικῆς ἔφη γενήσεως τῆς κατ' οἰκονομίαν· περὶ γὰρ τῆς ἀνάρχου φησὶν αὐτὸς ὁ Δαυΐδ· *Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε.* Γεννᾶται δὲ σήμερον οὐχὶ ἀρχὴν συστάσεως ἐν τῷ γεννᾶσθαι λαμβάνων, κατὰ δὲ τὴν σαρκικὴν οἰκονομίαν εἰς υἱοθεσίαν ἐλθών. Καὶ ὁ παρ' αὐτοῦ δὲ λαβὼν ἐξουσίαν τέκνον Θεοῦ γενέσθαι, ὅτε γίνεται τέκνον διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀναγεννώμενος, ἕτερόν τι πρὸ τοῦ εἶναι τέκνον ὑπάρχων, ἐξευγενίζεται. Ὁ μέντοι γε Ἑβραῖος ἐλέγετο κύριον εἶναι τῆς λέξεως, *ἔτεκον*, ὅπερ καὶ Ἀκύλας πεποίηκεν. Ὁ δὲ Ἀπόστολος, νομομαθὴς ὑπάρχων, ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους τῇ τῶν Ἑβδομήκοντα ἐχρήσατο.

C

Καὶ ὅτι γε εἰς τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, καὶ οὐκ εἰς ἄλλον, πεπλήρωται ταῦτα, παρίστησι· τὸ γάρ·

Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς, οὐδεὶς ἂν ἔχοι φάναι ἐφ' ἑτέρου τῶν πάλαι τοῦ Θεοῦ προφητῶν πεφανερῶσθαι καὶ πεπληρῶσθαι. Οὔτε γὰρ Μωϋσῆς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἐκράτησεν, οὔτε Δαυΐδ, οὔτε Σολομὼν, οὔτε τις ἕτερος προφητῶν ἢ βασιλέων τῶν ἐξ αἰῶνος γενομένων· μόνῳ δὲ τῷ ἡμετέρῳ Σωτῆρι ἡ τῶν πραγμάτων ἐνάργεια μαρτυρεῖ· ἐπειδήπερ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, καὶ εἰς τὰ D πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν διῆλθεν.

Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς. Λαβὼν τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν, τοὺς προτέρους ἐκείνους τοὺς κατὰ σοῦ φρυάξαντας καὶ κενὰ μελετήσαντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς παραστάντας καὶ συναχθέντας κατὰ σοῦ βασιλεῖς τε γῆς καὶ ἄρχοντας ποιμανεῖς, οὐ τῇ τῶν ἡμέρων προβάτων ποιμαντικῇ ῥάβδῳ, τῇ διὰ λόγων καὶ σωτηρίων μαθημάτων· τοιαύτῃ γὰρ λογικῇ ῥάβδῳ τὰ Χριστοῦ πρόβατα ἐν ταῖς μάνδραις αὐτοῦ, ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις καὶ ταῖς τῶν ἱερῶν Γραφῶν πνευματικαῖς νομαῖς ποιμαίνεται· ἀλλ' ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ,

[10] Galat. IV, 26. [11] Psal. CIX, 1, 2. [12] ibid. 4. [13] Psal. XVIII, 5.

(1) Αὐτῇ. σπ. Legendum αὐτή, nempe ἡ ἐπὶ γῆς Ἐκκλησία. EDIT.

δι' ἧς συντρίψειν αὐτοὺς, καὶ τὸ οἴημα αὐτῶν κατεάξειν δίκην ἀγγείου ὀστρακίνου λέγεται. Ῥάβδον δὲ σιδηρᾶν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν εἶναί φησιν, ἐπικρατεστέραν γενομένην μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν. Ἐξ ἐκείνου γὰρ τῶν κατ' ἔθνη πολυαρχιῶν καὶ τῶν κατὰ χώρας ἐθναρχιῶν καταλυθεισῶν, ἡ Ῥωμαίων ἐμονάρχησε βασιλεία, ἣν καὶ ἡ τοῦ Δανιὴλ προφητεία σιδηρᾶν προσεῖπεν, ἐπὶ μὲν τῆς εἰκόνος φήσασα· αἱ κνῆμαι καὶ οἱ πόδες σιδηροῖ, καὶ τὴν ἑρμηνείαν ἐκθεμένη διὰ τοῦ φάναι· *Βασιλεία τετάρτη ἔσται ἰσχυρὰ ὡς ὁ σίδηρος· ὃν τρόπον γὰρ ὁ σίδηρος, λεπτυνεῖ καὶ δαμάσει*· ἐπὶ δὲ τῆς ὁράσεως τοῦ προφήτου· *Καὶ ἰδοὺ*, φησὶν, *ζῶον τέταρτον φοβερὸν, καὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ σιδηροῖ, ἐσθίον καὶ λεπτῦνον, καὶ τὰ ἐπίλοιπα τοῖς ποσὶν αὐτοῦ συνεπάτει.* Ταύτην τοίνυν καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος δηλοῦσθαι φάσκοντος λόγου· *Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς.* Δυνάμει γὰρ ἀφανεῖ καὶ ἀοράτῳ παρὰ τοῦ Πατρὸς κλῆρον παραλαβὼν τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη ὁ Χριστὸς, τοὺς μὲν ἐπεγνωκότας αὐτὸν, καὶ ὑπὸ τὴν αὐτοῦ μάνδραν γενομένους ποιμανεῖ εἰσάγων καὶ ἐξάγων εἰς ἀγαθὰς νομὰς, ὥστε λέγειν τὴν αὐτοῦ ποίμνην (λογικὴ γὰρ ἦν)· *Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει. Εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν· ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με, τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψε*· τοὺς δὲ ἀφηνιῶντας τῶν ἐθνῶν καὶ κατεπαιρομένους τῶν αὐτοῦ προβάτων τῇ ῥάβδῳ τῇ σιδηρᾷ καθυποτάττει δαμάζων καὶ συντρίβων διὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς δυναστείας. Οὕτω γοῦν συμβαίνει τῶν ἀπλήστων ἐθνῶν τοὺς θυμοὺς καὶ τὰς ὁρμὰς τὰς κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀπειλῆς ἀνακρούεσθαι, οὐκ ἂν ἐπιτρεψάντων τῶν κατὰ πόλεις ἀρχόντων τε καὶ δήμων, ἐν μέσοις αὐτῶν συστῆναι τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίαν, ἀνατρεπτικὴν τῆς πολυθέου πλάνης αὐτῶν τυγχάνουσαν, εἰ μὴ ὁ Ῥωμαϊκὸς αὐτοῖς ἦν ἐπηρτημένος φόβος, καὶ τὰ συντρίβοντα αὐτοὺς καὶ μὴ ἐῶντα κεφαλὴν ἐπᾶραι διατάγματα τοὺς θυμοὺς αὐτῶν ἐχαλίνου καὶ συνέτριβε. Καὶ ἄλλῃ δὲ θεϊκῇ καὶ ἀποῤῥήτῳ δυνάμει ὁ Χριστὸς τὰ μὲν αὐτοῦ πρόβατα ἡμέρως ποιμαίνει, μηδέποτε ἀναχωρῶν ἀπ' αὐτῶν, καθ' ἣν πεποίηται ἐπαγγελίαν φήσας· *Ὅπου ἂν εἶεν δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν*· καὶ πάλιν· *Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος*· τοὺς δ' ἐπανισταμένους αὐτοῦ τῇ ποίμνῃ ἐν τοῖς κατὰ χρόνους διωγμοῖς πάλιν αὐτὸς μετέρχεται ἀφανεῖ καὶ ἀοράτῳ δυνάμει κολάζων ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπερηφανίαν αὐτῶν καὶ τὸ ἔπαρμα τῆς ἀλαζονείας ὡς σκεύη κεράμια συντρίβει· ὡς ἤδη μυρίους αὐτῶν ὑπὸ τῶν θεηλάτων αὐτοῦ μαστίγων ἐλαυνομένους δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ, καὶ ἐξομολογήσασθαι τὰς δυσσεβείας αὐτῶν. *Ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς*· οὐχ ὥστε ἀπολέσαι καὶ ἀναλῶσαι συντρίβει, ἀλλ' ὥστε ἀναπλάσαι· πρὸς τοῦτο γὰρ σκοπὸς τῷ κεραμεῖ συντρίβειν τὰ οἰκεῖα σκεύη, ὅταν ἔτι

A et tanquam vas figuli conterere ipse dicitur. Virgam autem ferream Romanum imperium vocat, quod secundum Salvatoris nostri adventum potentius evasit. Nam cum exinde multi variique gentium principatus, et per diversas regiones dominatus multorum abrogati sint, unum Romanorum imperium obtinuit, quod in Danielis prophetia ferreum vocatur: nam ibi de statua dicitur, tibiæ et pedes ejus ferrei: ejusque rei interpretationem affert his verbis: *Regnum quartum robustum erit sicut ferrum: quemadmodum enim ferrum, comminuet et domabit*[14] Perpende mihi, quæso, prophetæ visionem: *Et ecce*, inquit, *bestia quarta terribilis, cujus dentes ferrei, comedens atque comminuens, et reliqua pedibus suis conculcabat*[15]. Hoc itaque regnum hisce B verbis significari creditur: *Pasces eos in virga ferrea, tanquam vasa figuli confringes eos.* Cum enim latente atque invisibili potestate Christus a Patre universæ terræ populos in hæreditatem accepisset; illos quidem qui se noverunt, et in ovili suo consistunt, pascit, in pascua bona educens ac reducens; ita ut ejus ovile, utpote rationabile, hæc loquatur: *Dominus pascit me, et nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocavit. Super aquam quietis educavit me, animam meam convertit*[16]. Ex gentibus porro eos qui cum impetu feruntur, et adversum ejus oves insurgunt, virgæ ferreæ subjicit, per Romanam potestatem domans atque atterens. Ita scilicet contingit insatiabiles gentium animos atque impetus adversus Ecclesiam Dei, per solas Romanorum minas propulsari. Neque enim principes C civitatum ac populorum, Christi doctrinam, qua eorum de turba numinum error evertitur, in medio sui consistere sinerent, nisi imminente ipsis Romanorum metu, ac nisi jussa, quibus conteruntur, ut neque concedant ipsis vel caput erigere, animos eorum frenaret atque comprimeret. Alia quoque divina ac secreta virtute Christus oves suas leniter pascit, nunquam ab ipsis recedens secundum promissionem qua se obligavit his verbis: *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, illic sum in medio eorum*[17]; et rursum: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*[18]. Eos autem qui contra ovile suum variis temporibus insurgunt, ipse rurD sum latente atque invisibili potestate invadit atque castigat in virga ferrea, imo etiam superbiam eorum elationemque arrogantiæ, tanquam vasa testacea confringit; ita ut jam infiniti eorum ob divinitus immissa ab ipso flagella commoti ac perculsi, gloriam Deo referant, et confiteantur impietates suas. *Tanquam vasa figuli confringes eos:* qui non perdendi ac consumendi causa conterit, sed reformandi. Hic est enim figuli scopus, cum vasa propria conterit, quando scilicet integram adhuc et sanam materiam suam non ante igni traditam conservat. Hæc testificatur Jeremias

[14] Dan. II, 40. [15] Dan. VII, 7. [16] Psal. XXII, 1-3. [17] Matth. XVIII, 20. [18] Matth. XXVIII, 20.

propheta, dum quasi ex persona Dei sic loquitur : *Nunquid sicut figulus non potero vobis facere, domus Israel, dicit Dominus* [19] ? id est, sic et lapsos reformare, ac rursus in pristinam formam restituere.

Vers. 10-12. *Et nunc, reges, intelligite, erudimini qui judicatis terram. Servite Domino in timore, et exsultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus.* Evangelicam videlicet legem exponit, inde translato sermone, principibus ac regibus, in virga ferrea pascendis ; aitque : Heus ! vos, gnari et intelligentes quanta potestas ejus sit qui a Patre accepit gentes in hæreditatem, et qualis sit virga illa ferrea contra vos erecta, finem contra eum bellandi facite, sed potius accepta intelligentia, rationabili disciplinæ vos instituendos tradite.

Vers. 13. *Cum exarserit in brevi ira ejus : beati omnes qui confidunt in eo.* Quod autem in Deo ira et furor non sint *passiones*, declaravit beatus Paulus his verbis : *Secundum autem duritiam tuam et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ* [20]. Quèis significat, peccatorum punitionem vocari furorem et iram. Ipsi, inquit, Christo confidentes, qui per totum hunc psalmum prophetice prænuntiatur; non multo postea, brevis namque præsens vita est, beati reperientur. His autem verbis ea litteris consignat, quæ in primo psalmo deerant. Non sufficit enim in consilium impiorum non accedere, in via peccatorum non stare, et in lege meditari ; at non frustra meditandum est, sed ex iis ad Christi cognitionem venire par est, in ejusdem partem atque hæreditatem accedere, ac per fidem et opera ipsi confidere. Cum itaque duorum horumce psalmorum una sit sententia, jure ii apud Hebræos conjuncti sunt.

ENARRATIO PSALMI III.

Psalmus David, quando fugiebat a facie Absalom filii sui.

Vers. 1. Necessario tempus adnotat, ut dictis suis Regnorum historiam connectat, utque ediscamus, se post admissum cum uxore Uriæ peccatum, tantum retulisse pœnitentiæ fructum, ut rursum divino afflatus Spiritu psalleret. Historiam enim quæ rem in Uriam gestam respicit, consequitur rebellio Absalonis in patrem. Inde enim ab aliis exemplum sumatur resipiscentiæ, atque mutationis a pristinis malis in meliorem frugem ; doctrinaque isthæc erit sinceræ ad Deum conversionis. Aliasque proprium justorum est ærumnis affici ; quamobrem ait Salvator : *In mundo pressuram habebitis* [21] ; *et angusta et arcta via est quæ ducit ad vitam* [22].

Vers. 2-4. *Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt adversum me. Multi*

A ὑγιῆ καὶ ἀκέραιον σώζῃ τοῦ κεραμέως τὴν ἀνάπλασιν οὐδέπω πυρὶ προσωμιληκότα. Τούτοις δὲ μαρτυρεῖ καὶ ὁ μακάριος Ἱερεμίας ὁ προφήτης, λέγων ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ· *Ἢ καθὼς ὁ κεραμεὺς, οὕτως οὐ δυνήσομαι τοῦ ποιῆσαι ὑμῖν, οἶκος Ἰσραὴλ, λέγει Κύριος;* τουτέστιν, οὕτω καὶ διαπεσόντας ἀναπλάσαι, καὶ πάλιν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαταστῆσαι.

Καὶ νῦν, βασιλεῖς, σύνετε, παιδεύθητε πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν. Δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. Δράξασθε παιδείας, μήποτε ὀργισθῇ Κύριος. Τῆς εὐαγγελικῆς δηλονότι νομοθεσίας. Ἐντεῦθεν μεταβατικῶς ὁ λόγος διδασκαλίαν ἐκτίθεται τοῖς ἄρχουσι καὶ τοῖς βασιλεῦσι, τοῖς ὑπὸ τῇ σιδηρᾷ ῥάβδῳ ποιμανθησομένοις, καί φησιν· ὅτι Γνῶντες, ὦ οὗτοι, καὶ συνόντες ὁπόση τις

B ἡ δύναμις τοῦ παρὰ τοῦ Πατρὸς εἰληφότος τὰ ἔθνη κληρονομίαν, καὶ ὁποία τις τυγχάνει ἡ σιδηρᾶ ῥάβδος ἡ καθ' ὑμῶν ἐπεγειρομένη, παύσασθε πολεμοῦντες αὐτῷ· ἀπολαβόντες δὲ μᾶλλον σύνεσιν ἐπίδοτε ἑαυτοὺς τῇ λογικῇ παιδείᾳ.

Ὅταν ἐκκαυθῇ ἐν τάχει ὁ θυμὸς αὐτοῦ· μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ· Ὅτι δὲ μὴ πάθη Θεοῦ ὀργὴ καὶ θυμὸς, ὁ μακάριος ἐδήλωσε Παῦλος εἰπών· *Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις ἑαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς·* δι' ὧν σημαίνει τὴν ἐφ' ἁμαρτίαις κόλασιν εἰρῆσθαι θυμὸν καὶ ὀργήν. Ἐπ' αὐτῷ δὲ, λέγει, πεποιθότες τῷ προφητευομένῳ Χριστῷ διὰ παντὸς τοῦ ψαλμοῦ, οἱ μικρὸν ὕστερον (βραχὺς γὰρ

C ἅπας ὁ παρὼν βίος) εὑρεθήσονται μακάριοι. Τὸ δὲ λεῖπον τοῖς ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ διὰ τούτων ἀπέδωκεν. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ μόνον τὸ μὴ πορεύεσθαι ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, οὐδὲ τὸ μὴ στῆναι ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν καὶ μελετᾷν ἐν τῷ νόμῳ· ἀλλὰ γὰρ δὴ καὶ μὴ διακενῆς μελετᾷν, ἀλλὰ γνῶναι Χριστὸν ἐξ αὐτῶν, καὶ τῆς αὐτοῦ γενέσθαι μερίδος τε καὶ κληρονομίας, καὶ διὰ πίστεως καὶ ἔργων ἐπ' αὐτῷ πεποιθέναι. Εἰκότως ἄρα, μιᾶς οὔσης τῆς διανοίας, συνημμένοι παρ' Ἑβραίοις εἰσὶν οἱ δύο ψαλμοί.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΤΟΥ ΨΑΛΜΟΥ Γ'.

Ψαλμὸς τῷ Δαυΐδ, ὁπότε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλὼμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

Ἀναγκαίως τὸν καιρὸν ἐπισημειοῦται, ὡς ἂν ἐφαρμόσοι μὲν τοῖς λεγομένοις τὴν ἀπὸ τῶν Βασιλειῶν

D ἱστορίαν, καὶ ὡς ἂν μάθοιμεν, ὅτι, μετὰ τὸ ἐξαμαρτῆσαι εἰς τὴν τοῦ Οὐρίου, τοσοῦτον εἰσηνέγκατο μετανοίας καρπὸν, ὡς πάλιν ἐν θείῳ Πνεύματι ψάλλειν. Ἕπεται γὰρ τῇ κατὰ τὸν Οὐρίαν ἱστορίᾳ ἡ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ κατὰ τοῦ πατρὸς ἐπανάστασις. Γένοιτο δ' ἂν ἐκ τούτων καὶ ἑτέροις τροπὴ τῆς ἀπὸ προτέρων κακῶν ἐπὶ τὰ κρείττω μεταβολῆς, διδασκαλία τε γνησίας πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστροφῆς. Καὶ ἄλλως δὲ ἴδιον δικαίων ἐστὶ τὸ θλίβεσθαι· διὸ καὶ ὁ Σωτήρ φησιν· *Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἔχετε· καὶ στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν.*

Κύριε, τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με; Πολλοὶ ἐπανίστανται ἐπ' ἐμέ· πολλοὶ λέγουσι τῇ

[19] Jerem. XVIII, 6. [20] Rom. II, 5. [21] Joan. XVI, 33. [22] Matth. VII, 14.

ψυχῇ μου· *Οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ Θεῷ* A *αὐτοῦ. Σὺ δὲ, Κύριε, ἀντιλήπτωρ μου εἶ, δόξα μου, καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλήν μου.* Πάντας διωγμοὺς χρὴ προσδοκᾷν τοὺς κατὰ Θεὸν ζῆν προῃρημένους. Ἐπεὶ κατὰ τὸν Ἀπόστολον· *Πάντες οἱ θέλοντες ζῆν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ διωχθήσονται.* Ἀλλ' ἐν πᾶσι προσήκει τὰ δεινὰ καρτερῶς ὑπομένειν· ἐπεὶ μηδὲ πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ἡμῖν ὁ ἀγὼν, μηδὲ πρὸς μικροὺς, ἀλλὰ πρὸς πλείονας καὶ μεγάλους, οὐ μόνον τοὺς ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀοράτους ἐχθρούς. Καὶ κατὰ τὸ ῥητὸν δὲ, Δαυῒδ, ἐκ νέας ἡλικίας ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ πολεμηθεὶς, καὶ μετὰ ταῦτα ὑπὸ μυρίων ἄλλων, καὶ τέλος ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τῆς βασιλείας ἐλαυνόμενος καὶ φεύγων, ταῦτα κατὰ τὸν καιρὸν τῆς φυγῆς ἔλεγεν. Ἐχθρῶν δέ ἐστι τὸ ἐπεμβαίνειν καὶ ἐπανίστασθαι τοῖς κακοῖς τῶν δι' ἐναντίας· B διόπερ καὶ τῷ Δαυῒδ ἡμαρτηκότι ἐπὶ τῆς τοῦ Οὐρίου πολλοὶ ἐπανίσταντο ἐπιχαιρεσίκακοι ἐχθροί τινες. Πάλαι καὶ ἐκ μακροῦ διὰ φθόνου ὑψοῦται κεφαλὴ τοῦ κατὰ σῶμα μεγεθισμένου, παρὰ τὰς τῶν ὑποδεεστέρων κεφαλὰς κάτω κειμένας. Οὕτω διαναστάσης τῆς τοῦ μακαρίου ψυχῆς καὶ εἰς ἐπίδοσιν ἀναβεβηκυίας τοῦ ὡς ἐν ψυχαῖς μεγέθους, ἡ κεφαλὴ ὑψοῦται Θεοῦ συνεργοῦντος αὐτῇ καὶ πρὸς ἑαυτὸν εἰς οὐρανὸν ἀνάγοντος, τὸν ἐμπαρέχοντα αὐτὸν τῇ πρὸς τὸ ἀνωτάτω ἀκολουθίᾳ. Ἐπεὶ δὲ πολλῷ πλέον τῆς προαιρέσεως τῆς τἀνθρώπου χαρίζεται, νικῶν ἐν τῷ δωρεῖσθαι ὁ εὐεργέτης τὸν κατὰ δύναμιν ποιοῦντα τὸ καλόν· καὶ διὰ τοῦτο παντὸς καλοῦ τὴν αἰτίαν ὁ Παῦλος ἀνατιθεὶς τῷ Θεῷ φησιν· *Οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ.* C Ὁ Θεὸς μὲν οὖν καὶ ἡ ἀρετὴ μεγεθύνει, καὶ δι' ὅλων ἐπαινεῖ (1) τὴν τοῦ ἁγίου ψυχήν· κακία δὲ καὶ ἡ συνεργὸς ταύτῃ ἐχθρὰ τοῖς ἀνθρώποις δύναμις, συστέλλει καὶ εἰς στενὸν συνάγει τὴν μὴ ἑπομένην Θεῷ, καὶ οὕτω βραχεῖα γίνεται καὶ κολοβὴ, ὥστε τῆς χύσεως τῆς κακίας ἐπιγινομένης εἰς τὸ μηδὲν, τὴν τοιαύτην ψυχὴν λογισθῆναι κατὰ τὸν Ἡσαΐαν· οἱ γὰρ ἁμαρτάνοντες εἰς οὐδὲν ἐλογίσθησαν. Καὶ ὥσπερ σωμάτων ἐλάχιστόν ἐστιν ὁ χοῦς, οὕτως αἱ πάντη μοχθηραὶ ψυχαὶ, ἐπὶ πολὺ σμικρυνθεῖσαι, εἰσὶν *ὡς ὁ χοῦς ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος.* Κεφαλὴν δὲ τῆς ψυχῆς νοητέον τὴν διανοητικὴν δύναμιν· ταύτης γὰρ διαφέρουσαν οὐδὲ μέχρι τοῦ ἐπινοῆσαι δυνατόν· εἴ γε καὶ τοῦ σώματος ἡ κεφαλὴ τιμιωτέρα. Αὕτη τοίνυν ἡ νοητικὴ δύναμις, τροπικώτερον κεφαλὴ λεχθεῖσα τῆς ψυχῆς, οἷς μὲν D ὑψοῦται ἄνω βλέπουσα, οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ σώματα ὑπερκύψασα, ὡς φθάνειν μέχρι Θεοῦ. Παρατηρητέον δὲ τριχῶς τῆς σχέσεως τοῦ Θεοῦ ὑμνουμένης ὑπὸ τοῦ λέγοντος τὴν τάξιν τοῦ πρώτου λεχθέντος, καὶ τοῦ ἑξῆς καὶ τοῦ λοιποῦ. Πρῶτον γάρ φησιν εἶναι τὸν Θεὸν ἀντιλήπτορα αὐτοῦ, ἔπειτα δόξαν, ἔπειτα ὑψοῦντα τὴν κεφαλήν. Καὶ ἡμῖν ἀντιλήπτωρ, καὶ τὸ ὄνομα δηλοῖ ἀντιλαμβανόμενον, ἵνα ῥύσῃ τε ἀπὸ πολλῶν θλιβόντων καὶ ἐπανισταμένων καὶ ἀπογινωσκόντων τὴν τοῦ λέγοντος ταῦτα σωτηρίαν.

dicunt animæ meæ : Non est salus ipsi in Deo ejus. Tu autem, Domine, susceptor meus es : gloria mea et exaltans caput meum. Persecutiones exspectare oportet omnes qui secundum Deum vivere constituerint. Siquidem ut ait Apostolus : *Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu persecutionem patientur* [33]. At in omnibus par est gravia fortiter ferre : quandoquidem neque ad breve tempus, neque adversus paucos certamen nobis est ; sed contra multos ac fortes, non solum homines, sed etiam invisibiles inimicos. Et ut ad rem propositam veniatur, David a juventute sua per Saulem bello impetitus, ac deinceps a sexcentis aliis, demumque a filio pulsus regno, atque fugatus, hæc tempore fugæ dicebat. Inimicorum autem proprium est, irruere atque insurgere in hostes, dum in mala inciderunt. Quamobrem post peccatum Davidis cum uxore Uriæ, multi in eum, ex iis scilicet qui alienis gaudebant malis, insurrexerunt. Jamdiu enim et a longis retro temporibus per invidiam exaltatur caput ejus, qui secundum corpus ad majora evehitur, et imminet capitibus infimorum, quæ deorsum inclinantur. Eodem modo dum beati viri anima crescit, et ad altiorem, qualis animabus competit, magnitudinis gradum evehitur, Deo videlicet juvante et ad se in cœlum evehente eum qui sese præbet ad superna ducendum. Quoniam vero, munificus cum sit, multo plura homini præbet quam ipse vel voto assequatur, superatque donis suis eum, qui pro viribus bonum operatur ; ideo omnis boni causam Deo adscribens Paulus ait : *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei* [34]. Deus igitur atque virtus sancti viri animam incremento donant, et omnino ad altiora evehunt : malignitas autem ejusque adjutrix inimica hominibus potestas contrahit, in angustumque redigit animam Deo non obsequentem ; atque ita minuitur, et, ut ita dicam, decurtatur ; ut inundante malitia, hujusmodi anima, secundum Isaiam, pro nihilo reputetur : peccatores namque pro nihilo habentur. Ac quemadmodum omnium corporum minimum pulvis est ; ita animæ improbæ multum imminutæ, sunt *tanquam pulvis quem projicit ventus.* Caput autem animæ æstimanda est intelligendi vis : nihil enim ea præstantius vel cogitare licet ; siquidem et caput corpori antecellit. Hæc igitur intelligendi vis, quæ tropo quodam caput animæ dicitur, in quibusdam sursum erigitur, dum superne respicit, atque non modo terram, sed omnia etiam corpora transcendit, ita ut usque ad Deum perveniat. Observandum autem est, Deum hic triplici modo celebrari, ac primo, dehinc secundo, demum tertio ordine exprimi. Ait enim primo Deum esse susceptorem suum, deinde gloriam, denique exaltantem caput. Cur autem susceptor sive patronus sit, vel ipso nomine deprehenditur : quia patrocinatur, ut liberet a multis mala

[33] II Tim. III, 12. [34] Rom. IX, 16.

(1) Ἴσ. ἐπαίρει.

inferentibus, insurgentibus et ad desperationem salutis inducentibus eum qui talia fatur. Postquam susceptorem dixit, sequitur, *gloria* : prius suscipit Deus, deinde gloria afficit, demum gloria affecti caput exaltat. Nam si consurrexit cum Christo, et quæ sursum sunt sapit, non quæ super terram, exaltabitur caput ejus a Domino, qui est Verbum, et gloria ejus qui se recipit, quam a solo [Christo] expetit, quisquis gloriam non accipit ab homine. Quomodo autem exaltatum sit Davidis caput probe intelliges, si animadvertas, Davidis nomen per universum orbem et in omnibus gentibus propter Christum Dei Filium, ex semine ejus secundum carnem ortum, celebrari. Non tanta enim gloria affectus, neque ita exaltatus est, cum inter homines versaretur, et solum Israelis regnum obtineret, maximeque post Absalonis rebellionem, illatumque bellum, quanta exornatus est gloria per salutarem Dei ex semine ejus secundum carnem adventum.

A Ἑξῆς δὲ τῷ ἀντιλήπτορι ἡ *δόξα* ἐστί· πρότερον γὰρ ἀντιλαμβάνεται ὁ Θεὸς, εἶτα δοξάζει καὶ ἑξῆς ὑψοῖ τοῦ δεδοξασμένου τὴν κεφαλήν. Εἰ γὰρ συνηγέρθη Χριστῷ, καὶ τὰ ἄνω φρονεῖ, οὐ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ὑψωθήσεται αὐτοῦ ἡ κεφαλὴ ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὅς ἐστιν ὁ Λόγος, δόξα ὢν τοῦ χωρήσαντος αὐτὸν, ἣν ἀπὸ τοῦ μόνου ἐξήτησεν ὁ μὴ λαμβάνων δόξαν παρὰ ἀνθρώπου. Ὅπως δὲ ὑψώθη τοῦ Δαυῒδ ἡ κεφαλὴ, νοήσεις ἐπιστήσας, ὡς καθ' ὅλης τῆς τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένης καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τὸ τοῦ Δαυῒδ βεβόηται ὄνομα, διὰ τὸν ἐκ σπέρματος αὐτοῦ κατὰ σάρκα γενόμενον Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱόν· οὐχ οὕτως γὰρ ἐν ἀνθρώποις ὢν, καὶ μόνου τοῦ Ἰσραὴλ βασιλεύων, δεδόξαστο καὶ ὕψωτο, καὶ μάλιστα μετὰ τὴν ἐπανάστασιν τοῦ Ἀβεσσαλὼμ τὴν κατ' αὐτοῦ γενομένην, B ὡς διὰ τῆς σωτηρίου θεοφανείας ἐκ σπέρματος αὐτοῦ προελθούσης κατὰ σάρκα.

VERS. 5. *Voce mea ad Dominum clamavi, et exaudivit me de monte sancto ejus.* Hunc montem memorat præcedens psalmus cum ait : *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus.* Christus autem erat qui sic loquebatur; at nunc David, se a Christo de monte sancto ejus exaudiendum testificatur. Quem porro exauditurum se dicit, nisi Dominum qui constitutus est rex *super Sion montem sanctum ejus?* Per hunc enim solum credebat se remissionem consecuturum; eumdemque esse gloriam suam, et exaltantem caput suum. Cum igitur diserte prænuntiasset se gloria afficiendum, et caput suum exaltandum esse; quandonam id sibi contigerit jam declarat his verbis : *Voce mea ad Dominum clamavi, et exaudivit me de monte sancto suo.*

Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα, καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ. Τοῦ ὄρους ἐμνημόνευσε τούτου καὶ ὁ πρὸ τούτου ψαλμὸς, ἐν οἷς ἔλεγεν· *Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ.* Ἦν δὲ καὶ ὁ λέγων ἐν ἐκείνοις ταῦτα ὁ Χριστός· καὶ νῦν τοιγαροῦν ἐπακούσεσθαι αὐτοῦ φησιν ὁ Δαυῒδ ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ. Τίνα δὲ ἐπακούσεσθαι αὐτοῦ, ἀλλ' ἢ τὸν Κύριον τὸν καταστάντα βασιλέα *ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ;* Διὰ τούτου γὰρ μόνου ἀφέσεως τεύξεσθαι πεπίστευκεν, C αὐτὸν δὲ εἶναι δόξαν αὐτοῦ, καὶ τὸν ὑψοῦντα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Σφόδρα τοίνυν προειπὼν δοξασθήσεσθαι καὶ ὑψωθήσεσθαι τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν, ὁπόθεν ὑπῆρξεν αὐτῷ τοῦτο διδάσκει λέγων· *Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα, καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ.*

VERS. 6. *Ego dormivi et soporatus sum, exsurrexi quia Dominus suscipiet me.* Futura hic, tanquam præterita vaticinatur; sicut enim in secundo psalmo dictum est : *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt et convenerunt adversus Dominum et adversus Christum ejus :* et hæc tamen de futuro intelligebantur; eadem ratione jam illud : *Ego dormivi et soporatus sum,* prophetice dictum est, videlicet, dormiam, soporabor et exsurgam, quoniam tu, Domine, susceptor meus es, gloria mea, et exaltans caput meum. Hic enim tempus significat, quo sibi hæc obventura sunt : postquam dormierit, inquit, exsurget, quoniam Dominus suscipiet eum. Per *dormitionem* enim mortem significat, secundum quam hæc sibi futura vaticinatur : idque refert ad tempus vitæ Salvatoris, qua peracta terminum prophetia consecuta est; quando scilicet Filius hominis Christus ad infernum usque descendit, et captivorum, qui exitum exspectabant, Salvator commonstratus est; ita ut resurrectionis ejus ex mortuis tempore multa corpora sanctorum qui dormierant una cum ipso revixerint, in queis verisimile est fuisse animam

Ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, ἐξηγέρθην ὅτι Κύριος ἀντιλήψεταί μου. Τὰ μέλλοντα ἐν τούτοις ὡς παρῳχηκότα θεσπίζει· ὡς γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ ἐλέγετο· *Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Παρέστησαν καὶ συνέστησαν κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ*, ταῦτά τε ἐνοεῖτο μελλητικῶς· οὕτω καὶ νῦν τὸ, *Ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα*, προφητικῶς εἴρηται, ἀντὶ τοῦ, D *Κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω*, καὶ ἐξεγερθήσομαι· ὅτι σὺ Κύριος ἀντιλήπτωρ μου εἶ, δόξα μου καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλήν μου. Ἐν τούτῳ γὰρ τὸν καιρὸν ἐπισημαίνεται καθ' ὃν ὑπάρξει αὐτῷ ταῦτα. Μετὰ γὰρ τὸ κοιμηθῆναι αὐτὸν ἐξεγερθήσεται, φησὶν, ὅτι Κύριος ἀντιλήψεται αὐτοῦ. *Κοίμησιν* δὲ σημαίνει τὸν θάνατον, μεθ' ὃν ταῦτα ἔσεσθαι περὶ αὐτοῦ προφητεύει, ἀναπέμπων ἐπὶ τὸν χρόνον τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας, μεθ' ὃν τέλους ἔτυχεν ἡ προφητεία· ὅτε καὶ μέχρις ᾅδου καταβὰς ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ Χριστὸς, καὶ τῶν ἐκεῖ προσδοκώντων ἄφιξιν Σωτὴρ ἐπεδείχθη, ὡς ἅμα τῇ αὐτοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσει πολλὰ σώματα τῶν ἁγίων τῶν κεκοιμημένων συναναστῆναι αὐτῷ, ἐν οἷς εἰκὸς εἶναι καὶ τὴν τοῦ Δαυῒδ ψυχήν. Θαρσῶν δὲ τῇ δυνάμει τῆς ἀναστάσεως τοῦ

Σωτῆρος, δι' ἧς ἤμελλε καὶ αὐτὸς κοιμηθεὶς ἐξεγερθήσεσθαι, φησίν·

Οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων λαοῦ τῶν κύκλῳ συνεπιτιθεμένων μοι. Προεώρα γὰρ ὅτι μυριάδες ἀντικειμένων δυνάμεων βουλήσονται ἐπισχεῖν τὴν τῶν ἁγίων ἀναβίωσιν, διαφθονούμεναι τῇ αὐτῶν σωτηρίᾳ· ὧν ἐγὼ, φησὶν, λόγον οὐδένα ποιήσομαι, θαῤῥῶν τῷ ὑπερασπιστῇ μου, τῷ τοῦ θανάτου νικητῇ· ὃς δὴ θύρας χαλκᾶς συντρίψας καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσας, τὰς ἐξ αἰῶνος ἀποκεκλεισμένας τοῦ θανάτου πύλας ἀνέῳξεν· ὁδόν τε ἀναστάσεως παρέσχε τοῖς αὐτόθι γνωρίμοις αὐτοῦ, ὧν εἷς αὐτῶν ἦν ὁ Δαυΐδ. Διὸ ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ ἔλεγεν· *Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς· πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου.*

B *Ἀνάστα, Κύριε, σῶσόν με, ὁ Θεός μου. Ὅτι σὺ ἐπάταξας πάντας τοὺς ἐχθραίνοντάς μοι ματαίως· ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέτριψας. Τοῦ Κυρίου ἡ σωτηρία, καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου ἡ εὐλογία σου.* Πιστεύσας τῇ προγνώσει τῆς γενησομένης αὐτῷ μετὰ τὴν *κοίμησιν* τουτέστι τοῦ θανάτου διὰ τῆς σωτηρίου χάριτος καὶ εὐεργεσίας· ὅτι τε οὐκ ἄλλως ἔσται ἢ σὺν τῇ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἀναστάσει, ἀκολούθως εὔχεται ἐπιταχῦναι τοῦ Κυρίου τὴν ἀνάστασιν, ὅπως δι' αὐτῆς τύχῃ καὶ αὐτὸς τῆς σωτηρίας· διό φησιν· *Ἀνάστα, Κύριε, σῶσόν με, ὁ Θεός μου.* Νικητὴν δὲ τὸν Σωτῆρα εἰδὼς πάντων τῶν ἐπιβουλῶν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, δαιμόνων πονηρῶν καὶ δυνάμεων ἀντικειμένων, φησίν· *Ὅτι σὺ ἐπάταξας πάντας τοὺς ἐχθραίνοντάς μοι ματαίως.* Οὕτως τὸ C Ἑβραϊκὸν (1) οὐκ ἔχει, *ματαίως*, ἀλλὰ, *σιαγόνα*· οἱ δὲ Ἑβδομήκοντα, *ματαίως*, ἐξέδωκαν, ἢ κατὰ τὰ ἀρχαῖα ἀντίγραφα ἑτέρως ἐσχηκότα, καθά φασί τινες τῶν Ἑβραίων, ἢ τῆς λέξεως τὸ εὐτελὲς ἀποφεύγοντες. Οἱονεὶ δὲ κοιμώμενον δεικνὺς τὸν Θεὸν, ὅτε πείρας ἕνεκα παρέδωκεν ἡμᾶς ταῖς ἀντικειμέναις δυνάμεσι, διανίστησιν αὐτόν. Τάχα δὲ καὶ ὅτε τὸν Σωτῆρα ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν, ἐκάθευδεν αὐτῷ ὁ Πατήρ· Ἀνίσταται δὲ σώζων αὐτὸν πατάσσων αὐτοῦ τοὺς ἐχθροὺς, ἢ τοὺς Ἰουδαίους, ἢ τοὺς νοητοὺς ἀλόγως ἐχθραίνοντας. Μετὰ γὰρ τῶν μισούντων ὁ ἅγιός ἐστιν εἰρηνικὸς, ἀγαπῶν τοὺς ἐχθρούς· ἀνθρωπινότερον ὁ μὴ ματαίω; ἐχθραίνων ἀμύνεσθαι θέλει· θεοσεβέστερον δὲ διὰ τὸ ἀληθεύειν. Ἔφη γὰρ ὁ Παῦλος· *Ἐχθρὸς ὑμῖν γέγονα ἀληθεύειν* (2) *ὑμῖν*· Ὁ- D ποῖον καὶ ἐν Ψαλμοῖς τὸ, *Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, Κύριε, ἐμίσησα;* Ἀλλ' οὐκ ἐπιβουλευτικὴν ἔχθραν νοητέον, ἀλλὰ κωλυτικὴν, χεομένης κακίας εἰς πολλούς. Δι' ἑαυτοῦ γὰρ ἢ καὶ δι' ἄλλου χρὴ τὴν δυνατὴν προσάγοντα βοήθειαν θεραπεύειν· ἢ τὸ τελευταῖον εὔχεσθαι περὶ τοῦ κολασθῆναι τὴν μοχθηρὰν ἕξιν, ἤγουν ἐκριζωθῆναι ἀπὸ τοῦ ἔχοντος· οὗ διδακτικὸν καὶ τό, *Προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων*, καὶ τὸ, *Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν.* Ὁ δὲ μὴ φίλως ἀγαπῶν, καὶ περὶ τὸ καλῶς γενέσθαι αὐτῷ

A Davidis. Fidens autem virtuti resurrectionis Salvatoris, per quam et ipse dormiens suscitandus erat, ait :

VERS. 7. *Non timebo millia populi circumdantis me.* Prævidebat enim multa fore adversariarum potestatum millia, quæ sanctorum resurrectionem, eorum saluti invidentes, interpellare vellent : quos ego, inquit, nihili faciam, confisus propugnatori meo, mortis victori; qui contritis æreis foribus vectibusque ferreis confractis, occlusas a sæculo portas mortis aperuit, notisque suis ibi degentibus, e quorum numero David erat, ad resurrectionem viam paravit. Quamobrem in alio psalmo dixit : *Notas mihi fecisti vias vitæ : adimplebis me lætitia cum vultu tuo* [24*].

VERS. 8. *Exsurge, Domine, salvum me fac, Deus meus. Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa, dentes peccatorum contrivisti. Domini est salus, et super populum tuum benedictio tua.* Cum prospiceret salutem sibi, post *dormitionem* sive obitum, salutari gratia atque beneficio conferendam, ipsique fidem haberet; certus hanc nonnisi in resurrectione Salvatoris posse sibi obvenire, consequenter precatur accelerari Domini resurrectionem, ut per eam et ipse salutem consequatur. Quamobrem ait : *Exsurge, Domine, salvum me fac, Deus meus :* gnarusque futurum Salvatorem omnium generis humani insidiarum, dæmonum item et adversariarum potestatum victorem, ait : *Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa.* Hebraicum exemplar non sic habet, *sine causa*, sed, *in maxillam ;* Septuaginta vero Interpretes, *sine causa*, ediderunt, sive quia vetustiora exemplaria variabant, ut quidam Hebræorum testificantur: sive ut a vocis vilitate declinarent. Deum vero quasi tum dormientem adumbrans, cum tentandi causa adversariis nos potestatibus tradidit, ipsum a somno excitat. Et fortassis etiam tunc Pater dormierit, cum Salvatorem nostrum pro nobis omnibus tradidit: excitatur autem ut salutem ipsi conferat, percutiatque inimicos ejus, cum Judæos, tum intelligibiles hostes, qui sine causa ipsum oderunt. Nam vel cum iis qui se odio habent vir sanctus pacificus est, inimicosque diligit: humanius autem sentit qui cum non sine causa alicui inimicus sit, ultionem expetit.: religiosius porro veri dicendi causa [tales inimicitiæ suscipiuntur.] Ait enim Paulus: *Inimicus vobis factus sum verum dicens* [25]: quale etiam in Psalmis illud est : *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam* [26]? At non insidiantem inimicitiam hic intelligas velim, sed impedientem; malitia scilicet in multos diffusa. Sui namque vel etiam alterius causa colendus observandusque est qui auxilium præstat; sive demum precandum est, ut de improbo affectu

[24*] Psal. xv, 10. [25] Galat. iv, 16. [26] Psal. cxxxviii, 21.

(1) In Hebraico legitur, לחי quod est *maxilla*.

(2) Forte legendum ἀληθεύων. EDIT.

ultio sumatur; vel ut radicitus tollatur ab eo qui sic affectus est. Quam rem docet illud: *Precamini pro iis qui vos molestia afficiunt* [27]; et illud: *Diligite inimicos vestros* [28]. Qui porro non leviter amat, procurat etiam ut inimicis bene contingat. Insuperque illud in septimo psalmo dictum: *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis* [29], perspicue docet neminem odio habendum esse. Cur itaque dictum est: *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam* [30]? Imo potius quis adeo impius, ut eum odio habeat, quem Deum arbitratur? Qui igitur Christum odio habent ac detestantur, Deum oderunt: nam, *qui me recipit*, inquit, *recipit eum qui me misit* [31]; et, *qui confitetur Filium, et Patrem habet* [32], ac vice versa, *qui Filium odit, odit et Patrem* [33]. Quisquis vero peccat, odit Deum: odit quippe sapientiam justitiamque, scilicet Christum. Ecquid mirum? quando se ipse peccator odit. Nam, ex Salomone, *qui deserit disciplinam, odit seipsum* [34]. Itaque qui odit eos qui Deum oderunt, omnes, exceptis sane viris prudentibus ac religiosis, odio habebit; imo seipsum peccantem. Neque sane putandum, animalia esse quæ Deum oderunt: sed mala ipsa hominibus obvenientia, qualis est malitia, [Dei odium pariunt.] Ipseque injustus, quatenus injustus est, Deum odit; id agente malitia quæ inest eidem: atque hæc vitia, utpote inimica, perosa oportet esse potius quam eos ipsos. Sane ut a perfectione prodeunt justitia et temperantia, ita odium hujusmodi eodem ex fonte procedit. Quisquis ergo odio aliquem habet, temere ac vane odit: quod nobis probandum incumbit; hujusmodi item illud est, *odio habuerunt me gratis* [35].

Tu es qui restituis hæreditatem meam mihi. Alia, inquit, mihi olim fuit hæreditas, aliique funes. Nam *quando dividebat Altissimus gentes, pars Domini facta est populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus*[44] Israel. At tunc pars, hæreditas et funiculus, erat prior ille populus. Quo populo impietatis causa dejecto ac depulso, alia mihi hæreditas, alii funes, aliæ sortes priorum loco traditæ sunt *in præclaris*. Etenim hæc secunda hæreditas, inquit, præclara probataque mihi est.

Σὺ εἶ ὁ ἀποκαθιστῶν τὴν κληρονομίαν μου ἐμοί. Πάλαι μὲν γὰρ, φησὶν, ἄλλη τις ἦν κληρονομία μου, καὶ ἄλλα σχοινίσματά μου. *Ὅτε γὰρ διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη*, ἐγενήθη *μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ* Ἰσραήλ. Ἀλλὰ τότε μὲν μερὶς καὶ κληρονομία, καὶ σχοίνισμα ὁ πρότερος ἦν λαός· οὗ διαπεσόντος καὶ ἀποβλήτου γενομένου διὰ τὰς ἀσεβείας αὐτῶν, ἑτέρα μερὶς καὶ ἄλλα B σχοινία, καὶ ἕτεροι κλῆροι ἀντὶ τῶν προτέρων ἐκείνων ἐδόθησάν μοι *ἐν τοῖς κρατίστοις*. Αὕτη γὰρ, φησὶν, ἡ δευτέρα κρατίστη καὶ ἀρέσκουσά μοί ἐστιν.

VERS. 8. *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear.* Vir sanctus cum Dominum in oculis suis semper esse secum reputet, nequaquam fluctuat; imo vero Dominus a dextris justi viri firmus consistit. E converso autem de Juda dicitur: *Et diabolus stet a dextris ejus*[45].

Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντός· ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ. Ὁ ἅγιος, ἀεὶ λογιζόμενος ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ εἶναι τὸν Κύριον, οὐ σαλεύεται· ἀλλὰ βέβαιος ἕστηκεν ὁ Κύριος ἐκ δεξιῶν τοῦ δικαίου. Περὶ δὲ τοῦ Ἰούδα, *Ὁ διάβολος στήτω*, φησὶν, *ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ*.

ORATIO DAVID XVI.

ΠΡΟΣΕΥΧΗ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΙϚ'.

VERS. 1. *Exaudi, Domine, justitiam meam, intende deprecationem meam. Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis.* Oratione sua supplicat, ut Deus exaudiat, non quidem vocem, non verba sua, sed virtutem: ac si videlicet justitia sua ex gestis operibus clamitet, divinasque aures demulceat. Neque enim quispiam, improborum sibi conscius facinorum, talem facile proferret vocem. Illud porro: *Intende deprecationem meam*, jure dixerit vir ille probatus ac exercitatus, qui in orando dignas Deo emittit supplicationes, qui non parva quædam viliaque postulat, neque pro mortalibus humanisque rebus Deum precatur. Idipsum Salvator docuit talia fatus: *Magna petite, et parva adjicientur vobis*[46]. Tertio autem precatur, ut ipsa orationis verba auribus percipiat, et, ut ita dicam, de ipsa voce judicet, quod non in labiis dolosis prolata sit. Plerumque enim præclara loquimur, ac verbis utimur ex Scriptura divina depromptis; sed non purgatis labiis. Et vero occurrunt sæpe homines, qui indiscriminatim conviciis, calumniis, mendaciis, fraudulentis verbis, perjuriis, obscœnis dictis, aliisque absurdis vocibus usi, confestim mutato sermone, precibus Deum compellant. At solus vir sanctus, et linguam et labia vocemque ipsam ac verba vel usu tritiora expurgat; gnarus illius dicti: *De omni verbo otioso rationem reddetis in die judicii*[47]. Deus siquidem orationem, non labiis dolosis, sed purgata lingua, divinisque sermonibus meditandis assueta prolatam, auribus percipit. Quamobrem cum de justitia loquitur,

Εἰσάκουσον, Κύριε, δικαιοσύνης μου, πρόσχες τῇ δεήσει μου. Ἐνώτισαι τὴν προσευχήν μου οὐκ ἐν χείλεσι δολίοις. Ἱκετεύει διὰ τῆς προσευχῆς τὸν Θεὸν ἀκροατὴν γενέσθαι, οὐ τῆς φωνῆς, οὐδὲ C τῶν ῥημάτων αὐτοῦ, ἀλλ' αὐτῆς τῆς ἐν αὐτῷ ἀρετῆς, ὥσπερ βοώσης διὰ τῶν πράξεων τῆς δικαιοσύνης καὶ δυσωπούσης τὴν θείαν ἀκοήν. Οὐκ ἂν γάρ τις, ἑαυτῷ φαῦλα συνειδὼς, ῥᾳδίως ἂν τοιαύτην ἀφῆκε φωνήν. Τὸ δὲ, *Πρόσχες τῇ δεήσει μου*, εἴποι ἂν ἐκεῖνος ὁ βεβασανισμένος καὶ πρεπούσας Θεῷ ἐν τῇ προσευχῇ ἀναπέμπων δεήσεις, ὁ μὴ ἐπὶ μικροῖς καὶ τοῖς τυχοῦσιν αἰτήμασι, μηδ' ἐπὶ θνητοῖς καὶ ἀνθρωπίνοις παρακαλῶν τὸν Θεόν. Τοῦτο γοῦν καὶ ὁ Σωτὴρ ἐδίδασκε λέγων· *Αἰτεῖτε τὰ μεγάλα, καὶ τὰ μικρὰ προστεθήσεται ὑμῖν.* Καὶ τρίτον δὲ ἱκετεύει, καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα τῆς προσευχῆς ἐνωτίσασθαι, κρῖναί τε, ὡς εἰπεῖν, καὶ αὐτὴν τὴν φωνὴν, ὅτι μὴ ἐν χείλεσι δολίοις προφέρεται. Πολλάκις γὰρ σεμνὰ φθεγγόμεθα, καὶ λόγοις χρώμεθα τοῖς ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν, οὐ D κεκαθαρμένοις τοῖς χείλεσιν. Ἤδη δέ τινες, ἀδιαφόρως λοιδορίαις κατά τινων χρησάμενοι, ἢ διαβολαῖς, ἢ ψευδολογίαις, ἢ ἀπάταις, ἢ ἐπιορκίαις, ἢ αἰσχρορρημοσύναις, ἢ ἄλλοις τισὶν ἀτόποις φωναῖς, ἀθρόως μεταβάλλοντες ἐν τῇ προσευχῇ τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦνται. Μόνος δὲ ὁ ἅγιος καὶ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ καὶ τὰ χείλη, καὶ τὴν φωνὴν αὐτὴν, καὶ τὰ κοινὰ ῥήματα καθαίρει· εἰδὼς εἰρημένον· *Περὶ παντὸς ἀργοῦ ῥήματος δώσετε λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.* Προσευχῆς γὰρ οὐ διὰ χειλέων δολίων προσφερομένης, διὰ δὲ γλώττης κεκαθαρμένης, καὶ τὰ θεῖα λόγια μελετᾷν εἰθισμένης, ἐνωτίζεται ὁ Θεός. Διὸ ἐπὶ μὲν τῆς δι-

[43] Matth. XXVI, 39. [44] Deut. XXXII, 8, 9. [45] Psal. CIII, 6. [46] Matth. VI, 33. [47] Matth. XII, 36.

A καιοσύνης, *εἰσάκουσον*, ἐλέγετο, ἐπὶ δὲ τῆς δεήσεως, *πρόσχες*· ἐπὶ δὲ τῆς διὰ χειλέων προφερομένης φωνῆς, *ἐνώτισαι*. Τρία γοῦν ᾐτήσατο διὰ τῶν προκειμένων, προτάξας τῶν δύο τὸ κρεῖττον.

Ἐδοκίμασας τὴν καρδίαν μου, ἐπεσκέψω νυκτός· ἐπύρωσάς με, καὶ οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία. Ὡς τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ὑπερβαίνει ἡ τῶν προκειμένων διάνοια! Τίς γὰρ καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν καρδίαν; καὶ τίς παῤῥησιάζεται λέγων καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτιῶν; Μόνῳ τοιγαροῦν ἁρμόζοι αὐτῷ Χριστῷ λέγειν τὰ προκείμενα. Μήποτε δὲ τὴν εἰς τὸν ᾅδην κάθοδον, καὶ τὸν ἐν τῷ θανάτῳ χῶρον, νύκτα κέκληκεν ἐπὶ τοῦ πάροντος; Εἰ γὰρ καὶ ἐν νυκτὶ γέγονεν ἐν τῷ καιρῷ τῶν πειρατηρίων καὶ ἐν τῷ σκοτεινῷ καὶ ἀφεγγεῖ τόπῳ τοῦ θανάτου· ἀλλὰ δοκιμασθεὶς, ἐπισκοπῆς τῆς παρὰ τοῦ Πατρὸς ἠξίωται διὰ τῆς ἀναστάσεως, καὶ
B ταύτης τετύχηκεν. Ἐπειδήπερ, οἷα χρυσὸς ἐν πυρὶ βληθεὶς, λαμπρὸς καὶ καθαρὸς διαμεμένηκεν. Ἐπειδὴ μόνος τῶν ἐξ αἰῶνος *ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος*, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, *ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ*.

Ὅπως ἂν μὴ λαλήσῃ τὸ στόμα μου τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων, διὰ τοὺς λόγους τῶν χειλέων σου ἐγὼ ἐφύλαξα ὁδοὺς σκληράς. Ὁ δὲ Σύμμαχος εἰπών· *Ἐγὼ ἐφυλαξάμην ὁδοὺς παραβάτου*, ἑτέραν παρέστησε διάνοιαν· ὡς τοῦ τὴν εὐχὴν διαπέμποντος πάντα ἄνθρωπον παραβάτην φεύγοντος, καὶ πάσας τὰς τῶν τοιούτων ὁδοὺς, διὰ τὸ χαλεπὰς εἶναι καὶ ἀποσκλήρους πάσας τὰς κατὰ κακίαν πράξεις.

Κατάρτισαι τὰ διαβήματά μου ἐν ταῖς τρίβοις
C *σου, ἵνα μὴ σαλευθῶσι τὰ διαβήματά μου.* Ὑπογραμμὸν ἡμῖν καὶ διὰ τούτων παρέσχεν ὁ Σωτὴρ, παιδεύων μήποτε ἐπιτρίβεσθαι, μηδὲ μέγα ἐφ' ἑαυτοῖς φρονεῖν. Εὖ δὲ καὶ ἀκριβῶς πεπεῖσθαι, ὡς πάντοτε τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ δεόμεθα βοηθείας, ἵνα μὴ σαλευθῇ ἡμῶν τὰ διαβήματα, καὶ εἰς τὸ ἐφαρμόσαι ταῖς ἑαυτοῦ τρίβοις τοὺς ἡμετέρους πόδας.

Θαυμάστωσον τὰ ἐλέη σου ὁ σώζων τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σέ. Σώζων δὲ εἴρηται τοὺς ἐλπίζοντας εἰς αὐτὸν, οὐ τοὺς ἐκ σπέρματος Ἰσραὴλ, οὐδὲ τοὺς κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως βιοῦντας· ἀλλ' ὥσπερ καινὴν ὁδὸν εὑράμενος, σώζων ἀνεφάνη τοὺς εἰς αὐτὸν ἠλπικότας. *Μένει* γὰρ, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, *πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη*· τὰ τρία ταῦτα συμπέπλεκται, ὥσπερ ὑφ' ἑνὶ δεσμῷ κατεσφιγμένα. Διὸ τὴν πίστιν τῇ ἐλ-
D πίδι συνάπτει λέγων· *Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις πραγμάτων, ἔλεγχος οὐ βλεπομένων*· ταῦτα δ' ἐξ ἀγάπης τῆς πρὸς τὸν Θεὸν φύεται· καὶ δι' αὐτῶν πάλιν ἡ εἰς Θεὸν ἀγάπη κρατύνεται.

Ἐκ τῶν ἀνθεστηκότων τῇ δεξιᾷ σου φύλαξόν με, Κύριε, ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ. Ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου σκεπάσεις με ἀπὸ προσώπου ἀσεβῶν τῶν ταλαιπωρησάντων με. Καὶ πᾶς μὲν δίκαιος προσευχόμενος δείσθω τοῦ Θεοῦ, τῆς παρ' αὐτοῦ καταξιοῦσθαι φυλακῆς· ὁμολογῶν μὴ ἱκανὸς εἶναι φύλαξ αὐτὸς ἑαυτοῦ γίνεσθαι διὰ τὸ πλῆθος τῶν

exaudi, inquit; cum de deprecatione, *intende*; cum de voce labiis prolata, *auribus percipe*. Tria itaque dictis hujusmodi postulat, et quod præstantius erat duobus aliis præmisit.

Vers. 3. *Probasti cor meum et visitasti nocte, igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas.* Quantum humanam infirmitatem exsuperat hujusmodi verborum sententia! Quis enim de castitate cordis gloriabitur? Quis confidenter dicat: Purus sum a peccatis? Hæc sane unus Christus vere ac congruenter dicere valeat. Annon suum ad inferos descensum, atque locum illum in regione mortis, noctem in præsenti vocavit? Quamvis enim in nocte fuerit ac in tempore tentationum, inque tenebrosis caliginosisque mortis regionibus, attamen probatus, paterna visitatione dignus habitus est per resurrectionem quam obtinuit. Quoniam ceu aurum igni traditum, splendidus purusque permansit. Solus enim ex iis qui a sæculo fuerunt *peccatum non fecit*, *neque*, secundum Isaiam, *inventus est dolus in ore ejus* [48].

Vers. 4. *Ut non loquatur os meum opera hominum, propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.* Symmachus cum ait: *Ego observavi vias prævaricatoris*, aliam præfert sententiam, quasi scilicet is qui orationem emittit, ab omni homine prævaricatore declinet; atque omnes talium virorum semitas, pravaque opera, utpote dura et aspera aversetur.

Vers. 5. *Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea.* Exemplar nobis hisce verbis admovet Salvator; admonetque, cum ut ne animo frangamur, tum ne magnum de nobis ipsis sapiamus, planeque compertum ac persuasum habeamus, nos divino semper egere auxilio, ut non moveantur vestigia nostra, utque pedes nostros in semitis ejus recte componamus.

Vers. 7. *Mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te.* Qui salvos facit, inquit, sperantes in se, non eos qui ex semine Israelis sunt, neque eos qui secundum Moysis legem vitam agunt, sed, quasi nova reperta via, salutem sperantibus in se conferre compertus est. *Manent* enim, inquit Apostolus, *fides, spes, charitas* [49]: tria hæc ceu vinculo eodem astricta connectuntur. Quapropter fidem spei copulat, dum ait: *Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium* [50]. Hæc porro ex una erga Deum charitate oriuntur; iisque vicissim charitas erga Deum roboratur.

Vers. 8, 9. *A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, Domine, ut pupillam oculi. Sub umbra alarum tuarum proteges me, a facie impiorum qui me afflixerunt.* Justus quilibet, cum precatur, a Deo obnixe postulet uti se custodia sua dignetur; fateaturque se, præ adversariorum multitudine, ad custodiam sui minime idoneum esse: roget item uti

[48] Isa. LIII, 9; I Petr. II, 22. [49] I Cor. XIII, 13. [50] Hebr. XI, 1.

Deus se custodiat quasi pupillam oculi; cum scilicet videat inimicos dexteræ Dei obsistentes, itemque adversarios animæ suæ oculo insidias struentes, sibique cæcitatem inferre cupientes. Verum quia impiorum bene multi calamitatem ipsi inferre ac in ærumnas ipsum conjicere student, telaque in ipsum emittunt; sub alas Dei confugiat, postuletque ejus se protectione muniri. Sed etiam ipse Salvator pro Ecclesia sua, quæ suum corpus est, easdem ad Patrem suum emittebat voces. Per alas autem virtutes providentiæ illius intelligas.

VERS. 10-12. *Inimici mei animam meam circumdederunt, adipem suum concluserunt, os eorum locutum est superbiam. Projicientes me nunc circumdederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram. Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, et sicut catulus leonis habitans in abditis.* Hujus autem loco, *Projicientes me circumdederunt me*, ita Symmachus interpretatur: *Beatum prædicantes me, statim circumdederunt me*, et oculos, inquit, suos posuerunt contra me, ut declinare me facerent. Nam id satagebant, ut me a statu illo et a profectu secundum Deum avellerent et amoverent, adversarium nostrum diabolum æmulati, *qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret* [81]. *Et me ipsum susceperunt sicut leo paratus ad prædam, et sicut catulus leonis habitans in abditis.* Neque enim hæc machinamenta palam adversum me conflabant: sed occultas insidias parabant.

VERS. 13, 14. *Exsurge, Domine, præveni eos et supplanta eos: eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ. Domine, a paucis de terra divide eos in vita eorum; de absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Saturati sunt filiis, et dimiserunt reliquias suas parvulis suis.* In ea quoque re aliquid capiam utilitatis. Sed frameam tuam, inquit, eripias de manu inimicorum; nam metuendum alias esset, ne frameam illam tuam, cui ego confisus adversarios oppugno, e manu eripiant mea, meque sic exarmatum eadem ipsa framea adoriantur. Fuerit autem illa *sermo Dei efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti* [82], qui animæ, frameæ loco, ad propulsandos inimicos traditus est. Quod sæpe contingit, quando inimici Dei divinarum Scripturarum dicta, detorta atque in pravam sententiam conversa, simplicioribus animis objiciunt, eosque ita debellant. Hæc causa est quod ipse precetur, ut framea Dei eripiatur ab inimicis Dei, et *a paucis de terra*, cujus loco Aquila edidit, *a mortuis ex immersione*, Symmachus vero, *a mortuis ab iis qui occiderunt*. Nam liberari se

A ἀνθεστηκότων αὐτῷ· φυλαχθῆναί τε ἑαυτὸν, ὥσπερ τινὰ κόρην ὀφθαλμοῦ παρακαλείτω· ὁρῶν τοὺς ἀνθεστηκότας τῇ δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ ἐχθρούς τινας, καὶ πολεμίους τῷ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ὀφθαλμῷ ἐπιβουλεύοντας, καὶ τυφλῶσαι αὐτὸν θέλοντας. Ἀλλὰ καὶ πολλῶν ὄντων ἀσεβῶν τῶν ταλαιπωριζόντων αὐτὸν (1), τουτέστι ταλαίπωρον αὐτὸν ἀποφαινόντων, βέλη τε κατ' αὐτοῦ πεμπόντων, ὑπὸ τὰς πτέρυγας καταφεύγων τοῦ Θεοῦ, σκέπης τῆς ὑπ' αὐτῷ τυχεῖν ἀξιούτω. Ἀλλὰ καὶ ὁ Σωτὴρ ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας, ἥτις ἐστὶν αὐτοῦ σῶμα, ταύτας ἀνέπεμπε πρὸς τὸν Πατέρα τὰς φωνάς. Πτέρυγας δὲ νοήσεις τὰς τῆς προνοίας αὐτοῦ δυνάμεις.

Οἱ ἐχθροί μου τὴν ψυχήν μου περιέσχον, τὸ στέαρ αὐτῶν συνέκλεισαν, τὸ στόμα αὐτῶν ἐλάλησεν ὑπερηφανίαν. B *Ἐκβάλλοντές με νυνὶ περιεκύκλωσάν με· τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἔθεντο ἐκκλῖναι ἐν τῇ γῇ. Ὑπέλαβόν με ὡσεὶ λέων ἕτοιμος εἰς θήραν, καὶ ὡσεὶ σκύμνος οἰκῶν ἐν ἀποκρύφοις.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ἐκβάλλοντές με περιεκύκλωσάν με*, ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσε· *Μακαρίζοντές με παραχρῆμα περιεκύκλουν με*, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς δὲ αὐτῶν, φησὶν, ἔθεντο κατ' ἐμοῦ τοῦ παρακλῖναί με. Παρασαλεῦσαι γάρ με καὶ ἀποκινῆσαι τῆς στάσεως καὶ τῆς κατὰ Θεὸν προκοπῆς ἐσπούδαζον· μιμούμενοι τὸν ἀντίδικον ἡμῶν διάβολον, ὃς *ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ ζητῶν τίνα καταπίῃ. Ὑπέλαβόν με* καὶ αὐτὸν *ὡς λέων ἕτοιμος εἰς θήραν, καὶ ὡς σκύμνος οἰκῶν ἐν ἀποκρύφοις.* Οὐδὲ γὰρ ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐποιοῦντο τὴν κατ' C ἐμοῦ συσκευὴν, ἀλλὰ λαθραίως ἐνεδρεύοντες.

Ἀνάστηθι, Κύριε, πρόφθασον αὐτοὺς καὶ ὑποσκέλισον αὐτούς· ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ ἀσεβοῦς, ῥομφαίαν σου ἀπὸ ἐχθρῶν τῆς χειρός σου. Κύριε, ἀπὸ ὀλίγων ἀπὸ γῆς διαμέρισον αὐτοὺς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν, καὶ τῶν κεκρυμμένων σου ἐπλήσθη ἡ γαστὴρ αὐτῶν. Ἐχορτάσθησαν υἱῶν, καὶ ἀφῆκαν τὰ κατάλοιπα τοῖς νηπίοις αὐτῶν. Καὶ κατὰ τοῦτο ὠφεληθείην· ἀλλὰ καὶ τὴν ῥομφαίαν σου, φησὶ, ῥῦσαι ἀπὸ τῆς χειρὸς τῶν ἐχθρῶν· δέος γὰρ μήποτε τὴν σὴν ῥομφαίαν, ᾗ πεποιθὼς ἐγὼ κέχρημαι κατ' αὐτῶν, τῆς ἐμῆς χειρὸς ἁρπάσαντες οἱ πολέμιοι, καὶ ἀφελόμενοί μου αὐτὴν, χρήσωνται αὐτῇ κατ' ἐμοῦ. Εἴη δ' ἂν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ὁ ἐνεργὴς καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον,' D ὁ τῇ ψυχῇ δεδομένος ἀντὶ ῥομφαίας πρὸς ἄμυναν τῶν ἐχθρῶν· ὅπερ συμβαίνει πολλάκις, ἐπειδὰν οἱ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ, τὰς ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν λέξεις καὶ τὰ ἀναγνώσματα ἀποβαλόντες καὶ ἀνατρέψαντες, ἐξ αὐτῶν κ. δι' αὐτῶν τὰς ἀκεραίους καταπαλαίωσι ψυχάς. Διὸ εὔχεται ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ ῥυσθῆναι τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ, καὶ *ἀπὸ ὀλίγων ἀπὸ γῆς*· ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας ἐξέδωκεν· *ἀπὸ τεθνηκότων*

[81] I Petr. v, 8. [82] Hebr. iv, 12.

(1) Hæc Latine exprimi nequeunt; in textu Græco, necnon in omnibus mss. Bibliorum, legitur ταλαιπωρησάντων, non ταλαιπωριζόντων.

ἐκ καταδύσεως· ὁ δὲ Σύμμαχος· (1) *Ἀπὸ νεκρῶν ἀπὸ ἐνδεδυκότων.* Ῥυσθῆναι γὰρ εὔχεται καὶ ἀπὸ τῶν ἐν νεκροῖς ἤδη λελογισμένων διὰ τὸ πάμπαν ἐστερῆσθαι τῆς κατὰ Θεὸν ζωῆς. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *διαμέρισον αὐτοὺς*, ὁ μὲν Ἀκύλας ἡρμήνευσεν, *μέρος αὐτῶν ἐν ζωῇ*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ἡ μερὶς αὐτῶν ἐν ζῶσιν.* Διδάσκει δὲ διὰ τούτων, ὡς τῶν μὲν ἀσεβῶν καὶ τῶν πολλάκις ὠνομασμένων ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ ἡ μερὶς, καὶ ὁ κλῆρος, καὶ πᾶσα ἡ περιουσία ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ τυγχάνει καὶ ἐν τῷ θνητῷ βίῳ· ἐν ᾧ καὶ ἐπλήσθη ἡ γαστὴρ αὐτῶν πάσης τροφῆς, καὶ πάσης ἀπολαύσεως, καὶ τρυφῆς. Ἀλλὰ καὶ *τῶν κεκρυμμένων σου* φησίν· ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν, *καὶ τῶν ἀποθέτων.* Ὅσα γάρ ἐστιν ἐν τῷ θνητῷ βίῳ καὶ τῇ θνητῇ ζωῇ τίμια, τῶν νομιζομένων ἀποθέτων καὶ ἀποκρύφων, ἐσχήκασιν.

A precatur etiam ab iis qui jam inter mortuos computantur, quia vita illa, quæ secundum Deum est, penitus privantur. Illud autem, *divide eos*, Aquila, *pars eorum in vita*, interpretatur; Symmachus autem, *pars eorum in viventibus.* His porro docet, impiorum et inimicorum Dei, qui in his plerumque memorantur, portionem, sortem omnesque facultates in hac præsenti et mortali vita sitas esse, ubi venter eorum omni ciborum genere, omni felicitate ac voluptate repletur. Imo etiam *de absconditis tuis*; cujus loco Symmachus interpretatur, *et repositis tuis.* Siquidem eorum omnium quæ in hac mortali vita occurrunt pretiosorum, quæ inter recondita et abdita computantur, potiti sunt.

B

Αὐτοὶ γοῦν καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ πάντα γῆς μέταλλα περιειργάσαντο, λίθους τε παντοίους τιμίους καὶ πολυτελεῖς ἐξηρεύνησαν, καὶ τούτων ἁπάντων ἐπλήσθησαν· τέκνων δὲ καὶ υἱῶν, καὶ θυγατέρων ἐνεφορήθησαν. Διὸ ἐπιλέγει· *Ἐχορτάσθησαν υἱῶν.* Καὶ οὐ μόνον γε αὐτοὶ τούτων ἐχορτάσθησαν, ἀλλ' ἐμπλησθέντες αὐτοί τε πρότεροι, κλήρους καὶ διαδοχὰς τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐγγόνοις καταλελοίπασιν. Ἄλλος φησίν· Εἰ καὶ τῷ θανάτῳ τούτους παραπέμψαι σοὶ ῥᾴδιον, ὦ Δέσποτα· ἀλλ' οὖν ἱκετεύω ζῶντας αὐτοὺς σκεδασθῆναι, καὶ τὴν κακὴν αὐτῶν συμφωνίαν διαλυθῆναι, καὶ τῶν ἀποκειμένων σοι τιμωριῶν μετασχεῖν. Οὕτω γὰρ ἐν τῇ μεγάλῃ ᾠδῇ τοῦ Μωϋσέως αὐτὸς ὁ Θεός φησιν· *Οὐκ ἰδοὺ ταῦτα πάντα συνῆκται παρ' ἐμοὶ, καὶ ἐσφράγισται ἐν τοῖς θησαυροῖς μου· ἐν ἡμέρᾳ ἐκδικήσεως ἀνταποδώσω, ἐν καιρῷ ὅταν σφαλῇ ὁ ποὺς αὐτῶν.* Καὶ τοῦτο δὲ ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσε· *Χορτασθήσονται υἱοὶ, καὶ ἀφήσουσι τὰ λείψανα αὐτῶν τοῖς νηπίοις αὐτῶν.* Οἶδα, φησὶν, ὅτι τὴν δικαίαν σου τιμωρίαν οὐ μόνον αὐτοῖς ἐπάξεις, ἀλλὰ καὶ τοῖς υἱέσι καὶ τοῖς ἐγγόνοις τῶν προγόνων πονηρίαν μιμησαμένοις. Τὸ δὲ, *χορτασθήσονται*, ἀντὶ τοῦ, εἰς κόρον μεθέξουσι τῶν κακῶν.

Illi itaque aurum, argentum, omniaque terræ metalla summa cura perquisiverunt, lapides pretiosos vel rarissimos cujusvis generis pervestigarunt, iisque omnibus adimpleti sunt : filiis masculis feminisve saturati sunt. Quamobrem subjungit, *saturati sunt filiis.* Neque illi tantum iis saturati sunt ; sed postquam ipsi priores ad satietatem usque iis sunt usi, hæreditatem successionemque nepotibus transmisere suis. Alius sic interpretatur : Etiamsi, inquit, perfacile tibi sit, Domine, ipsos morte afficere : at, quæso te, homines dum hac vita fruuntur disjungas, improbamque illam concordiam dissipes, ut a te repositas sceleribus suis pœnas luant. Ita enim in magno Moysis cantico Deus ipse

C loquitur : *Annon ecce hæc omnia congregata sunt apud me, et signata in thesauris meis : in die ultionis retribuam, quo tempore labetur pes eorum* [32]. Hæc ita Symmachus interpretatur, *saturabuntur filiis, et dimittent reliquias suas parvulis suis.* Novi, inquit, te non modo debitum iis supplicium illaturum, sed etiam filiis ac nepotibus eorum, si quidem avorum nequitiam imitentur. Illud autem, *saturabuntur*, id est, ad satietatem et fastidium usque malis sese dedent.

Ἐγὼ δὲ ἐν δικαιοσύνῃ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ σου· χορτασθήσομαι ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι τὴν δόξαν σου. Ἐκεῖνοι μὲν τοιαύτας δώσουσι δίκας· ἐγὼ δὲ τοῖς παρὰ τῆς δικαίας προνοίας ἀγαθοῖς ἐντρυφήσω, πεῖραν μεγίστην τῆς σῆς εὐεργεσίας δεξάμενος. Ἐγὼ δὲ τῇ πορισθείσῃ μοι δικαιοσύνῃ τε καὶ ἀρετῇ θαῤῥῶν πεπαῤῥησιασμένως *ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ σου.* Καὶ αὕτη μοί ἐστιν ἐλπὶς, καὶ οὗτος μέγας κλῆρος· οὗ ποτε πληρωθήσομαι, καὶ χορτασθήσομαι πάσης τρυφῆς, ἐν τῷ ὀφθῆναι τὴν δόξαν σου ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ.

Vers. 15. *Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo, satiabor cum apparuerit mihi gloria tua.* Illi quidem hujusmodi pœnas dabunt. Ego autem paratis a justa providentia tua fruar bonis, maximumque beneficentiæ tuæ sumam experimentum.

D Ego sane justitiæ atque virtuti, cujus auctor mihi fuisti, confisus, tuta conscientia *apparebo conspectui tuo.* Hac in spe versor : hæc mihi magna hæreditas, qua replebor, et ad satietatem usque omni voluptate fruar, cum in regno cœlorum apparuerit gloria tua.

ΨΑΛΜΟΣ ΙΖ'.

Εἰς τὸ τέλος τῷ παιδὶ Κυρίου τῷ Δαυΐδ, ἃ ἐλάλησε τῷ Κυρίῳ τοὺς λόγους τῆς ᾠδῆς ταύτης,

PSALMUS XVII.

Vers. 1. *In finem puero domini David, quæ locutus est Domino verba cantici hujus, in die qua eripuit*

[32] Deut. xxxii, 34.

(1) Hæc sunt Hebraica verba, ממתים מחלד חלקם בחיים. Aquilæ interpretatio huic prorsus similis fertur apud Drusium et alios ; sed Symmachi versio vitiata occurrit ibidem, Κύριε ἀπὸ τῶν ἐνδεδοχότων ἡ μερὶς ἐν ζωῇ. At lectio nostra sincerior, quæ in omnibus mss. similiter effertur.

eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, et de manu Saul, et dixit. Symmachus : *Canticum victoriæ servi Domini David.*

Par enim fuit nos ex ipso psalmo ediscere, Davidem, occasione victoriæ de inimicis et hostibus partæ, omnis victoriæ auctori, qui ideo νικοποιός, id est *victoriæ effector*, dicitur, quod victores efficiat, triumphalem hunc hymnum consecrasse. Quia item hic hymnus sive canticum triumphale, Davidis dicitur esse. Atque *in finem* inscribitur : quoniam scilicet postremis vitæ ejus annis, ac post omnia quæ in historia feruntur ejus opera, pronuntiatus est ; aut quia prophetiam eorum quæ in fine sæculi obventura sunt enuntiat ; sive tertio quia ad ea quæ in postrema hujus hymni parte feruntur, lector remittitur. In quo [triplici] fine, vocatio gentium et prophetia de Christo. Hoc autem modo vaticinatur, ut Saulem cum aliis omnibus una complectatur. Alia quoque ratione ipsum de manu Saul liberavit : frequenter enim per *manum* intelligitur opus. Igitur qui liberavit Davidem ex omnibus inimicis suis, jure ac consequenter ipsum majoribus beneficiis devinciens, ex hac Saulis manu, sive opere, pariter eripuit, ut non paria cum illo pateretur.

Vers. 2, 3 *Diligam te, Domine, fortitudo mea : Dominus firmamentum meum et refugium meum, et liberator meus. Deus meus adjutor meus, et sperabo in eum : protector meus et cornu salutis meæ et susceptor meus . . . .* Alia quoque sententia Deum vocat fortitudinem, humanam confitens infirmitatem, quæ sine Deo nihil agere valeat ; quare sic ait Paulus : *Omnia possum in Christo qui me confortat* [54]. Aquila porro et Symmachus, vice illius, *fortitudo*, petram interpretati sunt : aitque magnus Apostolus : *Petra autem erat Christus* [55]. Cum supra petram hanc, domum suam David fundasset, similis erat *viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram* [56]. Quapropter omnibus inimicis suis, qui pluviæ, ventorum et fluminum instar impingebant, superior effectus est. Verum neque satellitibus ac exercitui confisus est, sed Deo quem habuit opitulatorem, omni genere armorum instructum et cornu salutis, ita ut diceret : *In te inimicos nostros ventilabimus cornu* [57].

Vers. 5-7. *Circumdederunt me dolores mortis, et torrentes iniquitatis conturbaverunt me. Dolores inferni circumdederunt me, præoccupaverunt me laquei mortis. In tribulatione mea invocavi Dominum, et ad Deum meum clamavi. Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam, et clamor meus in conspectu ejus introibit in aures ejus.* His docet quo pacto a torrentibus iniquitatis turbatus, et reliquis quæ supra memorantur malis circumventus, cum se in periculo constitutum esse sentiret, ad salutis suæ portum confugit. Quamobrem ait : *In tribula-*

A *ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐῤῥύσατο αὐτὸν Κύριος ἐκ χειρὸς πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ἐκ χειρὸς Σαοὺλ, καὶ εἶπε.* Σύμμαχος· *Ἐπινίκιον τοῦ δούλου Κυρίου τοῦ Δαυΐδ.*

Ἔδει γὰρ ἡμᾶς ἀναγκαίως ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ γνῶναι, ὅτι ἐπὶ ταῖς νίκαις ταῖς κατὰ τῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων τὸν προκείμενον ὕμνον ἐπινίκιον τῷ πάσης νίκης αἰτίῳ, τῷ καὶ νικητὰς ἀπεργαζομένῳ, καὶ διὰ τοῦτο νικοποιῷ κεκλημένῳ, ἀνέθηκεν ὁ Δαυΐδ· καὶ ὅτι ἐπινίκιος οὗτος ὁ ὕμνος ἢ ἡ ᾠδὴ εἴρηται τοῦ Δαυΐδ. *Εἰς τὸ τέλος* δὲ, ἤτοι διὰ τὸ ἀμφὶ τοὺς τελευταίους τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνους, καὶ μετὰ πάσας αὐτοῦ τὰς πράξεις τὰς φερομένας ἐν τῇ ἱστορίᾳ λελέχθαι· ἢ διὰ τὸ προφητείας περιέχειν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος· ἢ B τρίτον, διὰ τὸ ἐπὶ τὰ τέλη τῶν ἐμφερομένων λόγων τοῦ προκειμένου ὕμνου τὸν ἐντυγχάνοντα παραπέμπειν· ἐν οἷς τέλεσιν ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν καὶ ἡ περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητεία. Τοῦτον θεσπίζει τὸν τρόπον, συμπαραλαμβανομένου τοῖς πᾶσι καὶ τοῦ Σαούλ. Καὶ ἄλλως δὲ αὐτὸν ἐκ χειρὸς Σαοὺλ ἐῤῥύσατο, τῆς χειρὸς πολλάκις ἀντὶ πράξεως παραλαμβανομένης. Εἰκότως οὖν ὁ ῥυσάμενος Δαυΐδ ἐκ πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, μειζόνως αὐτὸν εὐεργετῶν, καὶ ταύτης τῆς χειρὸς τοῦ Σαοὺλ, τουτέστι τῆς πράξεως αὐτοῦ, ἐῤῥύσατο, ὡς μὴ τὰ ὅμοια παθεῖν ἐκείνῳ.

Ἀγαπήσω σε, Κύριε, ἰσχύς μου· Κύριος στερέωμά μου καὶ καταφυγή μου, καὶ ῥύστης μου. Ὁ Θεός μου, βοηθός μου, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν· ὑπερασπιστής μου, καὶ κέρας τῆς σωτηρίας C *μου, καὶ ἀντιλήπτωρ μου . . . .* Καὶ ἄλλως δὲ ἰσχὺν καλεῖ τὸν Θεὸν, ὁμολογῶν τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, καὶ ὡς οὐδὲν ἂν ἴσχυσεν ἄνευ Θεοῦ· καὶ Παῦλος γὰρ ἔφη· *Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ.* Ἀκύλας δὲ καὶ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ, *στερέωμα*, πέτραν ἡρμήνευσαν· ἔφη δὲ καὶ ὁ μέγας Ἀπόστολος· *Ἡ πέτρα δὲ ἦν ὁ Χριστός.* Ἐπὶ ταύτην τὴν πέτραν τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν οἰκοδομῶν ὁ Δαυΐδ, ἀφωμοίωτο τῷ *φρονίμῳ τῷ οἰκοδομήσαντι τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν ἐπὶ τὴν πέτραν.* Διὸ καὶ πάντων κρείττων ἐγένετο, τῶν ὑετοῦ δίκην, πνευμάτων τε καὶ ποταμῶν προσβαλλόντων αὐτῷ πολεμίων. Ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ δορυφόρους ἤλπιζεν ἢ στρατὸν, ἀλλ' ἐπὶ Θεὸν, βοηθὸν αὐτὸν ἔχων, πανοπλίαν καὶ κέρας· ὥστ' ἂν εἰπεῖν καὶ αὐτόν· *Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν* D *κερατιοῦμεν.*

Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου καὶ χείμαῤῥοι ἀνομίας ἐξετάραξάν με. Ὠδῖνες ᾅδου περιεκύκλωσάν με, προέφθασάν με παγίδες θανάτου. Καὶ ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐπεκαλεσάμην τὸν Κύριον, καὶ πρὸς τὸν Θεόν μου ἐκέκραξα. Ἤκουσεν ἐκ ναοῦ ἁγίου αὐτοῦ τὴν φωνήν μου, καὶ ἡ κραυγή μου ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσελεύσεται εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ. Διδάσκει διὰ τούτων τίνα τρόπον, καὶ ὑπὸ τῶν χειμάῤῥων τῆς ἀνομίας ταρασσόμενος, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ προειρημένα πάσχων, ᾔσθετο αὐτοῦ κινδυνεύοντος, ἐπὶ τὸν λιμένα τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας κατέφευγε. Διό

[54] Philipp. IV, 13. [55] I Cor. X, 1. [56] Matth. VII, 24. [57] Psal. XLIII, 6.

φησιν· *Ἐν τῷ θλίβεσθαι ἐπεκαλεσάμην τὸν Κύριον, καὶ πρὸς τὸν Θεόν μου ἐκέκραξα.* Εἶτα διδάσκει, ὡς οὐκ ἠστόχησε τοῦ σκοποῦ τοιαῦτα πιστεύσας· ἡ γὰρ *ἐλπὶς οὐ καταισχύνει.* Διὸ ἐπιφέρει· *Ἤκουσεν ἐκ ναοῦ ἁγίου αὐτοῦ φωνῆς μου, καὶ ἡ κραυγή μου ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσελεύσεται εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ.* Ναὸν δὲ Θεοῦ ἐν τούτοις ποῖον χρὴ νοεῖν λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ Δαυῒδ, μήπω τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις οἴκου κατεσκευασμένου, ἢ πάντως που τὴν ἐπουράνιον πόλιν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἧς εἰκὼν ἐτύγχανεν ὁ ἐπὶ τῆς γῆς κατεσκευασμένος νεώς;

Καὶ ἐσαλεύθη καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ, καὶ τὰ θεμέλια τῶν ὀρέων ἐταράχθησαν καὶ ἐσαλεύθησαν, ὅτι ὠργίσθη αὐτοῖς ὁ Θεός. Λευκότατα προφητεύων τὴν κατάβασιν τοῦ Κυρίου διὰ τὸν θάνατον καὶ τοὺς χειμάῤῥους τῆς ἀνομίας, διά τε τὰς ὠδῖνας τοῦ ᾅδου καὶ τὰς παγίδας τοῦ θανάτου, τὴν ἐξ οὐρανῶν κατάβασιν πεποιημένου. Ἐπὶ τῇ καταβάσει αὐτοῦ τίνα πέπρακται προδιηγεῖται λέγων· *Καὶ ἐσαλεύθη καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ·* ἀνθ' οὗ Ἀκύλας φησί· *Καὶ ἐκινήθη καὶ ἐσείσθη ἡ γῆ.* Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον. Ὡς γὰρ ἐπεδήμει ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τῇ γῇ κατὰ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ παρουσίαν, πάντες οἱ τὸ τῆς γῆς στοιχεῖον οἰκοῦντες ἐκινήθησαν καὶ ἐσείσθησαν· πᾶσά τε ἀκοὴ Ἑλληνική τε καὶ βάρβαρος ἐπληροῦτο τῆς περὶ αὐτοῦ φήμης. Τὰ δὲ λεγόμενα τῶν ὀρέων θεμέλια ἐταράχθησαν καὶ ἐσαλεύθησαν· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *περιετράπησαν, ὅτι ὠργίσθη αὐτοῖς.* Ὄρη δὲ ἦν τὰ ὑψώματα τὰ ἐπαιρόμενα κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, δυνάμεις τινὲς ἀντικείμεναι, αἱ τὸν μακρὸν αἰῶνα τοὺς ἐπὶ γῆς ἅπαντας ἀποπλανήσασαι διὰ τῆς πολυθέου δεισιδαιμονίας. Τούτων οὖν *ὀρέων τὰ θεμέλια* τουτέστι τὰ βάθη καὶ οἱ λογισμοὶ, τῆς τοῦ Κυρίου δυνάμεως αἰσθόμενα, *ἐταράχθησαν, ὅτι ὠργίσθη αὐτοῖς.*

Τί οὖν ἐνεργεῖ ἡ ὀργὴ κατὰ τῶν ἀποδοθέντων ὀρέων, ἑξῆς διδάσκει λέγων· *Ἀνέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ.* Ὥσπερ γὰρ δαλοῦ καιομένου ὑπὸ πυρὸς, κἄπειτα σβεννυμένου, καπνὸς ἀποδίδοται, τὸν αὐτὸν τρόπον αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις, πάλαι μὲν πρότερον πυρὶ παραβαλλόμεναι, τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς κατέφλεγον καὶ ἐξέκαιον· ἐπεὶ δ' ἐσβέννυτο αὐτῶν τὸ πῦρ ὑπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ Κυρίου, τὰ σημεῖα τῆς σβέσεως αὐτῶν ἐδήλου ὁ ἐξ αὐτῶν ἀναπεμπόμενος καπνός. Εἶθ' ἑξῆς εἴρηται· *Καὶ πῦρ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ καταφλεγήσεται· ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ.* Ταῦτα γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ἐνήργει ἀφανῶς κατὰ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων, τὸ πῦρ αὐτῶν σβεννὺς ἑτέρῳ πυρὶ κρείττονι καὶ δυνατωτέρῳ. Διὸ λέλεκται παρὰ Μωϋσεῖ· *Ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον ἐστί·* καὶ ἐν Ψαλμοῖς· *Πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ προπορεύσεται, καὶ φλογιεῖ κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ·* καὶ πάλιν· *Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπηθήσεται· πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ*

A *tione mea invocavi Dominum, et ad Deum meum clamavi.* Exinde docet se a scopo minime aberrasse, cum tali fiducia plenus esset; nam *spes non confundit* [58]. Ideoque subjungit: *Exaudivit de templo sancto suo vocem meam, et clamor meus in conspectu ejus introibit in aures ejus.* Templum Dei quodnam a Davide memorari hic intelligendum, cum Hierosolymitana domus nondum excitata esset; nisi cœlestem Dei civitatem, supernam illam Jerusalem, cujus imago fuit templum in terra constructum?

Vers. 8. *Commota est et contremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt et commota sunt, quoniam iratus est eis Deus.* Istis manifestissime
B vaticinatur futurum Domini descensum propter mortem, necnon propter torrentes iniquitatis, dolores inferni, et laqueos mortis; quæ in causa fuere cur ex cœlis descenderet. In descensu autem ejus quænam gesta sint, prius enarravit his verbis: *Commota est et contremuit terra:* pro quo Aquila, *mota est et concussa est terra*, interpretatur. Et sane dicti illius veritatem res ipsa gesta testificatur: cum enim Filius Dei in terra, tempore adventus sui carnalis, peregrinabatur; quotquot terrenum elementum incolunt, commoti ac concussi sunt, ac per Græcorum barbarorumque aures ubique fama ejus percrebuit: ea vero quæ fundamenta montium vocantur, conturbata sunt et commota sunt, vel juxta
C Symmachum, *circumversa sunt, quoniam iratus est eis.* Montes autem erant sublimitates omnes quæ adversus cogitationem Dei erigebantur, scilicet adversariæ quædam potestates, quæ per longa sæculorum spatia terrigenas omnes in multiplicium deorum superstitionem atque errorem abduxerant. Horum igitur *montium fundamenta*, id est altiora consilia et cogitationes, Domini virtutem cum persentiscerent, *conturbata sunt, quoniam iratus est eis.*

Vers. 9, 10. Quid itaque operetur ira adversus montes illos sibi traditos, deinde aperit hisce verbis: *Ascendit fumus in ira ejus.* Sicut enim torris ignitus si exstinguatur, tunc fumus emittitur, pari modo adversariæ potestates jam pridem conjectæ in ignem, hominum animas incendebant combure-
D bantque; igne autem ab ira Domini exstincto, emissus inde fumus exstinctionis signa edidit. Deinde pergit dicere, *et ignis a facie ejus exardescet, carbones succensi sunt ab eo.* Hæc omnia enim Dei Filius contra adversarias potestates clam operabatur, qui eorum ignem altero igne potentiori ac ardentiori exstinxerat. Quare apud Moysem dicitur: *Deus noster ignis consumens est* [59], et in psalmis: *Ignis ante ipsum præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus* [60]; ac rursum: *Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit: ignis in conspectu ejus exardescet, et in circuitu ejus tempestas valida* [61]. Hunc etiam ignem Salvator indicavit: *Ignem veni*

[58] Rom. v, 5. [59] Deut. iv, 24. [60] Psal. xcvi, 3. [61] Psal. xlix, 3.

mittere in terram, et quid volo si jam accensus sit [62]? Hæc porro omnia facta sunt, quoniam *inclinavit cœlos et descendit*. Neque unum solummodo cœlum inclinavit; sed omnes quotquot sunt cœlos. Nam humiliatio celsitudinis ejus et exinanitio divinitatis ejus, supradictis verbis indicantur. Cum maxima enim emphasi descensum ejus significat his verbis: *Inclinavit cœlos;* eumdemque descensum corporeo prorsus more exprimit.

VERS. 11-13. *Et caligo sub pedibus ejus. Et ascendit super cherubim et volavit, volavit super pennas ventorum.* Per caliginem et tenebras illas, clam et arcana ratione suam secundum hominem œconomiam adumbrat. Demumque eodem revertitur unde profectus erat: ac in cœlos ascendit cum cherubino et volavit; tametsi non cum ipso cherubino descenderat: sine cherubino quippe inclinavit ipse cœlos et descendit. In reditu autem dicitur: *Et ascendit super cherubim et volavit*, cum corpore scilicet quod assumpserat. Illæ porro divinæ virtutes ipsum sic ascendentem conspicatæ, circumastantes satellitum more, Dominum stipabant, ejus ascensum celebrantes sicque vociferantes: *Attollite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternales, et introibit Rex gloriæ* [63]. Impleta autem isthæc sunt eo tempore, quo in apostolorum Actibus narratur: *Et cum hæc dixisset, videntibus illis elevatus est, et nubes suscepit eum ex oculis eorum. Cumque intuerentur eum euntem in cœlum* [64].

Latentem illam et occultam Salvatoris cum hominibus, ab ascensu suo ad hoc usque tempus, conversationem his verbis indicat: *Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu ejus tabernaculum ejus, tenebrosa aqua in nubibus aeris.* Nemini quippe latet quo pacto nobiscum versetur, secundum illud ab eo dictum: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi* [65]. Tabernaculum porro ipsius non aliud significat, quam sanctam Ecclesiam ejus, in qua se tabernaculum positurum pollicitus est cum dixit: *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, illic sum in medio eorum* [66]. Quandoquidem vero prophetiæ ipsum spectantes caliginoso et obscuro more prolatæ sunt, jure adjicitur: *Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt, grando et carbones ignis.* Quod autem nubes, prophetas, ac pluviam ex nubibus delapsam, propheticos sermones Spiritus sanctus soleat appellare docebit Isaias qui, quemadmodum dictum est, populum vineam compellat, aitque nubes non ultra pluviam ipsi subministrare [67].

VERS. 14. *Et intonuit de cœlo Dominus, et Altissimus dedit vocem suam.* In præsenti docemur ea quæ

καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα. Τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐδηλοῦτο πῦρ, λέγων· *Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη;* Ταῦτα πάντα ἐγίνετο, ἐπειδήπερ *ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη*. Οὐχ ἕνα δὲ οὐρανὸν ἔκλινεν, ἀλλὰ τοὺς πάντας ὅσοι ποτέ εἰσιν. Ἡ γὰρ ταπείνωσις τοῦ ὕψους αὐτοῦ καὶ ἡ κένωσις τῆς θεότητος ἐδηλοῦτο διὰ τῶν εἰρημένων. Ἐμφατικώτατα γὰρ τὴν κατάβασιν αὐτοῦ, *Ἔκλινεν οὐρανούς*· σωματικώτερον τὴν κάθοδον αὐτοῦ σημαίνων.

Καὶ γνόφος ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ καὶ ἐπέβη ἐπὶ χεροὺβ (1), *καὶ ἐπετάσθη, ἐπετάσθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων*. Τῇ μὲν οὖν ὁμίχλῃ καὶ τῷ γνόφῳ τὸ λεληθὸς καὶ ἀπόκρυφον παρίστησι τῆς κατὰ ἄνθρωπον αὐτοῦ οἰκονομίας· ἐπάνεισι δὲ λοιπὸν ὅθεν καὶ παρῆν· εἰς οὐρανούς τε ἀνῄει καὶ μετὰ τοῦ χερουβὶμ, καὶ ἐπετάσθη· καίτοι μὴ σὺν αὐτῷ καταβάς· δίχα γὰρ τοῦ χερουβὶμ ἔκλινεν οὐρανοὺς αὐτὸς καὶ κατέβη. Ἐν δὲ τῇ ἐπανόδῳ λέλεκται· *Καὶ ἐπέβη ἐπὶ χερουβὶμ καὶ ἐπετάσθη*, μεθ' οὗ ἀνειλήφει σώματος. Καὶ ἐπειδὴ ἀναβαίνοντα οὕτως ἐθεώρουν αὐτὸν αἱ δυνάμεις αἱ θεῖαι, περὶ αὐτὸν γενόμεναι ἐδορυφόρουν αὐτοῦ τὴν ἄνοδον ἐπιβοῶσαι καὶ λέγουσαι· *Ἄρατε τὰς πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης*. Ἐπληροῦτο δὲ ταῦτα κατὰ τὸν καιρὸν, καθ' ὃν φησιν ἡ Γραφὴ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων· *Καὶ ταῦτα εἰπὼν, βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη, καὶ νεφέλη ἀνέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν πορευομένου αὐτοῦ.*

Τὴν ἀφανῆ καὶ λανθάνουσαν τοῦ Σωτῆρος διατριβὴν, ἣν σὺν ἀνθρώποις εἰσέτι καὶ νῦν ποιεῖται μετὰ τὴν ἀνάληψιν, διδάσκει λέγων· *Καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ, σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων.* Οὐ λανθάνει γὰρ τοὺς πάντας ὅπως σύνεστιν ἡμῖν κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπ' αὐτοῦ· *Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.* Σκηνὴν δὲ αὐτοῦ σημαίνει οὐχ ἑτέραν ἢ τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ· ἐν ᾗ κατασκηνῶσαι ἐπηγγείλατο, εἰπών· *Ὅπου δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰσὶν εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν.* Ἐπειδὴ δὲ καὶ αἱ περὶ αὐτοῦ προφητεῖαι σκοτεινῶς εἴρηνται καὶ ἐπικεκρυμμένως, εἰκότως ἑξῆς λέγεται· *Σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων. Ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως ἐνώπιον αὐτοῦ αἱ νεφέλαι διῆλθον, χάλαζα καὶ ἄνθρακες πυρός.* Ὅτι γὰρ νεφέλας τοὺς προφήτας, καὶ τὸν ἐξ αὐτῶν φερόμενον ὑετὸν, δηλαδὴ τοὺς προφητικοὺς λόγους, τὸ Πνεῦμα τὸ θεῖον εἴωθεν ὀνομάζειν, διδάξει Ἡσαΐας, ἀλληγορικῶς τὸν λαὸν ἀμπελῶνα προσειπὼν, καθὰ εἴρηται, καὶ νεφέλας μηκέτι εἰς αὐτὸν ὑετὸν φερούσας.

Καὶ ἐβρόντησεν ἐξ οὐρανοῦ Κύριος, καὶ ὁ Ὕψιστος ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ. Διδάσκει ἐν τῷ πα-

[62] Luc. XII, 49. [63] Psal. XXIII, 7, 9. [64] Act. I, 9, 10. [65] Matth. XXVIII, 20. [66] Matth. XVIII, 20. [67] Isa. V, 1, 6.

(1) Ms. ad marg. χερουβίμ.

ρόντι ὁ λόγος τὰ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως καταπραχθέντα, σαφῶς δὲ τὴν ἄνοδον αὐτοῦ παρέστησε διὰ τῶν προκειμένων εἰπών· *Καὶ ἐβρόντησεν ἐξ οὐρανοῦ.* Πῶς δὲ ἐβρόντησεν ὁ ἀνωτέρω κλίνας τοὺς οὐρανοὺς καὶ καταβὰς, εἰ μὴ πάντως ἀνεληλύθει; ὅπερ ἐδηλοῦτο διὰ τοῦ· *Καὶ ἐπέβη ἐπὶ χερουβὶμ καὶ ἐπετάσθη, ἐπετάσθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων.* Οὐκοῦν ἀποδέδεικται κατεληλυθὼς, εἶτα μετὰ τοῦ χερουβὶμ ἀνεληλυθώς· εἶτ' ἐξ οὐρανοῦ βροντῶν, καὶ ἑξῆς τὰ ἀναγεγραμμένα πράττων κατὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ. Πρῶτον μὲν *ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ αἱ νεφέλαι αὐτοῦ διῆλθον, χάλαζα καὶ ἄνθρακες πυρός.* Ὡς γὰρ ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου κατὰ τὴν ἑβδόμην πληγὴν εἴρηται· *Κύριος δὲ ἔδωκε φωνὴν καὶ χάλαζαν, καὶ διέτρεχε,* φησὶ, *τὸ πῦρ ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἔβρεξεν Κύριος ἐπὶ γῆν Αἰγύπτου. Ἦν δὲ ἡ χάλαζα καὶ τὸ πῦρ φλογίζον ἐν τῇ χαλάζῃ. Ἐπάταξε δὲ ἡ χάλαζα ἐν πάσῃ γῇ Αἰγύπτου·* καὶ ταῦτα πάντα ἐγένετο ἵνα ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ ἐλευθερίας τῆς ὑπ' Αἰγυπτίοις δουλείας τυχεῖν δυνηθῇ. Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐνταῦθα τὰς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας καὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς τῆς ὑπὸ τὴν ἄθεον εἰδωλολατρείαν καὶ τοὺς πονηροὺς δαίμονας ὑποταγῆς ἐλευθερῶν, κατὰ τῶν νοητῶν Αἰγυπτίων ἠφίει χάλαζαν καὶ ἄνθρακας πυρὸς ὁ ἐπὶ τοῦ χερουβὶμ ἀναπτὰς Κύριος. Οἶμαι δὲ τὰς κατὰ τῶν ἀσεβῶν τιμωρητικὰς δυνάμεις χάλαζαν καὶ ἄνθρακας πυρὸς ὀνομάζεσθαι. Δυνάμεις τοίνυν τιμωροὶ καὶ κολαστικαὶ, τῷ βουλήματι τοῦ Κυρίου ἀφανῶς ἐξυπηρετούμεναι κατὰ τῶν δαιμόνων τῶν τὴν πολύθεον πλάνην ἐνεργούντων, πάντας αὐτοὺς ἤλαυνον. Διὸ σχεδὸν πάντα αὐτῶν ἐκλέλοιπε τὰ χρηστήρια, καὶ αἱ μαντεῖαι κατελύθησαν· ἔρημοί τε αὐτῶν κατέστησαν οἱ ναοί· σεσύληται τὰ ἀφιερώματα ἀοράτῳ καὶ ἀφανεῖ δυνάμει· τοῦ Κυρίου ταῦτα πάντα μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον διαπραξαμένου.

Καὶ ἐξαπέστειλε βέλη καὶ ἐσκόρπισεν αὐτοὺς, καὶ ἀστραπὰς ἐπλήθυνε καὶ συνετάραξεν αὐτούς. Καὶ ὤφθησαν αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων, καὶ ἀπεκαλύφθη τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης· ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου, Κύριε, ἀπὸ ἐμπνεύσεως πνεύματος ὀργῆς σου. Θεμέλια οἰκουμένης νοήσεις τὰς τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ δυνάμεις, δι' ὧν καὶ πάλαι ἡ σύμπασα κτίσις τεθεμελίωτο, καὶ μετὰ ταῦτα ἐστερεώθη ἡ οἰκουμένη, ἥτις οὐ σαλευθήσεται. Εἰ δὲ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ τὴν οἰκουμένην ἐθέλοις νοεῖν· θεμέλιον δὲ αὐτῆς πρῶτον μὲν τὴν ἀρραγῆ καὶ στερεὰν πέτραν, ἐφ' ᾗ ᾠκοδόμηται κατὰ τό· *Ἐπὶ τὴν πέτραν οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Ἡ πέτρα δὲ ἦν ὁ Χριστός·* ἢ κατὰ τὸν Ἀπόστολον, περὶ οὗ διδάσκει αὐτὸς λέγων· *Θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός·* εἶτα μετ' αὐτὸν θεμέλιοι τῆς Ἐκκλησίας προφητικοὶ καὶ ἀποστολικοὶ λόγοι κατὰ τὸν Ἀπόστολον φήσαντα· *Ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ*

A post Salvatoris ascensum per ejus virtutes gesta sunt; dilucideque ascensum ejus his significavit verbis: *Et intonuit de cœlo.* Quomodo intonuerit qui superius cœlos inclinasse ac descendisse fertur, nisi prorsus ascendisset? quod utique hisce dictis comprobantur: *Et ascendit super cherubim et volavit, volavit super pennas ventorum.* Commonstratum ergo fuit ipsum descendisse, deinde cum cherubino ascendisse, post ex cœlo intonuisse; demum ea contra inimicos suos designasse quæ in sequentibus describuntur. Primo quidem *præ fulgore ejus in conspectu ejus nubes transierunt, grando et carbones ignis.* Sicut enim de Ægypto in septima plaga narratur, *Dominus autem dedit vocem et grandinem et discurrebat,* inquit, *ignis super terram: pluitque* B *Dominus super terram Ægypti. Eratque grando, ignisque ardens in grandine. Et percussit grando in omni terra Ægypti* [68]. Hæc porro omnia facta sunt ut populus Dei ab Ægyptiorum servitute eximeretur. Eodem prorsus modo jam cum Ecclesias ex gentibus coactas, hominumque animas a servitute impiæ idololatriæ et malignorum dæmonum liberaret; adversus intelligibiles Ægyptios Dominus ille qui super cherubim volavit, grandinem et carbones ignis emittebat. Arbitror autem ultrices illas adversus impios paratas virtutes, grandinem et carbones ignis vocari. Virtutes igitur illæ supplicio et ultioni destinatæ, voluntatis Dei occulto more administræ adversus dæmonas qui multiplicium deorum superstitionem advexerant, ipsos omnes dæ- C monas abigebant. Quare universa eorum oracula desierunt, vaticinia abrogata sunt, templa eorum deserta, sacraria invisibili ac latente virtute expilata fuerunt, Domino post suum in cœlos ascensum hæc omnia operante.

Vers. 15, 16. *Et misit sagittas suas, et dissipavit eos; fulgura multiplicavit, et conturbavit eos. Et apparuerunt fontes aquarum, et revelata sunt fundamenta orbis terrarum: ab increpatione tua, Domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ.* Per fundamenta orbis terrarum intelligas sapientiæ Dei virtutes, quibus olim universa rerum natura fundata est, et D postea confirmatus est orbis, qui non commovebitur. Quod si per orbem terrarum, Ecclesiam Dei accipi velis, ac si fundamentum ejus cogites esse, primo quidem infractam illam et solidam petram, in qua fundata est, secundum illud: *Supra petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam* [69]. *Petra autem erat Christus* [70]; aut ut Apostolus indicat his verbis: *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus* [71]: ac post ipsum Salvatorem fundamenta Ecclesiæ existimes esse propheticos et apostolicos sermones, secundum Apostoli dictum: *Superædificati super fundamentum*

[68] Exod. IX, 23, 24. [69] Matth. XVI, 18. [70] I Cor. X, 4. [71] I Cor. III, 11.

apostolorum et prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Jesu [72]; nequaquam a veritatis scopo aberraveris. Hæc igitur orbis fundamenta revelata sunt : inimicis Dei, qui olim mentis nostræ oculos obtenebrabant, ut ne divina intueri possent, eliminatis et fugatis, ac per emissas a Deo sagittas dissipatis, fugatisque ab increpatione Domini et ab inspiratione spiritus iræ ejus. Merito igitur ac consequenter, ab iis erepti ac recepto oculorum usu, fontes aquarum vidimus, fundamenta orbis terrarum suspeximus. Quod ætate nostra in plurimis terræ partibus evenit.

VERS. 17-19. *Misit de summo et accepit me, assumpsit me de aquis multis.* Demersum namque ipsum, et quasi captivum abductum, universorum Deus et Pater, per Filium suum abs se missum excepit. Unde autem exceperit, subinde significat his verbis, *de aquis multis*. Ait igitur etiam in sexagesimo octavo psalmo : *Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam : infixus sum in limo profundi, et non est substantia* [73]. Ad hæc consequenter sane in præsenti gratias agens sic ait : *Assumpsit me de aquis multis*. Quænam autem sint aquæ illæ, mox apertius indicat sic loquens : *De inimicis meis fortissimis, et ab iis qui oderunt me, quoniam conformati sunt super me. Prævenerunt me in die afflictionis meæ.* Hæc ipsa Spiritus sanctus annuntiat, dum ait eum assumptum esse de aquis multis, libertatemque nactum ex inimicis qui ipsum olim imperio subactum suo detinuerant.

VERS. 20, 21. *Et factus est Dominus protector meus. Et eduxit me in latitudinem, salvum me faciet quoniam voluit me. Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam.* Cum confessionem, inquit, preces et supplicationes meas jam exaudisset Deus, factus est protector meus. Me quippe subversioni et ruinæ ingenti proximum, si quidem post peccatum in defectionem penitus prolapsus essem, astans ipse, ceu fulcrum et adminiculum, retinuit, quando misso ad me Nathan propheta, de admisso peccato me coarguit, et erexit. Imo etiam *deduxit me in latitudinem;* sive, juxta Symmachum, *in latum spatium*. Ad angustias quippe redactum me, ac prope de salute mea desperantem, eripuit ac in latitudinem eduxit, ut in latius spatium deducto, recipiendi mei ac vulnera sollicite curandi copia fuerit. Cæterum is me prorsus liberabit, ac delicti veniam concedet, tempore adventus sui, qui in vaticinio fertur. Iisque me beneficiis devinciet Dominus, *quoniam voluit me :* aut secundum Aquilam, *quoniam voluit in me ;* neque enim convertendus eram, neque coarguendus de peccato, neque mittendus ad me propheta, nisi me salvum facere voluisset. At enim novi, ac persuasum plane habeo, ipsum tempore justi judicii sui, peccati mei et facinorum, quæ in die miseriæ meæ perpetravi, mentionem

A τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ· οὐκ ἂν ἐκτὸς βάλοις τῆς ἀληθείας. Ταῦτ' οὖν τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης ἀνεκαλύφθησαν· τῶν ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ τῶν πάλαι ἐπισκοτούντων τὰ τῆς ψυχῆς ἡμῶν ὄμματα πρὸς τὸ μὴ τὰ θεῖα βλέπειν ἐκ ποδῶν μεταστάντων, καὶ τοῖς ἀποδοθεῖσι τοῦ Κυρίου βέλεσι διασκορπισθέντων, πεφευγότων τε ἀπὸ ἐπιτιμήσεως Κυρίου, καὶ ἀπὸ ἐμπνεύσεως πνεύματος ὀργῆς αὐτοῦ. Εἰκότως οὖν ἐλευθερωθέντες τούτων ἡμεῖς καὶ ἀναβλέψαντες, τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων ἐθεασάμεθα, καὶ τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης ἐπωπτεύσαμεν. Καὶ τοῦτο ἐφ' ἡμῶν ἐν πολλοῖς γεγένηται κλίμασιν.

Ἐξαπέστειλεν ἐξ ὕψους, καὶ ἔλαβέ με, προσελάβετό με ἐξ ὑδάτων πολλῶν. Καταποθέντα γὰρ
B αὐτὸν καὶ ληφθέντα ὥσπερ αἰχμάλωτον ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἐξαποστείλας τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν, ἔλαβε. Πόθεν δὲ αὐτὸν ἔλαβεν, ἑξῆς διδάσκει λέγων, *ἐξ ὑδάτων πολλῶν*. Φησὶ γοῦν καὶ ἐν ἑξηκοστῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ· *Σῶσόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου· ἐνεπάγην εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις.* Τούτοις τοιγαροῦν ἀκολούθως καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις εὐχαριστῶν, φησί· *Προσελάβετό με ἐξ ὑδάτων πολλῶν.* Τίνα δὲ τὰ ὕδατα, ἐπιφέρει σαφέστερον εἰπών· *Ἐξ ἐχθρῶν μου δυνατῶν καὶ ἐκ τῶν μισούντων με, ὅτι ἐστερεώθησαν ὑπὲρ ἐμέ. Προέφθασάν με ἐν ἡμέρᾳ κακώσεώς μου.* Καὶ ταῦτα δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εὐαγγελίζεται αὐτὸν ἀναλαβεῖν ἐκ τῶν πολλῶν ὑδάτων,
C ἐλευθερίαν δὲ τὴν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν τῶν πάλαι κατακεκρατηκότων αὐτοῦ γενέσθαι.

Καὶ ἐγένετο Κύριος ἀντιστήριγμά μου. Καὶ ἐξήγαγέ με εἰς πλατυσμὸν, ῥύσεταί με, ὅτι ἠθέλησέ με. Καὶ ἀνταποδώσει μοι Κύριος κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου. Ἤδη μὲν, φησὶ, τῆς ἐξομολογήσεώς μου καὶ τῶν προσευχῶν καὶ τῶν ἱκετηρίων ἐπακούσας ὁ Κύριος, γέγονέ μοι ἀντιστήριγμα. Μέλλοντα γάρ με περιτρέπεσθαι, καὶ μέγα πτῶμα ὑπομένειν, εἰ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν εἰς παντελῆ ἐξέπιπτον ἀποστασίαν, αὐτὸς παραστὰς ἔρεισμά μοι καὶ ἀντιστήριγμα γέγονεν, ὁπηνίκα, τὸν αὐτοῦ προφήτην Ναθὰν πέμψας, ἔλεγχόν μοι ἐπήγαγε τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἀνώρθωσεν. Ἀλλὰ καὶ *ἐξήγαγέν με εἰς πλατυσμὸν*, καὶ *εἰς εὐρυχωρίαν*, κατὰ τὸν Σύμμαχον.
D Στενοχωρηθέντα γάρ με, καὶ μικροῦ δεῖν ἀπογνόντα ἑαυτοῦ τὴν σωτηρίαν, ἐῤῥύσατο καὶ εἰς πλατυσμὸν ἐξήγαγεν, ὡς κατὰ πλάτος δυνηθῆναι ἐμαυτὸν ἀναλαβεῖν, καὶ τῆς ἐμαυτοῦ θεραπείας ἐπιμέλειαν ποιήσασθαι. Πλὴν ἀλλὰ καὶ παντελῶς ῥύσεταί με, φησὶν, διδοὺς ἄφεσιν τῆς ἁμαρτίας κατὰ τὸν προφητευόμενον καιρὸν τῆς αὐτοῦ παρουσίας. Καὶ τοῦτο ποιήσει εὐεργετῶν με ὁ Κύριος, *ὅτι ἠθέλησέ με·* ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *ὅτι ἐβουλήθη ἐν ἐμοί·* οὐ γὰρ ἂν ἐπεστράφην, οὐδ' ἂν τὸν ἔλεγχόν μοι προσήγαγεν, οὐδ' ἂν τὸν προφήτην ἑαυτοῦ πρὸς ἐμὲ ἀπεστάλκει, εἰ μὴ σῶσαί με ἤθελεν. Εὖ δὲ οἶδα καὶ ἀκριβῶς πέπεισμαι, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς δι-

[72] Ephes. II, 20. [73] Psal. LXVIII, 2, 3.

καιοκρισίας αὐτοῦ, οὐ μνημονεύσας μου τῆς ἁμαρ- A τίας καὶ τῶν τολμηθέντων μοι· ἐν ἡμέρᾳ ταλαιπωρίας μου, *κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου ἀποδώσει μοι.* Τὰς γὰρ ἄλλας μου πράξεις τὰς ἐν ἀρετῇ καὶ δικαιοσύνῃ, ὥσπερ ἐν τρυτάνῃ καὶ ζυγῷ ἀντιπαραλαβὼν, καὶ ἀντιστήσας τῷ ἁμαρτήματί μου, κατὰ πολὺ πλεονάζούσας εὑρήσει τοῦ γενομένου ἁμαρτήματος. Διὸ ἀνταποδώσει μοι οὐ καθ' ὃ ἥμαρτον (ἤδη γὰρ ἀνταπέδωκε, μετελθών με κατὰ τὸν παρόντα βίον διὰ τῶν καταλαβουσῶν με συμφορῶν), κατὰ δὲ τὰς λοιπὰς πράξεις, τὰς ἐν δικαιοσύνῃ, ἀποδώσει μοι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς αὐτοῦ δικαιοκρισίας, καὶ τῶν χειρῶν μου κατὰ τὴν καθαριότητα τὴν ἀμοιβὴν ποιήσεται· ἀπέπλυνα γὰρ τὸν πρότερον αὐταῖς ἐγγενόμενον ῥύπον· *Καὶ ἔσομαι ἄμωμος μετ' αὐτοῦ, καὶ φυλάξομαι ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου. Καὶ ἀνταποδώσει μοι Κύριος κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ κατὰ τὴν καθαριότητα τῶν χειρῶν μου ἀνταποδώσει μοι.*

nullam facturum esse; sed *secundum justitiam meam retribuet mihi.* Nam si alia mea, cum virtute ac justitia designata, opera quasi ad trutinam et bilancem una cum peccato meo appenderit, ea multo delictum excedere comperiet. Quapropter non secundum peccatum meum retribuet mihi; jam quippe retribuit, cum me multis in præsenti vita calamitatibus affecit; sed secundum reliqua probe ac juste perpetrata opera in die justi judicii sui retribuet mihi, et manus meas ob puritatem præmio donabit : ipsas quippe a pristinis sordibus ablui : *Et ero immaculatus cum eo, et observabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.*

Διεξέρχεται ἑξῆς καταλέγων τίς ἦν ἡ δικαιοσύνη B αὐτοῦ, καὶ ὅπως ἀπεκάθηρεν ἑαυτοῦ τὰς χεῖρας.

Ὅτι ἐφύλαξα τὰς ὁδοὺς Κυρίου, καὶ οὐκ ἠσέβησα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μου. Ὅτι πάντα τὰ κρίματα αὐτοῦ ἐνώπιόν μου, καὶ τὰ δικαιώματα αὐτοῦ οὐκ ἀπέστησεν ἀπ' ἐμοῦ. Καὶ ἔσομαι ἄμωμος μετ' αὐτοῦ, καὶ φυλάξομαι ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου. Ἐπεὶ τοίνυν ταῦτα ἐπορισάμην ἐμαυτῷ, φησὶ, μετὰ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τοσαύτας συνήγαγον ἐμαυτῷ θεραπείας, εἰκότως πάλιν ἐπαναλαβὼν τὸν αὐτὸν ἐν δευτέρῳ λόγον φημί· ὅτι, διὰ τὰ προλεχθέντα, *Καὶ ἀνταποδώσει μοι Κύριος κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ κατὰ τὴν καθαριότητα τῶν χειρῶν μου ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ·* ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ*, ὁ Σύμμαχος, *τὴν ἀντικρὺ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ*, ἐξέδωκεν. Οὐ γὰρ ἀνθρώπων ὀφθαλμοῖς ἐσπού- C δαζον τὴν ἐμαυτοῦ καθαριότητα δεικνύναι, οὐδὲ ὥστε ἀρέσκειν τοῖς πολλοῖς, ἀλλ' ἀντικρὺ τῶν αὐτοῦ τοῦ κριτοῦ ὀφθαλμῶν πᾶσαν ἐποιούμην σπουδὴν τῆς ἐμαυτοῦ καθαρότητος.

Subinde vero narrat quæ fuerit justitia ejus, et quo pacto manus ipse suas ablueril.

Vers. 22-25. *Quia custodivi vias Domini, nec impie gessi a Deo meo. Quoniam omnia judicia ejus in conspectu meo, et justitias ejus non repulit a me. Et ero immaculatus cum eo, et observabo me ab iniquitate mea.* Quia ergo post admissum scelus iis me moribus composui, et tantam mihi adhibui medelam ; resumpta priori sententia, idipsum secundo repetam, dicamque iterum : *Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, et secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus :* cujus dicti loco, *in conspectu oculorum ejus* sic habet Symmachus, *ex opposito oculorum ejus.* Non enim hominum oculis puritatem ostentavi meam, neque ut multis placerem id egi ; sed in conspectu oculorum ipsius judicis, mei purgandi curam et sollicitudinem habui.

Μετὰ ὁσίου ὅσιος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἀνδρὸς ἀθώου ἀθῷος ἔσῃ· καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις. Ὅτι σὺ λαὸν ταπεινὸν σώσεις, καὶ ὀφθαλμοὺς ὑπερηφάνων ταπεινώσεις. Μήποτε προφητικῶς λαὸν μὲν ταπεινὸν (1), ἢ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *πένητα*, ἢ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, *πρᾶον* τὸν χορὸν αἰνίττεται τὸν ἀποστολικόν· ὑπερηφάνους δὲ τοὺς πάλαι ἐπηρμένους, τοὺς ἀρχιερέας καὶ διδασκάλους καὶ ἄρχοντας τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ; οὓς πάλαι ὀφθαλμοῖς ὑπερηφάνοις κατὰ τοῦ Σωτῆρος D ἡμῶν κεχρημένους ἐταπείνωσεν ὁ Θεὸς, ἐν πᾶσι σώσας τὸν αὐτοῦ ταπεινὸν καὶ πένητα καὶ πρᾶον, τὸν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων τε καὶ μαθητῶν λαόν.

Vers. 26-28. *Cum sancto sanctus eris, et cum viro innocente innocens eris : et cum electo electus eris, et cum perverso perverteris. Quoniam tu populum humilem salvum facies, et oculos superborum humiliabis.* Annon prophetico more per populum humilem, aut secundum Aquilam, *pauperem*, aut, ut Symmachus, *mansuetum*, chorum apostolicum adumbrat, superbos autem vocat eos, qui olim altos spiritus assumebant, principes sacerdotum, doctores ac magistratus populi ex circumcisione? Quos olim superbis oculis in Salvatorem nostrum insurgentes humiliavit Deus, ac humilem illum, pauperem et mansuetum salvum fecit, videlicet illum Salvatoris nostri, apostolorum ac discipulorum populum.

Ὅτι σὺ φωτιεῖς τὸν λύχνον μου, Κύριε, ὁ Θεός μου, φωτιεῖς τὸ σκότος μου. Ὅτι ἐν σοὶ ῥυσθήσομαι ἀπὸ τοῦ πειρατηρίου, καὶ ἐν τῷ Θεῷ μου ὑπερβήσομαι τεῖχος. Ζητῶν δὲ τὸν λύχνον τοῦ Δαυῒδ εὗρον ἐν ρλα' ψαλμῷ φερόμενον τὸ, *Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαυῒδ· ἡτοίμασα λύχνον τῷ*

Vers. 29, 30. *Quoniam tu illuminabis lucernam meam, Domine Deus meus, illuminabis tenebras meas. Quoniam in te eripiar a tentatione, et in Deo meo transgrediar murum.* Cum autem illam Davidis lucernam perquirerem, in CXXXI psalmo deprehendi : *Illic producam cornu David , paravi lucernam*

(1) In Hebraico legitur עני, id est *pauper*, *abjectus*.

[illegible] Jesus [illegible] eum [illegible] meum [illegible] Quare in præ- [illegible] : Quo- [illegible] Domine. Tu [illegible] qui vera lux es, ar- [illegible] ex me prodi- [illegible] tenebras, queis [illegible] penitus, ut ne quidem [illegible] subeat meam. Probeque [illegible] instructum, murum [illegible] transgressurum esse : atque tunc [illegible] ex te consequar. Sive hoc [illegible] transiliamque omnia hostium [illegible] sepes atque murum, quem in cir- [illegible] intercludar, struere satagunt.

[illegible] 31, 32. *Deus meus, impolluta via ejus : elo-* [illegible] *Domini igne examinata, protector est omnium* [illegible] *in se. Quoniam quis Deus præter Domi-* [illegible] *aut quis Deus præter Deum nostrum?* Impol- [illegible] prædicat, id est inculpatam, administratio- [illegible] ejus, ac providentiæ œconomiam. Sed etiam [illegible] eloquia ejus igne examinata, sive sollicite probata [illegible] inquisitaque, neque ulterius exploranda sunt; nihil quippe alienæ materiæ ipsis admistum deprehendere est : qualia sunt eloquia sapientum hujus seculi, quæ aliquam interdum præferunt dignitatis speciem, sed omni religionis despectu et impietate plena sunt. Quid autem docent eloquia illa Domini igne examinata? Id sane, ipsum esse protectorem omnium sperantium in se, ac nullum esse Deum præter Dominum nostrum, nullum fortem nisi Deum nostrum : atque ideo jure dicatur protector esse omnium sperantium in se, cum nullus reperiri possit qui tali tantoque protectori obsistere valeat.

Vers. 33, 34. *Deus qui præcingit me virtute, et posuit immaculatam viam meam. Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum, et super excelsa mea statuens me.* Non iners et otiosus, inquit, patrocinatur atque protegit; sed id muneris agit, dum illi manus conserunt pro salute sua, ut inito certamine inimicos debellent. Sic me virtutibus suis ceu armis instruit, ac mortalem humanamque fortitudinem meam gratia sua confirmat; ut quasi vir, lumbos habens virtute sua succinctos, inimicis obsistam. Sed quemadmodum supra dictum est, *Deus impolluta via ejus;* ita me ad sui imaginem ac similitudinem esse peroptans, meam quoque viam posuit immaculatam, et doctrina, monitis ac cujusvis generis disciplinis, viam sive vitam institutumque meum perpolivit ac perfecit. Loco illius, *immaculatam*, Aquila, *perfectam*, edidit. Ad hæc porro, *perfecit pedes meos tanquam cervorum :* de quibus

[71] Psal. cxxxi, 17.

(1) In Hebraico legitur, תמים, quod est *perfectam*.

[illegible] μου. Λύχνος δὲ ἑτοιμαζόμενος τῷ Χριστῷ [illegible] Δαυῒδ τίς ἂν γένοιτο ἢ τὸ γέννημα τὸ κατὰ σάρκα γενόμενον ἐκ διαδοχῆς Δαυῒδ, ᾧ κέχρηται ὁ Χριστὸς ἐν αὐτῷ γενόμενος, καὶ τὰς τῆς δυνάμεως αὐτοῦ μαρμαρυγὰς καὶ τοῦ φωτὸς τὰς ἀνατολὰς πᾶσιν ἐξέλαμψεν ἀνθρώποις; Διὸ καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις προφητικῶς φησιν ὁ Δαυῒδ· *Ὅτι σὺ φωτιεῖς λύχνον μου, Κύριε.* Σὺ γὰρ αὐτὸς, φησὶν, ὁ Κύριος, τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν τυγχάνων, *ἑνωθεὶς* ποτε ἀποῤῥήτως τῷ ἐξ ἐμοῦ γενησομένῳ λύχνῳ, φωτιεῖς αὐτόν· ἀλλὰ καὶ τὸ ἐγγενόμενόν μοί ποτε σκότος τότε παντελῶς περιελεῖς, ὡς μηδὲ μνήμην αὐτοῦ ἀνιέναι ἐπὶ τὴν ἐμὴν διάνοιαν. Εὖ δὲ οἶδα, ὅτι, καὶ τῆς παρὰ σοῦ δυνάμεως καὶ ἰσχύος καταξιωθεὶς, ἐπιβήσομαι τοῦ ἐν οὐρανοῖς τείχους· ἐν ἀσφαλεῖ τε γενόμενος, B τότε τῆς παρὰ σοὶ τεύξομαι σωτηρίας. Ἢ· Ὑπερβήσομαι καὶ ὑπερπηδήσω πάντα τὰ τῶν ἐχθρῶν ὀχυρώματα καὶ τοὺς φραγμοὺς καὶ τὸ τεῖχος, ὃ περιβάλλειν μοι εἰς τὸ ἀποκλεῖσαι σπεύδονται.

Ὁ Θεός μου, ἄμωμος ἡ ὁδὸς αὐτοῦ· τὰ λόγια Κυρίου πεπυρωμένα, ὑπερασπιστής ἐστι πάντων τῶν ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτόν. Ὅτι τίς Θεὸς πλὴν τοῦ Κυρίου; ἢ τίς Θεὸς πλὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν; Ἄμωμον εἶναι ἀποφαίνεται, τουτέστιν ἀνεπίληπτον τὴν διοίκησιν αὐτοῦ, καὶ τὴν τῆς προνοίας οἰκονομίαν. Ἀλλὰ καὶ τὰ λόγια αὐτοῦ πεπυρωμένα, τουτέστι βεβασανισμένα καὶ δεδοκιμασμένα· οὐκ ἔστι τε αὐτοῖς ἐπισκέψαι· οὐδὲ ἀλλοτρίας ὕλης παρεμβεβλημένον τι ἐν αὐτοῖς εὑρεῖν, ὁποῖα τὰ παρὰ τοῖς C σοφοῖς τοῦ αἰῶνος τούτου τυγχάνει· μετέχοντα μέν τινος ἔσθ' ὅτε φαντασίας, πάσης δὲ ἀθεότητος καὶ δυσσεβείας πεπληρωμένα. Τί οὖν τὰ πεπυρωμένα λόγια τοῦ Κυρίου διδάσκει; ὡς ὑπερασπιστής ἐστι πάντων τῶν ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτόν· καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλος Θεὸς ἢ μόνος ὁ ἡμέτερος Κύριος, οὐδ' ἔστιν κραταιὸς ἄλλος ἢ ὁ Θεὸς ἡμῶν· καὶ διὰ τοῦτο εἰκότως ὑπερασπιστής ἐστι πάντων τῶν ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτὸν, μηδενὸς ἑτέρου εὑρισκομένου τοῦ δυναμένου στῆναι πρὸς τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον.

Ὁ Θεὸς ὁ περιζωννύων με δύναμιν, καὶ ἔθετο ἄμωμον τὴν ὁδόν μου· καταρτιζόμενος τοὺς πόδας μου ὡσεὶ ἐλάφων, καὶ ἐπὶ τὰ ὕψη μου ἱστῶν με. Οὐκ ἀπρακτῶν, φησὶ, καὶ ἀργῶν προΐσταται καὶ ὑπερασπίζει· ἀλλὰ καὶ αὐτῶν συμ- D βαλλομένων τῇ αὐτῶν σωτηρίᾳ διὰ τοῦ ἀγωνίζεσθαι καὶ τοὺς ἐχθροὺς καταπολεμεῖν. Οὕτω γοῦν καὶ ἐμὲ ὁπλίζων ταῖς ἑαυτοῦ δυνάμεσι, τὴν θνητὴν καὶ ἀνθρωπίνην μου ἰσχὺν τῇ αὐτοῦ χάριτι δυναμοῖ· ἵν' ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφὺν περιεζωσμένος τὴν ἐξ αὐτοῦ χορηγουμένην μοι δύναμιν στῶ πρὸς τοὺς πολεμίους. Ἀλλὰ καὶ ὥσπερ εἴρηται· *Ὁ Θεὸς, ἄμωμος ἡ ὁδὸς αὐτοῦ·* οὕτως κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ καὶ ἐμὲ βουλόμενος εἶναι, καὶ τὴν ἐμὴν ὁδὸν ἔθετο ἄμωμον, διδασκαλίαις καὶ παραινέσεσιν καὶ παντοίοις μαθήμασι τὴν ὁδόν μου, τουτέστι τὴν ζωὴν καὶ τὸν βίον ἄμωμον καταρτιζόμενος. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἄμωμον*, Ἀκύλας, *τέλειον* (1), ἐκδέδωκεν. Ἔτι δὲ

πρὸς τούτοις, *καὶ τοὺς πόδας μου ὡσεὶ ἐλάφων* A *κατηρτίσατο*· περὶ ὧν ἐλάφων πολὺς ἐν τοῖς ἱεροῖς πράγμασι [γράμμασι] φέρεται λόγος. Ἐπὶ σχολῆς δ' ἄν τις τῶν προτεθέντων ἐξετάσας, εὕροι ἂν αὐτῶν τὸν νοῦν ἀναφερόμενον ἐπὶ τοὺς ἁγίους τοῦ Θεοῦ ἄνδρας, τοὺς ἀναιρετικοὺς παντὸς ἑρπυστικοῦ καὶ ἰοβόλου ζώου. Ἐπεὶ καὶ τῆς ἐλάφου τοιαύτη πέφυκεν ἡ φύσις, ὀφιοκτόνος οὖσα καὶ ἀναιρετικὴ παντὸς ἑρπετοῦ. Ὀρεινοβατὲς δὲ τὸ ζῶον καὶ δρομικὸν, ὡς καὶ οἱ ἅγιοι τοῦ Θεοῦ τὰ ἄνω σκοποῦντες, καὶ μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὰ ὑψηλὰ διώκοντες, πόθῳ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας. Τὴν πρὸς τοὺς ἁγίους τοίνυν ὁμοιότητα ἑαυτοῦ καὶ ὁ Δαυῒδ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ἀνατίθησι, λέγων ἑξῆς· *Καὶ ἐπὶ τὰ ὕψη μου ἱστῶν με*. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ἕτεροι καθέλκειν ἡμᾶς B καὶ καταβιβάζειν ἐπὶ τὰ βάθη καὶ τὰς κοιλάδας τῆς κακίας πειρῶνται· ἀλλ' ὁ Θεὸς ἡμῶν, οἷά τις ἀγωνοθέτης διδάσκων ἡμᾶς ἀγαθοὺς εἶναι δρομεῖς, ἐπὶ τὰ κατάλληλα ἡμῖν ὕψη παρορμᾷ· αὐτοῦ τε ἡ χάρις. Οὐ γὰρ ἡμετέρα δύναμις ἵστησιν ἐν τοῖς ἡμετέροις ὕψεσι· φύσει γὰρ ἀνθρώπου ψυχῇ τὸ οὐράνιόν ἐστιν οἰκητήριον· καὶ τὰ ἐκεῖ ὕψη οὐκ ἀλλότρια, ἀλλ' οἰκεῖα· διὸ, *Ἐπὶ τὰ ὕψη μου*, φησὶν, *ἱστῶν με*.

Διδάσκων χεῖράς μου εἰς πόλεμον, καὶ ἔθου τόξον χαλκοῦν τοὺς βραχίονάς μου. Καὶ ἔδωκάς μοι ὑπερασπισμὸν σωτηρίας, καὶ ἡ δεξιά σου ἀντελάβετό μου. Πρὸς τούτοις ἅπασιν ὑπερασπισμὸν σωτηρίας μοι δέδωκας, τὸν σὸν Υἱὸν καταπέμψας τῇ ἰδίᾳ ἀσπίδι ὑπὲρ ἐμοῦ μαχησόμενον. Ἀκριβῶς γὰρ ἐπιστήσεις τί ποτέ ἐστι τὸ διὰ πάσης Γραφῆς προφη- C τευόμενον σωτήριον τοῦ Θεοῦ περὶ οὗ καὶ Συμεὼν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἔλεγεν· *Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ· ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου*. — *Καὶ ἡ δεξιά σου ἀντελάβετό μου*. Τάχα δεξιὰ τοῦ Θεοῦ εἶναι δύναται ἐν ᾗ ἐστερέωσε τὸν οὐρανὸν, μονογενὴς Λόγος.

Καὶ ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με εἰς τέλος, καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει. Σύμμαχος δὲ ἐξέδωκε· *Καὶ τὸ ὑπακούειν με αὐξήσει με*. Ὁ δὲ Ἀκύλας· *Καὶ πραότητός σου ἐπλήθυνέ με* (1). *Ἐπλάτυνας τὰ διαβήματά μου ὑποκάτω μου*. Τὰ διαβήματα, καθ' ἃ ἐκ κακίας εἰς ἀρετὴν, καὶ ἐξ αἰσθητῶν ἐπὶ νοητὰ, καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος εἰς τὸν μέλλοντα αἰῶνα διαβαίνω, ἐπλάτυνας ὑποκάτω μου· D κατ' ἀρχὰς γὰρ στενὰ καὶ ἐπίπονα φαινόμενα τῷ τὴν τεθλιμμένην ὁδεύειν ὁδόν· ὑπεράνω αὐτῶν τῇ προκοπῇ γεγενημένος, πλατυνθέντα αὐτὰ ἐθεασάμην. Ὁ γὰρ ἀνωτέρω τῶν προκοπῶν γεγενημένος, τῷ ἐπὶ τέλος ἐφθακέναι, οὐκέτι αἴσθεται τῆς στενότητος, τῶν πόνων καὶ ἱδρώτων τῶν ἐπὶ ταῖς προκοπαῖς, ἐν εὐρυχωρίᾳ γεγενημένος. *Καὶ οὐκ ἠσθένησε τὰ ἴχνη μου*. Εἰ διηνεκῶς ἐν τῷ πονεῖν ἐτέλουν, κἂν ἠσθένησε τὰ ἴχνη μου, τουτέστι τοῦ ἔσω ἀνθρώπου τὰ σκέλη· ἐπειδὴ μετὰ τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς κα-

cervis multa in divinis instrumentis feruntur. Si quis vero per otium propositum argumentum excutiat, ad sanctos Dei viros sermonem spectare comperiet, qui serpentes omnes venenataque animalia de medio tollunt. Nam talis est cervorum natura, ut serpentes omneque venenatorum genus interficiant. Montanum item animal est ac cursu velox: quales sunt quoque sancti Dei, qui superna spectant, non terrena, sublimia vero quæritant; idque ex uno regni cœlestis amore. Eam sui ipsius cum sanctis similitudinem sibi David, gratia Dei fultus, ascribit, dum hæc subjungit, *et super excelsa mea statuens me*. Etsi namque alii sint, qui nos in nequitiæ valles detrahere ac abducere satagant; at Deus noster, ceu quidam certaminum præfectus, cum nos instituit ut boni cursores simus, ad congruentia nobis excelsa concitat: idipsum præstat ejus gratia. Neque enim virtute nostra in excelsis nostris constituimur: hominis quippe animæ ex natura sua cœleste domicilium est: atque excelsa illa, non aliena, sed propria ipsi sunt; quamobrem ait: *Super excelsa mea statuens me*.

VERS. 35, 36. *Qui docet manus meas ad prælium, et posuisti ut arcum æreum brachia mea. Et dedisti mihi protectionem salutis, et dextera tua suscepit me*. Ad hæc certe omnia protectionem salutis largitus mihi es, cum Filium tuum misisti proprio cum scuto pro salute mea pugnaturum. Accurate etenim animo perpendas velim, quodnam illud salutare Dei sit, in totius Scripturæ vaticiniis prædicatum, de quo Simeon in Evangelio ait: *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum* [78]. — *Et dextera tua suscepit me*. Dextera Dei ea fortasse fuerit, qua firmavit cœlum, scilicet unigenitum Verbum.

VERS. 37. *Et disciplina tua correxit me in finem, et disciplina tua ipsa me docebit*. Symmachus edidit, *et quod exaudiat me accrescere me faciet;* Aquila vero, *et mansuetudine tua replevit me*. — *Dilatasti gressus meos subtus me*. Gressus scilicet, queis ex nequitia ad virtutem, ex sensibilibus ad intelligibilia, a præsenti ad futurum sæculum transmigro, dilatasti subtus me: qui mihi ab initio angusti et ardui visi sunt, quod in arcta incederem via; sed in progressu superior illis effectus, dilatatos animadverti. Nam qui omni profectu superior evasit, et finem attigit, in lato spatio deductus, angustiam illam, labores, sudores, quos in profectu expertus erat, non ultra sentit. *Et non sunt infirmata vestigia mea*. Etsi in diuturno labore versatus, vestigia mea, id est, crura interioris hominis, infirmata essent; quia tamen labores virtutis causa susceptos quies excipit, non infirmantur, sed confirmantur

[78] Luc. II, 29, 30.

(1) In Hebraico exemplari legitur וְעַנְוְתְךָ תַרְבֵּנִי, quod est ut probe Hieronymus, *Et mansuetudo tua multiplicavit me*.

vestigia mea, ita ut dicere liceat : *Et statuisti in loco spatioso pedes meos*[76]. Imo vero qui Jesum sequitur, vestigiis ejus insistit : quoniam in via a Jesu Christo trita et frequentata progreditur, firma imprimit vestigia, ita ut vel ipso opere hæc vociferetur : In angustia ærumnarum *non sunt infirmata vestigia mea.*

A μάτους ἀνάπαυλα διαδέχεται, οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλ' ἰσχυροποιεῖται τὰ ἴχνη μου, ὥστ' ἂν εἰπεῖν· *Καὶ ἔστησας ἐν εὐρυχώρῳ τοὺς πόδας μου.* Ἀλλὰ καὶ ὁ Ἰησοῦ ἑπόμενος ἐπακολουθεῖ τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ· ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατεῖν τὴν τετριμμένην ὑπὸ Ἰησοῦ ὁδὸν ἰσχυρὰ κτᾶται τὰ ἴδια ἴχνη, ὡς ἔργῳ φάναι· *Οὐκ ἠσθένησε τὰ ἴχνη μου* ἐν τῇ στενοχωρίᾳ τῆς θλίψεως.

VERS. 38. *Persequar inimicos meos et comprehendam illos, et non convertar donec deficiant. Confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos.* Quot quantosque inimicos, opitulante Deo, superavit! Et hoc mihi, inquit, boni per gratiam tuam concessum est, ut pedes mei non coarctarentur, neque retibus inimicorum, vel offendiculis quæ objecerant interciperer. His quippe omnibus per te, Deus meus, amotis, liberam planamque mihi muniisti viam. Illud autem, *Cadent subtus pedes meos,* consona prophetico spiritui interpretatione donabis, si memineris illam Salvatoris ad apostolos factam promissionem, qua dicit illis : *Ecce do vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici*[77].

Καταδιώξω τοὺς ἐχθρούς μου καὶ καταλήψομαι αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἀποστραφήσομαι ἕως ἂν ἐκλείπωσιν. Ἐκθλίψω αὐτοὺς καὶ οὐ μὴ δύνωνται στῆναι, πεσοῦνται ὑπὸ τοὺς πόδας μου. Καὶ ὅσων ἐχθρῶν καὶ πολεμίων περιγέγονε διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας! Καὶ τοῦτο δέ μοι, φησὶν, παρὰ τῆς σῆς χάριτος ὑπῆρξε, τὸ μὴ στενοχωρηθῆναί μου τοὺς πόδας, καὶ τὸ μὴ δικτύοις τῶν ἐχθρῶν, καὶ τοῖς B σκανδάλοις τοῖς ὑπ' αὐτῶν προβεβλημένοις περιπαρῆναι. Ταῦτα γὰρ πάντα περιελὼν σὺ αὐτὸς ὁ Θεός μου, ὁμαλὴν κατηρτίσω μου τὴν πορείαν. Τὸ δὲ, *Πεσοῦνται ὑπὸ τοὺς πόδας μου,* νοήσεις ἐπαξίως τοῦ προφητικοῦ πνεύματος, τῆς τοῦ Σωτῆρος πρὸς τοὺς ἀποστόλους ἐπαγγελίας μνησθεὶς δι' ἧς πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν· *Ἰδοὺ δίδωμι ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.*

VERS. 40. *Et præcinxisti me virtute ad bellum, impedivisti omnes insurgentes in me, subtus me.* Me quidem, ait, virtute ac fortitudine roborasti. Qui superius dixerat, *Deus qui præcingit me virtute,* hic absolutum opus esse indicat his verbis, *et præcinxisti me virtute ad bellum, et inimicos meos dedisti mihi dorsum,* ii scilicet pœnitentia ducti inimicitiam deposuerunt; qui cum illa, quæ ex virtute oritur, fiducia expertes essent, a Patre in dorsum Jesu positi sunt; sic enim retro constituti, ipsum sequi valebunt. Fortassis autem hæc dicti hujusmodi sententia fuerit : Vir strenuus et probus, qui fiducia erga Deum instructus est, in conspectu Domini consistit : at improbus retrorsum malitiæ suæ causa ejectus, pone Dominum a dorso ponetur. Quandoquidem enim ipsi improbi, priores illi terga vertere, non vultum suum; ipse quoque homines aversatus, a tergo habebit. Quod si justus quilibet hæc proferat, jure dicas, improbas potestates, si quidem in conspectum veniant, intuentes se ob deformitatem lædere, sin a tergo projiciantur, nihil possunt mali adversus illos machinari, secundum illud : *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores*[78].

Καὶ περιέζωσάς με δύναμιν εἰς πόλεμον, συνεπόδισας πάντας τοὺς ἐπανισταμένους ἐπ' ἐμὲ ὑποκάτω μου. Ἐμοὶ μὲν, φησὶν, ἀνδρείαν ἐδωρήσω καὶ ῥώμην. Εἰπὼν ἀνωτέρω· *Ὁ Θεὸς ὁ περιζωννύων με δύναμιν,* ἐνταῦθα καὶ τοῦ ἔργου τὸ ἀποτέλεσμα C διδάσκει λέγων· *Καὶ περιέζωσάς με δύναμιν εἰς πόλεμον· καὶ τοὺς ἐχθρούς μου ἔδωκάς μοι νῶτον·* οἱ ἐκ μετανοίας ἄρτι τῆς ἔχθρας ἀπαλλαττόμενοι, διὰ τὸ μηδέπω τὴν ἐπ' ἀρετῇ παῤῥησίαν ἔχειν, τεθεῖεν τοῦ Ἰησοῦ νῶτος ὑπὸ τοῦ Πατρός· οὕτω γὰρ καὶ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ ὀπίσω γενόμενοι δυνήσονται. Τάχα δὲ καὶ τοῦτο ῥηθείη· Ὁ σπουδαῖος, παῤῥησίαν πρὸς τὸν Θεὸν κεκτημένος, ἐνώπιον Κυρίου παρίσταται· ὁ δὲ φαῦλος, ὀπίσω ἐκβαλλόμενος διὰ τὴν ἰδίαν κακίαν, νῶτος τεθήσεται τοῦ Κυρίου. Ἐπεὶ γὰρ πρότεροι αὐτοὶ οἱ φαῦλοι ἔστρεψαν πρὸς αὐτὸν νῶτα, καὶ οὐχὶ πρόσωπα αὐτῶν, καὶ αὐτὸς, ἀποστραφεὶς αὐτοὺς, νῶτος αὐτοὺς (1) ἕξει. Εἰ δὲ καὶ πᾶς δίκαιος ταῦτα λέγοι, ἐρεῖς, ὅτι αἱ μοχθηραὶ δυνάμεις, εἰς πρόσωπον ἐρχόμεναι, βλάπτουσι τοὺς ὁρῶντας, διὰ παντὸς D ὄντες εἰδεχθεῖς· εἰς νῶτον δὲ ῥιφέντες, οὐδὲν δυνήσονται ἐπὶ τούτου τεκταίνεσθαι, κατὰ τό· *Ἐπὶ τοῦ νώτου μου ἐτέκταινον οἱ ἁμαρτωλοί.*

VERS. 47-49. *Vivit Dominus, et benedictus Deus meus, et exaltetur Deus salutis meæ. Deus qui das vindictas mihi, et subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis.* Quamvis enim sese humiliaverit cum inclinavit cœlos et descendit; at excelsus tamen est secundum illud : *Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen quod est super omne nomen*[79]. *Deus qui das vindictas mihi et subdis populos sub me, liberator meus de inimi-*

Ζῇ Κύριος, καὶ εὐλογητὸς ὁ Θεός μου, καὶ ὑψωθήτω ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου. Ὁ Θεὸς ὁ διδοὺς ἐκδικήσεις ἐμοὶ, καὶ ὑποτάξας λαοὺς ὑπ' ἐμὲ, ὁ ῥύστης μου ἐξ ἐχθρῶν ὀργίλων. Εἰ γὰρ καὶ ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, κλίνας οὐρανοὺς καὶ καταβὰς, ἀλλ' ὑψηλός ἐστι, κατὰ τό· *Ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσεν καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. Ὁ Θεὸς ὁ διδοὺς ἐκδικήσεις ἐμοὶ, καὶ ὑποτάσσων λαοὺς ὑπ' ἐμὲ, ὁ ῥύστης μου ἐξ ἐχ-*

[76] Psal. xxx, 9. [77] Luc. x, 19. [78] Psal. cxxviii, 3. [79] Philipp. ii, 9.

(1) *Νῶτος...* ἕξει. Forte legendum νῶτον pro νῶτος. EDIT.

θρῶν μου ὀργίλων, ἀπὸ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ ὑψώσεις με, καὶ ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου ῥῦσαί με. Τῷ μὲν γὰρ ἀπειθοῦντι λαῷ καὶ ἀντιλέγοντι ἐπάξειν τὰς ἐκδικήσεις καὶ τὰς τιμωρίας εἴρηται· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Ὁ Θεὸς ὁ παρασχὼν τιμωρίας ἐμοί·* τῷ δ' ἑτέρῳ τάγματι περὶ οὗ ἀνωτέρω εἴρηται· *Καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν. Λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων ἐδούλευσέ μοι·* τούτῳ τὴν ὑποταγὴν τὴν ὑπ' αὐτὸν χαρίζεται. Διὸ ἐπιλέγει κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Καὶ ὑποτάσσων λαοὺς ἐπ' ἐμέ. Οὗτος καὶ ῥύστης μου,* φησὶ, *γέγονεν ἐξ ἐχθρῶν μου ὀργίλων, καὶ ἐκ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ ὕψωσέ με, ὁ δ' αὐτὸς καὶ ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου ἐῤῥύσατό με.* Δι' ὧν σαφῶς παρίστησιν ἐχθρούς τινας αὐτοῦ καὶ ἀνθεστηκότας· καὶ παρὰ τούτους ἕτερόν τινα ἄνδρα, μεστὸν ὡς ἀληθῶς πάσης ἀδικίας. Σημαίνει δὲ ὁ λόγος διὰ τούτων προφητικῶς τοὺς ἄρχοντας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους καὶ τὸν προδότην Ἰούδαν, παντὸς ἀδίκου χείρονα γενόμενον, ὅτι δὴ, τοιούτων ἀξιωθεὶς παρὰ τοῦ Σωτῆρος, τοῖς ἐναντίοις αὐτὸν ἠμείψατο.

Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι, Κύριε, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ. Μεγαλύνων τὰς σωτηρίας τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, καὶ ποιῶν ἔλεος τῷ χριστῷ αὐτοῦ Δαυΐδ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, ἕως αἰῶνος. Ἐπὶ τὸ ἕτερον μεταβαίνει, ὡς ἂν εἴποι τις τὸ δεξιὸν τάγμα, καὶ ἔστιν ἔργοις αὐτοῖς καὶ ὀφθαλμοῖς παραλαβεῖν· ὥσπερ ὁ Δαυΐδ μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν, ὥσπερ εἰσέτι καὶ νῦν ζῶν καὶ σὺν ἀνθρώποις πολιτευόμενος, διὰ τῶν ἑαυτοῦ γραφῶν ᾠδῶν τε καὶ ὕμνων ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι ψάλλει τῷ Θεῷ τῶν ὅλων· καὶ ὁ ἐκ σπέρματος δι' αὐτοῦ γεγονὼς, οὗ εἰς πρόσωπον ἀναφέρεται τὰ προκείμενα, ὁμοίως κρείττων γενόμενος τῶν ἐπιβεβουλευκότων αὐτῷ, εἴποι ἄν· *Καὶ ἀπὸ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ ὑψώσεις με.* Ἐκείνους μὲν οὖν καταλείπει· τὴν δὲ χάριν τὴν ἐξ αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν μεταδίδωσιν· εἰσέτι τε καὶ νῦν πανταχοῦ γῆς αὐτὸς παρὼν, καὶ μέσος τῶν εἰς αὐτὸν ἠλπικότων ἑστὼς, τῷ Πατρὶ διὰ τῆς ἑαυτοῦ Ἐκκλησίας ἐξομολογεῖται· διό φησι· *Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι, Κύριε, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ.*

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΙΗ'.

Καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς τῶν εἰς ἀγαθὸν τέλος παραπεμπόντων τυγχάνει· ἀλλὰ καὶ *εὐχαριστήριος* ἀναγράφῃ (sic) *ᾠδὴ τοῖς τοὺς ἐχθροὺς καταγωνισαμένοις ἐπινίκιος εἰρημένη.* Διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· *Ἐπινίκιος ᾠδὴ τοῦ Δαυΐδ.* Ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἀνακεῖσθαι τῷ τὰς νίκας δωρουμένῳ Θεῷ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *Τῷ νικοποιῷ μελῴδημα,* λέλεκται.

Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. Διδασκαλίαν περιέχει τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλουργίας παραστατικήν. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ ἀφανὲς καὶ ἀόρατον τῆς ἀσωμάτου καὶ ἀγενήτου καὶ θεϊκῆς οὐσίας, διὰ τὸ μὴ σαρκὸς ὀφθαλμοῖς καταλαμβάνεσθαι, οἱ τὰ ὄμματα τῆς ψυχῆς πεπηρωμένοι τῆς τῶν ὄντων ὑπάρξεως ἐξεβλήκασιν, ἀθέοις στόμασιν ἀποφηνάμενοι μὴ εἶναι Θεὸν, μηδὲ ὑπάρχειν τι κρεῖττον τῶν ἐν σώμασιν

A *cis meis iracundis. Ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripe me.* Inobsequenti ac repugnanti populo, vindictam inferendam esse dicitur: aut, secundum Symmachum, *Deus, qui præbes ultiones mihi;* alius vero est ordo genusque hominum, de quo superius (vers. 44, 45) dictum, *constitues me in caput gentium. Populus quem non cognovi servivit mihi;* hunc, inquam, obsequentem ei constituit. Quare secundum Symmachum subdit, *et subjiciens populos super me.* Hic item fuit, *liberator meus ex inimicis meis iracundis, et ab insurgentibus in me exaltavit me, a viro iniquo eripuit me.* Quibus palam indicat, inimicos sibi et adversarios esse: ac præter eos alium quemdam virum omni prorsus iniquitate plenum. His porro
B prophetico more indicantur principes Judaici populi, ac Judas proditor, quovis iniquo homine deterior, qui tot beneficiis a Salvatore ornatus, contrariam sceleratamque vicem retulit.

Vers. 50, 51. *Propterea confitebor tibi in nationibus, Domine, et nomini tuo psalmum dicam. Magnificans salutes regis ejus, et faciens misericordiam christo suo David, et semini ejus usque in sæculum.* Ad alterum, et, ut ita dicam, dextrum ordinem sermonem transfert, ut vel ipsis rebus atque oculis animadvertere est. Quemadmodum David post Salvatoris nostri adventum, hactenus quasi in vivis esset ac cum hominibus versaretur, censeri potest, ac per scripta sua, cantica, hymnos
C in omnibus gentibus psallit universorum Deo; ita is qui ex semine ejus factus est, ad cujus personam ea quæ jam tractamus dicta referuntur, cum pari ratione insidiantes sibi superaverit, jure dicat, *et ab insurgentibus in me exaltabis me.* Illos itaque missos facit; gratiamque ac veritatem suam universis gentibus impertit: etiam nunc ubique terrarum præsens ipse, et in medio eorum qui in se speravere consistens, per Ecclesiam suam confitetur; quamobrem ait: *Propterea confitebor tibi in nationibus, Domine, et nomini tuo psalmum dicam.*

1. IN FINEM, PSALMUS DAVID XVIII.

Præsens quoque psalmus cum iis censendus qui ad bonum finem transmittunt; imo quoque *gratiarum*
D *rum actionis* inscriptus est, *canticum iis qui inimicos debellarunt, triumphale dictum.* Quare secundum Symmachum dicitur, *Triumphale canticum Davidis.* Sed etiam quia Deo victoriarum auctori consecratur, secundum Aquilam, *Victoriæ largitori modulatio,* inscribitur.

Vers. 2. *Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.* Doctrinam complectitur, qua magnum illud Dei opificium enarratur. Quia enim latentem invisibilemque divinam substantiam, incorpoream et non factam, quod carnalibus oculis attingi et cognosci nequeat, qui mentis oculis obcæcati erant, e natura rerum expulerunt; dum atheo impioque ore, nullum esse Deum, nec quidpiam cor-

[illegible] præstantius [illegible] fusiam ac [illegible] congressu, casu ac [illegible] universum mundum con[illegible] sermone, psal[illegible] demonstrationem, vim [illegible] Dei scientiam compro[illegible] Mortalium natura exi[illegible] hominum cogitationes ignavæ, [illegible] incertæ sunt. Quare divinæ [illegible] narrandæ multum impares su[illegible] humanis vocibus, non lingua car[illegible] possunt digna ac probe excogitata [illegible]. Quod si cui libuerit, effi[illegible] et Deo dignam doctrinam [illegible] mentis sensus prævalidi fue[illegible] intendat, seseque concitet ad ea [illegible] quæ hic de immensa illa Dei virtute [illegible] quæque ipsi cœli, totum in se complectentes, Creatorem suum universorumque opificem hymnis et canticis celebrantes, proferunt. Ipsi namque cœli qui supremi omnium sunt, et sibi supposito firmamento eminent, qui universam cum sensibilem tum intellectu præditam naturam ambiunt, gloriam Dei non Græca lingua, non alia dialecto prædicant; sed ipsis operibus, per suum videlicet ornatum, per concinnam, harmonicam et sapientissimam constitutionem, auctorem illius ita recte ordinati motus, ejusque immensam virtutem edocent. *Ex magnitudine enim et pulchritudine creaturarum proportione quadam creator earum spectatur* [80]; et: *Invisibilia ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque ejus virtus et divinitas* [81]. Quisquis ergo, absque ulla creatrice ratione, sine divina aliqua virtute, cœlos suam condidisse substantiam, tantam illam magnitudinem talemque formam adornasse putat, ac ita concinnum ordinatumque motum corporibus ipsis ascripsit, is sane stultus et impius est. Quamobrem eos qui sana mente sunt par est una confiteri, se tantum non audire cœlorum vocem, vel ipso opere clamantem, congruentemque Deo, factori et opifici suo, gloriam emittentem.

ὁρωμένων· αὐτομάτῳ δὲ καὶ ἀλόγῳ συντυχίᾳ, εἰκῇ καὶ μάτην ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας ὑποστῆναι τὸν πάντα κόσμον· ἀναγκαίως ὁ παρὼν λόγος διὰ τῆς ψαλμῳδίας ἀποδεικτικῶς καὶ μετὰ δημιουργικῆς τῶν ὅλων δυνάμεως τὴν θεολογίαν παρίστησι, τοιοῦτόν τινα λογισμὸν διεξιών. Θνητῶν μὲν φύσις μικρὰ τυγχάνει καὶ ἀσθενής· λογισμοί τε ἀνθρώπων δειλοὶ, καὶ ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι ἡμῶν· διὸ πλεῖστον ὅσον ἀποδέομεν τῆς κατ' ἀξίαν τοῦ Θεοῦ δοξολογίας. Οὐδὲ γὰρ ἀνθρώπων φωναῖς, οὐδὲ γλώττῃ σαρκὸς καὶ χείλεσιν δύνασθαί ποτε νομίζειν ἐπάξιον περὶ Θεοῦ λόγον ἀποδίδοσθαι. Εἰ δὲ χρὴ διδασκαλίας ἐνεργοῦς καὶ μεγίστης αὐτῷ τε πρεπούσης τῷ Θεῷ ἐπακούειν, εἴ τις ἔῤῥωται τῆς ψυχῆς τὰ αἰσθητήρια, συντεινάτω ἑαυτὸν καὶ διεγειράτω πρὸς ἀκρόασιν ἐπαξίως ἀναφωνουμένην τῆς ἀπειρομεγέθους δυνάμεως τοῦ Θεοῦ· ἣν αὐτοὶ προφέρονται οἱ τὸν σύμπαντα περιέχοντες οὐρανοὶ, τὸν ἑαυτῶν κτίστην καὶ ποιητὴν τῶν ὅλων Θεὸν ᾠδαῖς καὶ δοξολογίαις ἀνυμνοῦντες. Αὐτοὶ γὰρ οἱ ἀνωτάτω πάντων, καὶ τοῦ ὑποβεβηκότος στερεώματος ὑπερκείμενοι οὐρανοὶ, οἱ σύμπασαν περιειληφότες τὴν αἰσθητὴν καὶ πνευματικὴν κτίσιν, τὴν δόξαν Θεοῦ οὐχ Ἑλληνικῇ φωνῇ φθεγγόμενοι, οὐδ' ἑτέρᾳ τινὶ διαλέκτῳ χρώμενοι, αὐτῷ δὲ ἔργῳ διὰ τοῦ ἑαυτῶν κόσμου καὶ τῆς εὐρύθμου καὶ ἐναρμονίου καὶ πανσόφου στάσεως, τοῦ αἰτίου αὐτοῖς τῆς τοιᾶσδε κινήσεως τὴν ἀπειρομεγέθη δύναμιν ἐκδιδάσκουσιν. *Ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται*· καὶ, *Τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται· ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θεότης.* Ὁ οὖν τοὺς οὐρανοὺς νομίζων δίχα τινὸς δημιουργικοῦ λόγου καὶ θείας ἄνευ δυνάμεως ἑαυτοὺς ὑποστήσασθαι, καὶ τοῦ τοσοῦδε μεγέθους καὶ τοῦ τοιοῦδε σχήματος, τῆς τε εὐσταθοῦς καὶ εὐτάκτου κινήσεως τὴν αἰτίαν τοῖς σώμασιν αὐτῶν προσγράφων, ἄφρων καὶ ἀσεβής. Διὸ τοὺς ἔμφρονα νοῦν κεκτημένους προσήκει συνομολογεῖν μονονουχὶ φωνῆς ἀκούειν ἔργῳ βοώσης αὐτῶν τῶν οὐρανῶν, τὴν πρέπουσαν δόξαν ἀναπεμπόντων τῷ ἑαυτῶν ποιητῇ καὶ δημιουργῷ Θεῷ.

Pari quoque modo firmamentum, quod secunda creationis die Moyses factum declaravit; hoc inquam firmamentum, quod aliud est a jam memoratis cœlis, omnibus prædicat, et similiter clamat, indicatque, se non spontanea coalitione in talem formam deductum; sed opus esse omnium rerum conditoris Dei. Quamobrem dictum est: *Et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.* Noverat autem Moyses, ante firmamenti constructionem cœlum, vel priusquam dies fieret, conditum fuisse; nam dicit: *In principio fecit Deus cœlum et terram* [82]. Ac deinceps post primum cœlum conditum, lucis vim ac creationem affert, docetque luci diei nomen inditum, factumque fuisse mane et vespere diem primum. Postea ubi secundam ordi-

Οὕτω δὲ καὶ τὸ στερέωμα, ὃ δὴ Μωϋσῆς κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν τῆς κοσμοποιίας γεγονέναι παρίστη· καὶ τοῦτο τοιγαροῦν τὸ στερέωμα, ἕτερον ὂν παρὰ τοὺς προωνομασμένους οὐρανοὺς, κηρύττει τοῖς πᾶσι καὶ κέκραγε διδάσκων, ὅτι μὴ ἐξ αὐτομάτου τοιόνδε ὑπέστη· ἔργον δέ ἐστι καὶ αὐτὸ τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ Θεοῦ· διὸ εἴρηται· *Ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα.* Οἶδε δὲ Μωϋσῆς πρὸ τῆς τοῦ στερεώματος συστάσεως οὐρανὸν πρότερον τῆς ἡμέρας γεγενημένον, λέγων· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Ἑξῆς δ' οὖν μετὰ τὴν ποίησιν τοῦ πρώτου οὐρανοῦ φωτὸς εἰσάγει δύναμιν καὶ γένεσιν, ἡμέραν τε διδάσκει τὸ φῶς κεκλῆσθαι, γεγονέναι τε πρωΐαν φησὶ καὶ ἑσπέραν, ἡμέραν μίαν. Εἶτα δευτέρας ἡμέρας ἀρχόμενος, τὴν τοῦ στερεώματος

[80] Sap. XIII, 5. [81] Rom. I, 20. [82] Genes. I, 1.

εἰσάγει ποίησιν. Οἶδε δὲ ἡ Γραφὴ καὶ πλείους οὐρανούς· διό φησιν· *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν·* καὶ πάλιν· *Αἰνεῖτε αὐτὸν οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν·* καὶ ἀλλαχοῦ εἴρηται· *Ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ.* Καὶ τὸ στερέωμα κέκληται οὐρανὸς, καὶ ὁ Σωτὴρ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἐπαγγέλλεται, καὶ ἐν τῇ εὐχῇ διδάσκει εἰπεῖν· *Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς,* καὶ, *Αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται.*

Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. Διδάσκει ἡμέρα καὶ διδάσκει νὺξ τοὺς ἐθέλοντας παιδεύεσθαι, ὅση τίς ἐστιν ἡ σοφία ἡ ἄῤῥητος καὶ ἀπερίληπτος δύναμις τοῦ τὰ διαστήματα τῶν χρόνων καταμετρήσαντος αὐτοῖς Θεοῦ. Εἰ μὲν γὰρ μηδεὶς ἦν ὁ καὶ ταύταις ὥραις καὶ χρόνους καὶ καιροὺς διαταξάμενος, ἀπρονοήτῳ δὲ καὶ ἀλόγῳ κινήσει κατά τι σύμβαμα τυχιμαῖον ὑφεστῶτα ἦν· ἐχρῆν δήπου μὴ τὰ ἴσα διαστήματα τῶν ἡμερῶν διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος ὑφεστάναι, ἢ συγκεχυμένους αὐτῶν εἶναι τοὺς καιροὺς, καὶ τὰς νύκτας δὲ ὡσαύτως εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν φέρεσθαι. Ἀλογίας γὰρ ἀδελφὴ ἀταξία, καὶ τῷ τυχιμαίῳ ἕπεται σύγχυσις· ὡς ἔμπαλιν πάσης εὐταξίας ἡγεῖται λόγος, ἁρμονίας τε καὶ συμφωνίας ἡγεῖται σοφία. Αἱ τοίνυν τούτων πρὸς ἀλλήλας ἀμοιβαὶ καὶ ὑποχωρήσεις, ποτὲ μὲν ἡμερῶν μηκυνομένων, ὑποχωρουσῶν δὲ αὐτῶν νυκτῶν, ποτὲ δὲ τῶν νυκτῶν τὸ προδεδανεισμένον χρέος κατὰ τὴν τῶν ὡρῶν αὔξησιν ἀπολαμβανουσῶν, μονονουχὶ φθέγγονται καὶ λαλοῦσι μεγάλῃ φωνῇ τῇ πανσόφῳ διατάξει τοῦ τῶν ὅλων μαρτυροῦσαι Θεοῦ, καὶ κηρύττουσιν ἀνθρώποις τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν· οὕτω δὲ κεκραγόσιν αὐτοῖς ἔργοις αἱ τῶν ἡμερῶν καὶ τῶν νυκτῶν φωναὶ τοῖς ἐπαΐειν αὐτῶν δυναμένοις, ὡς μηδεμίαν ἀκοὴν λανθάνειν τὴν διδασκαλίαν αὐτῶν.

Πεπλήρωται γοῦν ἡ σύμπασα τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένη τῆς εὐρύθμου καὶ ἀμοιβαίας αὐτῶν χορείας· δι' ἃ λέλεκται· *Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν·* δῆλον δὲ, ὅτι τῶν ἡμερῶν καὶ τῶν νυκτῶν, τῶν τε *διηγουμένων τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν* οὐρανῶν, καὶ τοῦ *τὴν ποίησιν τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐξαγγέλλοντος* στερεώματος. Ἔνθα δὲ γενομένῳ μοι θαυμάζειν ἔπεισιν, ὅπως ὁ ἱερὸς ἀπόστολος τό· *Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν,* ἐπὶ τοὺς μαθητὰς καὶ εὐαγγελιστὰς καὶ ἀποστόλους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνήνεγκεν ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ. Ἐπιστήσας δὲ τὸν νοῦν τῇ ἀποστολικῇ λέξει, σφόδρα ἀκριβῶς εὗρον αὐτὸν καταχρηστικῷ τρόπῳ εὐκαίρως τὴν παράθεσιν πεποιημένον· οὐ γὰρ ὥσπερ ποτὲ μὲν ἔφη· *Ἡσαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ,* ποτὲ δὲ, *καθὼς προείρηκεν Ἡσαΐας·* καὶ πάλιν· *Καθὼς γέγραπται·* καὶ αὖθις·

A tur diem, firmamenti creationem inducit. Scriptura vero complures cœlos novit admittitque; quocirca dicit: *Laudate Dominum de cœlis*[83]; ac rursum: *Laudate eum, cœli cœlorum, et aqua omnis quæ super cœlos est*[84]. Alibi quoque dictum occurrit: *Cœlum cœli Domino*[85]. Firmamentum item cœlum vocatur, et Salvator regnum cœlorum pollicetur, ac ita precandum esse instituit: *Pater noster, qui es in cœlis*[86]; et: *Virtutes cœlorum movebuntur*[87].

VERS. 3. *Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam.* Docet dies, docet itemque nox eos qui institui peroptant, quam ineffabilis sapientia, quam incomprehensibilis virtus sit Dei, qui ipsis temporum intervalla dimensus est. Si nam-
B que nullus esset qui his tempestatibus spatia et interstitia destinasset, sed temerario et inconsiderato motu atque casu quopiam hæc exsisterent; oporteret sane non æqualibus spatiis dies a sæculo ordinatas fuisse, aut confusa earum, similiterque noctium tempora, casu ac fortuito revolvi. Etenim temerario casui finitimus est inconditus rerum status, et fortuitam rem sequitur confusio; ut vice versa rectum ordinem ratio dirigit, concentumque ac concordiam rerum sapientia administrat. Mutuæ sane illorum vicissitudines et concessiones; nam modo dies, concedente nocte, prolixiores sunt, modo noctes debitum ac mutuo datum spatium aucta hieme ac tempestate repetunt; hæc, inquam, tantum non vociferantur, ac ceu
C edito clamore sapientissimum illum ab universorum Deo constitutum ordinem deprædicant, hominibusque Dei notitiam annuntiant. Sic vel ipsis gestis operibus dierum noctiumque voces iis qui auditu valent inclamant, ut per omnium aures doctrina eorum pervadat.

Universus itaque orbis, qui ab hominibus incolitur, concinnis hujusmodi ac mutuis choreis repletum est; quare dicitur: VERS. 4, 5. *Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum,* videlicet dierum ac noctium, nec non cœlorum, *qui enarrant gloriam Dei,* et firmamenti, *quod opera ma-*
D *nuum ejus annuntiat.* Hic porro mihi hæc contemplanti mirari subit, quo pacto sanctus Apostolus illud: *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum,* ad discipulos, evangelistas et apostolos Salvatoris nostri in sua ad Romanos Epistola referat[88]. Dum autem apostolicum dictum animo perpenderem, deprehendi ipsum apposite admodum et opportune hujusmodi accommodationem advexisse: non enim ut aliis in locis modo sic effatur, *Isaias autem clamat de Israele*[89]; modo sic, *ut prædixit Isaias*[90]; rursus vero, *Quemadmodum scriptum est*[91]; iterumque, *Di-*

[83] Psal. CXLVIII, 1. [84] ibid. 4. [85] Psal. CXIII, 16. [86] Matth. VI, 9. [87] Luc. XXI, 26. [88] Rom. X, 13. [89] Rom. IX, 27. [90] ibid. 29. [91] I Cor. I, 31.

cit enim Scriptura [92]; non sic, inquam, illud, *In omnem terram exivit sonus eorum*, cum simili additamento protulit. Nam si quidpiam hujusmodi præmisisset, esset fortasse qui putaret ipsum huic psalmi dicto vim intulisse. At hic simplici modo psalmi sententia usus videtur; ita ut jure dici possit ipsum opportuna utilique ratione, atque apposite hoc testimonium adhibuisse.

A *Λέγει γὰρ ἡ Γραφή*· οὐχ οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ· *Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν*, εἴρηκε μετὰ προσθήκης ὁμοίας τοῖς προεκτεθεῖσιν. Εἰ γάρ τι τοιοῦτον προφήσας εἶπε, τάχ' ἄν τις ἐλάβετο ὡς βεβιασμένως ἐκδεξαμένου τὴν ἐν τῷ ψαλμῷ ῥῆσιν· νυνὶ δὲ ἁπλῇ φράσει φαίνεται συγχρησάμενος τῇ ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ παραθέσει· διὸ εἴποι τις αὐτὸν καταχεχρῆσθαι εὐκαίρως καὶ ὠφελίμως καὶ εὐρύθμως τῇ μαρτυρίᾳ.

VERS. 6, 7. *In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exsultabit ut gigas ad currendam viam suam, a summo cælo egressio ejus, et occursus ejus usque ad summum cæli, nec est qui se abscondat a calore ejus.* Præter supra dicta, sol quoque Deo referendæ gloriæ magister inducitur; utpote qui Domini ac magni regis inviolatam observet legem. Nunquam enim alium præter statutum sibi cursum inire audet, nunquam definitos in cœlesti constitutione terminos transgreditur. Sed mane quasi ex remoto inaccessoque thalamo, speciosus tanquam sponsus, ac lucis flore decoratus egreditur: ac postquam horizontem orientalem transcendit, totum mundum permeat, nunquam defessus, proprium statumque sibi curriculum conficit. Circuit porro quasi gigas robore prævalidus atque invictus, orsus a summo centro horizontis orientalis, ceu a repagulo, atque uno diei noctisque spatio totum percurrit orbem, ut nemo caloris ejus expers fuerit. Illud autem peragit, ut nutui opificis sui, qui ipsum in firmamento constituit, obsequatur. Ideo dictum est: *In sole posuit tabernaculum suum.* Quod tametsi dilucide prolatum, apertius tamen a reliquis interpretibus explicatum est: nam Aquila sic habet, *Soli posuit tabernaculum in ipsis;* Symmachus vero, *Soli ordinavit tabernaculum in ipsis;* Theodotio, *Soli posuit tabernaculum in ipsis;* pari quoque modo quinta editio exposuit. Nam in supra memoratis cœlis, et in firmamento, tabernaculum et domicilium Deus soli reposuit, secundum illud a Moyse dictum: *Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut præesset diei; et luminare minus, ut præesset nocti, et stellas. Et posuit eas in firmamento cœli, ut lucerent super terram* [93]. His autem declarat sol, et tantum non clamat, se nequaquam sui dominum ac liberum esse; sed et sui et omnium Domini notitiam præbere.

Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ. Ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν αὐτοῦ· ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ, καὶ τὸ κατάντημα αὐτοῦ ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ· καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀποκρυβήσεται τὴν θέρμην αὐτοῦ. Πρὸς B τοῖς εἰρημένοις τῆς τοῦ Θεοῦ δοξολογίας διδάσκαλος καθέστηκεν ὁ ἥλιος, οἷα δεσπότου καὶ μεγάλου βασιλέως νόμον ἀπαράβατον τηρῶν. Οὐ γάρ ποτε ἄλλην τρέπεσθαι παρὰ τὴν ὁρισθεῖσαν αὐτῷ πορείαν τολμᾷ, οὐδ' ὑπερβαίνει τοὺς ὅρους τῆς κατ' οὐρανὸν διατάξεως· ἀλλ' ἐκπορεύεται μὲν ὄρθριος, ὥσπερ ἐξ ἀδύτου καὶ ἀβάτου νυμφῶνος προϊών, ὡραϊσμένος δὲ οἷα νυμφίος καὶ τῷ τοῦ φωτὸς ἠγλαϊσμένος ἄνθει· ἐπειδὰν τὸν ὁρίζοντα τὸν ἀνατολικὸν ὑπερβῇ, τὸν σύμπαντα διιππεύει κόσμον, ἀκοπιάστως τὸν οἰκεῖον ἐξανύων δρόμον. Κυκλοῖ δὲ κυκλῶν οἷά τις γίγας ἰσχυρὸς τὴν ἀλκὴν καὶ ἄμαχος, ὥσπερ ἐκ νύσσης ἀρξάμενος ἀπ' ἄκρου κέντρου τοῦ κατὰ ἀνατολὰς ὁρίζοντος, διατρέχων νυχθημέρῳ ἑνὶ τὸν σύμπαντα κόσμον, ὡς C μηδένα ἀνεπαίσθητον εἶναι θέρμης. Ταῦτα δὲ ἐνεργεῖ δουλεύων τῷ τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν νεύματι, καὶ τεθεικότος ἐν τῷ στερεώματι. Διὸ εἴρηται· *Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ.* Ὅπερ σαφῶς εἰρημένον, λευκότερον ἡρμήνευσαν οἱ λοιποί· ὁ μὲν Ἀκύλας εἰπών· *Τῷ ἡλίῳ ἔθετο σκήνωμα ἐν αὐτοῖς* (1)· ὁ δὲ Σύμμαχος· *Τῷ ἡλίῳ ἔταξε σκηνὴν ἐν αὐτοῖς*· ὁ δὲ Θεοδοτίων, *Τῷ ἡλίῳ ἔθετο σκήνωμα ἐν αὐτοῖς*· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις ἐξέδωκεν. Ἐν γὰρ τοῖς προλεχθεῖσιν οὐρανοῖς καὶ ἐν τῷ ἀποδοθέντι στερεώματι τὸ τοῦ ἡλίου σκήνωμα καὶ τὸ οἰκητήριον τέθειται ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ λελεγμένον παρὰ Μωϋσεῖ· *Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους· τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν φωστῆρα τὸν* D *ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς, καὶ τοὺς ἀστέρας. Καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς*· Διὰ τούτων δεικνὺς ὁ ἥλιος καὶ μονονουχὶ βοῶν· μὴ αὐτὸς εἶναι ἑαυτοῦ κύριος, μηδ' ἐλεύθερος τυγχάνειν, γνωρίζειν δὲ τὸν καὶ ἑαυτοῦ καὶ πάντων Δεσπότην.

VERS. 8-12. *Lex Domini immaculata, convertens animas; testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis. Justificationes Domini rectæ, lætificantes corda; præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Timor Domini castus, permanens in sæculum sæculi: judicia Domini vera,*

Ὁ νόμος Κυρίου ἄμωμος ἐπιστρέφων ψυχάς· ἡ μαρτυρία Κυρίου πιστὴ σοφίζουσα νήπια. Τὰ δικαιώματα Κυρίου εὐθέα εὐφραίνοντα καρδίαν· ἡ ἐντολὴ Κυρίου τηλαυγὴς φωτίζουσα ὀφθαλμούς. Ὁ φόβος Κυρίου ἁγνὸς διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος· τὰ κρίματα Κυρίου ἀληθινὰ δεδικαιωμένα

[92] Rom. x, 11. [93] Gen. i, 16, 17.

(1) In Hebraico legitur, לשמש שם־אהל בהם, *soli posuit tabernaculum in ipsis.*

ἐπὶ τὸ αὐτό· *ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολὺν, καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον. Καὶ γὰρ ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτὰ, ἐν τῷ φυλάσσειν αὐτὰ ἀνταπόδοσις πολλή.* Ταῦτα δὲ πάντα περιείληφεν ὁ τοῦ Θεοῦ νόμος ὑπὲρ ἐπιστροφῆς τῆς ψυχῆς. Μαρτυρίας γὰρ πρῶτον περιέχει καὶ δικαιώματα καὶ ἐντολάς. Ἔπειτα τούτοις ἅπασιν ἐπήρτησεν, ὥσπερ βακτηρίαν ἐπιστρεπτικὴν, τὸν φόβον, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὥσπερ κορωνίδα τὰ κρίματα ἐπέθηκε τοῦ Θεοῦ. Ἑκάστῳ δὲ τῶν εἰρημένων ἰδίωμα συνῆψε· τῷ μὲν κατὰ πάντα γενικῷ ὠνομασμένῳ νόμῳ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιστροφήν· ὅπως δὲ ἐπιστρέφει ψυχὴ, διὰ τῶν ἑξῆς παρίστησι, μαρτυρίαν πιστὴν εἰπὼν δι' ἧς σοφίζεται ὁ ἐν Χριστῷ νήπιος· ἔπειτα δικαιώματα Κυρίου, καὶ τούτων ἰδίωμα προσθεὶς τὸ εἶναι αὐτὰ εὐθέα, καρπόν τε τοῖς μεταλαμβάνουσι παρέχοντα τὴν εὐφροσύνην. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐντολὴν Κυρίου, ἧς καὶ αὐτῆς τὸ ἰδίωμα παρέστησεν, τηλαυγῆ φήσας αὐτὴν καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς φωτιστικήν. Τῷ δὲ φόβῳ τοῦ Κυρίου συνῆψεν τὴν ἁγνείαν, καὶ τῇ ἁγνείᾳ τὴν διαρκῆ καὶ αἰώνιον ζωήν. Καὶ ἐπὶ πᾶσι καὶ μετὰ πάντα προσέθηκεν τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν, συνῆψέ τε αὐτῇ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν δικαιοσύνην.

Παραπτώματα τίς συνήσει; ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τῷ δούλῳ σου. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τῷ δούλῳ σου*, ὁ Ἀκύλας ἐξέδωκε· *Καί γε ἀπὸ ὑπερηφάνων συντήρησον τὸν δοῦλόν σου.* Σφόδρα ἀναγκαίως καὶ ταύτην ἐκπέμπων τὴν εὐχὴν, ὡς ἂν ῥυσθείη ἀπὸ ὑπερηφανίας. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς κατορθοῦσι παρέπεταί τις λογισμὸς πολλάκις ὑπερήφανος, ἐπαιρομένης καὶ χαυνουμένης τῆς ψυχῆς ἐφ' οἷς ἑαυτῇ συνοῖδεν ἀγαθοῖς· εἶτα τῷ τῆς ὑπερηφανίας περιπεσοῦσα κακῷ, ἄλλῳ τρόπῳ τραχηλίζεται καὶ καταπίπτει· ὡς διὰ τοῦτο φάσκειν τὸν Ἀπόστολον· *Ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρῖμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου·* ἀναγκαίως προειπών· *Καὶ γὰρ ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτὰ*, καὶ φύλακα τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν ἑαυτὸν εἰπὼν, ἱκετεύει ῥυσθῆναι ἀπὸ ὑπερηφανίας, καὶ ἐπιλέγει· *Ἐὰν μή μου κατακυριεύσωσι, τότε ἄμωμος ἔσομαι, καὶ τότε καθαρισθήσομαι ἀπὸ ἁμαρτίας μεγάλης.* Τέως μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰ καὶ φύλακα ἐμαυτὸν εἴρηκα τῶν τοῦ Θεοῦ παραγγελμάτων, ἀλλ' ἐπεὶ οὐδέπω συνοῖδα ἐμαυτῷ κεκαθαρισμένῳ ἐκ τῶν κρυφίων μου, ἔτι δ' ἀγωνιῶ καὶ πεφρόντικα ὡς ἂν ῥυσθείην ἀπὸ ὑπερηφανίας, εἰκότως φημὶ, ἅτε μηδέπω τὸ τέλειον κατορθώσας. Τότε ἀκριβῶς γνώσομαι ἐμαυτὸν ἄμωμον, καὶ τότε ἀπὸ μεγάλης καθαρισθήσομαι ἁμαρτίας, ἐπειδὰν μήτε τὰ κρύφιά μου κατακυριεύσωσι, μήτε λογισμὸς ὑπερήφανος καταδουλώσει με, ἢ πονηροὶ δαίμονες. Μεγάλην δὲ ἁμαρτίαν τὴν ἀποτελεσματικὴν (1) φησιν. Εἰ γὰρ μὴ ἀπὸ τῶν κρυφίων μου καθαρισθείην, ἐπιμένοντα

A *justificata in semetipsa, desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum, et dulciora super mel et favum. Etenim servus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.* Hæc autem omnia complectitur lex Dei pro conversione animæ data. Nam primo testimonia, justificationes et præcepta continet. His deinde omnibus timorem appendit, quasi baculum ad convertendum opportunum: omnibusque judicia Dei ceu coronidem adjunxit. Singulis autem supradictorum suam addidit proprietatem, id est, legi quæ hic generatim effertur, conversionem animæ. Quo pacto autem convertatur anima, in sequentibus aperit, quando testimonium fidele memorat, quo quivis infans in Christo, sapiens efficitur. Deinde vero justificationes Domini, B quibus item suam proprietatem adjicit, nimirum quod rectæ sint, ac sui participibus lætitiæ fructum pariant. Ad hæc, præceptum Domini, cujus quoque proprietatem declaravit, dum lucidum dicit esse, animæque oculos illuminare. Timori Domini subjunxit castitatem, et castitati perpetuam æternamque vitam. Demum supra omnia et post omnia judicium Dei addidit, cui veritatem et justitiam annectit.

VERS. 13, 14. *Delicta quis intelliget? ab occultis meis munda me, et ab alienis parce servo tuo.* Illius loco, *ab alienis parce servo tuo*, Aquila edidit, *et a superbis custodi servum tuum.* Admodum necesse fuit ut hanc emitteret orationem, quo a superbia liberaretur. C Quandoquidem eos, qui sese probe ac strenue gerunt, quædam plerumque superba cogitatio sequitur; dum anima bonorum operum sibi conscia, extollitur ac magnifice de se sentit; deinde vero in superbiæ malum delapsa, alia quoque ratione prosternitur ac decidit; ideoque ait Apostolus [96]: *Ne in superbiam elatus, in judicium incidat diaboli:* necessario sane postquam dixerat, *etenim servus tuus custodit ea*, ac sese Dei præceptorum cultorem professus erat, eripi se rogat a superbia, atque subinfert: *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero; et tunc emundabor a delicto maximo.* Etsi hactenus me atque in præsenti præceptorum Dei cultorem dixi; at cum me ab occultis meis purgatum nondum sciam, adhuc in certamine positus, D ac sollicitus ut a superbia eripiar, jure ac merito sic loquor, utpote qui nondum ad metam et ad perfectionem pertigerim. Tunc me plane immaculatum noscam, tunc emundabor a delicto maximo, cum occulta mei non dominabuntur, cum superba cogitatio ac maligni dæmones me subditum non detinebunt. Maximum porro delictum vocat, apotelesmaticen, sive astrologiam judiciariam. Nam si ab occultis meis emundatus non fuerim, isthæc delicta in me permanentia in pravum quoddam fa-

[96] 1 Tim. III, 6.

(1) Quæ hic de apotelesmatica dicuntur, cum sequentibus non congruunt. Quare subodoramur aliqua inferius excidisse.

cinus me conjicient, eroque magno peccato obnoxius.

Vers. 15. *Et erunt in beneplacitum eloquia oris mei.* Cum hæc mihi abs te collata fuerint, tunc eloquia oris mei, quæ precando, te hymnis celebrando, gratias tibi agendo obtuli, placita tibi erunt. Ea vero placita eloquia sunt, quæ approbatione et laude digna. *Et meditatio cordis mei in conspectu tuo est semper.* Meditatio mentis meæ, quæ in cogitationibus et animi sensibus perficitur, cum sit omni culpa immunis, in conspectu tuo est semper. Meditatio sane non aliunde quam abs te inculpata esse valet, qui me ab occultis meis emundasti.

Domine, adjutor meus et redemptor meus. Te opitulante, Domine, a nemine adversum me spiritualiter bellante prosternar. Quod si casu eveniat ut inconsideratione mea ab adversariis intercipiat, tu me e manibus eorum redimas, qui una adjutor ac redemptor esse deprehenderis.

1. IN FINEM, PSALMUS DAVID XIX.

Vers. 2-4. *Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Jacob. Mittat tibi auxilium de sancto, et de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificii tui, et holocaustum tuum pingue fiat. Diapsalma.* Psalmus quidem, ut inscriptione fertur, Davidi attribuitur: animo autem reputes, num si historia spectetur, alia sit cujuspiam oratio, quæ Davidis supplicationum adjutrix sit. Qui David rogat obsecratque, ut Deus sibi servator assistat, ac contra inimicos secum decertet. Verisimile quippe est, ei his incumbenti chorum sanctorum angelorum, religiosorum hominum, sacrorumque Dei ministrorum adesse, una cum illo precari, et hæc omnia simul proferre: *Exaudiat te Dominus in die tribulationis*, et cætera; atque illud item: *Et adsit tibi nomen Dei Jacob.* Est enim talis invocatio et compellatio ad propulsandos omnes inimicos satis. Hæc non soli Davidi competunt; sed etiam cuilibet alteri, qui in simili casu per orationem spiritualia et pura Deo sacrificia emittit; cui, ut par est, sacræ illæ virtutes, et sanctorum angelorum chori una adsunt, orationum ac deprecationum socii et adjutores.

Vers. 5-7. *Tribuat tibi Dominus secundum cor tuum, et omne consilium tuum confirmet. Lætabimur in salutari tuo, et in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.* A diapsalmate orsi qui precantur, prophetiam emittunt; quod ei qui rationabilia illa sacrificia obtulit, ea omnia largiturus sit Deus quæ mente et animo postulavit; et consilium ejus perfecturus, si quidem non fuerit ipsis Dei consiliis alienum. Iis, inquiunt, tecum bonis fruemur, lætabimurque in salutari tuo: gnari quippe sumus, Spiritu sancto revelante, prolem illam ex te prodituram, universorum hominum salutare futuram. Qua in re nos quoque in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. Impleantur etiam petitiones tuæ: ipsæ quippe Deo dignæ sunt.

ταῦτα τὰ παραπτώματα εἰς πρᾶξιν φαύλην μεταφέρει, καὶ γίνομαι ὑπεύθυνος ἁμαρτίᾳ μεγάλῃ.

Καὶ ἔσονται εἰς εὐδοκίαν τὰ λόγια τοῦ στόματός μου. Ὅταν ταῦτά μοι ὑπαρχθῇ παρὰ σοῦ, τὰ λόγια τοῦ στόματός μου ἃ προήνεγκα εὐχόμενός σοι, ὑμνῶν σε, εὐχαριστῶν σοι, εἰς εὐδοκίαν ἔσται. Εἰς εὐδοκίαν δέ ἐστιν τὰ λόγια τὰ ἀποδοχῆς ἄξια. *Καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου ἐνώπιόν σου ἐστὶ διὰ παντός.* Ἡ μελέτη τοῦ διανοητικοῦ μου, γινομένη ἐν λογισμοῖς καὶ νοήσεσιν, ἐκτὸς οὖσα παντὸς μώμου, ἐνώπιόν σου τυγχάνει διὰ παντός. Τὸ μέντοι τῆς μελέτης ἄμεμπτον οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἐκ σοῦ ὑπῆρκται, καθαρίσαντός με ἀπὸ τῶν κρυφίων μου.

Κύριε, βοηθέ μου καὶ λυτρωτά μου. Σοῦ βοηθοῦντος, ὦ δέσποτα, οὐδενὶ ὑποπίπτω τῶν πνευματικῶς προσπολεμούντων. Εἰ δὲ καὶ παρ' ἐμὴν ἀπροσεξίαν ἁλῶναι τοῖς ἐναντίοις συμβῇ, σύ με ἐκ τῶν κρατησάντων λυτροῦσαι, ἅμα βοηθὸς καὶ λυτρωτὴς εὑρισκόμενος.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΙΘ'.

A πον. Εἶθ' ἑξῆς εἴρηται· *Καὶ ἡ ψυχή μου αὐτῷ ζῇ· καὶ τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ.* Ὃ δὴ σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος συνάψας καὶ εἰπών· *Ἔμπροσθεν αὐτοῦ ὀκλάσουσιν ἅπαντες οἱ καταβαίνοντες εἰς κόνιν· οὗ ἡ ψυχὴ ζήσει, σπέρμα δὲ λατρεύσει αὐτῷ.* Πάντες γὰρ αὐτοὶ, φησὶν, ὀκλάσαντες, καὶ γόνυ κλίναντες προσκυνήσουσιν· ὧν ἐλπὶς ζήσεσθαι τὴν ψυχὴν, καὶ ὧν τὸ σπέρμα λατρεύσει αὐτῷ. Εἰ δὲ ἐκ προσώπου τοῦ λέγοντος Σωτῆρος βούλοιτό τις ἀκοῦσαι τό· *Καὶ ἡ ψυχή μου αὐτῷ ζῇ*, κατὰ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείαν· καὶ, *Τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ*· εἴποι ἂν ταῦτα λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος, τοῦτον πάντα τὸν ψαλμὸν διεξιόντος περὶ πάσης ψυχῆς αὐτῷ ἀνακειμένης, καὶ περὶ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος. Σπέρμα δὲ αὐτοῦ τί ἂν εἴποις ἢ τοὺς διὰ γεννήσεως ἁγίου Πνεύματος γεννωμένους αὐτῷ υἱοὺς, οἳ καὶ δουλεύσαντες τῷ αὐτοῦ Πατρὶ τῆς αἰωνίου καὶ μακαρίας ζωῆς μεθέξουσιν;

Vers. 32. *Annuntiabitur Domino generatio ventura, et annuntiabunt cœli justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus.* Postquam Servator semen suum memoravit his verbis, *et semen meum serviet ipsi*, quodnam illud semen sit probe aperit, cum generationem venturam, et populum qui nascetur commemorat. Quemadmodum enim quæ gignuntur ex semine initium exsistendi ducunt, eodem prorsus modo nasciturum populum et generationem venturam, novam scilicet ac recentem, ex nullo initium accepturam declarat, nisi ex rationali semine suo, quod ipse præsens per apostolos in terra disseminabat, videlicet spiritum adoptionis. Loco illius, *annuntiabitur Domino generatio ventura*, mirum in modum Symmachus, *describetur in libro Domino.* Futurum erat ut annuntiaretur generatio ventura ; quin etiam Domino consecraretur liber prophetiæ de generatione ventura ac de populo nascituro.

B *Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη, καὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν ἐποίησεν ὁ Κύριος.* Προονομάσας σπέρμα αὐτοῦ ὁ Σωτὴρ ἐν τῷ· *Καὶ τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ*· τί ποτε εἴη τοῦτο τὸ σπέρμα διασαφεῖ, γενεὰν ἐρχομένην ὀνομάζων καὶ λαὸν τεχθησόμενον. Ὥσπερ γὰρ τὰ γεννώμενα, ἀπὸ σπερμάτων τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως λαμβάνει, τὸν αὐτὸν τρόπον τὸν τεχθησόμενον λαὸν καὶ τὴν ἐλευσομένην γενεὰν, νέαν οὖσαν καὶ καινὴν, οὐδαμόθεν ἕξειν τὴν ἀρχὴν παρίστησιν ἀλλ' ἢ ἐκ τῶν αὐτοῦ λογικῶν σπερμάτων, ὧν ἐπὶ γῆς παρὼν κατεβάλλετο διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη*, σφόδρα θαυμαστῶς ὁ Σύμμαχος· *Ἀναγραφήσεται ἐν*
C *βιβλίῳ τῷ Κυρίῳ* (1). Ἤμελλεν ἀναγγέλλεσθαι ἡ γενεὰ ἡ ἐρχομένη· ἀλλ' ἀνατεθήσεσθαι τῷ Κυρίῳ βίβλος προφητείας περὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἐρχομένης, καὶ τοῦ τεχθησομένου λαοῦ.

PSALMUS DAVID XXII.

Vers. 1, 2. *Dominus pascit me, et nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocavit. Super aquam refectionis educavit me, animam meam convertit. Deduxit me.* Ovium conditio ceu medius status est inter perfectorum progressum, et eorum statum qui cum in profundo nequitiæ provolvantur, ideo reptilibus ferisque agrestibus comparantur. Perfectus namque vir is fuerit, cujus anima ad imaginem et similitudinem Dei facta, moribus ad virtutem concinnatis insignita est : qui Dominum, regem sibi, non pastorem, inscribit. Qui vero ex hujusmodi statu delapsus, et qui proprio ac libero voluntatis arbitrio in ferinos mores commutatus est, is merito equus effeminatus vocetur, sive lupus rapax. Istiusmodi autem homines, serpentes, genimina viperarum, porcos, canes, vulpes Scriptura solet appellare. Qui vero ex hac misera conditione in meliorem se frugem recipiunt, tum quasi ad ingressum ac vestibulum divinæ cognitionis progressi, oves Dei jure nuncupentur : ad perfectiora

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΚΒ'.

Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει· εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν· ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με· τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψεν. Ὡδήγησέ με. Μέση τυγχάνει κατάστασις ἡ τῶν προβάτων τῆς τε τῶν τελείων προκοπῆς καὶ τῶν ἐν βυθῷ κακίας καλινδουμένων, καὶ διὰ τοῦτο ἑρπετοῖς καὶ θηρίοις ἀγρίοις παραβαλλομένων. Ὁ μὲν γὰρ τέλειος γένοιτ' ἂν ὁ κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ὁμοίωσιν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν τοῖς κατ'
D ἀρετὴν τρόποις κεχαρακτηρισμένοις· ὁ καὶ βασιλέα τὸν Κύριον, ἀλλ' οὐ ποιμένα ἐπιγραφόμενος· ὁ δὲ ἐκπεσὼν ταύτης, ἐξ αὐτοπροαιρέτου δὲ διαστροφῆς ἐπὶ τὴν θηριώδη μεταβεβληκὼς ἕξιν, ἵππος θηλυμανὴς χρηματίσοι ἂν, καὶ λύκος ἁρπακτικός. Ὄφεις δὲ, καὶ γεννήματα ἐχιδνῶν, καὶ χοίρους, καὶ κύνας, καὶ ἀλώπεκας τοὺς τοιούτους εἴωθεν ὀνομάζειν ἡ Γραφή. Οἱ δὲ ἐκ τῆς τοιαύτης καταπτώσεως μεταβάλλοντες ἐπὶ τὴν κρείττονα κατάστασιν, τέως μὲν ὥσπερ ἐν εἰσαγωγαῖς καὶ προθύροις γιγνόμενοι τῆς κατὰ Θεὸν γνώσεως, πρόβατα ἂν εἰκότως κληθεῖεν Θεοῦ· προκόψαντες δὲ ἐπὶ τὸ

(1) In Hebraico legitur, יספר לאדני.

τελειότερον, ἄνθρωποι χρηματίζουσιν. Ὅτε γε μὴν A πρόβατα τυγχάνουσιν, ὑπὸ ποιμένι τῷ διὰ Ἰεζεκιὴλ δηλωθέντι Δαυῒδ, τουτέστι τῷ ἐκ σπέρματος Δαυῒδ Σωτῆρι ἡμῶν καὶ Χριστῷ, ἀγόμενοι, διδάσκονται λέγειν· *Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει.* Οἱ δὲ αὐτοὶ τῆς νοερᾶς καὶ καινῆς τροφῆς καὶ πόας ἀντιλαμβανόμενοι τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἐροῦσιν· *Εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν.* Πίνων δὲ τοῦ ὕδατος ὁ εἰσαγόμενος ἐν Χριστῷ, οὔπω δὲ τοῦ οἴνου τοῦ τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου οἷός τε ὢν μεταλαμβάνειν, διὰ τὸ ἔτι πρόβατον εἶναι, τέως δὲ τῷ σωτηρίῳ τρεφόμενος ὕδατι, περὶ οὗ ἐβόα ὁ Σωτὴρ λέγων· *Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με καὶ πινέτω·* καὶ πάλιν· *Ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος·* καὶ αὖθις· *Ὁ πίνων ἐκ* B *τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα·* εἴποι ἄν· *Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με.* Ἀλλὰ καὶ πᾶν ἄχθος ἀποθέμενος τῶν παλαιῶν ἁμαρτημάτων διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου, εἴποι ἄν· *Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με.* Ἀναπαύσεως γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ, δι' οὗ τὸ βαρὺ καὶ ἐπίμοχθον φορτίον τῶν ἁμαρτιῶν τὸ πιεζοῦν τὴν ψυχὴν ἀποῤῥίψας τις, καὶ πάντα ῥύπον καὶ σπίλον καὶ κηλῖδα σμηξάμενος, δεσμῶν τε ἀνεθεὶς πολυπλόκων, συνησθημένος τούτων ἁπάντων ἐρεῖ· *Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με.* Εἶθ' ὥσπερ ἐκλείπων πάλαι τὴν ψυχὴν, ἔπειτα διὰ τῆς ἀποδοθείσης χλόης καὶ τοῦ σωτηρίου ὕδατος ἀναλαβὼν ἑαυτὸν, καὶ ὥσπερ ἐκ θανάτου παλινδρομήσας, φήσει· *Τὴν ψυ-* C *χήν μου ἐπέστρεψε.* Ταῦτα πάντα ὑπάρξει τῷ διὰ τοῦ δηλωθέντος Δαυῒδ ὑπὸ τοῦ Κυρίου ποιμαινομένῳ.

Ὡδήγησέ με ἐπὶ τρίβους δικαιοσύνης ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Ταῦτα, φησὶ, πράττει, ὡς ἂν μὴ βλασφημῆται αὐτοῦ τὸ ὄνομα, τῶν αὐτοῦ προβάτων ἀπολλυμένων, ἢ κακῶς ἀγομένων. *Ἐὰν γὰρ καὶ πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ.* Μακρὰν γὰρ ἡ ἁμαρτία παντὸς συνόντος Θεῷ. Σκιὰν θανάτου τὸν κοινόν φησι θάνατον, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος λύσιν, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ θανάτου τῆς ψυχῆς, καθ' ὃ εἴρηται· *Ψυχὴ ἁμαρτάνουσα, αὕτη ἀποθανεῖται·* καὶ, *Ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον.* Οὐκ ἔστι γὰρ σκιὰ θανάτου· ἀλλ' ἀληθινὸς θάνατος ἡ τῆς ψυχῆς ἀπώλεια τυγχάνει. Ἐπεὶ οὖν μεμαθήκασιν, ὡς ἄρα ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα, μεταβέβηκε δὲ ἀπὸ τοῦ θα- D νάτου εἰς τὴν ζωὴν, σφόδρα ἀκριβῶς οὔ φασι θάνατον ἐπιέναι αὐτοῖς ἀλλ' ἢ ἄρα σκιὰν θανάτου· ταύτῃ δηλοῦντες τοὺς κατὰ ἄνθρωπον κινδύνους καὶ τὸν σωματικὸν θάνατον οὐδὲν ἕτερον ὄντα ἢ χωρισμὸν ψυχῆς ἀπὸ σώματος.

Ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗταί με παρεκάλεσαν. Ταῦτα οὖν παρακαλεῖ τὸν τυπτόμενον καὶ τὸν κολαζόμενον, πεπεισμένον, ὅτι μαστιγοῖ ὁ Θεὸς πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται.

A autem provecti, homines vocantur. Illi porro quando oves sunt, a pastore quem Ezechiel Davidis nomine indicat [21], id est a Salvatore nostro Christo ducti, ad hæc dicenda instituuntur, *Dominus pascit me, et nihil mihi deerit.* Illi vero ipsi intelligibili ac novo alimento atque pascuis sacrorum Evangeliorum enutriti, dicent, *in loco pascuæ ibi me collocavit.* Qui autem in Christo initiatur, quique aquam potat, quod nondum valeat vinum veræ vitis bibere, quia adhuc in ovium numero computatur, sed tamen salutari illa aqua recreatur, de qua Salvator hæc clamat: *Si quis sitit, veniat ad me et bibat* [22]; et iterum: *Qui biberit aquam quam ego dabo ei, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ* [23]; ac rursum: *Qui biberit ex aqua quam* B *ego dabo ei, non sitiet in æternum* [24]; is jure dixerit, *super aquam requiei educavit me.* Sed etiam posita per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti veterum peccatorum sarcina, apposite dicat, *super aquam requiei educavit me.* Requiei etenim vere est aqua hujusmodi, qua quis, abjecto peccatorum gravi onerosoque pondere animam opprimente, omni macula et labe abstersa, solutisque vinculis illis complicatis, lætitia hujusce rerum successus affectus dicet, *super aquam requiei educavit me.* Deinde vero, utpote qui cum olim animo deficeret, per gratiam sibi datam ac per salutarem aquam in meliorem sese statum receperit, quasi a morte revocatus sit dicet, *animam meam convertit.* Hæc omnia evenient homini qui C per memoratum Davidem a Domino pascitur.

VERS. 3, 4. *Deduxit me super semitas justitiæ propter nomen suum.* Hæc, inquit, ideo agit, ut ne, amissis ac perditis, aut male deductis ovibus, nomen suum blasphemetur. *Nam et si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Procul enim peccatum est ab eo qui Dei consortio fruitur. Umbram mortis vocat mortem illam communem, atque separationem animæ a corpore, ad differentiam mortis animæ, de qua dicitur: *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur* [25]; et: *Est peccatum ad mortem* [26]. Siquidem non umbra mortis, sed vera mors est, illa animæ pernicies. Quandoquidem igitur didicerunt, credentem in Filium Dei non moriturum esse in D æternum, sed translatum esse de morte ad vitam, admodum congruenter non mortem, sed umbram mortis sibi accidisse memorant; quo declarantur pericula quæ secundum hominem contingunt, et indicatur corpoream mortem nihil aliud esse, quam separationem animæ a corpore.

Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Hæc igitur consolantur eum qui verberibus et castigationibus afficitur, utpote qui gnarus sit Deum verberare filium quem cooptaverit.

[21] Ezech. XXXIV, 23. [22] Joan. VII, 37. [23] ibid. 39. [24] Joan. IV, 13. [25] Ezech. XVIII, 4. [26] I Joan. V, 17.

VERS. 5. *Parasti in conspectu meo mensam, adversus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum, et calix tuus inebrians quam præclarus est!* Norunt enim oleum spirituale, quo caput suum impinguatur, atque ebrietatem illam quæ roborat non resolvit, necnon spiritalem illum cibum quem apponit nobis ille qui ad pastoris munus sponsi conditionem adjicit. His, inquit, fruamur bonis, et gaudeamus, dum interim inimici nostri dolent ac macerantur, quia ii qui olim servi erant, mutationem tantam experti sunt, *impinguasti in oleo caput meum.*

VERS. 6. *Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ, et ut inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.* Misericordiæ, et gratiæ confisus tuæ, novi sane me, institutum a misericordia tua omnibus diebus vitæ meæ, spe illa in te posita nunquam lapsurum. Hæc itaque misericordia, hæc gratia tua mihi id boni contulere, ut domum et Ecclesiam tuam in domicilium possiderem; ubi commoratus, utpote in sacris Dei ædibus et in sancto templo, longitudinem dierum apud te et vitam æternam consequar. Nam quod domum tuam incolam, nunquam inde egrediens, neque declinans aliorsum, hoc mihi in causa fore arbitror ut longitudinem dierum, ipso lumine tuo lucente, nanciscar. Pro illo autem, *in longitudinem dierum*, Symmachus, *in diuturnitatem temporis*, interpretatus est, vitæ illius secundum Deum interminabile spatium atque immortalitatem denotans.

PSALMUS DAVID XXIII.

In quibusdam exemplaribus inveni: « Una Sabbatorum. »

VERS. 1, 2. *Domini est terra et plenitudo ejus, orbis terrarum et universi qui habitant in eo. Ipse super maria fundavit eum, et super flumina præparavit eum.* Nisi enim, inquit, divinum Verbum ipsi præfuisset, ac nisi Sapientia Dei ipsum hoc fundasset modo, jam olim, vel naturali deprimente pondere, in profundum demersus fuisset. Verum multo præstantior illo erat virtus illa Domini miraculorum ac prodigiorum effectrix, quæ tantam molem tantamque terræ plenitudinem, ac orbem cum habitatoribus ejus, sublimem agi, et aquarum dorso imponi decreverat. Quapropter *ipse*, inquit, *super maria fundavit eum.* Neque enim ipsa terra gravis et inanimata, sese supra abyssos consolidavit; sed omnium opifex Dei Filius, qui solidum graveque terræ elementum, divina creatione, supra maris dorsa ferri voluit, ac supra humidam naturam constitui, atque ipsam hoc modo fundavit. Alioque ratiocinandi ritu, terram non sua sponte substitisse docet, neque sorte quadam temeraria ac irrationabili, tali undique forma instructam. Quare subjicit, *et super flumina præparavit eum.* Si nam-

A *Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν ἐξεναντίας τῶν θλιβόντων με. Ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου, καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον ὡς κράτιστον!* Ἴσασι γὰρ καὶ τὸ πνευματικὸν ἔλαιον, ὃ τὴν κεφαλὴν ἐπιάνθησαν, καὶ τὴν κρατύνουσαν, ἀλλ' οὐ διαλύουσαν μέθην· καὶ τὴν μυστικὴν τροφὴν, ἣν προτίθησιν ἡμῖν ὁ πρὸς τὸ ποιμαίνειν καὶ νυμφίος γενόμενος. Τούτοις δὲ, φησὶν, ἐντρυφῶμεν τοῖς ἀγαθοῖς, τῶν δυσμενῶν ἀνιωμένων καὶ τρυχομένων· ὅτι οἱ πάλαι, φησὶ, δουλεύοντες τοσαύτης μεταβολῆς τετυχήκασιν, *ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου.*

Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξεταί με πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, καὶ τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου εἰς μακρότητα ἡμερῶν. Πεποιθὼς τῷ
B σῷ ἐλέει, καὶ τῇ σῇ χάριτι, οἶδ' ὅτι οὐκ ἐκπεσοῦμαι τῆς παρὰ σοὶ ἐλπίδος παιδαγωγούμενος πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου ὑπὸ τοῦ σοῦ ἐλέους. Τοῦτο γοῦν τὸ σὸν ἔλεος καὶ αὐτή σου ἡ χάρις κατηξίωσέ με οἰκητήριον κτήσασθαι τὸν σὸν οἶκον καὶ τὴν σὴν Ἐκκλησίαν· ἔνθα τὰς διατριβὰς ποιούμενος ὡς ἐν οἴκῳ Θεοῦ, ἱερῷ καὶ ἁγίῳ ναῷ, μακρότητος τῶν παρὰ σοὶ ἡμερῶν καὶ ζωῆς αἰωνίου τεύξομαι. Τὸ γὰρ κατοικεῖν με ἐν τῷ σῷ οἴκῳ, καὶ μηδέποτε αὐτοῦ ἐξίστασθαι μηδὲ ἀπονεύειν, ἀεὶ δὲ εἴσω περιβόλων ἱερῶν τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι, ταῦτά μοι αἴτια γενήσεσθαι πιστεύω μακρότητος ἡμερῶν τῶν ἐκ τοῦ σοῦ φωτὸς ὑφισταμένων. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *εἰς μακρότητα ἡμερῶν*, *εἰς μῆκος χρόνου* ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε, τῆς κατὰ τὸν Θεὸν ζωῆς τὸ ἄπειρον καὶ ἀθάνατον σημή-
C νας.

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΚΓ'.

Ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις εὗρον· « Τῆς μιᾶς τῶν Σαββάτων (1). »

Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν. Εἰ μὴ γὰρ Λόγος αὐτῆς, φησὶν, ἐπεστάτει θεῖος, καὶ εἰ μὴ σοφία Θεοῦ τοῦτον αὐτὴν τεθεμελιώκει τὸν τρόπον, πάλαι ἂν φυσικῷ βάρει κάτω που φερομένη κατὰ βυθῶν κεχωρήκει. Ἀλλ' ἦν ἄρα κρείττων αὐτῆς ἡ θαυματουργὸς καὶ παραδοξοποιὸς τοῦ τῶν ὅλων Κυρίου δύναμις, ἣ τὸν τοσοῦτον ὄγκον καὶ τὸ τοσοῦτον τῆς γῆς πλή-
D ρωμα, ὅλην τε τὴν οἰκουμένην καὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν ἄνω φέρεσθαι μετέωρον ὑπὲρ τὰ νῶτα τῶν ὑδάτων βεβούληται. Διὸ, *αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν*, εἴρηται. Οὐ γὰρ αὐτὴ ἑαυτὴν ἡ βαρεῖα καὶ ἄψυχος γῆ ἐπὶ τῶν βυθῶν ἐστήριξεν, ἀλλ' ὁ πάντων δημιουργὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, ὃς τὸ στερέμνιον καὶ βαρὺ τῆς γῆς στοιχεῖον θεϊκῇ δημιουργίᾳ (2) ὑπὲρ νώτων ὀχεῖσθαι θαλάσσης καὶ ὑπεράνω τῆς ὑγρᾶς φύσεως ἑστάναι βουληθεὶς, καὶ τοῦτον αὐτὴν θεμελιώσας τὸν τρόπον. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ λογισμὸν παρίστησι τὸ μὴ αὐτόματον ὑποστῆναι τὴν γῆν, μηδὲ ὡς ἔτυχεν, εἰκῇ καὶ ἀλόγως, τὸ

(1) Idipsum monet Theodoretus. In Hebraico exemplari nihil de Sabbato.
(2) Alius, μεγαλουργίᾳ.

τοιοῦτον αὐτῇ περιβεβλῆσθαι σχῆμα· διὸ ἐπιλέγει· *Καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν.* Εἰ μὲν γὰρ ὅλη δι' ὅλου λεία καὶ ὁμαλὴ κατὰ τὴν σφαῖραν τῶν Ἑλλήνων ὑπῆρχεν, οὐκ ἄν ποτε τῆς τῶν ποταμῶν συστάσεως δεκτικὴ ἐγεγόνει· οὐδ' ἂν εἰς γεωργίαν ἐπιτηδεία, ἐκρεόντων ἁπανταχόθεν τῶν εἰς αὐτὴν φερομένων ὄμβρων· ὡς αὖ πάλιν ἐκ τοῦ ἐναντίου, εἰ πλὰξ ἦν μία ἡπλωμένη καὶ ἀνειμένη εἰς πεδιάδας χώρας, οὐδ' οὕτως συνέστησαν ἐν αὐτῇ ποταμοί· οἵ τ' ἐξ ἀεννάων πηγῶν φερόμενοι, οἵ τε ἐκ τῶν χειμερινῶν ὄμβρων συνιστάμενοι· πάλαι δ' ἂν ἐπικλύσαντες πᾶσαν, οὔτε σπέρμασιν, οὔτε φυτοῖς, οὔτε γεωργίαις ἐπιτηδείαν αὐτὴν παρεῖχον· ἀλλ' οὐδὲ αὐτοῖς τοῖς οἰκήτορσιν γεγόνει ἂν χρήσιμος, πάντων ἐπικλυζομένων καὶ κατασυρομένων ὑπὸ τῆς τῶν ὑδάτων πλημμύρας. Ταῦτα μὲν οὖν ἦν, εἰ μὴ λόγος τις B δημιουργικὸς καὶ Θεοῦ σοφία τεχνικῶς αὐτῇ τοιόνδε σχῆμα περιβεβλήκει· νυνὶ δὲ οὕτως κατεσκευάσθη, ὡς εἰς ὄρη καὶ νάπας, βουνούς τε καὶ φάραγγας ἐσχηματίσθαι· ὡς καὶ ποταμοὺς τὰς ἑαυτῶν διεξόδους ἀκωλύτως ποιεῖσθαι· ὄρη τε καὶ ἄλση καὶ φυτὰ ζώοις ἀπονέμεσθαι· χώρας τε καὶ πεδιάδας εἰς οἰκήσεις καὶ γεωργίας ἀνθρώποις ἀφωρίσθαι. Τίς τοίνυν οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν ἀληθῶς σοφῆς εἶναι προμηθείας ταῦτα; ἥ, προλαβοῦσα τὸ μέλλον πρὸ τοῦ πληρώματος τῆς γῆς, καὶ πρὸ τοῦ συστῆναι τὰ ἐν αὐτῇ, τοιάνδε αὐτὴν ἐσχημάτισε, καταλλήλῳ διαπλάττουσα τύπῳ, ὡς ἂν τοῖς πᾶσι γένοιτο ἐπιτηδεία. Μυστικώτερον δὲ τοῦ Κυρίου γέγονεν ἡ γῆ.

Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου; ἢ C *τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ;* τὸ τελικὸν ἀγαθὸν καὶ τὸν Θεὸν Λόγον λεκτέον, ἐφ' ὃ ἀναβαίνει ὁ διὰ προκοπῆς ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν αὐτοῦ φθάσαι γλιχόμενος. Σπάνιος δὲ ὁ τοιοῦτος· διὸ εἴρηται· *Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου; ἢ τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ;*

Ἀθῷος χερσὶ καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ὤμοσεν ἐπὶ δόλῳ τῷ πλησίον αὐτοῦ. Οὗτος λήψεται εὐλογίαν παρὰ Κυρίου, καὶ ἐλεημοσύνην παρὰ Θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ. Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων αὐτὸν, ζητούντων τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. Διάψαλμα. Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Τίς ἐστιν D *οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ.* Ἴσως δὲ διὰ τῆς πεύσεως καὶ ἀποκρίσεως διδάσκουσι πάντας ἀνθρώπους τὴν δεσποτείαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· εἴ γε τίς δ' οἴη ταύτας μὴ ἀγνοεῖν. Τινὲς δὲ τὴν δευτέραν πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν, οὐ ταῖς ἔτι ἀνωτέρω δυνάμεσιν εἰρῆσθαι φασὶν, ἀλλὰ ταῖς αὐταῖς. Τό τε διάψαλμα πρὸ τοῦ· *Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν,* κείμενον, τῆς μελῳδίας ἔοικε μεταβολὴν πεποιῆσθαι· ἐπεὶ καὶ τῆς διανοίας αὐτῆς. Ἐν δὲ τῷ λέγειν εἰσελεύσεσθαι αὐτὸν, λεληθότως καὶ ἔξοδον αὐτοῦ ᾐνίξατο. Εἶτ' ἐπεὶ μὴ μόνος ἤμελλεν εἰσιέναι εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν, πάσας ἀναπετασθῆναι τὰς πύλας ὁ λόγος παρακελεύεται διὰ τοὺς

A que tota et in omnibus sui partibus, lævi æquabilique superficie, secundum illam Græcorum sphæram, fuisset, nunquam fluminum congregationem admisisset; neque agriculturæ apta foret, diffluentibus undequaque pluviis: ut e converso iterum, si plana esset, unaque superficies, extensa in planities et agros; nequaquam flumina ex perennibus fontibus manantia illic exsisterent; neque fluvii qui ex hibernis imbribus coalescunt; sed jamdiu totam terram inundassent, ita ut neque sationi, neque plantis et arboribus, neque agriculturæ idoneam præberent. Neque ipsa incolis suis apta utilisque fuisset, cum aquarum colluvie omnia inundarentur ac diffluerent. Hæc sane accidissent, nisi verbum quodpiam opifex rerum, ac Dei sapientia, artificio magno talem ipsi undique formam indidisset. Jam vero sic composita est, ut in montes et clivos, colles et valles distribuatur, utque flumina, nullo obice, suos sibi exitus parent; montes, silvæ et arbores animalibus deputentur; agri et planities hominibus ad domicilium et agriculturam destinata sint. Quis ergo non confiteatur hæc a sapienti quadam providentia proficisci? Quæ futura prospiciens antequam plenitudo terræ et quæ in ea sunt consisterent, tali eam forma exornavit, congruentibus mutuisque illam modis efformans, ut omnibus commoda evaderet. Mystico autem more hæc terra Domini fuerit [ea nimirum quæ mox indicatur].

Vers. 3. *Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus?* Id de perfecto bono ac de Deo Verbo explicandum, ad quod ascendit quisquis progressus cacumen ejus attingere expetit. Sed rari hujusmodi sunt; quare dicitur: *Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus?*

Vers. 4-8. *Innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo. Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Jacob. Diapsalma. Attollite portas, principes, vestras; et elevamini, portæ æternales, et introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio.* Fortasse ii per interrogationem et responsionem omnes homines de dominatu Domini nostri Jesu Christi instituunt: si putetur tamen eas ipsas [cœlestes potestates] id non ignorare. Sunt qui arbitrentur secundam interrogationem et responsionem non sublimioribus potestatibus factam, sed iisdem atque priorem. Diapsalma vero ante illud, *Attollite portas, principes, vestras,* positum, videtur melodiæ solum immutationem inducere, quia eadem in sequentibus sententia. Cum autem introiturum ipsum ait, exitum etiam ejus latenter adumbravit. Deinde vero quia non ipse solus intraturus in regnum suum erat, portas omnes pandi et aperiri jubetur, eorum

Salvatoris resurrectionem, Israeli anteponuntur ii A qui timent Dominum. Nam quia ipse dixerat (vers. 23): *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te*, oportuit primo Ecclesiæ suæ populis hymnum attribui: hique erant gentiles ipsius ope salutem nacti. Quos his verbis adnotat, *Qui timetis Dominum, laudate eum*. Atque apposite admodum fratribus ac discipulis suis, utpote præstantioribus ac virtute majore præditis, paternum nomen enarraturum se pollicetur; at Ecclesiæ suæ populique multitudini nequaquam paternum illud nomen tradit: non enim illi recipiendo pares erant: sed hymnum edocet illos; deinde semen Jacob jubet Dei gloriam prædicare; secundumque ordinem illum Judaicum constituit, nimirum post gentilem populum. Quos quidem Judæos non Jacob B appellat; sed semen Jacobi et Israelis: idque e re et accurate, propter eorum ex patriarcha originem. Non enim ob paternum illud studium, neque ob aliquam cum patre suo similitudinem, digni erant qui Jacob nuncuparentur, sed seminis causa id nominis sortiebantur: *Quoniam non sprevit neque despexit deprecationem pauperis: nec avertit faciem suam a me, et cum clamarem ad eum exaudivit me*.

VERS. 26, 27. *Edent pauperes et saturabuntur, et laudabunt Dominum qui requirunt eum, vivent corda eorum in sæculum sæculi*. Hic dicit, *edent*; in sequentibus vero, *manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terræ*. Sed ii postquam *manducave-* C *runt*, pingues effecti sunt, qui antequam ederent, pauperes vocabantur, quos pollicetur cibo ab se subministrato usuros esse. *Edent*, inquit, *pauperes*. Hi porro erant quos in beatitudinibus cæteris præponit dicens: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* [16]: quibus etiam ea promittit quæ mox adjiciuntur: *Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur* [17]. Postquam autem, ait, comederint pauperes, ac cibo repleti, sive, ut ait Symmachus, *saturati* fuerint, tunc *laudabunt Dominum qui requirunt eum*: ac cibum sibi ab ipso subministratum comedentes et requirentes ipsum, magno illo, qui deinceps declaratur, fructu potientur: nam, *vivent corda eorum in sæculum sæculi*. Siquidem panis D ille vitæ, ab ipso traditus, immortalitatis æternæque vitæ auctor ipsis futurus est; quemadmodum ipse docuit his verbis: *Ego sum panis vitæ, qui descendit de cœlo, et qui dat vitam mundo* [18]: et iterum: *Si quis manducaverit ex pane meo, vivet in æternum* [19], et cætera. Viden' quo pacto hæc concinant cum his psalmi verbis, *Edent pauperes et saturabuntur*; et, *vivent corda eorum in sæculum sæculi*?

VERS. 28, 29. *Reminiscentur et convertentur ad Dominum universi fines terræ, et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium. Quoniam Do-*

τῆρος προτάττονται τοῦ Ἰσραὴλ οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον. Ἔδει γάρ, εἰρηκότος αὐτοῦ· *Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε*· τὸν ὕμνον πρώτοις παραδοθῆναι τοῖς τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ. Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ ἐξ ἐθνῶν δι' αὐτὸν σεσωσμένοι· οὓς δὴ σημαίνει λέγων· *Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, αἰνέσατε αὐτόν*. Σφόδρα ἀκριβῶς τοῖς μὲν ἑαυτοῦ ἀδελφοῖς καὶ μαθηταῖς τὸ ὄνομα διηγεῖσθαι τὸ πατρικὸν, ὡς ἂν κρείττοσι καὶ δυνατωτέροις, ἐπαγγέλλεται· ἐπὶ δὲ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ καὶ τοῦ πλήθους τοῦ λαοῦ οὐκέτι τὸ πατρικὸν ὄνομα παραδίδωσιν· οὐ γὰρ ἐχώρουν οὗτοι· ὕμνον δὲ αὐτοὺς διδάσκει· ἔπειτα τῷ σπέρματι Ἰακὼβ προστάττει δοξάζειν αὐτὸν, δεύτερον τάγμα τιθεὶς τὸ Ἰουδαϊκὸν, μετὰ τὸν ἐξ ἐθνῶν λαόν· οὓς καὶ ὀνομάζει οὐχ Ἰακὼβ, ἀλλὰ σπέρμα Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, σφόδρα ἀκριβῶς διὰ τὴν ἐκ τοῦ πατριάρχου γένεσιν. Οὐ γὰρ διὰ τὸν ζῆλον τὸν πατρικὸν, οὐδὲ διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα ὁμοίωσιν ἄξιοι ἦσαν κεκλῆσθαι Ἰακὼβ, ἀλλὰ τοῦ σπέρματος ἕνεκεν τοῦτον ἐχρημάτιζον τὸν τρόπον· *Ὅτι οὐκ ἐξουδένωσεν οὐδὲ προσώχθισε τῇ δεήσει τοῦ πτωχοῦ· οὐδὲ ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς αὐτὸν εἰσήκουσέ μου*.

Φάγονται πένητες καὶ ἐμπλησθήσονται, καὶ αἰνέσουσι Κύριον οἱ ἐκζητοῦντες αὐτὸν, ζήσονται αἱ καρδίαι αὐτῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Ἐνταῦθα μέν φησι *φάγονται*· ὑποκαταβὰς δὲ, *ἔφαγον, καὶ προσεκύνησαν πάντες οἱ πίονες τῆς γῆς*. Ἀλλ' ὅτε μὲν *ἔφαγον*, πίονες ἐγένοντο· πρὸ δὲ τοῦ φαγεῖν πένητες ὠνομάζοντο· οὓς ἐπαγγέλλεται βρώσει χρήσασθαι τῇ ὑπ' αὐτοῦ χορηγηθησομένῃ. *Φάγονται* γάρ, φησί, *πένητες*. Οὗτοι δὲ ἦσαν οὓς καὶ ἐν τοῖς μακαρισμοῖς προτάττει τῶν λοιπῶν φάσκων· *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*· οἷς καὶ τὰ ἑξῆς ἐπηγγείλατο λέγων· *Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται*. Ἐπειδὰν δὲ φάγωσι, φησὶν, οἱ πένητες, καὶ φαγόντες ἐμπλησθῶσιν, ἢ *κορεσθῶσιν*, κατὰ τὸν Σύμμαχον, τότε *αἰνέσουσι Κύριον ἐκζητοῦντες αὐτόν*· φαγόντες δὲ τὴν ὑπ' αὐτοῦ δοθεῖσαν αὐτοῖς βρῶσιν, καὶ ζητήσαντες αὐτὸν, μέγαν ἕξουσι καρπὸν τὸν ἑξῆς δηλούμενον· *Ζήσονται γὰρ αἱ καρδίαι αὐτῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος*. Ὁ γὰρ ἄρτος ζωῆς, ὁ ὑπ' αὐτοῦ χορηγηθεὶς αὐτοῖς, αἴτιος αὐτοῖς ἔσται ἀθανασίας καὶ ζωῆς αἰωνίου, καθὼς ἐδίδαξεν αὐτὸς εἰπών· *Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ζωῆς ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ διδοὺς ζωὴν τῷ κόσμῳ*· καὶ πάλιν· *Ἐάν τις φάγῃ ἐκ τοῦ ἐμοῦ ἄρτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁρᾷς ὅπως συνᾴδει ταῦτα τῷ φάσκοντι ψαλμῷ· *Φάγονται πένητες καὶ ἐμπλησθήσονται*· καὶ, *ζήσονται αἱ καρδίαι αὐτῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος*;

Μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν

[16] Matth. v, 3. [17] ibid. 6. [18] Joan. vi, 33. [19] ibid. 59.

ἐθνῶν. Ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς A *δεσπόζει τῶν ἐθνῶν.* Τοῦ γὰρ σωτηρίου φωτὸς αὐτοῖς ἐπιλάμψαντος, ἀναμνησθήσονται, ὡς ἄρα ἦν τις αὐτοῖς Κύριος, ὅ γε ἀληθῶς τῶν ὅλων δεσπότης· οἱ γὰρ νενομισμένοι αὐτοῖς ἦσαν Κυρίου· εἰς ἀνάμνησιν δὲ ἐλθόντες τοῦ σφῶν δεσπότου, ἐπ' αὐτὸν καταφεύξονται· καὶ ὃν πάλαι ἀπεστράφησαν, κατά τινα ἐχθρῶν ἐπιβουλὴν, τοῦτον Κύριον αὐτῶν ὄντα ἐπιγνώσονται, καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς αὐτόν. Ἀλλ' ἵνα μή τις νομίσειε ταῦτα λέγεσθαι περὶ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἀκριβῶς ὁ λόγος προστίθησιν, ὡς ἄρα ταῦτα πληρωθήσεται ἐπὶ πάντα τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη· εἶτ' ἐπιστραφέντες τί ποιήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν· ἀνθ' οὗ Σύμμαχος καὶ Ἀκύλας, *πᾶσαι αἱ συγγένειαι τῶν ἐθνῶν*, εἰρήκασι σφόδρα ἀκριβῶς. Ποῖον γὰρ ἔθνος B οὐχὶ συγγενείας ἔχει ἐπιστραφείσας πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν; Ποία δὲ πόλις, ἢ ποία χώρα, ἢ ποῖος οἶκος οὐκ ἔχει τινὰς ἀφωρισμένους καὶ ἐξειλεγμένους τῷ Θεῷ; Πῶς δ' ἔμελλον ἀποτίθεσθαι μὲν τὴν ἑαυτῶν λήθην, ἀνάμνησιν δὲ ποιεῖσθαι τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ αἱ συγγένειαι τῶν ἐθνῶν· πῶς δὲ ἐπιστρέφειν πρὸς αὐτὸν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, ἐπιλέγει ἑξῆς· *Ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν.* Οἱ γὰρ πάλαι κρατήσαντες δαίμονες καὶ διάβολος κατελύθησαν, καὶ μόνη ἡ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ βασιλεία ἐπεκράτησε. Τάξει οὖν ὁ λόγος καὶ ἀκολουθίᾳ κέχρηται, πρῶτον φήσας· *Μνησθήσονται*, εἶτα δεύτερον, *ἐπιστραφήσονται*, καὶ τρίτον, *προσκυνήσουσι*. Ταῦτα δὲ πάντα ἔσται, *Ὅτι τοῦ* C *Κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν.*

Ἔφαγον καὶ προσεκύνησαν πάντες οἱ πίονες τῆς γῆς· ἐνώπιον αὐτοῦ προσπεσοῦνται πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς τὴν γῆν. Καὶ ἡ ψυχή μου αὐτῷ ζῇ, καὶ τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ. Ἔστι δὲ καθ' ἑκάστην ἀναστάσιμον ἡμέραν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, τὴν καλουμένην κυριακὴν, ὄψει παραλαβεῖν τοὺς τῆς τροφῆς τῆς ἁγίας καὶ τοῦ σώματος τοῦ σωτηρίου μεταλαμβάνοντας, καὶ μετὰ τὸ φαγεῖν προσκυνοῦντας τὸν δοτῆρα καὶ χορηγὸν τῆς ζωοποιοῦ τροφῆς, θαυμάσαι τε τῶν λόγων τὸ ἀποτέλεσμα, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν πρόχειρον λέξιν δι' ἔργων πληρούμενον. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *οἱ πίονες τῆς γῆς*, ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος, *οἱ λιπαροὶ τῆς γῆς*. Σημαίνονται δὲ D διὰ τούτων οἱ ἐκ τῆς οὐρανίου τροφῆς τὰς ψυχὰς εὐτραφεῖς καὶ ῥωμαλέοι. Ἀλλ' οὗτοι μὲν *ἔφαγον καὶ προσεκύνησαν*. Ἐπειδὴ δὲ δεῖ αὐτῷ *πᾶν γόνυ κάμψαι ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων*, εἰκότως ἑξῆς ἐπισυνάπτει λέγων· *Ἐνώπιον αὐτοῦ προσπεσοῦνται πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς γῆν*· ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας· *Εἰς πρόσωπον αὐτοῦ κάμψουσι πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς χοῦν*, ἐκδέδωκε. Σαφῶς δὲ διὰ τούτων καὶ τὸ σχῆμα τῶν γόνυ κλινόντων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ παρίσταται, ἐν ᾗ γόνατα κλίναντες, καὶ τὰ μέτωπα εἰς γῆν ἐρείσαντες, τοῦτον προσκυνεῖν εἰώθασι τὸν τρό-

[26] Philipp. II, 10.

mini est regnum, et ipse dominatur gentium. Nam salutari lumine ipsos collustrante, reminiscentur sibi Dominum esse, universorum revera dominatorem : cui etiam subjecti erant ii qui ab ipsis domini reputabantur. Cum porro Domini sui meminerint, ad ipsum confugient : ac quem olim, inimicorum insidiis circumventi, aversati sunt, ipsum agnoscent esse sibi Dominum, atque ad ipsum convertentur. At ne quis arbitretur id de Judaico populo dictum, apposite adjicitur hæc apud universi orbis nationes implenda esse. Ac deinde enuntiatur, quid in conspectu ejus facturæ sint post conversionem universæ familiæ gentium : pro quo Symmachus et Aquila, *universæ cognationes gentium*, ediderunt, et quidem admodum accurate. Quæ etenim natio non aliquas cognationes habeat ad Deum universorum conversas? Quæ civitas, quis locus, quæ domus non quospiam saltem habent Deo segregatos et electos? Quo pacto autem illæ cognationes gentium oblivionem illam suam deposituræ sint, et recordaturæ Deum universorum; quomodo item convertendi ad eum sint universi fines terræ; sub hæc explicat his verbis : *quoniam Domini est regnum, et ipse dominatur gentium.* Nam qui olim dominium obtinebant dæmones atque diabolus, jam abrogati sunt; ac solum omnium Domini Dei regnum viget. Ordine igitur ac consequentia sermo constat; nam cum primo dixisset, *reminiscentur;* secundo, *convertentur;* tertio demum adjicit, *adorabunt.* Hæc porro omnia evenient, *quoniam Domini est regnum, et ipse dominatur gentium.*

VERS. 30, 31. *Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terræ; in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram. Et anima mea illi vivit, et semen meum serviet ipsi.* Singulis resurrectionis Salvatoris nostri diebus, quæ Dominicæ vocantur, ipsis oculis cernere est eos qui sacrum cibum et salutare corpus accipiunt, post ipsum esum, vivifici alimenti largitorem et promum adorare, atque mirari verborum hujusmodi eventum, et re gesta, quoad planiorem dicti sententiam, impletum vaticinium. Ejus autem loco, *pingues terræ*, Symmachus, *saginatos terræ*, interpretatus est. Hisque indicantur ii qui ex cœlesti cibo, opima mentis habitudine ac viribus valent. Sed hi quidem *manducaverunt et adoraverunt.* Quoniam vero opus est ut ipsi *omne genu flectatur cœlestium, terrestrium et infernorum* [26], jure postea additur, *in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram :* pro quo Aquila, *in vultum ejus flectent se omnes qui descendunt in pulverem.* Queis manifeste eorum qui in Ecclesia Dei genua flectunt morem declarat : ibi enim genua flectentes, atque frontibus suis terræ incumbentes, hunc adorandi ritum servant. Deinde adjicitur, *et anima mea illi vivit, et semen meum serviet ipsi.* Quæ clarius Symmachus hæc una copulans interpreta-

tur, ante ipsum genua flectent omnes qui descendunt in terram : cujus anima vivet, semen autem colet ipsum. Illi omnes, inquit, procumbentes et genua flectentes adorabunt, quibus spes est ut anima vivat, et quorum semen colet ipsum. Quod si quis ex persona Salvatoris hæc dicta velit excipere, *et anima mea illi vivit*, secundum versionem Septuaginta Interpretum; et illud, *semen meum serviet ipsi;* is dicat hæc a Salvatore pronuntiari, qui totum hunc psalmum de qualibet anima sibi addicta, necnon de semine suo, protulerit. Semen autem ejus quodnam esse dixeris, nisi eos qui ipsi per generationem Spiritus sancti filii orti sunt; qui cum Patrem ejus coluerint, æternam ac beatam vitam consequentur.

A πον. Εἶθ' ἑξῆς εἴρηται· *Καὶ ἡ ψυχή μου αὐτῷ ζῇ· καὶ τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ.* Ὃ δὴ σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος συνάψας καὶ εἰπών· *Ἔμπροσθεν αὐτοῦ ὀκλάσουσιν ἅπαντες οἱ καταβαίνοντες εἰς κόνιν· οὗ ἡ ψυχὴ ζήσει, σπέρμα δὲ λατρεύσει αὐτῷ.* Πάντες γὰρ αὐτοὶ, φησὶν, ὀκλάσαντες, καὶ γόνυ κλίναντες προσκυνήσουσιν· ὧν ἐλπὶς ζήσεσθαι τὴν ψυχὴν, καὶ ὧν τὸ σπέρμα λατρεύσει αὐτῷ. Εἰ δὲ ἐκ προσώπου τοῦ λέγοντος Σωτῆρος βούλοιτό τις ἀκοῦσαι τό· *Καὶ ἡ ψυχή μου αὐτῷ ζῇ*, κατὰ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείαν· καὶ, *Τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ·* εἴποι ἂν ταῦτα λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος, τοῦτον πάντα τὸν ψαλμὸν διεξιόντος περὶ πάσης ψυχῆς αὐτῷ ἀνακειμένης, καὶ περὶ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος. Σπέρμα δὲ αὐτοῦ τί ἂν εἴποις ἢ τοὺς διὰ γεννήσεως ἁγίου Πνεύματος γεννωμένους αὐτῷ υἱοὺς, οἳ καὶ δουλεύσαντες τῷ αὐτοῦ Πατρὶ τῆς αἰωνίου καὶ μακαρίας ζωῆς μεθέξουσιν;

VERS. 32. *Annuntiabitur Domino generatio ventura, et annuntiabunt cœli justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus.* Postquam Servator semen suum memoravit his verbis, *et semen meum serviet ipsi*, quodnam illud semen sit probe aperit, cum generationem venturam, et populum qui nascetur commemorat. Quemadmodum enim quæ gignuntur ex semine initium exsistendi ducunt, eodem prorsus modo nasciturum populum et generationem venturam, novam scilicet ac recentem, ex nullo initium accepturam declarat, nisi ex rationali semine suo, quod ipse præsens per apostolos in terra disseminabat, videlicet spiritum adoptionis. Loco illius, *annuntiabitur Domino generatio ventura*, mirum in modum Symmachus, *describetur in libro Domino.* Futurum erat ut annuntiaretur generatio ventura; quin etiam Domino consecraretur liber prophetiæ de generatione ventura ac de populo nascituro.

B *Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη, καὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν ἐποίησεν ὁ Κύριος.* Προονομάσας σπέρμα αὐτοῦ ὁ Σωτὴρ ἐν τῷ· *Καὶ τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ·* τί ποτε εἴη τοῦτο τὸ σπέρμα διασαφεῖ, γενεὰν ἐρχομένην ὀνομάζων καὶ λαὸν τεχθησόμενον. Ὥσπερ γὰρ τὰ γεννώμενα, ἀπὸ σπερμάτων τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως λαμβάνει, τὸν αὐτὸν τρόπον τὸν τεχθησόμενον λαὸν καὶ τὴν ἐλευσομένην γενεὰν, νέαν οὖσαν καὶ καινὴν, οὐδαμόθεν ἕξειν τὴν ἀρχὴν παρίστησιν ἀλλ' ἢ ἐκ τῶν αὐτοῦ λογικῶν σπερμάτων, ὧν ἐπὶ γῆς παρὼν κατεβάλλετο διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη*, σφόδρα θαυμαστῶς ὁ Σύμμαχος· *Ἀναγραφήσεται ἐν* C *βιβλίῳ τῷ Κυρίῳ* (1). Ἤμελλεν ἀναγγέλλεσθαι ἡ γενεὰ ἡ ἐρχομένη· ἀλλ' ἀνατεθήσεσθαι τῷ Κυρίῳ βίβλος προφητείας περὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἐρχομένης, καὶ τοῦ τεχθησομένου λαοῦ.

PSALMUS DAVID XXII.

VERS. 1, 2. *Dominus pascit me, et nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocavit. Super aquam refectionis educavit me, animam meam convertit. Deduxit me.* Ovium conditio ceu medius status est inter perfectorum progressum, et eorum statum qui cum in profundo nequitiæ provolvantur, ideo reptilibus ferisque agrestibus comparantur. Perfectus namque vir is fuerit, cujus anima ad imaginem et similitudinem Dei facta, moribus ad virtutem concinnatis insignita est : qui Dominum, regem sibi, non pastorem, inscribit. Qui vero ex hujusmodi statu delapsus, et qui proprio ac libero voluntatis arbitrio in ferinos mores commutatus est, is merito equus effeminatus vocetur, sive lupus rapax. Istiusmodi autem homines, serpentes, genimina viperarum, porcos, canes, vulpes Scriptura solet appellare. Qui vero ex hac misera conditione in meliorem se frugem recipiunt, tum quasi ad ingressum ac vestibulum divinæ cognitionis progressi, oves Dei jure nuncupentur : ad perfectiora

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΚΒ'.

Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει· εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν· ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με· τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψεν. Ὡδήγησέ με. Μέση τυγχάνει κατάστασις ἡ τῶν προβάτων τῆς τε τῶν τελείων προκοπῆς καὶ τῶν ἐν βυθῷ κακίας καλινδουμένων, καὶ διὰ τοῦτο ἑρπετοῖς καὶ θηρίοις ἀγρίοις παραβαλλομένων. Ὁ μὲν γὰρ τέλειος γένοιτ' ἂν ὁ κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ὁμοίωσιν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν τοῖς κατ' D ἀρετὴν τρόποις κεχαρακτηρισμένοις· ὁ καὶ βασιλέα τὸν Κύριον, ἀλλ' οὐ ποιμένα ἐπιγραφόμενος· ὁ δὲ ἐκπεσὼν ταύτης, ἐξ αὐτοπροαιρέτου δὲ διαστροφῆς ἐπὶ τὴν θηριώδη μεταβεβληκὼς ἕξιν, ἵππος θηλυμανὴς χρηματίσοι ἂν, καὶ λύκος ἁρπακτικός. Ὄφεις δὲ, καὶ γεννήματα ἐχιδνῶν, καὶ χοίρους, καὶ κύνας, καὶ ἀλώπεκας τοὺς τοιούτους εἴωθεν ὀνομάζειν ἡ Γραφή. Οἱ δὲ ἐκ τῆς τοιαύτης καταπτώσεως μεταβάλλοντες ἐπὶ τὴν κρείττονα κατάστασιν, τέως μὲν ὥσπερ ἐν εἰσαγωγαῖς καὶ προθύροις γιγνόμενοι τῆς κατὰ Θεὸν γνώσεως, πρόβατα ἂν εἰκότως κληθεῖεν Θεοῦ· προκόψαντες δὲ ἐπὶ τὰ

(1) In Hebraico legitur, יספר לאדני.

A τελειότερον, ἄνθρωποι χρηματίζουσιν. Ὅτε γε μὴν πρόβατα τυγχάνουσιν, ὑπὸ ποιμένι τῷ διὰ Ἰεζεκιὴλ δηλωθέντι Δαυῒδ, τουτέστι τῷ ἐκ σπέρματος Δαυῒδ Σωτῆρι ἡμῶν καὶ Χριστῷ, ἀγόμενοι, διδάσκονται λέγειν· *Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει.* Οἱ δὲ αὐτοὶ τῆς νοερᾶς καὶ καινῆς τροφῆς καὶ πόας ἀντιλαμβανόμενοι τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἐροῦσιν· *Εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν.* Πίνων δὲ τοῦ ὕδατος ὁ εἰσαγόμενος ἐν Χριστῷ, οὔπω δὲ τοῦ οἴνου τοῦ τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου οἷός τε ὢν μεταλαμβάνειν, διὰ τὸ ἔτι πρόβατον εἶναι, τέως δὲ τῷ σωτηρίῳ τρεφόμενος ὕδατι, περὶ οὗ ἐβόα ὁ Σωτὴρ λέγων· *Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με καὶ πινέτω·* καὶ πάλιν· *Ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος·* καὶ αὖθις· *Ὁ πίνων ἐκ* B *τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα·* εἴποι ἄν· *Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με.* Ἀλλὰ καὶ πᾶν ἄχθος ἀποθέμενος τῶν παλαιῶν ἁμαρτημάτων διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου, εἴποι ἄν· *Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με.* Ἀναπαύσεως γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ, δι' οὗ τὸ βαρὺ καὶ ἐπίμοχθον φορτίον τῶν ἁμαρτιῶν τὸ πιεζοῦν τὴν ψυχὴν ἀποῤῥίψας τις, καὶ πάντα ῥύπον καὶ σπίλον καὶ κηλῖδα σμηξάμενος, δεσμῶν τε ἀνεθεὶς πολυπλόκων, συνησθημένος τούτων ἁπάντων ἐρεῖ· *Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με.* Εἶθ' ὥσπερ ἐκλείπων πάλαι τὴν ψυχὴν, ἔπειτα διὰ τῆς ἀποδοθείσης χλόης καὶ τοῦ σωτηρίου ὕδατος ἀναλαβὼν ἑαυτὸν, καὶ ὥσπερ ἐκ θανάτου παλινδρομήσας, φήσει· C *Τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψε.* Ταῦτα πάντα ὑπάρξει τῷ διὰ τοῦ δηλωθέντος Δαυῒδ ὑπὸ τοῦ Κυρίου ποιμαινομένῳ.

Ὡδήγησέ με ἐπὶ τρίβους δικαιοσύνης ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Ταῦτα, φησὶ, πράττει, ὡς ἂν μὴ βλασφημῆται αὐτοῦ τὸ ὄνομα, τῶν αὐτοῦ προβάτων ἀπολλυμένων, ἢ κακῶς ἀγομένων. *Ἐὰν γὰρ καὶ πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ.* Μακρὰν γὰρ ἡ ἁμαρτία παντὸς συνόντος Θεῷ. Σκιὰν θανάτου τὸν κοινόν φησι θάνατον, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος λύσιν, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ θανάτου τῆς ψυχῆς, καθ' ὃ εἴρηται· *Ψυχὴ ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ ἀποθανεῖται·* καὶ, *Ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον.* Οὐκ ἔστι γὰρ σκιὰ θανάτου· ἀλλ' ἀληθινὸς θάνατος ἡ τῆς ψυχῆς ἀπώλεια τυγχάνει. Ἐπεὶ οὖν μεμαθήκασιν, ὡς ἄρα ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα, μεταβέβηκε δὲ ἀπὸ τοῦ θα- D νάτου εἰς τὴν ζωὴν, σφόδρα ἀκριβῶς οὔ φασι θάνατον ἐπιέναι αὐτοῖς ἀλλ' ἢ ἄρα σκιὰν θανάτου· ταύτῃ δηλοῦντες τοὺς κατὰ ἄνθρωπον κινδύνους καὶ τὸν σωματικὸν θάνατον οὐδὲν ἕτερον ὄντα ἢ χωρισμὸν ψυχῆς ἀπὸ σώματος.

Ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗται με παρεκάλεσαν. Ταῦτα οὖν παρακαλεῖ τὸν τυπτόμενον καὶ τὸν κολαζόμενον, πεπεισμένον, ὅτι μαστιγοῖ ὁ Θεὸς πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται.

autem provecti, homines vocantur. Illi porro quando oves sunt, a pastore quem Ezechiel Davidis nomine indicat [21], id est a Salvatore nostro Christo ducti, ad hæc dicenda instituuntur, *Dominus pascit me, et nihil mihi deerit.* Illi vero ipsi intelligibili ac novo alimento atque pascuis sacrorum Evangeliorum enutriti, dicent, *in loco pascuæ ibi me collocavit.* Qui autem in Christo initiatur, quique aquam potat, quod nondum valeat vinum veræ vitis bibere, quia adhuc in ovium numero computatur, sed tamen salutari illa aqua recreatur, de qua Salvator hæc clamat: *Si quis sitit, veniat ad me et bibat* [22]; et iterum: *Qui biberit aquam quam ego dabo ei, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ* [23]; ac rursum: *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum* [24]; is jure dixerit, *super aquam requiei educavit me.* Sed etiam posita per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti veterum peccatorum sarcina, apposite dicat, *super aquam requiei educavit me.* Requiei etenim vere est aqua hujusmodi, qua quis, abjecto peccatorum gravi onerosoque pondere animam opprimente, omni macula et labe abstersa, solutisque vinculis illis complicatis, lætitia hujusce rerum successus affectus dicet, *super aquam requiei educavit me.* Deinde vero, utpote qui cum olim animo deficeret, per gratiam sibi datam ac per salutarem aquam in meliorem sese statum receperit, quasi a morte revocatus sit dicet, *animam meam convertit.* Hæc omnia evenient homini qui per memoratum Davidem a Domino pascitur.

VERS. 3, 4. *Deduxit me super semitas justitiæ propter nomen suum.* Hæc, inquit, ideo agit, ut ne, amissis ac perditis, aut male deductis ovibus, nomen suum blasphemetur. *Nam et si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Procul enim peccatum est ab eo qui Dei consortio fruitur. Umbram mortis vocat mortem illam communem, atque separationem animæ a corpore, ad differentiam mortis animæ, de qua dicitur: *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur* [25]; et: *Est peccatum ad mortem* [26]. Siquidem non umbra mortis, sed vera mors est, illa animæ pernicies. Quandoquidem igitur didicerunt, credentem in Filium Dei non moriturum esse in æternum, sed translatum esse de morte ad vitam, admodum congruenter non mortem, sed umbram mortis sibi accidisse memorant; quo declarantur pericula quæ secundum hominem contingunt, et indicatur corpoream mortem nihil aliud esse, quam separationem animæ a corpore.

Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Hæc igitur consolantur eum qui verberibus et castigationibus afficitur, utpote qui gnarus sit Deum verberare filium quem cooptaverit.

[21] Ezech. XXXIV, 23. [22] Joan. VII, 37. [23] ibid. 39. [24] Joan. IV, 13. [25] Ezech. XVIII, 4. [26] I Joan. V, 17.

VERS. 5. *Parasti in conspectu meo mensam, adversus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum, et calix tuus inebrians quam præclarus est!* Norunt enim oleum spirituale, quo caput suum impinguatur, atque ebrietatem illam quæ roborat non resolvit, necnon spiritalem illum cibum quem apponit nobis ille qui ad pastoris munus sponsi conditionem adjicit. His, inquit, fruamur bonis, et gaudeamus, dum interim inimici nostri dolent ac macerantur, quia ii qui olim servi erant, mutationem tantam experti sunt, *impinguasti in oleo caput meum.*

VERS. 6. *Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ, et ut inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.* Misericordiæ, et gratiæ confisus tuæ, novi sane me, institutum a misericordia tua omnibus diebus vitæ meæ, spe illa in te posita nunquam lapsurum. Hæc itaque misericordia, hæc gratia tua mihi id boni contulere, ut domum et Ecclesiam tuam in domicilium possiderem; ubi commoratus, utpote in sacris Dei ædibus et in sancto templo, longitudinem dierum apud te et vitam æternam consequar. Nam quod domum tuam incolam, nunquam inde egrediens, neque declinans aliorsum, hoc mihi in causa fore arbitror ut longitudinem dierum, ipso lumine tuo lucente, nanciscar. Pro illo autem, *in longitudinem dierum*, Symmachus, *in diuturnitatem temporis*, interpretatus est, vitæ illius secundum Deum interminabile spatium atque immortalitatem denotans.

PSALMUS DAVID XXIII.

In quibusdam exemplaribus inveni: « Una Sabbatorum. »

VERS. 1, 2. *Domini est terra et plenitudo ejus, orbis terrarum et universi qui habitant in eo. Ipse super maria fundavit eum, et super flumina præparavit eum.* Nisi enim, inquit, divinum Verbum ipsi præfuisset, ac nisi Sapientia Dei ipsum hoc fundasset modo, jam olim, vel naturali deprimente pondere, in profundum demersus fuisset. Verum multo præstantior illo erat virtus illa Domini miraculorum ac prodigiorum effectrix, quæ tantam molem tantamque terræ plenitudinem, ac orbem cum habitatoribus ejus, sublimem agi, et aquarum dorso imponi decreverat. Quapropter *ipse*, inquit, *super maria fundavit eum.* Neque enim ipsa terra gravis et inanimata, sese supra abyssos consolidavit; sed omnium opifex Dei Filius, qui solidum graveque terræ elementum, divina creatione, supra maris dorsa ferri voluit, ac supra humidam naturam constitui, atque ipsam hoc modo fundavit. Alioque ratiocinandi ritu, terram non sua sponte substitisse docet, neque sorte quadam temeraria ac irrationabili, tali undique forma instructam. Quare subjicit, *et super flumina præparavit eum.* Si nam-

A *Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν ἐξεναντίας τῶν θλιβόντων με. Ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου, καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον ὡς κράτιστον!* Ἴσασι γὰρ καὶ τὸ πνευματικὸν ἔλαιον, ὃ τὴν κεφαλὴν ἐπιάνθησαν, καὶ τὴν κρατύνουσαν, ἀλλ' οὐ διαλύουσαν μέθην· καὶ τὴν μυστικὴν τροφὴν, ἣν προτίθησιν ἡμῖν ὁ πρὸς τὸ ποιμαίνειν καὶ νυμφίος γενόμενος. Τούτοις δὲ, φησὶν, ἐντρυφῶμεν τοῖς ἀγαθοῖς, τῶν δυσμενῶν ἀνιωμένων καὶ τρυχομένων· ὅτι οἱ πάλαι, φησὶ, δουλεύοντες τοσαύτης μεταβολῆς τετυχήκασιν, *ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου.*

Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξεταί με πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, καὶ τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου εἰς μακρότητα ἡμερῶν. Πεποιθὼς τῷ
B σῷ ἐλέει, καὶ τῇ σῇ χάριτι, οἶδ' ὅτι οὐκ ἐκπεσοῦμαι τῆς παρὰ σοὶ ἐλπίδος παιδαγωγούμενος πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου ὑπὸ τοῦ σοῦ ἐλέους. Τοῦτο γοῦν τὸ σὸν ἔλεος καὶ αὐτή σου ἡ χάρις κατηξίωσέ με οἰκητήριον κτήσασθαι τὸν σὸν οἶκον καὶ τὴν σὴν Ἐκκλησίαν· ἔνθα τὰς διατριβὰς ποιούμενος ὡς ἐν οἴκῳ Θεοῦ, ἱερῷ καὶ ἁγίῳ ναῷ, μακρότητος τῶν παρὰ σοὶ ἡμερῶν καὶ ζωῆς αἰωνίου τεύξομαι. Τὸ γὰρ κατοικεῖν με ἐν τῷ σῷ οἴκῳ, καὶ μηδέποτε αὐτοῦ ἐξίστασθαι μηδὲ ἀπονεύειν, ἀεὶ δὲ εἴσω περιβόλων ἱερῶν τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι, ταῦτά μοι αἴτια γενήσεσθαι πιστεύω μακρότητος ἡμερῶν τῶν ἐκ τοῦ σοῦ φωτὸς ὑφισταμένων. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *εἰς μακρότητα ἡμερῶν*, *εἰς μῆκος χρόνου* ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε, τῆς κατὰ τὸν Θεὸν ζωῆς τὸ ἄπειρον καὶ ἀθάνατον σημή-
C νας.

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΚΓ'.

Ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις εὗρον· « Τῆς μιᾶς τῶν Σαββάτων (1). »

Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν. Εἰ μὴ γὰρ Λόγος αὐτῆς, φησὶν, ἐπεστάτει θεῖος, καὶ εἰ μὴ σοφία Θεοῦ τοῦτον αὐτὴν τεθεμελιώκει τὸν τρόπον, πάλαι ἂν φυσικῷ βάρει κάτω που φερομένη κατὰ βυθῶν κεχωρήκει. Ἀλλ' ἦν ἄρα κρείττων αὐτῆς ἡ θαυματουργὸς καὶ παραδοξοποιὸς τοῦ τῶν ὅλων Κυρίου δύναμις, ἣ τὸν τοσοῦτον ὄγκον καὶ τὸ τοσοῦτον τῆς γῆς πλή-
D ρωμα, ὅλην τε τὴν οἰκουμένην καὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν ἄνω φέρεσθαι μετέωρον ὑπὲρ τὰ νῶτα τῶν ὑδάτων βεβούληται. Διὸ, *αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν*, εἴρηται. Οὐ γὰρ αὐτὴ ἑαυτὴν ἡ βαρεῖα καὶ ἄψυχος γῆ ἐπὶ τῶν βυθῶν ἐστήριξεν, ἀλλ' ὁ πάντων δημιουργὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, ὃς τὸ στερέμνιον καὶ βαρὺ τῆς γῆς στοιχεῖον θεϊκῇ δημιουργίᾳ (2) ὑπὲρ νώτων ὀχεῖσθαι θαλάσσης καὶ ὑπεράνω τῆς ὑγρᾶς φύσεως ἑστάναι βουληθεὶς, καὶ τοῦτον αὐτὴν θεμελιώσας τὸν τρόπον. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ λογισμὸν παρίστησι τὸ μὴ αὐτόματον ὑποστῆναι τὴν γῆν, μηδὲ ὡς ἔτυχεν, εἰκῇ καὶ ἀλόγως, τὸ

(1) Idipsum monet Theodoretus. In Hebraico exemplari nihil de Sabbato.
(2) Alius, μεγαλουργίᾳ.

A τοιοῦτον αὐτῇ περιβεβλῆσθαι σχῆμα· διὸ ἐπιλέγει· *Καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν.* Εἰ μὲν γὰρ ὅλη δι' ὅλου λεία καὶ ὁμαλὴ κατὰ τὴν σφαῖραν τῶν Ἑλλήνων ὑπῆρχεν, οὐκ ἄν ποτε τῆς τῶν ποταμῶν συστάσεως δεκτικὴ ἐγεγόνει· οὐδ' ἂν εἰς γεωργίαν ἐπιτηδεία, ἐκρεόντων ἁπανταχόθεν τῶν εἰς αὐτὴν φερομένων ὄμβρων· ὡς αὖ πάλιν ἐκ τοῦ ἐναντίου, εἰ πλὰξ ἦν μία ἡπλωμένη καὶ ἀνειμένη εἰς πεδιάδας χώρας, οὐδ' οὕτως συνέστησαν ἐν αὐτῇ ποταμοί· οἵ τ' ἐξ ἀεννάων πηγῶν φερόμενοι, οἵ τε ἐκ τῶν χειμερινῶν ὄμβρων συνιστάμενοι· πάλαι δ' ἂν ἐπικλύσαντες πᾶσαν, οὔτε σπέρμασιν, οὔτε φυτοῖς, οὔτε γεωργίαις ἐπιτηδείαν αὐτὴν παρεῖχον· ἀλλ' οὐδὲ αὐτοῖς τοῖς οἰκήτορσιν γεγόνει ἂν χρήσιμος, πάντων ἐπικλυζομένων καὶ κατασυρομένων ὑπὸ τῆς τῶν ὑδάτων B πλημμύρας. Ταῦτα μὲν οὖν ἦν, εἰ μὴ λόγος τις δημιουργικὸς καὶ Θεοῦ σοφία τεχνικῶς αὐτῇ τοιόνδε σχῆμα περιβεβλήκει· νυνὶ δὲ οὕτως κατεσκευάσθη, ὡς εἰς ὄρη καὶ νάπας, βουνούς τε καὶ φάραγγας ἐσχηματίσθαι· ὡς καὶ ποταμοὺς τὰς ἑαυτῶν διεξόδους ἀκωλύτως ποιεῖσθαι· ὄρη τε καὶ ἄλση καὶ φυτὰ ζώοις ἀπονέμεσθαι· χώρας τε καὶ πεδιάδας εἰς οἰκήσεις καὶ γεωργίας ἀνθρώποις ἀφωρίσθαι. Τίς τοίνυν οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν ἀληθῶς σοφῆς εἶναι προμηθείας ταῦτα; ἥ, προλαβοῦσα τὸ μέλλον πρὸ τοῦ πληρώματος τῆς γῆς, καὶ πρὸ τοῦ συστῆναι τὰ ἐν αὐτῇ, τοιάνδε αὐτὴν ἐσχημάτισε, καταλλήλῳ διαπλάττουσα τύπῳ, ὡς ἂν τοῖς πᾶσι γένοιτο ἐπιτηδεία. Μυστικώτερον δὲ τοῦ Κυρίου γέγονεν ἡ γῆ.

C *Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου; ἢ τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ;* τὸ τελικὸν ἀγαθὸν καὶ τὸν Θεὸν Λόγον λεκτέον, ἐφ' ὃ ἀναβαίνει ὁ διὰ προκοπῆς ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν αὐτοῦ φθάσαι γλιχόμενος. Σπάνιος δὲ ὁ τοιοῦτος· διὸ εἴρηται· *Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου; ἢ τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ;*

Ἀθῶος χερσὶ καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ὤμοσεν ἐπὶ δόλῳ τῷ πλησίον αὐτοῦ. Οὗτος λήψεται εὐλογίαν παρὰ Κυρίου, καὶ ἐλεημοσύνην παρὰ Θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ. Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων αὐτόν, ζητούντων τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. Διάψαλμα. Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ D *εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατός, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ.* Ἴσως δὲ διὰ τῆς πεύσεως καὶ ἀποκρίσεως διδάσκουσι πάντας ἀνθρώπους τὴν δεσποτείαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· εἴ γε τίς δ' οἴῃ ταύτας μὴ ἀγνοεῖν. Τινὲς δὲ τὴν δευτέραν πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν, οὐ ταῖς ἔτι ἀνωτέρω δυνάμεσιν εἰρῆσθαι φασίν, ἀλλὰ ταῖς αὐταῖς. Τό τε διάψαλμα πρὸ τοῦ· *Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν,* κείμενον, τῆς μελῳδίας ἔοικε μεταβολὴν πεποιῆσθαι· ἐπεὶ καὶ τῆς διανοίας αὐτῆς. Ἐν δὲ τῷ λέγειν εἰσελεύσεσθαι αὐτὸν, λεληθότως καὶ ἔξοδον αὐτοῦ ᾐνίξατο. Εἶτ' ἐπεὶ μὴ μόνος ἤμελλεν εἰσιέναι εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν, πάσας ἀναπετασθῆναι τὰς πύλας ὁ λόγος παρακελεύεται διὰ τοὺς

que tota et in omnibus sui partibus, lævi æquabilique superficie, secundum illam Græcorum sphæram, fuisset, nunquam fluminum congregationem admisisset; neque agriculturæ apta foret, diffluentibus undequaque pluviis: ut e converso iterum, si plana esset, unaque superficies, extensa in planities et agros; nequaquam flumina ex perennibus fontibus manantia illic exsisterent; neque fluvii qui ex hibernis imbribus coalescunt; sed jamdiu totam terram inundassent, ita ut neque sationi, neque plantis et arboribus, neque agriculturæ idoneam præberent. Neque ipsa incolis suis apta utilisque fuisset, cum aquarum colluvie omnia inundarentur ac diffluerent. Hæc sane accidissent, nisi verbum quodpiam opifex rerum, ac Dei sapientia, artificio magno talem ipsi undique formam indidisset. Jam vero sic composita est, ut in montes et clivos, colles et valles distribuatur, utque flumina, nullo obice, suos sibi exitus parent; montes, silvæ et arbores animalibus deputentur; agri et planities hominibus ad domicilium et agriculturam destinata sint. Quis ergo non confiteatur hæc a sapienti quadam providentia proficisci? Quæ futura prospiciens antequam plenitudo terræ et quæ in ea sunt consisterent, tali eam forma exornavit, congruentibus mutuisque illam modis efformans, ut omnibus commoda evaderet. Mystico autem more hæc terra Domini fuerit [ea nimirum quæ mox indicatur].

VERS. 3. *Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus?* Id de perfecto bono ac de Deo Verbo explicandum, ad quod ascendit quisquis progressus cacumen ejus attingere expetit. Sed rari hujusmodi sunt; quare dicitur: *Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus?*

VERS. 4-8. *Innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo. Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Jacob. Diapsalma. Attollite portas, principes, vestras; et elevamini, portæ æternales, et introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio.* Fortasse ii per interrogationem et responsionem omnes homines de dominatu Domini nostri Jesu Christi instituunt: si putetur tamen eas ipsas [cœlestes potestates] id non ignorare. Sunt qui arbitrentur secundam interrogationem et responsionem non sublimioribus potestatibus factam, sed iisdem atque priorem. Diapsalma vero ante illud, *Attollite portas, principes, vestras,* positum, videtur melodiæ solum immutationem inducere, quia eadem in sequentibus sententia. Cum autem introiturum ipsum ait, exitum etiam ejus latenter adumbravit. Deinde vero quia non ipse solus intraturus in regnum suum erat, portas omnes pandi et aperiri jubetur, eorum

scilicet causa qui cum Dei Filio regnum cœlorum consecuturi erant. Multas quippe ac diversas ad regni cœlorum aditum portas aperuit: nam apud Patrem mansiones multæ sunt [27]. Ac perpende, quæso, num hic solvatur quæstio psalmi, qui sic habet: *Ascendit Deus in jubilatione, Dominus in voce tubæ* [28]. Hic Spiritus sanctus jubilationem ac vocem tubæ dedit. Nam in ascensu Filii Dei in cœlos, par fuit ipsi obviam isse angelos, suæ pro hominibus œconomiæ administros, atque cœlestium portarum fores ipsi aperuisse, voces angelicosque clamores, qui in psalmo feruntur, emisisse: quos jubilationem et vocem tubæ nuncupat dicens: *Ascendit Deus in jubilatione, Dominus in voce tubæ.*

DAVIDI XXIV.

Cum neque psalmus, neque canticum, neque quid simile inscribatur, neque in finem hæc referantur; ac quidam sermones sint in Spiritu sancto a Davide conscripti, ideo a reliquis interpretibus *Davidis* inscribitur. Jure dicamus ipsum doctrinam complecti confessionis Deo emissæ; qua prior quidem David usus sit, deinde nobis eamdem ipsam tradiderit, ut doceret quo pacto infirmum quemque animam curare suam per confessionem oporteat.

VERS. 2, 3. *Ad te, Domine, levavi animam meam; Deus meus, in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei, etenim universi qui sustinent te non confundentur.* Hæc ait, quasi in altum evectus et translatus; ut qui animam suam ab infimis rebus abstractam sublimem egerit, atque affectu eam sursum ac Deo vicinam constituerit, et mortalia humanaque aversatus, ad Deum se sincero corde converterit. Deindeque ait: Non mihi, sed tibi Deo meo confisus, multaque usus fiducia, talem rem aggressus sum. Qui omnia quæ sub aspectum et sensum cadunt contempsit, et ad incorporeum invisibilemque Deum animam erexit, Deum, ut possessum abs se bonum, fidenter invocat; quapropter dicit: *Deus meus, in te confido.* Quæ ad me attinent, inquit, ita se habent. Cæterum precibus mihi divinoque tuo auxilio opus est, ut ne a scopo aberrem, neve ceu a præalto cacumine lapsus atterar. Quare obsecro rogoque, ne ab inimicis meis pudore suffundar et irridear: quod sane tuo Dei mei auxilio obtinebo. Nam pristina quidem ex proprio voluntatis delectu proficiscebantur, ut scilicet animam meam arbitratu meo sus deque agerem: secunda patrocinio et subsidio egent tuo.

VERS. 4. *Confundantur iniqua agentes supervacue.* Proposito insistere solum convenit, neque mutare sententiam, vel a fide deficere. Nam qui instabiles mobilesque sunt, ac omni vento circumferuntur, ii

A μέλλοντας κληρονομεῖν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν σὺν τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Πολλὰς γὰρ ἀνέῳξε καὶ διαφόρους πύλας τῆς εἰς τοὺς οὐρανοὺς εἰσόδου· ἐπεὶ καὶ πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί. Ὅρα δὲ εἰ μὴ ἐν τούτοις λυθείη ἂν τὸ ζητούμενον ἐν τῷ φάσκοντι ψαλμῷ· *Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος.* Ἐνταῦθα γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ τὸν ἀλαλαγμὸν καὶ τὴν φωνὴν τῆς σάλπιγγος ἀποδίδωσιν. Ἐν γὰρ τῇ εἰς οὐρανοὺς ἀναβάσει τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοὺς διακονησαμένους αὐτῷ ἀγγέλους τὴν εἰς ἀνθρώπους οἰκονομίαν προτρέχειν αὐτῷ εἰκὸς, καὶ τὰς οὐρανίους πύλας αὐτῷ παρασκευάζειν, φωνάς τε ἀφιέναι καὶ βοὰς ἀγγελικὰς, τὰς ἐν τῷ ψαλμῷ φερομένας· ἃς δὴ ἀλαλαγμὸν καὶ φωνὴν σάλπιγγος ὠνόμασε φήσας· *Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύ-*
B *ριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος.*

ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΚΔ'.

Ἐπεὶ μήτε ψαλμὸς ἐπιγέγραπται, μήτε ᾠδὴ, μήτε τι τῶν παραπλησίων, ἀλλ' οὐδ' εἰς τὸ τέλος ἀναπέμπεται τὰ προκείμενα· λόγοι δέ εἰσιν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι τῷ Δαυῒδ συγγεγραμμένοι· διὸ παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς *τοῦ Δαυῒδ* προγέγραπται· εἰκότως φήσομεν διδασκαλίαν περιέχειν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἐξομολογήσεως, ᾗ πρῶτος μὲν αὐτὸς ὁ Δαυῒδ ἐχρήσατο, ἔπειτα δὲ καὶ ἡμῖν παραδέδωκε, παιδεύων ὅπως χρὴ νοσήσαντα τὴν ἑαυτῶν θεραπεύειν ψυχὴν δι' ἐξομολογήσεως.

Πρὸς σὲ, Κύριε, ἦρα τὴν ψυχήν μου· ὁ Θεός μου, ἐπὶ σοὶ πέποιθα, μὴ καταισχυνθείην· μηδὲ καταγελασάτωσάν με οἱ ἐχθροί μου· καὶ γὰρ πάν-
C *τες οἱ ὑπομένοντές σε οὐ μὴ καταισχυνθῶσι.* Ταῦτά φησιν, ὡσανεὶ ἐπάρας εἰς ὕψος μεταθείς τε καὶ μετεωρίσας τῶν τῇδε πραγμάτων τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· ἄνω τε πλησίον αὐτὴν τοῦ Θεοῦ τῇ διαθέσει καταστήσας δι' ἀποστροφῆς μὲν τῶν θνητῶν καὶ ἀνθρωπίνων, ἐπιστροφῆς δὲ γνησίας τῆς πρὸς αὐτόν. Ἔπειτά φησι· Τοῦτο πεποίηκα, οὐχ ἐμαυτῷ θαῤῥῶν, ἀλλ' ἐπὶ σοὶ τῷ Θεῷ μου πεποιθὼς, πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμενος. Ὁ πάντων μὲν τῶν αἰσθητῶν καὶ ὁρωμένων καταφρονήσας, ἐπὶ δὲ τὸν ἀσώματον καὶ ἀόρατον Θεὸν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐπάρας, ὡς ἂν ἴδιον ἑαυτοῦ κτῆμα γενόμενον τὸν Θεὸν ἐπικαλεῖσθαι θαῤῥεῖ· διὸ λέγει· *Ὁ Θεός μου, ἐπὶ σοὶ πέποιθα.* Καὶ τὰ παρ' ἐμοῦ μὲν, φησὶ, ταῦτα. Λοιπὸν δὲ εὐχῆς μοι δεῖ, καὶ τῆς παρὰ σοῦ τοῦ Θεοῦ συνεργείας, πρὸς τὸ μὴ
D ἐκπεσεῖν τοῦ σκοποῦ, μηδ' ὥσπερ ἀφ' ὑψηλῆς ἀκρωρείας πεσόντα ἀποῤῥαγῆναι. Διὸ δέομαι καὶ ἱκετεύω μὴ καταισχυνθῆναι, μηδὲ καταγελασθῆναι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν μου· ταῦτα δέ μοι ἔσται ἐκ τῆς σῆς τοῦ Θεοῦ μου βοηθείας. Τὰ μὲν γὰρ πρῶτα ἐξ ἐμῆς ἦν προαιρέσεως, τὸ ἄγειν καὶ φέρειν τὴν ἐμαυτοῦ ψυχὴν ὅπη καὶ βούλομαι· τὰ δὲ δεύτερα τῆς σῆς ἀντιλήψεως καὶ συνεργείας δεῖται.

Αἰσχυνθήτωσαν οἱ ἀνομοῦντες διακενῆς. Μόνον ὑπομένειν τῇ προθέσει, μηδὲ μεταβάλλειν, καὶ μεθίστασθαι τῆς πίστεως. Οἱ γὰρ εὐρίπιστοι καὶ παντὶ ἀνέμῳ περιφερόμενοι πάθοιεν ἄν ποτε τὰ τῆς αἰσχύ-

[27] Joan. XIV, 2. [28] Psal. XLVI, 6.

της· οὐ μὴν καὶ οἱ λέγειν μεμαθηκότες· *Ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν Κύριον.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἀνομοῦντες*, οἱ λοιποὶ καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις, *οἱ ἀποστατοῦντες* ἡρμηνεύκασιν· σαφῶς τοὺς παραβάτας, καὶ μὴ τῷ προτέρῳ ἑαυτῶν σκοπῷ ἐμμένοντας καταισχυνθήσεσθαι ἀποφηνάμενοι. Τῆς γὰρ ἀποστασίας ἑαυτῶν καρπὸν ὑπόκενον εὑρόντες, ὡς ἂν διακενῆς ἀποστατήσαντες τοῦ Θεοῦ, καταισχυνθήσονται.

Τὰς ὁδούς σου, Κύριε, γνώρισόν μοι, καὶ τὰς τρίβους σου δίδαξόν με. Ὁδήγησόν με ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν σου καὶ δίδαξόν με, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ Σωτήρ μου, καὶ σὲ ὑπέμεινα ὅλην τὴν ἡμέραν. Εἰσὶ δὲ ὁδοὶ τοῦ Κυρίου αἱ τῆς προνοίας αὐτοῦ διοικήσεις, καθ' ἃς τὰ σύμπαντα διακυβερνᾷ· περὶ ὧν ὁ θεῖος Ἀπόστολος διδάσκων ἔλεγεν· *Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ.* Οὕτω δὲ καὶ τρίβοι αὐτοῦ εἶεν αἱ κατὰ μέρος διοικήσεις τῶν ὅλων, καθ' ἃς ὥσπερ ἐπιπορευόμενος τά τε κατ' οὐρανὸν καὶ τὰ ἐπὶ γῆς τῇ προνοητικῇ δυνάμει, τρίβους ἑαυτοῦ καὶ πορείας τοῖς νοεῖν δυναμένοις δείκνυσι· διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον, εἴρηται, *καὶ τὰς πορείας σου δίδαξόν με.* Ταῦτα δέ με διδάσκων, ἐπίστησόν με τῇ ἀληθείᾳ σου, πρὸς τὸ μὴ σφάλλεσθαι ψευδοδοξοῦντα, καὶ ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων ἐν τῇ τῶν φυσικῶν θεωρίᾳ δοξάζειν, ὁποῖα πεπόνθασιν οἱ σοῦ τοῦ Θεοῦ μὴ τυχόντες διδασκάλου, λογισμοῖς δὲ θνητοῖς καὶ ἀνθρωπίνοις καταστοχασάμενοι τῶν πραγμάτων, καὶ μακρὰν τῆς ἀληθείας ἐξακοντισθέντες. Διδαχθεὶς δὲ παρὰ σοῦ, ὅτι μὴ μόνον κτίστης καὶ δημιουργὸς καὶ Θεός μου τυγχάνεις, ἀλλὰ καὶ Σωτήρ μου, εἰκότως *σὲ ὑπέμεινα ὅλην τὴν ἡμέραν*, τουτέστι πᾶσαν τὴν ζωήν μου, μεμαθηκὼς, ὅτι *πάντες οἱ ὑπομένοντές σε οὐ μὴ καταισχυνθῶσιν.*

Μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν σου, Κύριε, καὶ τὰ ἐλέη σου, ὅτι ἀπὸ τοῦ αἰῶνός εἰσιν. Ἁμαρτίας νεότητός μου, καὶ ἀγνοίας μου μὴ μνησθῇς. Οὐχ ἡγοῦμαι ταῦτα τῷ Δαυῒδ τοσοῦτον ἁρμόζειν, ὅσον τοῖς ἐξομολογεῖσθαι ἐπὶ τοῖς πρότερον ἁμαρτήμασιν ἑαυτῶν διδασκομένοις. Οὐ γὰρ εὑρίσκομεν τὸν Δαυῒδ ἐν τῇ νεότητι αὐτοῦ ἡμαρτηκότα, οὐδ' ἐν τῇ παιδικῇ ἡλικίᾳ· ἀλλ' οὐδ' ἐν ἀγνοίᾳ γεγενημένον. Μήποτ' οὖν ἡ διδασκαλία ὡς παρὰ ἰατροῦ τοῖς νενοσηκόσι, καὶ ἐν τῇ τῆς ἡλικίας ἀκμῇ ἐντὸς γενομένοις Θεοῦ γνώσεως, νεωτερικοῖς ἁμαρτήμασιν ἐγκαλινδηθεῖσιν, δίκην φαρμάκου παραδέδοται· ὡς ἂν μαθόντες ἐξομολογοῖντο τὰ ἐν ἀγνοίᾳ αὐτοῖς πεπλημμελημένα, ἀνακαλύπτοντες τῷ Θεῷ, καὶ ὥσπερ παλαιὰ τραύματα τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἀπογυμνοῦντες αὐτῷ, δεόμενοί τε ἰάσεως καὶ θεραπείας τυχεῖν διὰ τοῦ ἐλέους αὐτοῦ, *ἕνεκεν τῆς χρηστότητός σου, Κύριε.*

Χρηστὸς καὶ εὐθὺς ὁ Κύριος, διὰ τοῦτο νομοθετήσει ἁμαρτάνοντας ἐν ὁδῷ. Ὁδηγήσει πραεῖς ἐν κρίσει, διδάξει πραεῖς τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ. Χρη-

A certe in confusionem et opprobrium delabentur: sed non perinde ii qui hæc effari didicerunt, *Exspectans exspectavi Dominum* [29]. Hujus autem loco, *iniqua agentes*, reliqui interpretes ac Quinta editio *deficientes* interpretati sunt : quo prævaricatores, necnon eos qui in pristino scopo ac consilio non perseverarunt, pudore afficiendos esse aperte declarant. Postquam enim vanum irritumque defectionis suæ fructum deprehenderint, utpote qui frustra a Deo desciverint, in pudorem ac turpitudinem delabentur.

Vers. 5. *Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua et doce me, quia tu es Deus Salvator meus, et te sustinui tota die.* Sunt porro viæ Domini, providentiæ ipsius administrationes, queis omnia gubernat :
B quas nos divinus edocet Apostolus his verbis : *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus et investigabiles viæ ejus* [30]! Eadem vero ratione semitæ ejus, singulæ universorum administrationes fuerint, quibus cœlestia terrenaque ceu percurrens, hominibus intelligentia præditis semitas progressusque demonstrat suos; quamobrem, secundum Symmachum, dicitur, *et progressus tuos edoce me.* Hac autem me doctrina instituens, veritate tua confirma me; ne labar falsis opinionibus, neu in naturalium rerum speculatione alia æstimem pro aliis, qualia iis acciderunt qui te Deo magistro non sunt usi, sed mortalibus humanisque ratiociniis a rerum notitia aberrarunt, et procul a veritate disjecti sunt. Abs
C te sic edoctus, te non creatorem modo, opificem Deum, sed etiam Servatorem esse meum, jure *te sustinui tota die*, id est, per totum vitæ tempus, gnarus scilicet illius, *universi qui sustinent te, non confundentur.*

Vers. 6, 7. *Reminiscere miserationum tuarum, Domine, et misericordiarum tuarum quæ a sæculo sunt. Delicta juventutis meæ et ignorantias meas ne memineris.* Hæc non tam Davidi congruere arbitror, quam iis qui didicerunt pristina peccata confiteri sua. Non enim reperimus Davidem in adolescentia sua neque in juvenili ætate peccasse; sed neque per
D ignorantiam deliquisse. Num igitur doctrina isthæc ceu a medico ægris, et iis qui in ætatis flore Dei notitia imbuti sunt, atque in juvenilibus peccatis volutati, quasi medicina tradita est? ut eruditi, peccata sua per ignorantiam admissa confiteantur, ipsaque Deo revelent, ac tanquam vetera animæ suæ vulnera ipsi detegant, medicinam et incolumitatem rogantes per misericordiam ejus, *propter bonitatem tuam, Domine.*

Vers. 8, 9. *Dulcis et rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Diriget mansuetos in judicio, docebit mites vias suas.* Dulcis, inquit,

[29] Psal. xxxix, 2. [30] Rom. xi, 33.

et rectus Dominus est, qui probe omnia dispensat, rectamque diligit viam, ac tortuosa in rectum callem deducit. Quapropter peccatores non aversatur, neque negligit sinitve eos peccatis corrumpi suis : sed quasi perhumanus bonusque Servator infirmorum plus quam bene habentium curam gerit, atque ipsis legem dat, pœnitentiæ vias indicans, legesque ponens ipsis ad salutem congruentes. Nam vel iis qui peccant via quædam salutis ostenditur, videlicet conversionis, pœnitentiæ, confessionis, quæ quidem alia est a via perfectis viris tradita. Nam cum legem dat Deus, viam peccantibus aliam, aliam a peccato se convertentibus, aliam iis qui in virtute proficiunt, aliam demum perfectioribus tradit. Quamobrem peccantibus quidem viam ostendit; mansuetos cum judicio diriget, eorumque, utpote perfectiorum, curam geret: quare dignos eos qui beati prædicarentur æstimavit, secundum illud : *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram* [31]. Hos etiam docet vias suas. Loco autem illius, *vias suas :* Aquila et Symmachus, *viam suam* dixerunt. Nam ea ipsa via Salvator incessit, prout dicitur : *Discite a me quia mitis sum et humilis corde* [32]. Eadem igitur ipsa via illos deducit et quasi manu dirigit. Idcirco ut sapiens legislator, aliam peccatoribus, mitibus alteram viam ostendit.

Vers. 10. *Universæ viæ Domini, misericordia et veritas requirentibus testamentum ejus et testimonia ejus.* Multæ, inquit, viæ Domini sunt, verum omnibus præcurrit misericordia ejus : cum misericordia porro veritas una procedit, miseretur quippe omnium et nihil odit eorum quæ fecit [33] : neque enim aliquid condidit quod odio haberet. Singulis igitur divinæ administrationis et providentiæ viis misericordia præcurrit, misericordiam veritas subsequitur. Iis autem qui sollicite requirunt, quæstionum veram notitiam subministrat qui ait : *Quærite, et invenietis, pulsate, et aperietur vobis* [34]. Testamentum vero ejus in genere acceptum, vocatur omnis divinitus inspirata Scriptura hominibus tradita. Testimonia sunt quotquot in Scripturis divinis de illo prophetice feruntur, aut quæ ab ipso iis qui in rebus divinis instituuntur, testificatione adhibita, præcepta sunt.

Vers. 12, 13. *Quis est homo qui timet Dominum? legem statuet ei in via, quam elegit. Anima ejus in bonis demorabitur, et semen ejus hæreditabit terram.* Audiat, inquit, quisquis timet Dominum, atque in una, quam elegit, via incedit, quidnam ipsi eventurum sit. Et nunc quidem ille malis afficietur, ut par est, quippe qui religionis ac pietatis certaminibus exerceatur. At erit tempus quo anima ejus in bonis demorabitur: quibusnam in bonis, nisi de quibus dictum est : *Quæ oculus non vidit* [35], et

A στός ἐστιν καὶ εὐθὺς, φησὶν, ὁ Κύριος, εὖ διατιθέμενος τὰ πάντα, καὶ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἀγαπῶν, τά τε σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν ἄγων. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀποστρέφεται, οὐδὲ παρορᾷ καταλιμπάνων αὐτοὺς φθείρεσθαι ταῖς ἑαυτῶν ἁμαρτίαις· ἀλλ' οἷα φιλάνθρωπος καὶ ἀγαθὸς Σωτὴρ νοσούντων μᾶλλον ἢ ὑγιαινόντων τὴν φροντίδα ποιεῖται· καὶ τούτοις νομοθετεῖ, μετανοίας ὁδοὺς ὑποδεικνὺς αὐτοῖς, καὶ νόμους τοὺς ἁρμόζοντας αὐτοῖς πρὸς σωτηρίαν παρατιθέμενος. Ἔστι γάρ τις καὶ ὁδὸς τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπιδεδειγμένη σωτηρίας, ἡ τῆς ἐπιστροφῆς καὶ μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως, ὡς ἑτέρα οὖσα παρὰ τὴν τοῖς τελείοις δεδομένην. Νομοθετῶν γὰρ ὁ Θεὸς, ἄλλην μὲν ἁμαρτάνουσιν ὁδὸν δείκνυσιν, ἑτέραν δὲ τοῖς ἐπιστρέφουσιν ἐξ ἁμαρτίας, καὶ ἄλλην πάλιν τοῖς ἐν ἀρετῇ προκόπτουσι, B καὶ ἑτέραν τοῖς τελειοτέροις. Διὸ τοῖς μὲν ἁμαρτάνουσιν ὑποδείκνυσιν ὁδόν· τοὺς δὲ πραεῖς ὁδηγήσει ἐν κρίσει κεκριμένως, καὶ αὐτῶν πρόνοιαν ποιούμενος ὡς βελτιόνων· διὸ καὶ μακαρισμῶν αὐτοὺς ἀξιοῖ, κατὰ τὸ, *Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν*. Τούτους δὲ καὶ διδάσκει ὁδοὺς αὐτοῦ. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ὁδοὺς αὐτοῦ*, ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ Σύμμαχος, *ὁδὸν ἑαυτοῦ*, ἔφησεν. Ταύτην γὰρ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ὥδευσε τὴν ὁδὸν κατὰ τὸ λελεγμένον· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ*. Κατὰ ταύτην οὖν ἄγων αὐτοὺς, ὁδηγὸς αὐτῶν καὶ χειραγωγὸς γίνεται· διόπερ ὡς σοφὸς νομοθέτης, ἄλλην μὲν ὁδὸν ἐπιδείκνυσι τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἑτέραν δὲ τοῖς πράοις.

C *Πᾶσαι αἱ ὁδοὶ Κυρίου ἔλεος καὶ ἀλήθεια τοῖς ἐκζητοῦσι τὴν Διαθήκην αὐτοῦ καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ*. Πολλαὶ μὲν, φησὶν, αἱ ὁδοὶ τοῦ Κυρίου, πλὴν ἀλλ' ἐν πάσαις τὸ ἔλεος αὐτοῦ προτρέχει· τῷ τε ἐλέει συμπαρορμᾷ ἡ ἀλήθεια· ἐλεεῖ γὰρ τὰ ὄντα καὶ οὐδὲν βδελύσσεται ὧν ἐποίησεν· οὐδὲ γὰρ μισῶν τι κατεσκεύασε. Καθ' ἑκάστην τοίνυν ὁδὸν τῆς τοῦ Θεοῦ διοικήσεώς τε καὶ προνοίας τὸ ἔλεος αὐτοῦ προτρέχει, ἕπεται δὲ τῷ ἐλέῳ ἡ ἀλήθεια. Τοῖς δ' ἐκζητοῦσιν, ἀσχολουμένοις, ὁ εἰπών· *Ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε, κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν*, τὴν περὶ τῶν ζητουμένων ἀλήθειαν παραδίδωσιν. Διαθήκη δὲ αὐτοῦ γενικῶς καὶ καθ' ὅλου ὠνόμασται πᾶσα ἡ ἀνθρώποις παραδοθεῖσα θεόπνευστος Γραφή. Μαρτύρια δὲ αὐτοῦ τυγχάνει ἤτοι τὰ προφητικῶς περὶ αὐτοῦ ἐν τῇ θείᾳ D Γραφῇ μεμαρτυρημένα, ἢ τὰ κατὰ διαμαρτυρίαν ὑπ' αὐτοῦ τοῖς τὰ θεῖα παιδευομένοις παρηγγελμένα.

Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον; νομοθετήσει αὐτῷ ἐν ὁδῷ, ᾗ ᾑρετίσατο. Ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν ἀγαθοῖς αὐλισθήσεται, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ κληρονομήσει γῆν. Ἀκουέτω, φησὶ, πᾶς ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, μίαν τε ὁδὸν ἣν ἂν ἕλοιτο διαπορευόμενος, τί αὐτὸν περιμένει. Νῦν μὲν κακοπαθήσει, οἷα εἰκὸς, ἐγγυμναζόμενος τοῖς τῆς θεοσεβείας ἄθλοις· ἔσται δὲ καιρὸς ὁπηνίκα ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν ἀγαθοῖς αὐλισθήσεται· ποίοις δὲ ἀγαθοῖς ἢ περὶ ὧν εἴρηται· *Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε*, καὶ τὰ ἑξῆς;

[31] Matth. v, 4. [32] Matth. xi, 29. [33] Sap. xi, 25. [34] Matth. vii, 7. [35] I Cor. ii, 9.

Τό γε μὴν σπέρμα, ὅπερ κατεβάλετο ἐν τῇ γῇ καθ' A ὃν ἐπολιτεύετο ἐπὶ γῆς χρόνον, πολλοὺς κληρονομήσει, σωτηρίας αἴτιον γινόμενον πολλοῖς. Σπέρμα δὲ τί ἂν εἴποις ἢ τὴν διδασκαλίαν καὶ τοὺς λόγους καὶ τὰ συγγράμματα, ἢ τοὺς κατὰ Θεὸν αὐτῷ γεννηθέντας καὶ μαθητευθέντας ἄνδρας; δι' ὧν καὶ μετὰ τὴν ἐν ἀγαθοῖς ἀνάπαυσιν αὐτοῦ μυρίοι τῆς παρὰ τῷ Θεῷ κληρονομίας τεύξονται, ἅτε ἀγαθῶν σπερμάτων τυχόντες καὶ ὠφελημένοι τὴν ἔνθεον καρποφορίαν.

Κραταίωμα Κύριος τῶν φοβουμένων αὐτόν, καὶ ἡ Διαθήκη αὐτοῦ τοῦ δηλῶσαι αὐτοῖς. Ὁ μὲν Ἀκύλας, *ἀπόῤῥητον Κυρίου* (1) ἐξέδωκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ὁμιλίαν Κυρίου·* ὁ δὲ Θεοδοτίων καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις, *μυστήριον Κυρίου.* Ἐντεῦθεν γὰρ εἰς τοσαύτην ἤλασε μακαριότητα ὁ ἀνωτέρω προλεχθεὶς B φοβούμενος Κύριον ἐκ τοῦ ὁμιλίαν τοῦ Κυρίου, καὶ ἀπόῤῥητον αὐτοῦ, καὶ τὸ μυστήριον αὐτοῦ γνωστὸν αὐτῷ γεγονέναι, καὶ τὰ ἐν τῇ Διαθήκῃ αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ, περιεχόμενα μυστήρια.

Οἱ ὀφθαλμοί μου διὰ παντὸς πρὸς τὸν Κύριον, ὅτι αὐτὸς ἐκσπάσει ἐκ παγίδος τοὺς πόδας μου. Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ καὶ ἐλέησόν με, ὅτι μονογενὴς καὶ πτωχός εἰμι ἐγώ. Αἱ θλίψεις τῆς καρδίας μου ἐπληθύνθησαν, ἐκ τῶν ἀναγκῶν μου ἐξάγαγέ με. Οὐ διὰ τὰ κατορθώματα ὥσπερ ὀφειλομένην τὴν σωτηρίαν αὐτῷ· οἶδα γάρ, ὅτι, πάντα ποιήσας τὰ παρ' ἐμαυτοῦ, ἔτι τοῦ σοῦ ἐλέους δέομαι. Διὸ *ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με.* Σύνοιδα γὰρ ἐμαυτῷ πτωχῷ καὶ ἀβοηθήτῳ καὶ μὴ ἐπαρκοῦντι C πρὸς σωτηρίαν. Ἴδιόν τέ ἐστι πάντων τῶν θεοφιλῶν τὸ ἑαυτοὺς κακοῦν ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις, καὶ διωγμοῖς· ἀλλ' οὐ καὶ ἀγνοοῦσι τὸ τούτων τέλος· διὸ τυχεῖν αὐτοῦ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἱκετεύουσι λέγοντες· *Ἐκ τῶν ἀναγκῶν μου ἐξάγαγέ με·* ὡς ἂν διελθόντες τὰς τοῦ βίου ἀνάγκας, τὰς δὲ συμφορὰς καὶ τὰς περιστάσεις, εἰπεῖν ποτε δυνηθεῖεν· *Διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν.*

Ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὸν κόπον μου, καὶ ἄφες πάσας τὰς ἁμαρτίας μου. Ἴδε τοὺς ἐχθρούς μου, ὅτι ἐπληθύνθησαν, καὶ μῖσος ἄδικον ἐμίσησάν με. Φύλαξον τὴν ψυχήν μου καὶ ῥῦσαί με· μὴ καταισχυνθείην, ὅτι ἤλπισα ἐπὶ σέ. Τὰ μὲν παρ' ἐμοῦ σπουδάζεται, τὰ δὲ παρὰ σοῦ τυ- D χεῖν ἀξιῶ. Ἐγὼ μὲν οὖν ἐμαυτὸν κολάζω, καὶ ὥσπερ δίκην εἰσπραττόμενος ὧν πρότερον ἐπλημμέλησα, ἐμαυτὸν τιμωροῦμαι, ταπεινῶν ἐμαυτὸν ἐν κόποις καὶ πόνοις· σὺ δὲ, ὁ Θεὸς, οἷά τις ἀγωνοθέτης, τὸν ἐμὸν ἀγῶνα θεωρῶν καὶ τοὺς ἐμοὺς καμάτους, δίδου τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ συγχώρει ὅσα πώποτε διεπραξάμην ἐν ἁμαρτίαις. Ἀλλὰ καὶ θεασάμενος τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ὁπόσοι ὄντες ἐπεβούλευον, καὶ ὡς μῖσος ἄδικον ἐμίσησάν με, φύλαξ γενοῦ τῆς ἐμῆς ψυχῆς,

cætera? Semen porro ejus, quod in terram jecit dum in ea versaretur, multos hæreditate accipiet, quibus causa salutis evadet. Semen vero quodnam esse dixeris, nisi doctrinam, sermones, scripta et homines qui secundum Deum ipsi nati atque ab eo instituti sunt? Qui numero pæne infiniti, post ipsius in bonis adeptam requiem, utpote ex bono orti semine, ac divina illa utilique sibi prosapia progeniti, hæreditatem a Deo consequentur.

VERS. 14. *Firmamentum est Dominus timentibus eum, et testamentum ipsius ut manifestetur illis.* Aquila, *secretum Domini*, edidit; Symmachus, *colloquium Domini;* Theodotio et Quinta editio, *mysterium Domini:* inde enim ille superius memoratus qui timet Dominum, ad tantam felicitatem pervenit, quia colloquium Domini, secretum ac mysterium ejus, notum ipsi erat, nota item ea quæ in Testamento ejus, id est, in divinis Scripturis continentur mysteria.

VERS. 15-17. *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos. Respice in me et miserere mei, quia unicus et pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt, de necessitatibus meis erue me.* Non ob recte facta opera quasi debitam salutem mihi postulo; novi enim me, quamvis omnia pro facultate egerim, tuo tamen egere auxilio. Quamobrem *respice in me, et miserere mei.* Nam me pauperem, nulla fultum ope, ac saluti mihi procurandæ imparem scio. Proprium autem omnibus piis ac Deo amicis viris est, sese ærumnis affligere, in necessitatibus, in angustiis, in persecutionibus versari; sed qui sit eorum finis non ignorant: quare illius assequendi ergo Deo supplicant his verbis, *de necessitatibus meis erue me;* ut, superatis vitæ necessitatibus, calamitatibus, ærumnis, dicere aliquando possint: *Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium* [16].

VERS. 18-20. *Vide humilitatem meam et laborem meum, et dimitte universa delicta mea. Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt, et odio iniquo oderunt me. Custodi animam meam et erue me: non erubescam quoniam speravi in te.* Quod ad me spectat, sollicitudinem mei gero; sed opem imploro tuam. Ego quidem memetipsum castigo, et quasi supplicium de pristinis delictis sumens, ulciscor meipsum, me abjectum laboribus atque ærumnis constituo. Tu vero, Deus, ceu quis certaminum præfectus, et pugnam et labores meos contemplatus, veniam quæso, scelerum concedito, et quæcunque in peccatis edidi remittito. Sed etiam inimicos meos conspicatus, quot videlicet numero insidias mihi parent, et quod me odio iniquo per-

[16] Psal. LXV, 12.

(1) Hebraica sunt סוד יהוה, a Theodoreto autem lectio Symmachi sic affertur, μυστήριον Κυρίου. Quæ pariter Theodotionis esse ibidem fertur. Nos saniorem lectionem ex mss. omnibus, uno excepto, mutuamur.

sequantur, custos esto animæ meæ, et ab inimicorum insidiis erue me. His porro gestis, talibusque precibus emissis, ne confundar efflagito. Cum enim te spem meam constituerim, probe scio ac persuasum habeo, quod spes non confundat.

Vers. 21, 22. *Innocentes et recti adhæserunt mihi, quia sustinui te. Libera, Deus, Israel ex omnibus tribulationibus suis.* Hoc a me gestum opus, cum cæteris collatum, permagnum fuit, tibique Deo acceptum; multis enim exemplum tolerantiæ, vitæ probæ, pœnitentiæ et confessionis exstiti: quapropter innocentes et recti viri mihi ceu glutine conjuncti adhæserunt, meumque consortium expetiverunt; nulla sane alia de causa, quam quia perseverando sustinui, et nihil non perpessus sum, quod te spem meam constituerim. His hæc subnectit, *Libera, Deus, Israel ex omnibus tribulationibus suis:* sese scilicet Israelem ob superius memorata gesta nuncupat. Talis enim est quisquis ab animæ suæ conditione Israelis nomen obtinet. Aut alia ratione, cum ita institutus sit, ut non sui solius custodiam gerat, aut sui tantum sollicitus, pro se solo Deum precetur; post rem bene gestam, postquam sua recte composuit, pro universo populo Dei supplicationes emittit, rogatque, ut, quemadmodum se antehac ex ærumnis et angustiis eripere dignatus est, id ipsum agat erga totum Dei populum, qui intelligendi quadam ratione Israel nuncupatur.

PSALMUS DAVID XXV.

Vers. 1. *Judica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea progressus sum, et in Domino sperans non commovebor.* Fortasse quispiam hæc dicta Davidi referens apposite dixerit, ipsum supplices Deo preces effundere pro vita sua. Nam cum sanctus Apostolus dicat: *Oportet primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones*[37]; ac prædicta in quatuor species distribuerit, par est nos ea quæ in psalmorum libro feruntur mente perpendere, atque indicare quinam eorum obsecrationes, qui orationes, qui postulationes, maximeque qui gratiarum actiones præferant: quidve aliud ab alio differat, atque ex toto psalmorum libro supra dictorum proprietates seligere; ut, verbi causa, obsecrationes, ex iis psalmis qui invocationes et supplicationes complectuntur, in quibus exstant etiam confessiones; qualis est vigesimus quartus psalmus, qui neque canticum, neque psalmus, neque hymnus, neque simile quidpiam, sed Davidi solum inscribitur. Orationes sunt, quotquot psalmi in titulo orationes dicuntur; cujusmodi est decimus sextus, octogesimus quintus, octogesimus nonus, centesimus primus, centesimus quadragesimus primus. Gratiarum actiones sunt, qui pari ratione ac centesimus secundus conscripti sunt, in quo sic legitur: *Benedic, anima mea, Domino, et noli oblivisci omnes retributiones ejus*, et cætera.

[37] I Tim. II, 1. Vide supra psalm. VII, 1, 5.

A καὶ ῥῦσαί με τῆς τῶν πολεμίων ἐπιβουλῆς. Τοσαῦτα δὲ πράξας καὶ τοσαῦτα δεηθεὶς, μὴ καταισχυνθῆναι ἀξιῶ. Σὲ γὰρ ἐλπίδα ἐμαυτοῦ θέμενος, ἀκριβῶς οἶδα καὶ πέπεισμαι, ὅτι ἡ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει.

Ἄκακοι καὶ εὐθεῖς ἐκολλῶντό μοι, ὅτι ὑπέμεινά σε. Λύτρωσαι, ὁ Θεὸς, τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ. Καὶ τοῦτό μοι πρὸς τοῖς ἄλλοις κατορθώμασι μέγα ὑπῆρξε, καὶ σοὶ τῷ Θεῷ φίλον· πολλοῖς γὰρ ἐγινόμην ὑπογραμμὸς καρτερίας, βίου τε σεμνοῦ καὶ μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως· διὸ ἄκακοι ἄνδρες καὶ εὐθεῖς συνήπτοντό μοι κολλώμενοι, καὶ συμβιοῦν ἀξιοῦντες, δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ ὅτι ὑπέμενον καρτερῶν, καὶ πάντα ὑπέφερον, σὲ τὴν ἐμαυτοῦ ἐλπίδα προβεβλημένος. Τούτοις ἅπασιν ἐπιλέγει·
B *Λύτρωσαι, ὁ Θεὸς, τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ·* ἤτοι αὐτὸς ἑαυτὸν ἐξομολογούμενος Ἰσραὴλ ὀνομάζων διὰ τὰ προλεχθέντα αὐτοῦ κατορθώματα· τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ κατὰ ψυχὴν Ἰσραήλ. Ἢ ἄλλως, διδασκόμενος μὴ ἑαυτὸν μόνον φυλάττειν, μηδὲ αὐτῷ μόνῳ σπουδάζειν, καὶ περὶ μόνου ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν ἱκετεύειν· μετὰ δὲ τὸ κατορθῶσαι καὶ εὖ τὰ καθ' ἑαυτὸν διαθέσθαι, ὑπὲρ τοῦ παντὸς λαοῦ τοῦ Θεοῦ τὰς παρακλήσεις ἀναπέμπει· ἱκετεύει τε, ἵν' ὥσπερ ἀνωτέρω ἑαυτὸν ἠξίου ῥυσθῆναι ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ θλίψεων, οὕτω καὶ πάντα τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν κατὰ διάνοιαν Ἰσραὴλ ὀνομαζόμενον.

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΚΕ'.

C *Κρῖνόν με, Κύριε, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην, καὶ ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἐλπίζων οὐ μὴ σαλευθῶ.* Ἰδίως ἄν τις ἐπὶ τὸν Δαυῒδ ἀναφέρων τοὺς προκειμένους λόγους, εἴποι ἂν ἐντυχίαν αὐτὸν ποιεῖσθαι πρὸς τὸν Θεὸν περὶ τοῦ ἰδίου βίου. Τοῦ γὰρ ἱεροῦ Ἀποστόλου φήσαντος· *Πρῶτον πάντων δεῖ ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας·* καὶ διελόντος τὰ προλεχθέντα εἰς εἴδη τέσσαρα, ἡμᾶς προσήκει τὴν διάνοιαν τοῖς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν ἐμφερομένοις ἐφιστᾷν τὸν νοῦν, ἐπισημαινομένους τίνες μὲν αὐτῶν περιέχουσι δεήσεις, καὶ τίνες προσευχὰς, καὶ τίνες ἐντεύξεις, καὶ ἐπὶ πᾶσι τίνες εὐχαριστίας· τί τε διαφέρει θάτερον θατέρου, ἀναλέγεσθαί τε ἀπὸ πάσης τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν τὰ ἰδιώματα τῶν εἰρημένων· οἷον τὰς μὲν δεήσεις ἀπὸ
D τῶν περιεχόντων παρακλήσεις, καὶ ἱκετηρίας, ἐν αἷς δὲ καὶ ἐξομολογήσεις φέρονται· ὁποῖός ἐστιν ὁ εἰκοστὸς τέταρτος ψαλμὸς, οὔτε ᾠδὴ, οὔτε ψαλμὸς, οὔτε ὕμνος, οὔτε τι τοιοῦτον· ἀλλ' ἁπλῶς τῷ Δαυῒδ ἐπιγεγραμμένος. Προσευχαὶ δέ εἰσιν, ὅσοι ἐν τῇ προγραφῇ προσευχῶν ἐπιγράφουσιν· οἷον ὁ ἓξ καὶ δέκατος, καὶ ὁ ὀγδοηκοστὸς πέμπτος, καὶ ὀγδοηκοστὸς ἔννατος, καὶ ἑκατοστὸς πρῶτος, καὶ ἑκατοστὸς τεσσαρακοστὸς πρῶτος. Εὐχαριστίαι δέ εἰσιν οἱ ὁμοίως ἔχοντες τῷ ἑκατοστῷ δευτέρῳ, ἐν ᾧ εἴρηται· *Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον, καὶ μὴ ἐπιλανθάνου πάσας τὰς ἀνταποδόσεις αὐτοῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἔντευξιν δὲ περιέχει ὁ μετὰ χεῖρας, ἐν ᾧ γέγραπται· *Κρῖνόν με, Κύριε, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἐρεῖς οὖν, ἐπειδὴ ὄντως ἤρξατο ὁ Δαυῒδ, ὡς οἱ θεοφιλεῖς ἄνδρες ἐν τοῖς ἑαυτῶν τοῦ βίου κατορθώμασιν εἶχόν τινα πλεονεκτήματα ἐξαίρετα, ἐν οἷς ἕκαστος αὐτῶν ἰδίως διαπρεπὴς γέγονεν· οἷον ὡς ἐπὶ παραδείγματος, Ἰωσὴφ ἐν σωφροσύνῃ, Ἰὼβ τῇ τῶν δεινῶν ὑπομονῇ, Σολομὼν ἐν σοφίᾳ καὶ φρονήσει· Ἀβραὰμ διὰ τῆς πίστεως δεδικαιῶσθαι λέγεται· καὶ ἄλλος πάλιν ἐν ἄλλῳ ἀρετῆς ἀγῶνι μεμαρτύρηται διαλάμψας. Τούτοις οὖν ὁμοίως καὶ ὁ Δαυῒδ ἐξαίρετον ἀρετὴν κτησάμενος ἀναγέγραπται τὴν ἀνεξικακίαν· δι' ἣν καὶ τὸν Σαοὺλ ἤνεγκε, μυρία κατ' αὐτοῦ εἰδρακότα, ἅπερ πράως καὶ ἀνεξικάκως ὑπομείνας ἀναγέγραπται. Ἐπεὶ τοίνυν ἐξαίρετος ἦν αὕτη τοῦ Δαυῒδ ἀρετὴ, λέγω δὲ ἡ τῆς πραότητος καὶ ταπεινοφροσύνης καὶ ἀνεξικακίας, ταῦτα πάντα ὁμοῦ περιλαβὼν ἀκακίαν αὐτὰ ὠνόμασε· καὶ ὡς ἐν τούτῳ μάλιστα τῷ μέρει κατορθώσας, ἐν τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἐντεύξει φησί· *Κρῖνόν με, Κύριε, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην*. Ἐπεὶ δὲ μέγα περὶ ἑαυτοῦ ἀπεφήνατο, ὥσπερ ἐγκαυχησάμενος τῷ ἐξαιρέτῳ ἑαυτοῦ κατορθώματι τῆς ἀκακίας ἢ τῆς ἁπλότητος, ἐπιλαμβάνεται αὐτὸς ἑαυτοῦ καὶ ἐπιλέγει ἀναγκαίως ἑξῆς· *Καὶ ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἐλπίζων οὐ μὴ ἀσθενήσω*. Ἀναγκαίως οὖν συνέπλεξεν ἑαυτὸν τῇ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐλπίδι, καὶ ἑαυτοῦ κατηγορεῖ, ὡς δυναμένου σαλευθῆναι καὶ ἐκτραπῆναι καὶ ἐξασθενῆσαι. Πλὴν οὐδὲν πείσεσθαι διὰ τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα θαῤῥῶν διεβεβαιοῦτο· ᾔδει γὰρ, ὅτι ἡ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, κατὰ τὸν Ἀπόστολον.

Δοκίμασόν με, Κύριε, καὶ πείρασόν με· πύρωσον τοὺς νεφροὺς μου καὶ τὴν καρδίαν μου. Ὅτι τὸ ἔλεός σου κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου ἐστὶ, καὶ εὐηρέστησα ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. Οὐχ ὡς ἀλαζονευόμενος, οὐδ' ἐπαιρόμενος ἔλεγε τό· *Δοκίμασόν με, Κύριε, καὶ πείρασόν με· πύρωσον τοὺς νεφροὺς μου καὶ τὴν καρδίαν μου*· ἀλλ' ὡς ἐν εὐχῇ παρακαλῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καθαρθῆναι διὰ τῆς πυρώσεως, εἰ δέοιτο καθάρσεως. Παρακαλεῖ τοίνυν δοκιμασθῆναι καὶ πειρασθῆναι τὴν προλεχθεῖσαν αὐτοῦ ἀρετὴν, καθ' ἣν διαπρέψας ἀποδέδεικται, οὐκ ἐφ' ἑαυτῷ πεποιθὼς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τοῦ Θεοῦ ἐλέῳ. Οὕτω γοῦν, φησὶ, διὰ παντὸς σὲ τὸν Θεὸν καὶ τὸν σὸν ἔλεον πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων, πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον καὶ πάσας μου τὰς πράξεις ἐπαιδαγώγουν, ὡς εὐαρεστῆσαι ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. Οὐ γὰρ μεθ' ὑποκρίσεως, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ περιεπάτησα καὶ ἀνεστράφην, μόνῳ τῷ Θεῷ εὐαρεστῆσαι σπουδάζων.

Οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος, καὶ μετὰ παρανομούντων οὐ μὴ εἰσέλθω. Ἐμίσησα ἐκκλησίαν πονηρευομένων, καὶ μετὰ ἀσεβῶν οὐ μὴ καθίσω. Εἴ που τοίνυν συνήρχοντο κατὰ τὸ αὐτὸ ἄνδρες οὐ σπουδαῖοι, οὐδ' ἐπὶ σπουδαίοις πράγμασι συνεδρεύοντες, ἐπὶ ματαίοις δὲ καὶ οὐκ ἀναγκαίοις ποιούμενοι τὴν σύνοδον· τούτους, φησὶν, ἔφυγον, ὥστε μὴ συμπεριπλέκεσθαι αὐτῶν τῇ ματαιότητι, *** ὡς

A Postulationes continet præsens psalmus, in quo scriptum est : *Judica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea progressus sum*, etc.

Dicas igitur quia David eo se modo gerere incepit, religiosos viros in operibus abs se editis, quodam virtutum genere præcelluisse, in quo quisque ipsorum præclarus evasit ; ut, exempli causa, Joseph continentia, Job patientia in adversis ; Salomon sapientia et prudentia ; Abraham fide justificatus esse dicitur : et alius iterum alio virtutis certamine emicuisse prædicatur. Similiterque David præcipua quadam virtute, scilicet injuriarum oblivione, emicuisse scripto traditur ; qua Saulem patienter tulit, qui sexcentis eum malis affecerat, et hæc ipse moderate ac sine indignatione tulisse in Scriptura narratur.
B Quia igitur hæc Davidis præcipua virtus erat, mansuetudo nempe, humilitas, et tolerantia : hæc omnia una complectens, innocentiam vocavit. Et utpote qui hac præcipue in parte se præclare gessisset, in postulatione sua ita Deum compellat : *Judica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea progressus sum*. Quandoquidem magnum de se quidpiam pronuntiarat, quasi jactabundus de præclara sua innocentiæ et simplicitatis virtute, sese reprimit et quasi necessitate inductus adjicit, *et in Domino sperans non commovebor*. Necessario igitur spe in Deum se munivit, seseque incusat, ut qui commoveri, everti, ac infirmari valeat. Verum fidenter se, ob spem in Deum, nihil mali passurum asseverabat : noverat enim spem non confundere,
C secundum Apostolum [88].

Vers. 2, 3. *Proba me, Domine, et tenta me : ure renes meos et cor meum. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, et complacui in veritate tua.* Non quasi jactabundus et elatus animo hoc ait, *Proba me, Domine, et tenta me : ure renes meos et cor meum*, sed quasi in oratione postulando se a Deo igne purgari, si quidem purgatione egeat. Rogat igitur probari et examinari supra memoratam suam virtutem, qua præclarus commonstratus est ; non sibi, sed Dei misericordiæ confisus. Ita, inquit, te Deum, tuamque misericordiam præ oculis semper habens, vitam meam universaque opera sic institui, ut complacerem in veritate tua. Neque enim cum simulatione quadam, sed in veritate am-
D bulavi ac versatus sum, unique Deo placere studui.

Vers. 4, 5. *Non sedi cum concilio vanitatis, et cum iniqua gerentibus non introibo. Odivi ecclesiam malignantium, et cum impiis non sedebo.* Sicubi una convenirent viri non frugi, neque de bonis operibus consilium agitantes, sed de vanis ac non necessariis rebus in cœtu suo pertractantes ; ab iis, inquit, refugiebam, ut ne talium hominum vanitati commiscerer, *** ut quid præter divinam legem aggredi

[88] Rom. v, 5.

auderent, multo magis ab iis declinabam, erroris una cum iis adeundi viam refugiens. Quod si quando viderem aliquos cœtum agentes, qui non pro vanitate nec pro improbis operibus convenirent, sed pro pravis et impiis dogmatibus in ecclesia congregarentur, hos plusquam supra dictos odio dignos rebar. Aliud vero a supra memoratis hominum genus conspicatus, impiorum videlicet, et qui Deum non nossent, ac qui in errore et idololatria volutarentur, ab iis secedebam; ita ut ne sedere quidem cum iis vellem, nec diu cum iis morari, ne qua mihi ex eorum congressu impietatis contagio hæreret. Quare dico : *et cum impiis non sedebo.*

VERS. 6-8. *Lavabo inter innocentes manus meas, et circumdabo altare tuum, Domine : ut audiam vocem laudis, et enarrem universa mirabilia tua. Domine, dilexi decorem domus tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ.* In circuitu tabernaculi tui obambulando, hymnos emittebam pro sacrificiis, ut ab hominibus e vicino positis audirentur, ita ut omnes vocem meam te celebrantem, ac enarrantem universa mirabilia tua auscultarent. Nam in hymnis ad tui laudem concinnatis, admiranda gesta tua una complectebar, quæ proavis nostris exhibuisti. Neque duntaxat altare tuum circuibam, sed totam quoque domum tuam dilexi, Domine, maximeque decorem ejus, qui in piis dogmatibus et sermonibus, necnon in divinitus traditis lectionibus spectatur. Decor autem domus Dei fuerit, convenientium ornatus, inculpata vita, multitudinis honestas, concentus et concordia concurrentium. Sed quoniam vel ipsæ domus sedes, ob amoris erga Deum præstantiam, religiosis animis amabiles sunt, etiamsi diversæ sint a tradito domus Dei decore, merito adjecit, *et locum habitationis gloriæ tuæ.*

VERS. 11, 12. *Ego autem in innocentia mea ingressus sum : redime me, Domine, et miserere mei. Pes meus stetit in directo, in ecclesiis benedicam te, Domine.* Quandoquidem igitur qua mensura metimur, *remetietur nobis*, et in quo judicio judicamus, in eodem judicabimur [29]; ideo frequenter innocentiam proponit, id est, malorum oblivionem, et tolerantiam mansuetudinemque erga eos qui in seipsum peccaverant, ut parem et ipse pro admisso errato indulgentiam Dei nanciscatur. Sic precatus, divino sancti et prophetici Spiritus numine afflatus, ita pergit, *pes meus stetit in directo : in ecclesiis benedicam te, Domine.* Vaticinatur enim se, etsi pedibus nonnunquam vacillaverit, ac motus succussusque fuerit, nunquam tamen in his lapsurum, sed constiturum in directo, atque futurum esse ut in ecclesiis benedicat Domino; his prænuntians futuram sui in ecclesiis Dei memoriam :

[29] Matth. VII, 2.

A καὶ παρὰ τὸν θεῖον νόμον τολμᾷν τινὰ δρᾷν· καὶ τούτους ἔτι μᾶλλον ἔφυγον, παραιτούμενος τὴν ἅμα αὐτοῖς εἰς τὴν πλάνην εἴσοδον. Καὶ εἴ ποτε δὲ ἑώρων ἐκκλησιάζοντάς τινας, καὶ οὐκ ἐπὶ ματαιότητος συνερχομένους, ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ παρανόμοις ἔργοις, ἀλλ' ἐπὶ πονηροῖς καὶ ἀσεβέσι δόγμασιν, ἐν ἐκκλησίᾳ δῆθεν συγκροτουμένους, τούτους δὴ μάλιστα παρὰ τοὺς προλεχθέντας μίσους ἀξίους ἡγούμην. Καὶ ἕτερον δὲ τάγμα παρὰ τὰ προλελεγμένα εἰδὼς, τὸ τῶν ἀσεβῶν, τῶν τὸν Θεὸν μὴ εἰδότων, εἰδωλολατρείαις καὶ πλάνῃ καλινδουμένων, ἀνεχώρουν αὐτῶν, ὡς μηδὲ βούλεσθαι αὐτοῖς συγκαθέζεσθαι, μηδ' ἐπὶ πολὺ συγχρονίζειν, μὴ ἄρα τις ἐξ αὐτῶν γένοιτό μοι μετάδοσις ἀσεβείας· διὸ φημί· *Καὶ μετὰ ἀσεβῶν οὐ μὴ καθίσω.*

B *Νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου, καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, Κύριε, τοῦ ἀκοῦσαι φωνῆς αἰνέσεως, καὶ διηγήσασθαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. Κύριε, ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου, καὶ τόπον σκηνώματος δόξης σου.* Κυκλῶν σου τὸ θυσιαστήριον, ὕμνους ἀνέπεμπον ἀντὶ θυσίας, καὶ τὴν ἐμὴν φωνὴν ἀκουστὴν ἐποίουν τοῖς πλησιάζουσιν, ὥστε πάντας ἀκούειν τῆς ἐμῆς φωνῆς αἰνούσης σε τὸν Θεὸν καὶ διηγουμένης πάντα τὰ θαυμάσιά σου. Ἐν γὰρ τοῖς εἰς σὲ ὕμνοις συμπαρελάμβανον τὰς θαυμασίας σου πράξεις, ἃς ἐνεδείξω τοῖς ἡμετέροις προπάτορσιν. Οὐ μόνον δὲ τὸ θυσιαστήριόν σου ἐκύκλουν, ἀλλὰ καὶ πάντα τὸν οἶκόν σου ἠγάπησα, Κύριε· καὶ τούτου μάλιστα τὴν εὐπρέπειαν θεωρουμένην ἐν εὐσεβέσι δόγμασι καὶ λόγοις, ἔν τε τοῖς θεο- C πνεύστοις ἀναγνώσμασιν. Εὐπρέπεια δὲ εἴη τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ καὶ ὁ τῶν συνερχομένων κόσμος, ὅ τε βίος ὁ ἀνεπίληπτος καὶ τὸ κόσμιον τοῦ πλήθους, καὶ ἡ ὁμοφροσύνη τῶν συνερχομένων. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ αὐτὸ ἔδαφος δι' ὑπερβολὴν τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης ἀγαπητὸν τυγχάνει ταῖς φιλοθέοις ψυχαῖς, ἕτερον ὂν παρὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν ἡμῖν εὐπρέπειαν τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, εἰκότως ἐπιλέγει· *Καὶ τόπον σκηνώματος δόξης σου.*

Ἐγὼ δὲ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην· λύτρωσαί με, Κύριε, καὶ ἐλέησόν με. Ὁ πούς μου ἔστη ἐν εὐθύτητι, ἐν ἐκκλησίαις εὐλογήσω σε, Κύριε. Ἐπεὶ τοίνυν ᾧ μέτρῳ μετροῦμεν *ἀντιμετρηθήσεται ἡμῖν*, καὶ ἐν ᾧ κρίματι κρίνομεν, κριθησόμεθα, διὰ τοῦτο συνεχῶς τὴν ἀκακίαν προβάλλεται, τουτέστι D τὴν ἀμνηστίαν κακῶν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς εἰς αὐτὸν ἡμαρτηκότας ἀνεξικακίαν· ὡς ἂν καὶ αὐτὸς τῆς ἴσης παρὰ τοῦ Θεοῦ τύχοι ἀμνηστίας ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐτῷ σφάλματι. Καὶ ταῦτα ἱκετεύσας ἐπιθειάζει τῷ ἁγίῳ καὶ προφητικῷ Πνεύματι λέγων ἑξῆς· *Ὁ πούς μου ἔστη ἐν εὐθύτητι, ἐν ἐκκλησίαις εὐλογήσω σε, Κύριε.* Προφητεύει γὰρ, ὅτι, εἰ καί ποτε γέγονεν ἐν τοῖς ποσὶν αὐτοῦ σάλος καὶ κλόνος καὶ κίνησις· ἀλλ' οὐ πεσεῖται ἐπὶ τούτοις, στήσεται δὲ ἐν εὐθύτητι, μέλλων ἐν ἐκκλησίαις εὐλογεῖν τὸν Θεὸν, τὴν διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ μνήμην ἑαυτοῦ προαναφωνήσας· εἰς ἔτι γοῦν καὶ σήμερον καθ'

δλης τῆς οἰκουμένης ἐν ταῖς Χριστοῦ ἐκκλησίαις ὁ Δαυῒδ εὐλογεῖ τὸν Κύριον.

ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΚϚ'.

Κύριος φωτισμός μου, καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσω; Καὶ διὰ τοῦτο τί διδάσκει τὸ Πνεῦμα τὸ προφητικόν; Ὅπως προσήκει τὸν τῷ Θεῷ ἀνακείμενον εὐχαριστεῖν αὐτῷ, καὶ ὁποῖα παρὰ τοῦ Θεοῦ αἰτεῖν. Περιέχει δὲ ὁ λόγος εὐχαριστίαν. Εἰκότως τοίνυν οὔτε ψαλμὸς, οὔτε ᾠδὴ, οὔτε τι τῶν παραπλησίων ἐπιγέγραπται· *Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι;* Ὁ μὲν τὴν ψυχὴν ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ καλινδούμενος, οὐκ εἰδὼς ὅποι φέρεται καὶ ὅπως προσκόπτει, μυρία κακὰ φοβηθήσεται, ὡς ἂν παντελῶς ἐπισπώμενος· ὅθεν πάντα φόβον ὑπιδόμενος καταπτήσσει, καὶ τῆς εἰς τὸν Θεὸν ὁμολογίας ἔξαρνος γίνεται. Ὁ δὲ τῆς ψυχῆς τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπὸ τῆς Κυρίου ἐλλάμψεως φωτισθεὶς πρῶτον μὲν ἁπάντων αὐτὸν τὸν αὐτοῦ πρόμαχον καὶ σωτῆρα ὁπόσος τίς ἐστι θεωρεῖ· εἶτ' ἔργῳ παραλαβὼν, ὡς ὁ τῶν ἁπάντων δεσπότης καὶ Κύριος, θυρεὸς αὐτοῦ καὶ ὅπλον ἄμαχον καὶ ὑπερασπιστὴς καθέστηκεν, ἀτρεμὴς γίνεται, καὶ ἅτε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς ἀτρεμεῖς ἔχων, καὶ πεφωτισμένους, πάντας τοὺς ἑαυτοῦ ἐχθροὺς, εἴτε τοὺς τὸν Θεὸν ἀγνοοῦντας ἀνθρώπους, εἴτε τὰς ἀοράτους καὶ πονηρὰς δυνάμεις, ἐρήμους ὁρᾷ τοῦ τοσούτου σωτῆρος καὶ βοηθοῦ, καὶ ὡς ἤδη πεπτωκότας θεωρεῖ· διὸ πάσης αὐτῶν τῆς ἐπιβουλῆς καταγελᾷ θαρσῶν τῷ ἑαυτοῦ ὑπερμάχῳ· διό φησιν· Εἰ μὲν μή μοι ὁ τοσοῦτος παρῆν βοηθὸς, φωτίζων μου τὴν ψυχὴν καὶ ὑπερασπίζων μου τῆς ζωῆς, εἰκότως ἐφοβήθην ἂν *τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας*, τούς τε ὑπὸ τούτων ἐνεργουμένους, καὶ κατὰ τῶν τοῦ Θεοῦ ἀθλητῶν ἐπανισταμένους. Ἱκανοὶ γὰρ ἦσαν οὗτοι θορυβῆσαι τὴν ψυχήν μου μὴ πεφωτισμένην· ἐπεὶ δὲ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, φωτισμὸς τυγχάνει, ὁ αὐτὸς δὲ καὶ σωτήρ μου ἐστὶν, εἰκότως φήσαιμ' ἂν, *Τίνα φοβηθήσομαι;* Οὐδένα γὰρ ἐπιστραφήσομαι τῶν τοσούτων ἐχθρῶν, οὐδὲ ἀπό τινος τούτων δειλιάσω, θαρσῶν τῷ ὑπερασπιστῇ τῆς ζωῆς μου. Πάλιν δ' ἐνταῦθα τηρήσεις, ὡς τὸ, *Σωτήρ μου*, ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, τὸ ὄνομα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ αὐτοῖς χαρακτῆρσιν Ἑβραϊκοῖς περιέχει, ἐν οἷς ἂν τις τὸν *Ἰησοῦν* γράψειεν.

Ὁ δὲ ταῦτα λέγων διδάσκει ὁποίου πειραθεὶς τοῦ ἑαυτοῦ σωτῆρος, τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς κατεγέλασε· διό φησιν· *Ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμὲ κακοῦντας, τοῦ φαγεῖν τὰς σάρκας μου, οἱ θλίβοντές με καὶ οἱ ἐχθροί μου, αὐτοὶ ἠσθένησαν καὶ ἔπεσαν.* Οἱ μὲν ἐπῆλθόν μοι θηρίων ἀτιθάσσων δίκην, μονονουχὶ καταπιεῖν με βουλόμενοι καὶ αὐτάς μου καταμασήσασθαι τὰς σάρκας. Διὸ λέλεκται παρὰ τῷ Συμμάχῳ· *Ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμὲ κακούργους εἰς*

[44] Ephes. VI, 12.

A nam ad hodiernum usque diem per universam terram in ecclesiis Christi David benedicit Domino.

DAVID XXVI.

VERS. 1, 2. *Dominus illuminatio mea, et salvator meus, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo?* His porro quid Spiritus propheticus docet? Quomodo oporteat hominem Deo addictum ipsi gratias agere, et qualia par sit ab ipso postulare. Hic sane sermo gratiarum actionem continet. Quare jure ac merito neque psalmus, neque canticum, neque quidpiam simile inscribitur: *Dominus illuminatio mea et salvator meus, quem timebo?* Qui in nocte ac tenebris animo volutatur, nescius quo feratur, et in quod impingat, sexcenta mala
B pertimescit, utpote qui huc illuc penitus trahatur; quare nullum non formidinis genus suspicatus, exhorrescit, atque confessionem Deo abnegat. At qui mentis oculis a Domini splendore illuminatur, primo quidem ac præ omnibus propugnatorem ac Servatorem suum, quantus videlicet sit, contemplatur; deinde vero postquam vel ex ipsis gestis rebus edidicit, universorum Dominum et patronum, clypeum sibi, armaturam inexpugnabilem ac protectorem esse; tunc formidinis expers, ac utpote mentis oculos intrepidos illuminatosque habens, omnes inimicos suos, sive homines Deum ignorantes, sive invisibiles malignasque potestates, hujusmodi servatore adjutoreque vacuos, aspicit,
C et quasi jam lapsos intuetur; quare defensori confisus suo quaslibet ipsorum deridet insidias, ideoque ait: Nisi mihi talis adjutor adesset, illuminator animæ, ac protector vitæ, merito reformidarem *principatus et potestates et mundi rectores tenebrarum harum, et spiritualia nequitiæ* [44], necnon eos qui hisce interius agitantur, et contra Dei athletas insurgunt. Nam ii tales erant qui animam meam conturbare possent, si non illuminata fuisset; at quoniam ipse universorum Dominus Dei Filius illuminatio mea est, ipseque Servator meus, jure dixerim, *Quem timebo?* Ex tot quippe inimicis ne unum quidem pertimescam, neque aliquem eorum reformidabo, protectori vitæ meæ confisus. Hic iterum observes velim, illud, *Salvator meus*, in Hebraico
D exemplari, Salvatoris nostri Jesu Christi nomen, ipsissimis caracteribus Hebraicis exprimere, queis nomen *Jesus* describitur.

Qui hæc loquitur, enarrat qualem servatorem expertus inimicorum insidias deriserit, quamobrem ait: *Dum appropiant super me nocentes, ut edant carnes meas; qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt et ceciderunt.* Illi quidem instar ferarum intractabilium me adorati sunt, tantum non aggressi ut devorarent et ipsas carnes comederent. Quare apud Symmachum dicitur: *Dum appropinquant mihi facinorosi, ut devorent carnes meas,*

Verum qui talia contra me machinati sunt, cum jam proximi carnibus meis instarent, nescio quo pacto quæ in me perpetrare meditati fuerant, ea ipsa perpessi sunt. Nam me, inquit, contra eos nihil aggrediente, *ipsi infirmati sunt, et ceciderunt*. Enimvero, ut aperte liquet, lucis meæ servatorisque mei arcana divinaque virtute debellati et depulsi sunt, ut una ego ab insidiis eorum eriperer; nihilque damni acciperem, et illis quoque utilitatis quidpiam obveniret; ac debilitata eorumdem nequitia, id saltem lucri perciperent, ut ne ob illatum mihi detrimentum, eorum improbitas accresceret. In quibusdam exemplaribus inscribitur: *Psalmus Davidis priusquam liniretur.*

VERS. 4. *Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, ut videam voluptatem Domini, et visitem templum ejus.* Domini pulchritudo, ac decor voluptasque, in domo Dei conspicitur, videlicet in Ecclesia ejus; idque propter divinitus traditas sacrasque disciplinas, quibus vera inest sermonis pulchritudo, verus decor, in quo vel ipse Deus delectatur ac versatur. Neque a vero aberraveris, si decorem illum dixeris esse temperatam probamque vitam, ac sanctum institutum hominum qui religione ac pietate exornantur.

VERS. 5, 6. *Quoniam abscondit me in tabernaculo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltavit me.* Hæc omnia mihi Salvator meus largitus est, *dum appropiant super me nocentes, ut edant carnes meas.* Ipsi namque infirmati sunt et ceciderunt: ego autem in tabernaculo habitans dextera ejus contegebar, quia scilicet in desertis locis tunc temporis versabar, quod nondum excitata domus Domini esset, neque templum ejus exstaret. Sed ipse protexit me in die malorum, id est, tempore persecutionum et tentationum; non alio in loco, quam in abscondito tabernaculi sui. Hujusce porro dicti interpretationem mutuaberis ex iis quæ Moyses de tabernaculo conscripsit, necnon de tabernaculi intimis partibus, quæ omnibus inaccessæ, Sancta sanctorum vocabantur. Hæc erant abscondita tabernaculi. Sic itaque in tempore tentationum, ipse Dominus et Servator meus protexit me et abscondit in intimis tabernaculi sui: non quod revera ibi me collocaverit, sed in animæ statu sanctificato, et a turbæ frequentia segregato. Et hæc, inquit, mihi obvenere, usquedum dies malorum perseverarent, secundum illud alio in loco dictum: *Vade, populus meus, intra in cubicula tua, claude januam tuam, absconde modicum ad momentum, donec pertranseat ira Domini* [61]. Sed cum me non semper occultari, neque in abscondito tabernaculi sui latitare vellet, ac solum me utilitatem capere; cumque decrevisset me aliis quoque fru-

[61] Isa. xxvi, 20.

A *τὸ καταφαγεῖν τὰς σάρκας μου.* Ἀλλ' οἱ ταῦτα κατ' ἐμοῦ διανοηθέντες, καὶ ἤδη πλησίον γενόμενοι τῶν ἐμῶν σαρκῶν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἅπερ πρᾶξαι κατ' ἐμοῦ διανενόηντο, ταῦτα πεπόνθασιν· *Αὐτοὶ* γὰρ, φησὶν, *ἠσθένησαν, καὶ ἔπεσαν*, οὐδὲν ἐμοῦ κατ' αὐτῶν ἐνηργηκότος· ἀλλὰ δηλαδὴ τοῦ ἐμοῦ φωτὸς καὶ τοῦ ἐμοῦ σωτῆρος ἀποῤῥήτῳ καὶ θεϊκῇ δυνάμει κατ' αὐτῶν στρατευσαμένου καὶ καταβαλόντος αὐτοὺς, ἵν' ἐγώ τε ῥυσθείην τῆς αὐτῶν ἐπιβουλῆς, καὶ μηδὲν βλαβείην, αὐτοί τε ὠφεληθεῖεν, τῆς ἑαυτῶν κακίας ἐξασθενήσαντες, κερδάναντες τῷ μὴ τὴν ἑαυτῶν αὐξῆσαι μοχθηρίαν διὰ τῆς κατ' ἐμοῦ βλάβης. Ἔν τισιν ἐπιγέγραπται, *Ψαλμὸς τοῦ Δαυὶδ πρὸ τοῦ χρισθῆναι.*

Sed fortasse quispiam ad hæc dixerit, quod nullam hic structuræ domus sive templi faciat mentionem: nec quidpiam in psalmo reperiatur quod possit dedicationi domus competere, ut quis putaverit de templi Hierosolymitani dedicatione hunc psalmum pronuntiatum fuisse. Verum quoniam inscribitur: *Psalmus cantici in dedicatione domus*, mihi, quæso, consideres, num hic per domum, suam ipsam animam adumbret: in qua cum Spiritus sanctus ceu in templo aliquando habitasset, quo- D dam tempore desertam eam reliquit, atque recessit ob patratum in Uriam et uxorem ejus facinus; ideo ad mortem usque delapsus est, quia ad mortem peccaverat; imo ratione quadam usque ad lacum et ad infernum deductus est, ac reipsa descendit in corruptionem; ita ut ea de causa fletibus se dederit, ac pro regia veste saccum induerit. At quia postquam dignam exhibuit pœnitentiam, ac sese castigavit atque punivit, congruentique tempore in confessionibus perseveravit, remittendi sibi peccati promissionem nactus est, per Christum scilicet ex ejus semine proditurum, et ad infernum usque descensurum; jure a tristitia et a scelerum confessione translatus, gratias agit Deo, dicens:

[74-83] Ezech. XVII, 12.

Domine, eduxisti ab inferno animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum : luctumque suum in lætitiam versum his verbis testificatur : *Convertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum et circumdedisti me lætitia.* Cum igitur hic domum, Davidis animam indicare commonstratum sit, hujusce domus dedicationi quæ hic dicuntur aptanda sunt.

VERS. 2, 3. *Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Domine Deus meus, clamavi ad te, et sanasti me. Domine, eduxisti ab inferno animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum.* Hæc David in præsenti psalmo dicit ; in vigesimo septimo autem, ita clamabat ipse : *Ad te, Domine, clamabo, Deus meus, ne sileas a me, ne quando taceas a me, et assimilabor descendentibus in lacum.* Sed quia ibi sic precabatur, hic gratias agit ut detrusus ante et delapsus in lacum, sed jam reductus et erutus ex eo, neque similia passus iis qui cum in ipsum descendissent, nunquam inde postea emerserunt. Nam cum primis beatum est non peccare ; at quia humanæ naturæ infirmitas peccatis subjacet ; secundam quis navigationem esse dixerit, ad bonum se revocare, ac post morbum sese restituere ac naturalem recipere sanitatem.

VERS. 5, 6. *Psallite Domino, sancti ejus, et confitemini memoriæ sanctitatis ejus. Quoniam ira in indignatione ejus, et vita in voluntate ejus.* Rogat ut sibi pœnitenti congratulentur, et confiteantur, id est, gratias agant memoriæ sanctitatis ejus ; ac si diceret, ut memoriam refricent, neque obliviscantur bonorum quæ hominibus Dominus subministravit. Cum primis autem par est gratiarum actionibus insistere, memores divinæ benignitatis, quæ tanta est, ut nunquam velit malum hominibus obvenire. Quod si contingat quempiam ob propriam improbitatem castigatione egere, ipse sibi iram indignationis procurat. Certe voluntas Dei non mortem hominibus, sed vitam expetit. Quare alio in loco dicitur : *Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed potius pœnitentiam ejus* [84]. Eodem quoque modo hic dictum est, *Vita in voluntate ejus* ; non enim *ira in voluntate ejus.* Sane præter Dei propositum ac præter voluntatem ejus peccantibus indignatio et ira præparantur : quod ita declarat Apostolus : *An divitias bonitatis ejus, et patientiæ et longanimitatis contemnis? ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Secundum autem duritiam tuam et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus* [85].

A *Κύριε, ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον*, μεταβεβλῆσθαί τε αὐτῷ τὰ τοῦ πένθους εἰς εὐφροσύνην σημαίνει καὶ δι' ὧν φησιν· *Ἔστρεψας τὸν κοπετόν εἰς χαρὰν ἐμοί· διέῤῥηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνην.* Δεδειγμένου τοίνυν τοῦ οἴκου τῆς τοῦ Δαυῒδ ψυχῆς, ἄρα τῷ ἐγκαινισμῷ τοῦ τοιούτου οἴκου ἐφαρμόζειν τὰ προκείμενα.

Ὑψώσω σε, Κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με, καὶ οὐκ ηὔφρανας τοὺς ἐχθρούς μου ἐπ' ἐμοί. Κύριε ὁ Θεός μου, ἐκέκραξα πρὸς σὲ, καὶ ἰάσω μοι. Κύριε, ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. Ταῦτα μὲν ὁ Δαυῒδ διὰ τοῦ μετὰ χεῖρας ψαλμοῦ λέγει· ἐν
B δὲ τῷ εἰκοστῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ ὁ αὐτὸς ἐβόα λέγων· *Πρὸς σὲ, Κύριε, κεκράξομαι, ὁ Θεός μου, μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον.* Ἀλλ' ἐπεὶ μὲν ταῦτα ηὔχετο· ἐνταῦθα δὲ εὐχαριστεῖ ὡς κατενεχθεὶς πρότερον καὶ καταπεσὼν εἰς τὸν λάκκον, ἀνενεχθεὶς δὲ πάλιν καὶ ἀνασωθεὶς ἐξ αὐτοῦ, καὶ μὴ ταῦτα παθὼν τοῖς καταβεβηκόσιν μὲν εἰς αὐτὸν, μὴ ἀναβεβηκόσι δέ· προηγουμένως γὰρ μακάριον τὸ μὴ ἁμαρτεῖν· ἐπειδὴ ἡ ἀσθένεια τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τούτοις ὑπόκειται, δεύτερος, ὡς ἂν εἴποι τις, πλοῦς τὸ ἀναπαλέσαι (sic) καλὸν, καὶ τὸ ἀναλαβεῖν ταὐτὸν μετὰ τὴν νόσον, καὶ τὴν κατὰ φύσιν ἀπολαβεῖν ὑγείαν.

Ψάλατε τῷ Κυρίῳ οἱ ὅσιοι αὐτοῦ, καὶ ἐξομο-
C *λογεῖσθε τῇ μνήμῃ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ. Ὅτι ὀργὴ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ, καὶ ζωὴ ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ.* Συγχαίρειν αὐτῷ μετανοήσαντι, καὶ ἐξομολογεῖσθαι, τουτέστιν εὐχαριστεῖν τῇ μνήμῃ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ, τὴν μνήμην ἀναζωπυροῦντες, μηδ' ἐπιλανθανόμενοι τῶν παρὰ τοῦ Κυρίου χορηγουμένων ἀνθρώποις ἀγαθῶν. Μάλιστα δὲ προσήκει τὴν εὐχαριστίαν ἐπιτείνειν, μεμνημένους τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, ἥτις τοσαύτη τυγχάνει, ὡς μηδέποτε βούλεσθαί τι κακὸν ἀνθρώποις. Εἰ δὲ καί ποτέ τις διὰ τὴν οἰκείαν μοχθηρίαν ἐπιστροφῆς δεηθείη, αὐτὸς μὲν ἑαυτῷ κατασκευάζει θυμὸν ὀργῆς· τό γε μὴν θέλημα τοῦ Θεοῦ, μήποτε βούλεσθαι θάνατον ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ ζωήν. Διὸ ἐν ἑτέροις
D λέγεται· *Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος· οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὡς τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ.* Οὕτω γοῦν καὶ ἐνταῦθα λέλεκται· *Ζωὴ ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ·* οὐ γὰρ *ὀργὴ ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ.* Παρὰ προαίρεσιν δὲ Θεοῦ καὶ παρὰ τὸ βούλημα αὐτοῦ τοῖς ἁμαρτάνουσι κατασκευάζεται θυμὸς καὶ ὀργή· ὃ δὴ παρίστησιν ὁ Ἀπόστολος φήσας· *Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς; ἀγνοῶν, ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει. Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.*

[84] Ezech. XVIII, 23. [85] Rom. II, 4-6.

Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου· Οὐ μὴ σα- A *λευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα.* Δικαιοῖ τὴν κρίσιν τοῦ Κυρίου ὁμολογῶν πόθεν αὐτῷ συμβέβηκεν ἡ πτῶσις· δέον γὰρ ἑστῶτα ἐν τῇ παρὰ τῷ Θεῷ στάσει μεμνῆσθαι τοῦ φάσκοντος λόγου· *Ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ*, ὁμολογεῖν τε τῷ Θεῷ χάριν ὑπὲρ τῆς στάσεως. Ὁ δὲ, οὐκ ὀρθῶς λογισάμενος, παρὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν ἐν τοῖς καλλίστοις ἑστάναι ἐνόμιζεν· ἀπέφαινέ τε ἑαυτὸν καὶ ἄτρεπτον καὶ ἀμετάβλητον. *Κύριε, ἐν τῷ θελήματί σου παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν.* Ἐπεὶ ταῦτα τὰ προειρημένα οὐκ ὀρθῶς ἐλογίζετο, ἔγνω, ὅτι ἡ στάσις αὐτοῦ ἐκείνη, καὶ ἡ εὐθηνία καὶ τὸ προσὸν αὐτῷ τότε κάλλος οὐκ ἦν ἐξ αὐτοῦ, οὐδὲ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ αἰτίαν ὑπῆρχεν αὐτῷ. Διὸ ἐξομολογούμενος ταῦτά φησιν ἔργῳ τὴν πεῖραν παραλαβὼν τῆς ἑαυτοῦ ἀσθενείας· *Ἀπέ-* B *στρεψας δέ σου τὸ πρόσωπον, καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος.* Σὺ μὲν γὰρ οὐδὲν πλέον ἔπραξας, οὔτε ὤσας, οὔτε κατέβαλες· αὐτὸ δὲ τοῦτο διὰ τὴν ἐμὴν μεγαλαυχίαν μεμονωμένον με εἴασας, καὶ τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας ἔρημον. *Ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου·* ἐγὼ δὲ παραχρῆμα ἠλεγχόμην, *καὶ ἐγινόμην τεταραγμένος*, ὑποπίπτων τοῖς ἐμοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς.

Πρὸς σὲ, Κύριε, κεκράξομαι, καὶ πρὸς τὸν Θεόν μου δεηθήσομαι. Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβῆναί με εἰς διαφθοράν; Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ἐν τοῖς κακοῖς γενόμενος ἔλεγον· Πρὸς σὲ, Κύριε, βοήσω, καὶ σὲ τὸν δεσπότην μου ἱκετεύσω· τί κέρδος ἐν τῷ αἵματί μου,* C *κατενεχθέντος μου εἰς διαφθοράν; Μὴ ἐξομολογήσεταί σοι κόνις, ἢ ἀπαγγελεῖ τὴν ἀλήθειάν σου;* Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια ἱκετεύω, κάτωθεν κραυγὰς ἀφιεὶς ἀπὸ τοῦ βαθυτάτου λάκκου, πυθόμενος ὡς παρὰ διδασκάλου μαθεῖν παρὰ σοῦ τοῦ Θεοῦ. Τίς ὠφέλεια γίνεται ἢ ἐμοὶ ἢ ἑτέροις ἐκ τοῦ ἐμοῦ αἵματος; Ἢ τί πλέον ἀνθρώποις ὑπάρξει ἐκ τοῦ ἐμὲ ἐλθεῖν εἰς διαφθοράν; Ἑτέρου μὲν γὰρ ἐν τῷ αἵματι ὑπάρξει πολλή τις καὶ μεγάλη ὠφέλεια τῷ παντὶ κόσμῳ· ἐπειδὰν ὁ σὸς ἀμνὸς ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἔλθοι, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος ἄφωνος. Τούτου γὰρ τῷ αἵματι ἀπολύτρωσις καὶ κακῶν ἐλευθερία πᾶσι τοῖς δι' αὐτοῦ σωθησομένοις γενήσεται. Ἀλλὰ καὶ ἡ κατάβασις ἐκείνου ἡ μέχρι τῶν δια- D φθαρέντων, καὶ ἐν θανάτῳ γενομένων, πολλοῖς αἰτία σωτηρίας ἔσται. Πολλὸς γὰρ χοῦς καὶ πολλὴ κόνις τῶν πάλαι καὶ σαρκίνων καὶ χοϊκῶν ἀνθρώπων ἐξομολογήσεταί σοι· οἳ καὶ ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβληθέντες, ἀπαγγελοῦσι τὴν ἀλήθειάν σου. Μήτι οὖν καὶ ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι ἔσται τι τοιοῦτον ἀγαθὸν τῷ κόσμῳ; ἢ ὠφεληθήσεταί τις ἐμοῦ κατασυρέντος ὑπὸ τοῦ θανάτου; ἢ χοῦς καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ χοῦ ληφθεὶς καὶ γεγονὼς ἄνθρωπος, μεταβληθεὶς ἀπὸ τοῦ χοϊκοῦ καὶ γενόμενος πνευματικὸς, ἀπαγγελεῖ τὴν ἀλήθειάν σου; Ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν ἔσται ἐξ ἐμοῦ τοιοῦτον· διὸ ἱκετεύω μὴ ὁμοιωθῆναι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον.

VERS. 7, 8. *Ego autem dixi in abundantia mea. Non movebor in æternum.* Judicium Domini justum esse comprobat, dum confitetur unde sibi lapsus venerit. Opus enim est eum, qui coram Deo consistit, meminisse hujus dicti, *Qui videtur stare, videat ne cadat* [86], ac Domino gratiam de statu illo profiteri. At ille non bene secum reputans, ex sua virtute se in præclaris stare arbitratus est, seseque immutabilem, immobilemque declaravit. *Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.* Quia superius memorata non recte æstimaverat, novit tandem statum illum, felicitatem, ac decorem quo tunc fulgebat, non ex se, neque se auctore sibi adfuisse. Quapropter cum ex re ipsa infirmitatis suæ experimentum cepisset, hæc confitetur, dicens : *Avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus.* Tu quidem nihil ulterius effecisti, non impulisti neque dejecisti me ; id tantum præstitisti, ut me propter arrogantiam meam solum, tuaque ope vacuum desereres : *Avertisti faciem tuam*, et ego confestim convictus, *factus sum conturbatus*, in peccata mea lapsus, et inimicis meis traditus.

VERS. 9, 10. *Ad te, Domine, clamabo, et ad Deum meum deprecabor. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?* Secundum Symmachum autem : *Cum in malis essem, dixi : Ad te, Domine, clamabo, et te Dominum meum deprecabor. Quod lucrum in sanguine meo, me delato in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam?* Hæc et his similia deprecor, ex infimis ac ex profundissimo lacu clamores emittens, sciscitorque, ut a te Deo, ceu a magistro, edocear. Quæ utilitas aut mihi aut aliis ex sanguine meo confertur? Aut quid amplius hominibus accidet [boni], si descendero in corruptionem? At enim in alterius sanguine multa magnaque utilitas universo mundo accedet ; quando Agnus tuus qui tollit peccatum mundi [87], quasi ovis ad jugulationem veniet, et tanquam agnus coram tondente se sine voce erit [88]. Nam ex hujus sanguine redemptio et ereptio a malis iis erit, qui per eum salutem consecuturi sunt. Quinetiam descensus ejus ad eos usque qui in corruptione et in morte versantur, multis causa salutis erit. Pulvis enim multus multaque terra, hominum scilicet olim carnalium ac terrenorum, confitebitur tibi : qui in meliorem versi conditionem, annuntiabunt veritatem tuam. Nunquid igitur in sanguine meo tale quidpiam bonum mundo erit? An quis utilitatem hinc percipiet, si ego a morte detrahar? An pulvis et qui ex pulvere sumptus factus est homo, ex terreno commutatus in spiritualem, annuntiabit veritatem tuam? Nihil sane hujusmodi ex me prodibit. Quamobrem rogo ne similis fiam descendentibus in lacum.

[86] I Cor. x, 12. [87] Joan. i, 29. [88] Isa. LIII, 7.

VERS. 11-13. *Audivit Dominus, et misertus est mei, Dominus factus est adjutor meus. Convertisti planctum meum in gaudium mihi : conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia.* Cum sic, inquit, deprecarer, qui non procul est ab iis qui pure ac fideliter invocant ipsum, Dominus *audivit*, de quo dictum est : *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate* [89] : et postquam audivit, *misertus est mei*, ac suam erga me misericordiam opere comprobavit : *factus est* enim *adjutor meus*. Postquam nos hisce allocutus est verbis, et quæ sibi acciderant enarravit, rursus gratiarum actionem ad ipsum Deum convertit, beneficia sibi collata enumerans. Nam, inquit, tu mei misertus es, et factus es adjutor meus; atque sic veteres lacrymas, lamentationes, planctum in risum, gaudium et exsultationem commutasti. Ita veram comprobasti illam beatitudinem, quæ diu postea de flentibus ac lugentibus tradita est : *Beati qui flent, quoniam ridebunt* [90]; *beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* [91]. Me sacco exuisti, qui luctus signum erat, in quo me affligebam, et cingulo lætitiæ circumcinxisti me. Hæc porro omnia mihi præbuisti, ut ne, si tibi non confessus essem, terra et pulvis remanerem, *ut cantet tibi gloria mea*. Nam si descendissem in corruptionem, nulla hinc utilitas vel mihi vel aliis eventura erat. Ego namque vita illa quæ ex te procedit privandus eram, alii vero per me salutem minime nacti essent.

At quando tu *convertisti planctum meum in gaudium mihi*, et quando *conscidisti saccum meum et circumdedisti me lætitia*, non modica inde utilitas accessit : nam pristina recepta gloria, per eam tibi cantabo et psallam, non prava quidem conscientia, sed fidenti ac pura mente. Ideo ait, *Ut cantet tibi gloria mea, et non compungar*. Ita porro perseverabo per omne sæculum, confitebor tibi, et a te mihi semper collata beneficia commemorabo. *Dominus factus est adjutor meus*. Notandum porro est illud, *factus est*, non semper acceptam substantiam significare; sed quandoque etiam habitum quemdam. Sicubi igitur id de Salvatore dicatur, habitum ad rem aliquam, non substantiam factam, significat. *Convertisti planctum meum in gaudium mihi*. Vox illa, *planctus* [sive *tunsio pectoris*], sensum significat : quod vel ipsa re declaratur, manus quippe pectus tundunt. Qui igitur in propriorum peccatorum sensu versatur, ac per spirituales manus cum efficacia sensum excitat suum, is translatus a luctu, gaudium, Spiritus sancti fructum, accipiet. Illud porro, *convertisti*, mutationem illam ex planctu et luctu in lætitiam declarat ; illud demum, *non compungar*, id est, non mutabo propositum. Gloria illa cantatrix ejus qui sic Deum affatur, rectum vitæ institutum est et cognitio pura. *Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.* Id est, pro omnibus quæ contigerint, non modo jucun-

A *Ἤκουσε Κύριος, καὶ ἠλέησέ με· Κύριος ἐγενήθη βοηθός μου. Ἔστρεψας τὸν κοπετόν μου εἰς χαρὰν ἐμοὶ, διέῤῥηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνην.* Ταῦτα, φησὶ, δεηθέντος μου, ὁ μὴ μακρὰν ἀφεστὼς τῶν καθαρῶς καὶ πιστῶς ἐπικαλουμένων αὐτὸν Κύριος *ἤκουσε*, περὶ οὗ εἴρηται· *Ἐγγὺς Κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ*· καὶ ἀκούσας *ἠλέησέ με*, καὶ ἔργον ἐπεδείξατο τοῦ εἰς ἐμὲ οἴκτου· *ἐγενήθη* γὰρ *βοηθός μου*. Ταῦτα ὡς πρὸς ἡμᾶς διαλεχθεὶς, καὶ τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ διδάξας ἡμᾶς, ἀποστρέφει πάλιν τὴν εὐχαριστίαν ἐπ' αὐτὸν Θεὸν, τὰς εἰς αὐτὸν εὐεργεσίας διεξιών. Ἠλέησας γάρ με σὺ, φησὶ, καὶ γέγονας βοηθός μου· οὕτω τε μετέβαλες τὰ παλαιά μου δάκρυα, καὶ τοὺς θρήνους καὶ τὸν κοπετὸν εἰς
B γέλωτα καὶ χαρὰν, καὶ ἀγαλλίασιν, ἐπαληθεύσας τὸν ὕστερόν ποτε λεχθέντα μακαρισμὸν περὶ τῶν κλαιόντων καὶ πενθούντων, κατὰ τό· *Μακάριοι οἱ κλαίοντες, ὅτι γελάσονται· καὶ μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι παρακληθήσονται.* Τὰ σύμβολα γοῦν τοῦ πένθους ἀπέδυσάς με, τὸν σάκκον, ἐν ᾧ κακοπαθῶν ἐμαυτὸν ἐτιμωρούμην, καὶ ζώσματι εὐφροσύνης περιέζωσάς με. Καὶ ταῦτα πάντα μοι παρέσχου, ἵνα μὴ ἀπομείνω χόνις καὶ χοῦς ὁ μὴ ἐξομολογούμενός σοι, ἀλλ' *ἵνα ψάλλῃ σοι ἡ δόξα μου*. Ἐν μὲν γὰρ τῷ καταβῆναί με εἰς διαφθορὰν οὐδεμία τις ἦν ὠφέλεια οὔτ' ἐμοὶ οὔτε ἑτέροις. Ἐγώ τε γὰρ ἀπεστερούμην τῆς παρὰ σοῦ ζωῆς, ἄλλοι τε οὐδαμῶς ἐτύγχανον τῆς δι' ἐμοῦ σωτηρίας.

Ἐν δὲ τῷ *μεταβάλλειν σε τὸν κοπετόν μου εἰς*
C *χαρὰν ἐμοὶ*, καὶ ἐν τῷ *διαῤῥῆξαί σε τὸν σάκκον μου καὶ περιζῶσαι εὐφροσύνην*, οὐχ ἡ τυχοῦσα γεγένηται ὠφέλεια· ἀπολαβὼν γὰρ τὴν προτέραν ἐμαυτοῦ δόξαν, διὰ ταύτης σοι ψαλῶ, καὶ ψαλῶ σοι οὐ μετά τινος φαύλης συνειδήσεως, ἀλλὰ μετὰ πεπαῤῥησιασμένης καὶ καθαρᾶς διανοίας. Διό φησιν· *Ὅπως ἂν ψάλλῃ σοι ἡ δόξα μου, καὶ οὐ μὴ κατανυγῶ.* Οὕτω τε διατελέσω εἰς τὸν σύμπαντα αἰῶνα, ἐξομολογούμενός σοι, καὶ τὰς σὰς διὰ παντὸς εὐεργεσίας τὰς εἰς ἐμὲ διεξιών. *Κύριος ἐγενήθη βοηθός μου.* Σημειωτέον, ὅτι τὸ, *ἐγενήθη*, οὐκ ἀεὶ οὐσίωσιν σημαίνει· ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ πρός τινα σχέσιν. Εἴ ποτε οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος τοιαύτη γένοιτο φωνὴ, σχέσιν πρός τι καὶ οὐχὶ οὐσίωσιν σημαίνει. *Ἔστρεψας τὸν κοπετόν μου εἰς χαρὰν ἐμοί.* Ἡ, *κοπε-*
D *τὸς*, φωνὴ, τὴν συναίσθησιν σημαίνει, ὡς καὶ αὐτὴ ἡ πρᾶξις παρίστησι, τῶν χειρῶν τὸ στῆθος κοπτουσῶν. Ὁ οὖν ἐν συναισθήσει ἰδίων ἁμαρτημάτων γεγονὼς, καὶ ἐνεργητικῶς διὰ χειρῶν πνευματικῶν τὴν αἴσθησιν αὐτοῦ διεγείρας, μεταβαλὼν ἀπὸ τοῦ ὀλοφύρεσθαι, χαρὰν τὸν καρπὸν τοῦ Πνεύματος ἀναλήψεται. Τὸ, *ἔστρεψας*, δηλοῖ τὴν ἐκ τοῦ κόπτεσθαι καὶ λυπεῖσθαι εἰς χαρὰν μεταβολήν· τὸ δὲ, *οὐ μὴ κατανυγῶ*, οὐ μὴ μεταγνῶ, φησί. Δόξα δὲ ψάλλουσα τοῦ ταῦτα λέγοντος τῷ Θεῷ, ὀρθὴ πολιτεία καὶ γνῶσίς ἐστιν εἰλικρινής. *Κύριε ὁ Θεός μου, εἰς τὸν αἰῶνα ἐξομολογήσομαί σοι·* ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ πᾶσι

[89] Psal. CXLIV, 18. [90] Luc. VI, 21. [91] Matth. V, 5.

τοῖς συμβαίνουσιν, οὐ προσηνέσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πόνοις, εὐχαριστῶ σοι, Δέσποτα.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ, ΕΚΣΤΑΣΕΩΣ Λ'.

Οὔτε ἐν τῇ Ἑβραίων Γραφῇ, οὔτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς ἡ προγραφὴ περιέχει, *ἐκστάσεως*. Μήποτε δὲ διὰ τὸ ἐκφέρεσθαι τῷ ψαλμῷ· *Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Ἀπέῤῥιμμαι ἀπὸ προσώπου τῶν ὀφθαλμῶν σου*, τὴν προσθήκην τις ἐποιήσατο ἐν τῇ προγραφῇ εἰς τὸν καιρὸν καθ' ὃν ἐν ἐκστάσει γενόμενος εἶπεν· *Ἀπέῤῥιμμαι ἀπὸ προσώπου τῶν ὀφθαλμῶν σου*, ἀναπέμψας τὰ ἐμφερόμενα τῷ λόγῳ; Πλὴν ἀλλ' εἰς τὸ τέλος τοὺς ἐντυγχάνοντας παραπέμπει καὶ ἡ παροῦσα προγραφὴ, ἤτοι διὰ τὰ τελευταῖα, ἐν οἷς παραίνεσιν ἀναγκαιοτάτην περιέχει ἡ λέγουσα· *Ἀγαπήσατε τὸν Κύριον πάντες οἱ ὅσιοι αὐτοῦ, ὅτι ἀληθείας ἐκζητεῖται Κύριος*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἢ διὰ τὸ προφητεύειν τινὰ περὶ τῶν κατὰ τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος πεπραγμένων· ἃ δὴ γίγνεσθαι ἤμελλεν ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τοῦ Δαυῒδ ἐλπίδας ὑπογράφει ἀγαθὰς ὁ λόγος, αἵτινες ἤμελλον αὐτῷ εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον ἀποδίδοσθαι, εἰκότως εἰς τὸ τέλος ἀναπέμπει τὴν προγραφήν. Περιέχει δὲ ὁ πᾶς ἱκετηρίαν τοῦ Δαυῒδ, ὅλον ἑαυτὸν ἀναρτήσαντος τοῦ Θεοῦ, καὶ παρακαλεῖ μὴ ἐκπεσεῖν τῆς ἐλπίδος.

Ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα· ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ῥῦσαί με καὶ ἐξελοῦ με. Κλῖνον πρός με τὸ οὖς σου, τάχυνον τοῦ ἐξελέσθαι με. Πολλῷ τε πλούτῳ περιῤῥεόμενος, εἰ καὶ νίκαις ταῖς κατ' ἐχθρῶν ἐκόμα, ἀλλὰ τούτων οὐδὲν πρὸς ἀσφάλειαν συμβαλεῖσθαι αὐτῷ ἐπέπειστο, μόνην δὲ τὴν ἐπὶ Κύριον ἐλπίδα· διὸ ἱκέτευε ταύτης μήποτε ἐκπεσεῖν· ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐδίδασκε τὰ ὅμοια αὐτῷ ζηλοῦντας καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν. Ἀντὶ δὲ, *ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου· ἐν τῇ ἐλεημοσύνῃ σου*, ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκε. *Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστὴν, καὶ εἰς οἶκον καταφυγῆς τοῦ σῶσαί με. Ὅτι κραταίωμά μου καὶ καταφυγή μου εἶ σὺ, καὶ ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὁδηγήσεις με καὶ διαθρέψεις με.* Ταῦτα καὶ ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ εἶπε ψαλμῷ.

Ἐξάξεις με ἐκ παγίδος ταύτης, ἧς ἔκρυψάν μοι, ὅτι σὺ εἶ ὁ ὑπερασπιστής μου, Κύριε. Εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου· ἐλυτρώσω με, Κύριε ὁ Θεὸς τῆς ἀληθείας. Ἐξ ὧν ἐπειράθην πάλαι πρότερον, πέπεισμαι, ὅτι καὶ νῦν ἐξάξεις με ἐκ πάσης παγίδος τῆς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν μοι κατασκευαζομένης. Ἕως γὰρ ἐν τῷ βίῳ τῷ θνητῷ τυγχάνω, οἶδα πολεμούμενος· καὶ μέχρις ἐσχάτης ἀναπνοῆς ἐν ἀγωνίᾳ κατέστην καὶ διὰ τὰς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλάς. Ἀλλὰ πέπεισμαι, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἀναρτήσας τὴν ἐμαυτοῦ ἐλπίδα, οὐ καταισχυνθήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα. Θεὸν δὲ ἀληθείας εὐκαίρως καὶ καταλλήλως τοῖς λεγομένοις ὠνόμασεν· οὐ γὰρ ἔστι διαψευσθῆναι τὸν ἐπὶ σὲ ἠλπικότα, οὐδὲ τὸν ἐπὶ ταῖς σαῖς ἐπαγγελίαις πεπιστευκότα.

Ἐμίσησας τοὺς διαφυλάσσοντας ματαιότητας διακενῆς. Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἤλπισα· ἀγαλ-

A dis rebus, sed etiam pro laboribus, gratias tibi ago, Domine.

1. IN FINEM PSALMUS DAVID, PRO EXSTASI XXX.

Neque in Hebraica Scriptura, neque in reliquis interpretibus, inscriptio illud præfert, *pro exstasi*. Num forte quia illud in psalmo [11] effertur : *Ego autem dixi in exstasi mentis meæ : Projectus sum a facie oculorum tuorum*, idipsum quispiam inscriptioni addiderit, ad tempus illud id referens, quo in exstasi positus dixit : *Projectus sum a facie oculorum tuorum?* Cæterum præsens inscriptio lectorem ad finem remittit, sive propter ea quæ versus finem dicuntur, ubi per necessariam admonitionem affert his verbis: *Diligite Dominum, omnes sancti ejus, quo-*
B *niam veritates requirit Dominus*, et cætera ; sive quia nonnulla vaticinatur quæ tempore passionis Salvatoris nostri gesta sunt, quæque in consummatione sæculi ventura erant. Sed quoniam bona hic Davidi spes subindicatur, quæ ipsi in futuro tempore implenda erat, jure inscriptionem in finem remittit. Totus vero psalmus Davidis supplicationem complectitur qui sese totum Deo concredidit, rogatque ut ne spe labatur.

VERS. 2-4. *In te, Domine, speravi, non confundar in æternum : in justitia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam, accelera ut eruas me.* Etiamsi multis divitiis affluerel, et victoriis quas de inimicis
C reportaverat, ornaretur, nihil eorum ad securitatem sibi conferre, unamque in Dominum spem id præstare posse, arbitrabatur. Quare supplicabat ut nunquam ab ea decideret : sed nos quoque instituebat ut paria quærentes, eadem quæ ipse sentiremus ac loqueremur. Loco autem illius, *in justitia tua*, Symmachus, *in misericordia tua*, edidit. *Esto mihi in Deum protectorem et in domum refugii, ut salvum me facias. Quoniam fortitudo mea et refugium meum es tu, et propter nomen tuum deduces me et enutries me.* Hæc in septimo decimo quoque psalmo dixerat.

VERS. 5, 6. *Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi, quoniam tu es protector meus. In manus tuas commendabo spiritum meum : redemisti me,*
D *Domine Deus veritatis.* Ex iis quæ jam olim expertus sum, confido te ex quovis laqueo educturum me, ab inimicis mihi parato. Quandiu enim in vita mortali versor, me impugnatum iri scio; et ad extremum usque halitum, inimicorum insidiis appetitus, in certamine constitutus ero. At confido fore ut, spe mea in te reposita, non confundar in æternum. Deum autem veritatis opportune et congruenter ad rem quæ agitur vocavit : neque enim contingere potest, ut is qui in te speravit, vel is qui promissis tuis fidem habuit, spe labatur.

VERS. 7, 8. *Odisti observantes vanitates, supervacue. Ego autem in Domino speravi : exsultabo et*

[11] Psal. xxx. 23.

lætabor in misericordia tua. Merito lætaris de veritatis amatoribus, illosque admittis; ideo dictum est, *Veritates requirit Dominus;* illos vero qui vanitatem sectantur, utpote qui mendacium consectentur, adversaris et odisti. Vanitas quippe est quod mendacio plenum: quare sic admones: *Filii hominum usquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem et quæritis mendacium*[23]? Ego vero a vanis rebus aversus, in te solo Domino meo spem reposui, quare confido non frustra tibi meipsum commisisse. Nam finis spei in te posita est gaudium et lætitia.

VERS. 9. *Quoniam respexisti humilitatem meam, salvasti de necessitatibus animam meam; nec conclusisti me in manibus inimici; statuisti in loco spatioso pedes meos.* Jam alias respexisti humilitatem meam: ac pleruinque anima mea in necessitates ab inimicis sibi inductas delapsa, meque nihil aliud agente quam ut humiliarem et affligerem me, ob emissas ad te Deum meum preces, tu ipse meus propugnator ac protector, me nequaquam despiciens, sed humilitatem approbans meam, *salvasti de necessitatibus animam meam, nec conclusisti me in manibus inimici;* ac præter exspectationem me in retibus jam devolutum, et inimicorum manibus traditum, eripuisti remisistique liberum, pedes meos in latitudine ac in loco spatioso constituisti, solutoque mihi concessisti, ubicunque vellem incederem. In historia porro narratur, ipsum sæpe a Saule deprehensum, et aliquando in spelunca inclusum, manus ejus effugisse: et alias a Getthæis se mente captum simulando elapsum esse.

VERS. 10. *Miserere mei, Domine, quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea et venter meus.* Rogo, inquit, ac deprecor mei ut miserearis, *quoniam tribulor;* cujus loco Aquila, *Quoniam angustum mihi.* Tui enim et promissorum tuorum causa in angusta et arcta via incedo. At animæ meæ oculus, ipsaque mens ac vis ratiocinandi turbata est in ira. Pro quo Aquila dicit: *Squaluit in indignatione oculus meus;* Symmachus vero, *Turbatus est præ indignatione oculus meus.* Nam cum indignationem, inquit, et iram mihi concitavi, ausus ea perpetrare quæ furore et ira digna sunt, tunc confusio, conturbatio et squalor rationabilem animæ vim occupavit. Sed etiam anima mea et venter meus ipse conturbatus ac confusus est in tempore indignationis meæ. Quemadmodum vero animæ oculum per translationem a sensili oculo intelligimus, sic ventrem ejus nequaquam labare si vim memoriæ accipias; in qua ceu in ventre, cibos omnes a sermonibus perceptos reponere consuevimus. Quamobrem alicubi dicitur: *Benedic, anima mea, Domino, et omnia quæ intra me sunt, nomini sancto ejus*[24]. Et Salvator ait: *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, flumina*

A *λιάσομαι καὶ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ ἐλέει σου·* Εἰκότως χαίρεις μὲν τοῖς τῆς ἀληθείας ἐρασταῖς, καὶ τούτους προσίεσαι· διὸ λέλεκται· *Ἀληθείας ἐκζητεῖ Κύριος·* τοὺς δὲ τὴν ματαιότητα περιέποντας εἰκότως ἀποτρέπῃ καὶ μισεῖς, ὡς ἂν τὸ ψεῦδος μεταδιώκοντας. Ματαιότης γὰρ τὸ ψεύδους γέμον· διὸ παραινεῖς λέγων· *Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι; ἵνα τί ἀγαπᾶτε ματαιότητα, καὶ ζητεῖσθε ψεῦδος;* Ἐγὼ δὲ, ἀποστραφεὶς τὰ μάταια, ἐπὶ σὲ μόνον τὸν ἐμαυτοῦ Κύριον ἤλπισα· διὸ πέπεισμαι, οὐκ εἰκῇ σοι ἐμαυτὸν παρατεθεῖσθαι. Τὸ γὰρ τέλος τῆς εἰς σὲ ἐλπίδος χαρὰ καὶ εὐφροσύνη.

Ὅτι ἐπεῖδες τὴν ταπείνωσίν μου, ἔσωσας ἐκ τῶν ἀναγκῶν τὴν ψυχήν μου. Καὶ οὐ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθρῶν· ἔστησας ἐν εὐρυχώρῳ B *τοὺς πόδας μου.* Ἤδη καὶ ἄλλοτε ἐπεῖδες τὴν ταπείνωσίν μου· πολλάκις τε περιπεσούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἀνάγκαις ταῖς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐπιτεθείσαις αὐτῇ, ἐμοῦ τε μηδὲν πλέον πράττοντος ἢ ταπεινοῦντος ἐμαυτὸν καὶ κακοῦντος διὰ τῶν πρὸς σὲ τὸν Θεὸν ἱκετηρίων, σὺ αὐτὸς ὁ ἐμὸς ὑπέρμαχος καὶ ὑπερασπιστὴς, μὴ ἀντιπαρελθών με, ἀποδεξάμενος δὲ τὴν ἐμὴν ταπείνωσιν, *ἔσωσας ἐκ τῶν ἀναγκῶν τὴν ψυχήν μου, καὶ οὐ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθρῶν·* παραδόξως δέ με εἴσω δικτύων ἤδη γενόμενον, καὶ ταῖς χερσὶ τῶν ἐχθρῶν παραδεδομένον ἁρπάσας ἐλεύθερον ἀνῆκας, καὶ τοὺς πόδας μου ἐν πλατύτητι καὶ εὐρυχωρίᾳ κατέστησας, συγχωρήσας ἄφετόν με βαδίζειν ὅποι καὶ βούλομαι. Διδάσκει δὲ καὶ ἡ ἱστορία, C ὅτι, πολλάκις καταληφθεὶς ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, καὶ μέντοι καὶ ἐν τῷ σπηλαίῳ καθειρχθεὶς, τὰς ἐκείνου χεῖρας διέφυγε, καὶ ἄλλοτε τοὺς Γετθαίους παραπληξίαν σχηματισάμενος.

Ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι θλίβομαι· ἐταράχθη ἐν θυμῷ ὁ ὀφθαλμός μου, ἡ ψυχή μου, καὶ ἡ γαστήρ μου. Ἱκετεύω, φησὶ, καὶ δέομαι ἐλεηθῆναι, *ὅτι θλίβομαι·* ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας φησίν· *Ὅτι στενὸν ἐμοί.* Τὴν γὰρ στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδεύω διὰ σὲ, καὶ τὰς σὰς ἐπαγγελίας. Ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς ψυχῆς μου ὀφθαλμὸς, αὐτὸς ὁ νοῦς καὶ τὸ ἐν ἐμοὶ λογιστικὸν, ἐταράχθη ἐν θυμῷ· ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας φησίν· *Ηὐχμώθη ἐν παροργισμῷ ὁ ὀφθαλμός μου·* ὁ δὲ Σύμμαχος· *Ἐθολώθη διὰ παροργισμὸν ὀφθαλμός μου.* Ὅτε γὰρ παρώργισα, φησὶ, καὶ θυμὸν ἐμαυτῷ D ἐπήγειρα, τολμήσας διαπράξασθαι τὰ θυμοῦ καὶ ὀργῆς ἄξια, τὸ τηνικαῦτα σύγχυσις καὶ θόλωσις καὶ αὐχμὸς τὸ λογιστικὸν τῆς ἐμῆς ψυχῆς κατείληφεν. Ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχή μου, φησὶ, καὶ ἡ γαστήρ μου, καὶ αὐτὴ ἐθολώθη καὶ ἐταράχθη κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ παροργισμοῦ μου. Ὥσπερ δὲ ὀφθαλμὸν ψυχῆς κατὰ μεταφορὰν τοῦ αἰσθητοῦ ὀφθαλμοῦ νενοήκαμεν, οὕτω καὶ τὴν γαστέρα αὐτῆς οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπὼν τὴν δύναμιν τὴν μνημονικὴν, ἐν ᾗ ὥσπερ ἐν κοιλίᾳ καὶ γαστρὶ πάσας τὰς διὰ λόγων τροφὰς ἐναποτίθεσθαι εἴωθε. Διὸ λέλεκταί που· *Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἐντός μου τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ.* Καὶ ὁ Σωτὴρ δέ· *Ὃς ἂν πίῃ ἐκ τοῦ*

[23] Psal. IV, 3. [24] Psal. CII, 1.

ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος, ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. Κἀνταῦθα τοίνυν τὴν μνημονικὴν δύναμιν, ἢ καὶ αὐτὸ τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς, κοιλίαν ὠνόμασεν ὁ Σωτήρ. Θολωθεὶς τοίνυν τὸν ὀφθαλμὸν τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν γαστέρα τὴν παραδεδομένην, ἰατρείᾳ καὶ θεραπείᾳ ἐμαυτὸν παρεῖχον, ὀδύνῃ καὶ στεναγμοῖς, καὶ πτωχείᾳ παραδιδοὺς τὸν ἐμαυτοῦ βίον, ὥσπερ διά τινων κύκλων ἰατρευόμενος. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ἐν πτωχείᾳ ἡ ἰσχύς μου, καὶ τὰ ὀστᾶ μου ἐταράχθησαν*· σαφέστερον ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν εἰπών· *Διὰ τὴν κάκωσίν μου ἡ ἰσχύς μου καὶ τὰ ὀστᾶ μου ηὐρωτίασαν*. Οὕτω γάρ, φησίν, ἐμαυτὸν ἐκάκουν, ὡς διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς κακώσεως ἐξατονῆσαί μου καὶ ἐξασθενῆσαι τὴν ἰσχύν, καὶ αὐτὰ τὰ τῆς ψυχῆς μου ὀστέα, καὶ τὰς δυνάμεις ἐν αἷς πάλαι ἠνδριζόμην ηὐρωτίασαν· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· *Καὶ τὰ ὀστᾶ μου ηὐχμώθη*. Ταῦτα δὲ ἀναγκαῖα πρὸς διδασκαλίαν καὶ ὑπογραμμὸν τῶν ἀφέσεως τυχεῖν βουλομένων τῶν οἰκείων πλημμελημάτων.

A de ventre ejus fluent aquæ vivæ, salientis in vitam æternam [64]. Hic itaque reminiscendi vim, sive etiam principem animæ partem, ventrem Servator nuncupavit. Cum ergo et mentis oculis et ventre, de quo jam diximus, conturbatus essem, medelæ me atque curationi tradidi; dolori, gemitibus, egestati vitam addixi meam, ceu quadam circuitione usus ad salutem recuperandam. Pro illo autem, *In paupertate virtus mea, et ossa mea conturbata sunt*, apertius Symmachus interpretatus est his verbis, *Propter afflictionem meam, virtus mea et ossa mea putruerunt*. Ita me macerabam, inquit, ut propter afflictionis vim, virtus mea deficeret ac infirmaretur, atque ipsa animæ ossa, ipsæ facultates, quibus olim viriliter agebam, compu- B trescerent; sive secundum Aquilam, *Et ossa mea exaruerunt*. Hæc porro sunt iis, qui scelerum suorum veniam consequi peroptant, ad disciplinam et exemplum necessaria.

Παρὰ πάντας τοὺς ἐχθρούς μου ἐγενήθην ὄνειδος, καὶ τοῖς γείτοσί μου σφόδρα, καὶ φόβος τοῖς γνωστοῖς μου. Οἱ θεωροῦντές με ἔξω ἔφυγον ἀπ' ἐμοῦ· ἐπελήσθην ὡσεὶ νεκρὸς ἀπὸ καρδίας· ἐγενήθην ὡσεὶ σκεῦος ἀπολωλός. Ταῦτα ἀναφέρομεν ἐπὶ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἁρμόζοι ἂν ὑπ' αὐτοῦ λέγεσθαι, ὅτε οἱ ἐχθροὶ ἀνηρτημένον ὁρῶντες αὐτὸν ἐπετώθαζον ὀνειδίζοντες, κατὰ τὰ γεγραμμένα ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· οἵ τε γνωστοί, καὶ οἱ μαθηταί, καὶ φίλοι, φόβῳ ὑποπεσόντες, ἀνεχώρουν καταλείποντες αὐτόν· ὅτε καὶ ὁ πρωτοστάτης τοῦ χοροῦ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἤρνηται αὐτὸν τρίτον. Τότε δὲ καὶ ἀπελήσθη ὡσεὶ νεκρὸς ἀπὸ καρδίας· ἀλλὰ καὶ ἐνομίσθη γεγονέναι ὡς σκεῦος ἀπολωλός. Πλὴν ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἐπὶ τὸν ἐν τῷ ψαλμῷ ἐξομολογούμενον ἀναφερόμενα ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ παρίστησι κάκωσιν. Οὕτω γὰρ ἑαυτὸν ἐξέτηκεν, ὡς ἐκλείπειν μὲν αὐτοῦ ἐν ὀδύνῃ τὴν ζωήν, καὶ ἔτη ἐν στεναγμοῖς, ἀσθενῆσαι δὲ ἐν πτωχείᾳ τὴν ἰσχύν, καὶ τὸ ὀστέα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ταραχθῆναι· ἐφ' οἷς καὶ ἐγελᾶτο ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, ὡς εἰκῇ καὶ μάτην ἑαυτὸν κατακόπτων. Οὐ μόνον δὲ παρὰ τοῖς ἐχθροῖς ἐγίνετο ὄνειδος, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς γείτοσιν αὐτοῦ τοῖς μάλιστα αὐτὸν εἰδόσι, διὰ τὸ ἔγγιστα οἰκεῖν. Οὗτοι γάρ, ὁρῶντες αὐτὸν κατατρύχοντα ἐν τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἐξομολογήσει, κατεγέλων αὐτοῦ καὶ ὠνείδιζον. Οἱ δὲ προσήκοντες αὐτῷ συγγενεῖς καὶ φίλοι καὶ ἐφοβοῦντο, ὡς μεμηνότα καὶ τὰς φρένας ἐξεστηκότα· ὥστε ἀναχωρεῖν καὶ φεύγειν ἐξ αὐτοῦ, ἀπογινώσκοντας αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν, λήθην τε αὐτοῦ ποιεῖσθαι ὡσεὶ καὶ νεκροῦ ἤδη γενομένου, καὶ ὡς περὶ σκεύους ἀπολωλότος διακεῖσθαι. Ταῦτα πάντα πεπονθέναι ἔφασκεν, ἑαυτὸν κακῶν ἐξομολογήσει καὶ μετανοίᾳ. Ἀλλ' οἶδε μέν, φησί, τοιοῦτοι γεγόνασι περὶ ἐμέ. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἄνευ λόγου οὕτως ἐμαυτὸν ἦγον, ἀλλ' ἐπειδήπερ ἤκουον ψόγον πολλῶν παροικούντων κυκλόθεν, οἱ τότε συναιρόμενοι ἐπὶ τὸ αὐτὸ λαβεῖν τὴν ψυχήν μου ἐνεθυμοῦντο· οἱ γὰρ

VERS. 12-14. *Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium et vicinis meis valde, et timor notis meis. Qui videbant me, foras fugerunt a me: oblivioni datus sum tanquam mortuus a corde. Factus sum tanquam vas perditum.* Hæc ad tempus passionis Salvatoris nostri referimus, quæ ab ipso congruenter dicta fuerint, quando inimici suspensum videntes irridebant eum, opprobriis incessentes, ut in Evangeliis scriptum est : ac noti ejus, discipuli et amici, metu correpti recedebant, ipso C relicto; quando is qui discipulorum ejus choro præerat, ter ipsum negavit. Tunc sane oblivioni datus est tanquam mortuus a corde; imo etiam tanquam vas perditum reputatus est. Cæterum hæc si ad eum qui in psalmo confitetur referantur, extremam ejus miseriam et afflictionem declarant. Ita enim sese maceravit, ut deficeret in dolore vita ejus, et anni ejus in gemitibus, virtus ejus in paupertate infirmaretur, et ossa animæ ejus conturbarentur; qua in re ab inimicis quoque deridebatur, quasi in vanum ac frustra sese affligeret. Non modo autem inimicis in opprobrium fuit, sed etiam vicinis, qui quod proxime habitarent, ipsum probe noverant. Ipsi namque videntes illum in confessione ad Deum emissa sese macerantem, D irridebant eum et opprobriis onerabant. Cognati vero et amici, qui ipsum convenire solebant, metu perterriti erant, ac si eum insanientem ac mente alienatum vidissent; ita ut de salute ejus desperantes secederent et aufugerent, ipsumque veluti jam mortuum oblivioni darent, ac tanquam vas perditum haberent. Hæc omnia perpessum se testificatur, dum se in confessione et pœnitentia affligeret. Sed illi quidem, ait, sic erga me se gesserunt. Ego vero non sine consilio et ratione me sic agere putabam : sed quia audiebam vituperationem multorum commorantium in circuitu, qui tunc una

[64] Joan. VII, 38.

conveniebant eo consilio, ut animam meam acciperent; nam occulti et invisibiles inimici, me in peccatum lapso, in unum congregati sunt ut animam meam raperent; ideo eorum insidias subodoratus, tale de me supplicium sumpsi; cogitans num forte Deus, conspecta hujusmodi abjectione mea, misericordia motus me liberaturus esset.

VERS. 15, 16. *Ego autem in te speravi, Domine; dixi: Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ.* Hæc inimicis, inquit, contra me molientibus, in te speravi, Domine; dixique, te solum mihi adjutorem sufficere: nam, *Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ.* Pro quo tum Hebraica lectio, tum reliqui interpretes, *tempora mea*, ediderunt. Etiamsi enim inimici jam maxime viribus valeant, quasi adversum me nacti opportunum tempus; at mihi tempora mea in manibus tuis reservata sunt: quo tempore sortes meas penes te repositas novi. Quamobrem jure supplico postuloque, me in præsenti ab inimicis et a persequentibus me liberari.

VERS. 17-19. *Illustra faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordia tua: Domine, non confundar, quoniam invocavi te.* Quemadmodum oriente sole tenebræ dissipantur, sub terra absconso, omnia nox occupat, tuncque ex latibulis suis prodeunt feræ agrestes, virique operarii iniquitatis; ita, Deo averso, insurgunt animæ hostes, ipsamque incursionibus molestant; ipso autem Deitatis suæ lumen emittente, quod vultum Dei Scriptura vocare consuevit, tunc avertuntur et fugam faciunt omnes qui amica tenebris opera perpetrant, ac quidquid Deo contrarium est dissipatur. Quare qui primo confitebatur dicens: *Illustra faciem tuam super servum tuum*, jam rursum, Non propter opera mea, inquit, sed propter misericordiam tuam salutem nancisci rogo; atque iterum: Quoniam te invocavi, inquit, ne confundar quia speravi in te. Etenim impiis qui te Deum non norunt opprobrium debetur. Quapropter ait, *Erubescant impii et deducantur in infernum;* vel secundum Aquilam et Symmachum, *Sileant in inferno.* Et jam quidem illi loquuntur multa ausi; at cum in congruentem sibi locum deducti fuerint, tunc arrogantiæ finem facient, tunc labia illa, quæ in præsenti cum superbia contra justum virum multa proferunt, muta erunt; tunc de justorum hominum despectu ultio sumetur.

VERS. 20, 21. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te! Perfecisti eis qui sperant in te in conspectu filiorum hominum. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ a conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo a contradictione linguarum.* Isthæc, ait, deprecatus sum, ut illustres faciem tuam super servum tuum, et ut salutem misericordia tua nanciscar, et ne confundar quoniam invocavi te, con-

A ἀφανεῖς καὶ ἀόρατοι ἐχθροὶ, περιπεσόντος μου τῇ ἁμαρτίᾳ, συνετάσσοντο πρὸς ἀλλήλους, ὅπως διαρπάσωσι τὴν ἐμὴν ψυχήν. Διόπερ ἐγὼ, τῆς τούτων ἐπιβουλῆς συναισθόμενος, τῇ τοσαύτῃ ἐμαυτὸν ἐπεδίδουν τιμωρίᾳ, εἴ πως ἄρα ὁ Θεὸς διὰ τὴν τοσαύτην μου ταπείνωσιν ἐλεήσειέ με καὶ ῥύσαιτο τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς.

Ἐγὼ δὲ ἐπὶ σοὶ ἤλπισα, Κύριε· εἶπα· Σὺ εἶ ὁ Θεός μου, ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου. Ταῦτα τῶν ἐχθρῶν μου, φησὶ, βουλευομένων κατ' ἐμοῦ, ἐπὶ σὲ ἤλπισα, Κύριε· ἔλεγόν τέ σε μόνον βοηθόν μοι ἀπαρκεῖν· *Θεὸς* γάρ *μου εἶ σὺ, ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου*· ἀνθ' οὗ, *οἱ καιροί μου*, ἡ Ἑβραϊκὴ ἀνάγνωσις καὶ οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ ἐκδεδώκασιν. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα νῦν οἱ ἐχθροὶ κατισχύουσιν, B ὥσπερ καιρὸν ἔχοντες κατ' ἐμοῦ, ἀλλ' οἱ ἐμοὶ καιροὶ πεφυλαγμένοι εἰσὶν ἐν ταῖς σαῖς χερσίν· ἐν οἷς καιροῖς καὶ τοὺς ἐμαυτοῦ κλήρους οἶδα παρὰ σοὶ φυλάττεσθαι. Διὸ εἰκότως ἱκετεύω καὶ δέομαι ἐπὶ τοῦ παρόντος ῥυσθῆναι ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου καὶ ἐκ τῶν καταδιωκόντων με.

Ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου σῶσόν με ἐν ἐλέει σου· Κύριε, μὴ καταισχυνθείην, ὅτι ἐπεκαλεσάμην σε. Ὥσπερ ἡλίου ἀνατείλαντος λύεται τὸ σκότος· ὑπὸ γῆν δὲ γενομένου, νὺξ διαλαμβάνει τὸ πᾶν· προΐασί τε ἐκ τῶν οἰκείων καταδύσεων θῆρες ἄγριοι καὶ ἄνδρες κακουργίας ἐργάται· οὕτως, ἀποστρεφομένου μὲν τοῦ Θεοῦ, οἱ τῆς ψυχῆς ἐχθροὶ ἐπανίστανται καὶ κατατρέχουσιν αὐτῆς· ἐπιλάμψαντος δὲ αὐτοῦ τὸ φῶς τῆς αὐτοῦ θεό- C τητος, ὅπερ πρόσωπον Θεοῦ ὀνομάζειν εἴωθεν ἡ Γραφὴ, ἀποτρέπονται μὲν καὶ ἀποφεύγουσι πάντες οἱ τὰ φίλα τοῦ σκότους ἔργα διαπραττόμενοι, διαλύεται δὲ πᾶν τὸ ἐναντίον τῷ Θεῷ. Διὸ παρακαλεῖ ὁ τὰ πρῶτα ἐξομολογησάμενος φάσκων· *Ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου εἰς τὸν δοῦλόν σου·* καὶ πάλιν· Οὐ διὰ τὰς ἐμὰς πράξεις, φησὶ, διὰ δὲ τὸ σὸν ἔλεος σωθῆναι ἀξιῶ· καὶ αὖθις· Ἐπεὶ δέ σε ἐπεκαλεσάμην, φησὶ, μὴ καταισχυνθείην, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισα. Τοῖς μὲν γὰρ ἀσεβέσι, τοῖς σὲ τὸν Θεὸν οὐκ ἐπισταμένοις, αἰσχύνη πρέπει· διό φησιν· *Αἰσχυνθείησαν ἀσεβεῖς καὶ καταχθείησαν εἰς ᾅδου*· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ τὸν Σύμμαχον· *Σιωπάτωσαν εἰς ᾅδην.* Νῦν μὲν γὰρ λαλοῦσι πολλὰ τολμῶντες· ἐπειδὰν δὲ κα- D ταχθῶσιν εἰς τὸ κατάλληλον αὐτοῖς χωρίον, τὸ τηνικαῦτα παύσονται τῆς μεγαλαυχίας· τότε δὲ καὶ ἄλαλα γενήσεται τὰ ἐπὶ τοῦ παρόντος πολλὰ κατὰ τοῦ δικαίου φθεγγόμενα χείλη μεθ' ὑπερηφανίας· τότε δὲ καὶ ἐκδικηθήσεται πᾶσα ἡ κατὰ τῶν δικαίων ἐξουδένωσις.

Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου, Κύριε, ἧς ἔκρυψας τοῖς φοβουμένοις σε! Ἐξειργάσω τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σὲ ἐναντίον τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. Κατακρύψεις αὐτοὺς ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου σου ἀπὸ ταραχῆς ἀνθρώπων. Σκεπάσεις αὐτοὺς ἐν σκηνῇ ἀπὸ ἀντιλογίας γλωσσῶν. Ταῦτα, φησὶν, ἱκέτευσα, ἐπιφᾶναι τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου, καὶ σωθῆναι τῷ ἐλέει σου μὴ καταισχῦναι, ὅτι ἐπεκαλεσάμην σε, πεπεισμέ-

νος, ὡς ἡ σὴ χρηστότης πολλή τις καὶ ἄφατος τυγχάνει, πλούτου δὲ γέμει πολλοῦ. Διὸ καὶ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ εἴρηται· *Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς;* Ἀλλὰ νῦν μὲν οὐ τοῖς πᾶσι φανερὰν ποιεῖς τὴν χρηστότητά σου· κρύπτεις δὲ αὐτὴν καὶ ταμιεύῃ φυλάττων τοῖς φοβουμένοις σε. Ἐπεὶ καὶ ἐξειργάσω αὐτὴν εἰς αὐτὸ τοῦτο· λέγω δὲ εἰς τὸ τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σὲ παρασχεῖν αὐτήν, καὶ παρέξεις γε αὐτὴν κατὰ καιρὸν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, ὥστε πάντας ἰδεῖν τὴν σὴν χρηστότητα, καιρῷ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀμοιβῆς διδομένην τοῖς ἀξίοις· διόπερ καὶ ἐν τῷ βίῳ τὰς σοι ἀνακειμένας ψυχὰς κατὰ τοὺς τῶν πειρατηρίων καιροὺς τῆς παρὰ σαυτοῦ σκέπης καταξιῶν ἀποκρύπτεις, ῥυόμενος αὐτοὺς ἀπὸ ταραχῆς ἀνθρώπων, καὶ ὥσπερ ἐν σκέπῃ ὑπὸ τὴν σαυτοῦ χεῖρα σκεπάζων αὐτοὺς ἀπὸ ἀντιλογίας γλωσσῶν, πρὸς τὸ μηδὲν καταβλάπτεσθαι μήτε ὑπὸ τῶν λόγοις αὐτοὺς καταπολεμούντων, μήτε ὑπὸ τῶν δι' ἔργων τὰς κατ' αὐτῶν μηχανὰς συσκευαζομένων.

Εὐλογητὸς Κύριος, ὅτι ἐθαυμάστωσε τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐν πόλει περιοχῆς. Διὰ τοσούτων τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἔντευξιν πεποιημένος ὁ ἐξομολογούμενος, ἐπὶ χρηστὸν περιγράφει τέλος τὸν λόγον, εὐλογῶν τὸν Θεόν, *ὅτι ἐθαυμάστωσε τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐν πόλει περιοχῆς*· ὅπερ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν οὕτως· *Εὐλογητὸς Κύριος ὁ παραδείξας τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐμοί, ὡς ἐν πόλει περιπεφραγμένῃ.* Δι' ἐμοῦ γάρ, φησίν, ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη, ὅτι, μυρίων ἐπ' ἐμὲ πολεμίων συστάντων, καὶ δίκην μεγάλης πόλεως τὴν ἐμὴν ψυχὴν πολιορκεῖν πεπειραμένων, ὁ ἐμὸς φύλαξ, φραγμόν μοι περιβαλών, τὸ ἔλεος αὐτοῦ θαυμαστὸν ἔδειξεν, οὕτω με σώσας ὡσεὶ καὶ πόλιν τείχει περιβεβλημένην ὀχυρῷ. Τοιοῦτος δέ μοι γέγονας σὺ ὁ ἐμὸς Κύριος, ὁπηνίκα αὐτὸς ἐμαυτὸν ταπεινῶν ἐν τῇ γενομένῃ μοι ἐκστάσει, ἐν ᾗ *ἐταράχθη ἐν θυμῷ ὁ ὀφθαλμός μου καὶ ἡ ψυχή μου, καὶ ἡ γαστήρ μου.* Οὐκ ἐπετρίβην, ἀλλ' ἐταπείνουν ἐμαυτόν, ὡς ἀπορριφεὶς ἀπὸ τῶν σῶν ὀφθαλμῶν διὰ τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν. Ἀλλὰ ταῦτα ἐγὼ μὲν ἔλεγον ἐξομολογούμενος· σὺ δὲ φιλάνθρωπος καὶ ἀγαθὸς Θεός, οὐκ ἀπέρριψας τὸν σὸν οἰκέτην, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τὴν φάσκουσαν· *Ὅταν ἀποστραφεὶς στενάξῃς, τότε σωθήσῃ*· ταῦτα ἐμοῦ λέγοντος εἰσήκουσας, καὶ διὰ τοῦτο *ἐθαυμάστωσας τὸ ἔλεός σου ἐμοὶ ἐν πόλει περιοχῆς.*

ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΣΥΝΕΣΕΩΣ ΛΑ'.

Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Πολλὰ κακώσας ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι πλημμελήματι ὁ Δαυΐδ, καὶ τὰς διὰ τοῦ τριακοστοῦ φωνὰς προέμενος, φροντίζων καὶ ἀγωνιῶν τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν, ἐφ' οἷς αὐτὸς ἑαυτῷ συνεγνώκει· εἶτα τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ καὶ τῇ δυνάμει τῇ προφητικῇ τὴν διὰ τῆς σωτηρίου χάριτος μέλλουσαν ἔσεσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις συγχώρησιν τῶν ἁμαρτημάτων ἐπιγνούς, καὶ ὡς οἱ ἐξ ἐθνῶν εἰδωλολάτραι

A fisus mansuetudinem tuam magnam et ineffabilem esse, ac divitiis multis refertam. Quare dictum ab Apostolo fuit : *An divitias bonitatis ejus et patientiæ et longanimitatis contemnis* [95] ? Sed jam quidem non omnibus bonitatem tuam manifestam facis, sed occultas eam et recondis, custodisque timentibus te. Quia vero ad eam ipsam rem perfecisti eam, id est, ut sperantibus in te largiare, præbeasque ipsam opportuno tempore præ oculis filiorum hominum, ita ut omnes bonitatem suspiciant tuam, tempore remunerationis bonorum dignis attributam ; ideo in hac vita animas tibi addictas, tentationum tempore tua protectione dignas habens, abscondis, liberasque illas a conturbatione hominum, ac sub manu tua velut sub tegmine quodam protegis eas a contradictione linguarum, ut nihil lædantur vel ab iis qui ipsas verbis impugnant, vel ab iis qui machinas suas adversus illas instruunt. B

VERS. 22. *Benedictus Dominus, quoniam mirificavit misericordiam suam in civitate munitionis.* Postquam confitendo tot verbis Deum compellavit, sermonem suum opportuno et bono termino claudit, benedicendo Deum, *quoniam mirificavit misericordiam suam in civitate munitionis :* quod Symmachus sic interpretatus est : *Benedictus Dominus, qui ostendit mihi misericordiam suam, quasi in civitate munita.* Per me quippe, ait, Deus glorificatus est, C quia propemodum infinitis collectis hostibus, animamque meam ceu magnam civitatem obsidere conantibus, custos ille meus septo me circummuniens, misericordiam suam mirabilem exhibuit, atque ita me servavit perinde atque civitatem fortissimo muro circum instructam. Talis erga me fuisti, Domine mi, quando memetipsum humiliavi in excessu mentis meæ, quo *conturbatus est in ira oculus meus, anima mea et venter meus.* Neque tunc procrastinavi, sed memetipsum humiliavi, quasi peccati mei causa projectus ab oculis tuis. Et hæc quidem confitendo dixi : Tu vero humanus bonusque Deus, me domesticum tuum non abjecisti, sed secundum promissionem istam, *Cum conversus ingemueris, tunc salutem obtinebis* [96], me hæc D dicentem exaudisti, et propterea *mirificasti misericordiam tuam mihi in civitate munitionis.*

IPSI DAVID INTELLECTUS XXXI.

VERS. 1. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.* Postquam pro admisso scelere sese David multum afflixerat, vocesque in psalmo tricesimo positas emiserat, de judicio Dei pro iis quorum sibi conscius erat sollicitus ; gnarus item ex Spiritu sancto atque ex prophetica illa virtute, remissionis peccatorum quæ per salutarem gratiam hominibus concedenda erat ; gnarus item idololatras et atheos sexcentis malis

[95] Rom. II, 4. [96] Ezech. XXXIII, 12.

complicatos, aliquando veniam peccatorum per lavacrum regenerationis confertim consecuturos, his dictis eosdem ter beatos prædicat. Gemitibus, inquit, et lacrymis frequentibus peccati causa contabescens, et illius ergo in adversitates innumeras delapsus, æmulatione dignos eos ac beatos prædico, qui sine miseriis hujusmodi, per Dei benignitatem, remissionem peccatorum acceperunt. Tanto quippe erga illos studio et liberalitate utitur, ut non solum remittat, sed etiam tegat eorum peccata, ut ne vestigium quidem eorum residuum sit.

VERS. 2. *Beatus vir cui non imputaverit Dominus peccatum, nec est in ore ejus dolus.* Quæ superius dicta sunt, generatim efferuntur, atque omnes omnino respiciunt qui per gratiam peccatorum veniam nacturi sunt; at quæ in præsenti dicuntur, quo ritu remissio concedatur declarat his verbis: *Cui non imputaverit Dominus peccatum.* Nam peccatum semel perpetratum, fieri non posse quin admissum fuerit significat: sed penes Dominum esse, ut in rationibus suis peccanti facinus vel imputet vel non imputet, ac veniam et indulgentiam concedat. Verum quia quotquot remissionem delictorum, quæ per baptismum datur, adeunt, per confessionem in Salvatorem emissam, per fidem in universorum Deum, ac per confessionem sinceram, veniam consequuntur; congruenter et accurate admodum adjicitur, *Nec est in ore ejus dolus*, aut, *in spiritu ejus dolus*: nam utroque modo in lectione fertur. Hic enim beatus, qui spiritu puro ac ore veraci confessionem edit, vocesque profert in lavacro regenerationis solitas. Quod si in ore ejus, vel in spiritu, vel in anima dolus inveniatur, utpote qui seipsum deceperit ita ut veniam non obtineat; sua insuper mala adaugebit, cum majorem sibi iram in die iræ coacervaverit.

VERS. 3, 4. *Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tota die*, etc. Illi quidem beati sunt, quos in spiritu cognoscens beatos prædicavi. Ego vero postquam clamoribus et confessionibus multum laboraveram, defatigatus tacui. Pro quo Symmachus, *Quoniam silui;* Theodotio autem, *Quoniam laboravi*, interpretati sunt. Pro illo autem, *dum clamarem*, Symmachus, *Dum lamentarer tota die*, edidit. Inveteraverunt autem ejus ossa, contrita scilicet ex continua illa afflictione qua se in confessione maceravit: ibi namque vires animæ, quæ ossa dicuntur, defatigabantur. Quare secundum Aquilam dicitur, *Quoniam obmutui, contrita fuerunt ossa mea in rugitu meo;* secundum Symmachum, *Quoniam silui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tota die.* Non ad unum mensem, sed omnibus diebus sese macerabat ac defatigabat.

VERS. 5. *Delictum meum cognitum feci, et injustitiam meam non abscondi. Dixi: Confitebor adver-*

A καὶ ἄθεοι, μυρίοις κακοῖς ἐμπεπαρμένοι, ἀθρόας ποτὲ τεύξονται ἀφέσεως ἁμαρτιῶν διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, τρισμακαρίους τούτους ἀποφαίνει διὰ τῶν προκειμένων. Ὀδυρμοῖς, φησὶν, ἐγὼ καὶ δάκρυσι θαμινοῖς διὰ τὴν ἁμαρτίαν προστετηκὼς, καὶ παντοδαπαῖς συμφοραῖς ταύτης χάριν περιπεσὼν, ζηλωτοὺς ἐκείνους καὶ μακαρίους ἀποκαλῶ, τοὺς ἀταλαιπώρως τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ τῶν ἁμαρτημάτων δεξαμένους τὴν ἄφεσιν. Τοσαύτῃ γὰρ περὶ αὐτοὺς χρῆται φιλοτιμίᾳ, ὡς μὴ μόνον ἀφεῖναι, ἀλλὰ καὶ καλύψαι τὰς ἁμαρτίας, καὶ μηδὲ ἴχνη τούτων καταλείπειν.

Μακάριος ἀνὴρ ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν, οὐδὲ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. Τὰ μὲν προλελεγμένα γενικῶς εἴρηται, καὶ καθόλου
B περὶ πάντων τῶν μελλόντων ἀφέσεως ἁμαρτιῶν διὰ τῆς χάριτος τυγχάνειν· τὰ δὲ προσκείμενα ὅπως ἡ ἄφεσις δίδοται παρίστησι διὰ τοῦ· *Οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν.* Ἅπαξ μὲν γὰρ γενομένην τὴν παραχθεῖσαν ἁμαρτίαν ἀγένητον μὴ δύνασθαι εἶναι δηλοῖ· τόν γε μὲν Κύριον τὸν ἐξουσίαν ἔχοντα ἐν τῷ λογοθεσίῳ λογίζεσθαι τῷ ἡμαρτηκότι, ἢ μὴ λογίζεσθαι τὸ πεπραγμένον, ἀλλὰ συγχωρεῖν ποιεῖσθαι τὴν ἄφεσιν. Καὶ ἐπειδήπερ ἕκαστος τῶν προσιόντων τῇ διὰ τοῦ βαπτίσματος δωρουμένῃ συγχωρήσει δι' ὁμολογίας τῆς εἰς τὸν Σωτῆρα, τῆς γε εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν πίστεως, καὶ δι' ἐξομολογήσεως εἰλικρινοῦς, τῆς ἀφέσεως τεύξεται· σφόδρα ἀκριβῶς ὁ λόγος προστίθησι τὴν φάσκουσαν προσθήκην· *Οὐδ' ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος*, ἢ, *ἐν τῷ πνεύ-*
C *ματι αὐτοῦ δόλος*· ἑκατέρως γὰρ φέρεται ἐν τῷ ἀναγνώσματι. Οὗτος γὰρ μακάριος, ὁ καθαρῷ πνεύματι τὴν ἐξομολόγησιν ποιούμενος, καὶ τὰς ἐν τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας φωνὰς προσφερόμενος. Εἰ δ' εὑρεθείη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος, ἢ ἐν τῷ πνεύματι καὶ τῇ ψυχῇ, ὡς ἀπατήσας ἑαυτὸν πρὸς τὸ μὴ τυχεῖν τῆς ἀφέσεως, ἔτι καὶ αὐξήσει τὰ ἑαυτοῦ κακὰ ἐπισωρεύσας καθ' ἑαυτοῦ πλείονα ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς.

Ὅτι ἐσίγησα, ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου, ἀπὸ τοῦ κράζειν με ὅλην τὴν ἡμέραν, κ. τ. λ. Ἐκεῖνοι μὲν εἰσι μακάριοι, οὓς τῷ πνεύματι γνοὺς ἐμακάρισα· ἐγὼ δὲ πολλὰ κοπιάσας ἐν ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν βοαῖς καὶ ἐξομολογήσεσιν, ἀπέκαμον καὶ ἐσίγησα· ἀνθ' οὗ
D ὁ μὲν Σύμμαχος, *Ὅτι ἀπεσίγησα·* ὁ δὲ Θεοδοτίων, *Ὅτι ἐκοπίασα*, ἡρμήνευσαν. Ἀντὶ δὲ τοῦ *ἀπὸ τοῦ κράζειν με, Ἀπὸ τοῦ ὀδύρεσθαί με πᾶσαν ἡμέραν*, ἐκδέδωκεν ὁ Σύμμαχος. Ἐπαλαιώθη δὲ αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ συντριβόμενα ἐκ τῆς πολλῆς κακώσεως τῆς κατὰ τὴν ἐξομολόγησιν αὐτῷ γεγενημένης· ἐν ᾗ καὶ τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ὀστέα ὀνομαζομένας κατεπόνει. Διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται· *Ὅτι ἐκώφευσα, κατετρίβη τὰ ὀστᾶ μου ἐν βρυχήματί μου·* κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Ὅτι ἀπεσιώπησα, ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου, ἀπὸ τοῦ ὀδύρεσθαι πᾶσαν ἡμέραν.* Οὐδὲ μέχρι μηνὸς, ἀλλὰ πάσας τὰς ἡμέρας κατέτρυχεν ἑαυτὸν καὶ κατεπόνει.

Τὴν ἁμαρτίαν μου ἐγνώρισα, καὶ τὴν ἀνομίαν μου οὐκ ἐκάλυψα. Εἶπα· Ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ

τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ, καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν A *ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου. Διάψαλμα.* Ἄλλοι δὲ οὐ, *τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας*, ἀλλὰ, *τὴν ἀσέβειαν τῆς ἁμαρτίας μου*, ἐξέθεντο. Ἀντὶ δὲ τούτου ἀκριβέστερον ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν εἰπών· *Ἵνα σὺ ἀφέλῃς τὴν ἁμαρτίαν μου.* Τάδε γὰρ, φησὶ, καὶ τάδε διεπραξάμην, ἵνα τάδε μοι γένωνται. Οὐχ ἤδη τετυχηκὼς τῆς ἀφέσεως, ἀλλ' ὡς πάντα πράττων, ἵνα αὐτῆς τύχῃ, ταῦτ' ἔλεγε κατὰ τὸν Σύμμαχον. Καὶ ἔχεταί γε λόγου ἡ τοιαύτη ἑρμηνεία· εἰ γὰρ ἑτέρους ἐμακάριζεν, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, ὡς μηδέπω αὐτὸς τετυχηκὼς τῆς ἀφέσεως, πῶς ἐνταῦθα ἐδύνατο λέγειν· *Καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς ἁμαρτίας μου;* Διόπερ κατὰ τὸν Σύμμαχον ἀκριβέστερον εἰρῆσθαί φημι τὸ, *Ἵνα σὺ ἀφέλῃς τὴν ἀσέβειαν τῆς ἁμαρτίας μου.* B

Ὑπὲρ ταύτης προσεύξεταί σοι πᾶς ὅσιος ἐν καιρῷ εὐθέτῳ. Πλὴν ἐν κατακλυσμῷ ὑδάτων πολλῶν πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐγγιοῦσι. Διὰ τοῦτο πᾶς ὅσιος ὑπόδειγμα λαβὼν ἐκ τῶν κατ' ἐμὲ πεπραγμένων προθυμότατα καὶ εὐθαρσῶς *προσεύξεταί σοι*, εἴ ποτε καιρὸς αὐτὸν καλῇ ἐπὶ τὴν ὁμοίαν ἐμοὶ προσευχὴν ἐλθεῖν. Προσευξαμένου δὲ αὐτοῦ κατὰ τὸ ὑπόδειγμα τὸ ἐμὸν, καὶ αὐτοῦ ἐπακούσεις, παρέξεις τε αὐτῷ τὴν παρὰ σοῦ σωτηρίαν, ὥστε μηδὲν αὐτὸν βλαβῆναι, κἂν μυρία κατακλύζοντα ὕδατα κατ' αὐτοῦ φέρηται. Ὡς γὰρ ἐπὶ πέτραν οἰκοδομήσας αὐτοῦ τὴν οἰκίαν, καὶ ἐπὶ σὲ τὸν μέγαν Σωτῆρα ἀναρτήσας ἑαυτοῦ τὰς ἐλπίδας, ἄπτωτος καὶ ἑδραῖος μενεῖ· διὰ γὰρ τὴν σὴν φυλακὴν οὐδὲ πλησιάσαι αὐτῷ, οὐδὲ ἐγγὺς γενέσθαι δυνήσεται. C Καὶ ταύτην γε τὴν διάνοιαν ἡ τοῦ Συμμάχου παρέστησεν ἑρμηνεία, φήσασα· *Περὶ τούτου προσεύξεται πᾶς ὅσιος*, ἀντὶ τοῦ, Διὰ τοῦτο προσεύξεται πᾶς ὅσιός σοι καιρὸν εὑρὼν, ὥστε ἐπικλύζοντα ὕδατα πολλὰ πρὸς αὐτὸν μὴ ἐγγίσαι. Ἐὰν δὲ κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα λέγηται· *Ὑπὲρ ταύτης προσεύξεται πᾶς ὅσιος*, ἐροῦμεν, ὅτι, *ὑπὲρ ταύτης*, δηλαδὴ τῆς ἀφέσεως τῆς ἐμοὶ γενομένης. Διὰ γὰρ τὸν σὸν ἔλεον καὶ τὴν εἰς ἐμὲ γενομένην φιλανθρωπίαν πᾶς ὅσιος εὔελπις ἔσται, τῶν ὁμοίων παρὰ σοῦ τυχεῖν· εἴ ποτε αὐτῷ γένοιτο, ὡς ἀνθρώπῳ σάρκα περικειμένῳ, τοιοῦτό τι σφάλμα καὶ καιρὸς δεόμενος ὁμοίας ἐμοὶ ἐξομολογήσεως καὶ προσευχῆς.

Συνετιῶ σε καὶ συμβιβῶ σε ἐν ὁδῷ ταύτῃ ᾗ πορεύσῃ· ἐπιστηριῶ ἐπὶ σὲ τοὺς ὀφθαλμούς μου. D Τὸ λεγόμενον διὰ τοῦ προφήτου· *Ἔτι λαλοῦντός σου, ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι*, καὶ ἐπὶ τοῦ Δαυῒδ ἐπληροῦτο. Διότι εὐχομένου καὶ τὴν δέησιν ἀναπέμποντος, τὸ Πνεῦμα τὸ θεῖον ἀποκρίσεως αὐτὸν ἀξιοῖ, θαρσεῖν αὐτῷ παρακελευόμενον. Ἐγὼ γάρ *σε*, φησὶν, *συνετιῶ καὶ συμβιβῶ σε*· ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας φησίν· *Ἐπιστημώσω σε καὶ φωτίσω σε ἐν ὁδῷ ταύτῃ ᾗ πορεύσῃ*· ὁ δὲ Σύμμαχος· *Συνετίσω σε καὶ ὑποδείξω σοι ὁδὸν ἣν ὁδεύσεις.* Ἐπαγγέλλεται γὰρ δεῖξαι αὐτῷ τὸν εἰπόντα· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός.* Ἦν δὲ οὗτος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ τοὺς ὁδεύοντας ἄγων ἐπὶ

A *sum me injustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei. Diapsalma.* Alii, non *impietatem cordis*, sed *impietatem peccati mei* exposuerunt. Pro quo accuratius Symmachus interpretatus est his verbis, *Ut tu auferres peccatum meum.* Hæc, inquit, et hæc feci, ut hæc mihi obvenirent. Non enim jam misericordiam consecutus, sed velut omnia agens ut consequeretur, hæc dicebat secundum Symmachum. Et sane hujusmodi interpretatio recte cohæret. Nam si alios, ut veniam iniquitatis consecutos, ita beatos prædicasset, quasi ipse nondum consecutus esset, quomodo hic dicere potuit: *Et tu remisisti impietatem peccati mei?* Quare accuratius Symmachum vertisse dico hoc pacto: *Ut tu auferres impietatem peccati mei.*

B

Vers. 6. *Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Verumtamen in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt.* Quapropter omnis sanctus, sumpto ex iis quæ erga me gesta sunt exemplo, alacriter ac fidenter *ad te orabit;* si quando ipsum ad similem meæ orationem tempus evocarit. Illo autem ad mei exemplum orante, ipsum quoque tu exaudies, salutem illam quæ ex te procedit illi imperties, ita ut nihil patiatur detrimenti, etiamsi infinitæ erumpentes aquæ in ipsum ferantur. Nam cum velut in petra domum fundaverit suam, spemque suam in te magno Salvatore reposuerit, lapsu vacuus et firmus consistet: nam tui custodia fulto, ne appropinquare quidem aut C juxta accedere poterunt. Quam item sententiam Symmachi interpretatio declarat, quæ sic habet, *De hac re orabit omnis sanctus*, illius loco, Propter hoc, ad te orabit omnis sanctus, cum invenerit tempus, ita ut exundantes aquæ multæ ad eum non accedant. Quod si secundum LXX Interpretes dicatur, *Pro hac orabit omnis sanctus*, nos sic explicabimus, *pro hac*, videlicet remissione mihi facta. Nam propter misericordiam tuam, et tuum erga homines amorem mihi exhibitum, omnis sanctus in spem veniet se similia abs te consecuturum, si quando sibi, utpote homini carne induto, delictum atque tempus simile contingat, quo itidem confessione et oratione opus habeat.

D Vers. 8. *Intellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.* Quod sic a propheta dictum est, *Adhuc te loquente dicam: Ecce adsum* [97], in Davide implebatur. Ipso namque orante ac supplicationem emittente, Spiritus divinus ipsi respondere dignatus, bene sperare jubet. Ego enim, inquit, *intellectum tibi dabo et instruam te.* Pro quo Aquila, *Scientem te faciam et illuminabo te in via hac qua gradieris;* Symmachus vero, *Prudentem te faciam et ostendam tibi viam qua incedas.* Pollicetur enim monstrandam ipsi esse viam ab eo qui dixit, *Ego sum via* [98]. Hic autem erat Dei Verbum, quod iter agentes ad ter felicem finem

[97] Isa. LVIII, 9. [98] Joan. XIV, 6.

sive ad Patrem deducit. Loco autem illius, *Firmabo super te oculos meos*, Symmachus habet, *Consultabo de te oculo meo*. Quia enim *oculi Domini super justos, et aures ejus ad preces eorum* [99]; merito eum qui talia precatus est, oculo dignatur suo, ut radiis illis ex divino oculo emissis illustratus mente, viam cernat sibi promissam. Quare oculi Domini non super omnes, sed *super justos* tantum; nam ab impiis oculos suos avertit.

A τέλος τὸ τρισμακάριον, τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ἐπιστηριῶ ἐπὶ σὲ τοὺς ὀφθαλμούς μου*, ὁ Σύμμαχος, *Βουλεύσομαι*, φησὶ, *περὶ σοῦ τῷ ὀφθαλμῷ μου*. Ἐπειδὴ γὰρ *ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν*· εἰκότως τὸν τοσαῦτα ηὐγμένον καταξιοῖ τοῦ ἰδίου ὀφθαλμοῦ, ὅπως, ἐκ τῶν φωτιστικῶν αὐτῶν τῶν ἐκ τοῦ θείου ὀφθαλμοῦ πεμπομένων φωτισθεὶς τὴν διάνοιαν, τὴν ὁδὸν θεάσηται τὴν ἐπηγγελμένην αὐτῷ. Διόπερ ὀφθαλμοὶ Κυρίου οὐχ ἐπὶ πάντας, ἀλλ' *ἐπὶ μόνους τοὺς δικαίους*· ἀπὸ γὰρ τῶν ἀσεβῶν ἀποστρέφει τοὺς ἑαυτοῦ ὀφθαλμούς.

VERS. 11. *Lætamini in Domino et exsultate, justi, et gloriamini, omnes recti corde.* Postquam responsionem ad precantem sermo conclusit, post supra dictorum promissionem, ad commune hominum genus sermo transfertur: quia ob vim amoris vult B omnes salutem obtinere. Ipseque David postquam confessionem suam absolvit, felici responsione ac pollicitatione donatus, ex vi gaudii reliquis etiam hominibus isthæc emolumenta conciliare satagit. *Lætamini in Domino et exsultate, justi, et gloriamini, omnes recti corde.* Quemadmodum peccatorum ordini ad sinistram posito, congruentem dedit admonitionem, exemplum sese præbens iis qui a peccatis convertuntur; sic etiam justis propria sibi ac convenientia annuntiat in præsenti, cohortans illos ut de nulla terrenarum rerum lætentur, sed de Domino magnifice sentiant, et de tanto bono gaudeant et exsultent. Sed etiam, *qui gloriatur in Domino glorietur*, ait Apostolus [1]. Jure itaque hoc loco totius sermonis finem facit his verbis, *Et gloriamini in illo, omnes recti corde:* neque de vobis ipsis magnifice sentiatis, sed de ipso Domino qui vobis virtutis omnis auctor fuit.

Εὐφράνθητε ἐπὶ Κύριον καὶ ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι, καὶ καυχᾶσθε, πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Περιγράψας ὁ λόγος τὴν πρὸς τὸν εὐξάμενον ἀπόκρισιν, ἐπαγγειλάμενός τε αὐτῷ τὰ προλελεγμένα, μεταβαίνει ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν ἀνθρώπων γένος, δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας πάντας βουλόμενος σωθῆναι. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Δαυῒδ, προσδιελθὼν τὴν ἑαυτοῦ ἐξομολόγησιν, αἰτίας τε ἀποκρίσεως καὶ ἐπαγγελίας καταξιωθεὶς, ἐξ ὑπερβαλλούσης χαρᾶς καὶ τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις προξενεῖ τὰ τῆς ὠφελείας. *Εὐφράνθητε ἐπὶ Κύριον καὶ ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι, καὶ καυχᾶσθε πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.* Ὥσπερ τῷ ἀριστερῷ τάγματι τῶν ἁμαρτωλῶν τὰ κατάλληλα παρῄνεσεν, ἑαυτὸν ὑπόδειγμα παρασχὼν τοῖς ἐξ ἁμαρτιῶν ἐπιστρέφουσιν· οὕτω καὶ τοῖς δικαίοις τὰ οἰκεῖα καὶ αὐτοῖς ἁρμόδια εὐαγγελίζεται διὰ τῶν προκειμένων, παραινῶν αὐτοῖς ἐπὶ μηδενὶ μὲν τῶν κοσμικῶν εὐφραίνεσθαι, ἐπὶ δὲ τὸν Κύριον μέγα φρονεῖν, καὶ ἐπ' αὐτῷ μόνῳ εὐφραίνεσθαι, χαίρειν τε καὶ ἀγαλλιᾷν C ἐπὶ τῷ τοσούτῳ ἀγαθῷ. Ἀλλὰ καὶ *ὁ καυχώμενος ἐν Κυρίῳ καυχάσθω*, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Εἰκότως οὖν καὶ ἐνταῦθα τὸ συμπέρασμα τοῦ παντὸς λόγου ἐπισφραγίζεται λέγων· *Καὶ καυχᾶσθε ἐν αὐτῷ, πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ*· μὴ γὰρ ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα φρονεῖν, ἀλλ' ἐπ' αὐτῷ τῷ πάσης ὑμῖν ἀρετῆς αἰτίῳ γενομένῳ Κυρίῳ.

PSALMUS DAVID XXXII.

Secundum Hebraicam lectionem et secundum reliquos interpretes inscriptione caret hic psalmus, multamque cum præcedenti consonantiam habet. Cum enim in fine illius dixisset, *Lætamini in Domino, et exsultate, justi*, ab iisdem ferme verbis præsentem orditur, VERS. 1: *Exsultate, justi, in Domino*. Videturque mihi ea quæ in præsenti prophetice dicuntur, ad personam eorum qui in præcedenti psalmo indicantur referri, secundum illud: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.* Nam ad eos qui per salutarem gratiam remissionem peccatorum consecuti sunt, id vociferari videtur, *Exsultate, justi, in Domino.* Non vobismetipsis, non cuiquam sæcularium rerum, sed Domino confisi, in ipso dignitatem præferentes, in ipso gloriantes, exsultate vos, o beati, quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. *Rectos* quippe omnes, inquit, *decet Dei collaudatio;* secundum Aquilam vero, *Rectis pulchra est cantatio*. Quia enim non speciosus hym-

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΛΒ'.

Κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν ἀνάγνωσιν καὶ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς ἀνεπίγραφός ἐστιν ὁ ψαλμός· πολλὴν δὲ σώζει ἀκολουθίαν πρὸς τὸν πρὸ αὐτοῦ. Προειπὼν γὰρ κατὰ τὸ τέλος ἐκείνου· *Εὐφράνθητε ἐπὶ Κύριον καὶ ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι*, μονονουχὶ αὐτῆς ἤρξατο τῆς λέξεως τοῦ προκειμένου, φήσας· *Ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι, ἐν Κυρίῳ.* Καί μοι δοκεῖ D προφητικῶς τὰ λεγόμενα διὰ τῶν προκειμένων εἰς πρόσωπον ἀναπέμπεσθαι τῶν ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ δηλωθέντων, κατὰ τὸ, *Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι.* Ὡς γὰρ πρὸς ἐκείνους τοὺς τετυχηκότας τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτημάτων διὰ τῆς σωτηρίου χάριτος ἀναφωνεῖται τὸ, *Ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι, ἐν Κυρίῳ.* Μὴ γὰρ ἐφ' ἑαυτοῖς ἢ ἐπί τι τῶν κοσμικῶν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Κυρίῳ πεποιθότες, καὶ ἐπ' αὐτῷ σεμνυνόμενοι καὶ ἐν αὐτῷ καυχώμενοι, ἀγαλλιᾶσθε ὑμεῖς οἱ μακάριοι, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. *Πρέπει γὰρ*, φησὶ, *πᾶσιν τοῖς εὐθέσιν ἡ εἰς τὸν Θεὸν αἴνεσις.* Κατὰ δὲ τὸν

[99] Psal. XXXIII, 16. [1] I Cor. I, 31.

Ἀκύλαν, *Τοῖς εὐθέσιν ὡραιοῦται ὕμνησις*. Ἐπεὶ γὰρ οὐχ ὡραῖος ὕμνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ, εἰκότως τοῖς καθαρὰς διανοίας καὶ καθαρὰ χείλη κεκτημένοις εὐπρέπει ἡ τοῦ Θεοῦ αἴνεσις.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ ἐν κιθάρᾳ, ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψάλατε αὐτῷ. Κατὰ πρώτην τοῦ νόμου παράδοσιν γεγραμμένα. Καὶ ὁ τὰς ἔσω δὲ καὶ τὰς ἔξω αἰσθήσεις καθαρὰς καὶ ἀμέμπτους φυλάττων ἐν δεκαχόρδῳ ψαλτηρίῳ ψάλλει τῷ Θεῷ. *Ἄσατε αὐτῷ ᾆσμα καινόν.* Τὸ μὲν παλαιὸν ᾆσμα διὰ παλαιᾶς κιθάρας καὶ παλαιοῦ ψαλτηρίου, τῶν ἀψύχων ὀργάνων, ὥσπερ διὰ συμβόλων καὶ εἰκόνων ἐσπουδάζετο τῷ προτέρῳ λαῷ· τὸ δὲ καινὸν ᾆσμα μεγαλοφυέστερον καὶ θεοπρεπέστερον διὰ κιθάρας ζώσης, καὶ διὰ τοῦ ἀποδοθέντος δεκαχόρδου ψαλτηρίου ἀναπέμπεται τῷ Θεῷ. *Καλῶς ψάλατε ἐν ἀλαλαγμῷ.* Οὗτος ὁ ἀλαλαγμός ἐστι μυστικός· διὸ εἴρηταί που· *Μακάριος ὁ λαὸς ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν.* Ἀλλὰ καὶ ἀντὶ βοῶν καὶ μόσχων, καὶ τῶν δι' αἵματος θυσιῶν, θυσίας ἀλαλαγμοῦ κατατεθυκέναι φησὶν ὁ εἰπών· *Ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ θυσίαν ἀλαλαγμοῦ.*

Ὅτι εὐθὺς ὁ λόγος τοῦ Κυρίου, καὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει. Ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην καὶ κρίσιν· τοῦ ἐλέους Κυρίου πλήρης ἡ γῆ. Τὰ μὲν τῆς τῶν ὄντων καταλήψεως διὰ πίστεως ἡμῖν χωρείτω, τὰ δὲ τοῦ πρακτικοῦ βίου διὰ ἐλεημοσύνης καὶ κρίσεως. Ταῦτα γὰρ ἀγαπᾷ ὁ εὐθὺς τοῦ Κυρίου λόγος· ἅτε κριτικοὺς ἡμᾶς κατασκευάσας καὶ διακριτικοὺς τοῦ τε καλοῦ καὶ τοῦ ἐναντίου. Διὸ βούλεται ἡμᾶς μηδὲν ἀκρίτως πράττειν, μηδὲ ἀλόγως φέρεσθαι ταῖς ἐξ αὐτῶν ὁρμαῖς, κεκριμένως περὶ τῶν πρακτέων βουλεύεσθαι, καὶ πρός γε πάντων ἐλεημονικοὺς εἶναι, συγγνωμονικοὺς δὲ πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας γιγνομένους, συμπαθεῖς δὲ καὶ φιλανθρώπους πρὸς τοὺς ἐλέου δεομένους.

Τῷ λόγῳ τοῦ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. Τῷ οὖν Πατρὶ πᾶσα ἡ δύναμις ἡ ὑπερουράνιος ἐστερεώθη· τουτέστι τὸ εὔτονον καὶ βέβαιον καὶ πάγιον ἐν ἁγιασμῷ, καὶ πάσῃ πρεπούσῃ ταῖς ἱεραῖς δυνάμεσιν ἀρετῇ, ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐπικουρίας ἔχουσιν. Ἐνθάδε μὲν οὖν *πνεῦμα στόματος αὐτοῦ* ἀναγέγραπται. Εὑρήσομεν δὲ ἀλλαχοῦ καὶ λόγον στόματος αὐτοῦ εἰρημένον, ἵνα νοηθῇ ὁ Σωτὴρ καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα. Ἀμφότερα δὲ συνήργησεν ἐν τῇ κτίσει τῶν οὐρανῶν καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς δυνάμεων· διὰ τοῦτο εἴρηται· *Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.* Οὐδὲν γὰρ ἁγιάζεται μὴ τῇ παρουσίᾳ τοῦ Πνεύματος. Ἀγγέλων γοῦν τὴν μὲν εἰς τὸ εἶναι πάροδον ὁ δημιουργὸς Λόγος, ὁ ποιητὴς τῶν ὅλων, παρείχετο· τὸν ἁγιασμὸν δὲ αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον συνεπέφερεν· οὐ γὰρ νήπιοι κτισθέντες οἱ ἄγγελοι.

Φοβηθήτω τὸν Κύριον πᾶσα ἡ γῆ· ἀπ' αὐτοῦ δὲ σαλευθήτωσαν πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν

A nus est in ore peccatoris, jure eos, qui pura mente et puro corde sunt, decet Dei collaudatio.

VERS. 2, 3. *Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi.* [Instrumenta scilicet] secundum primam legis traditionem scripta. Quisquis cum interiores, tum exteriores sensus, puros inculpatosque servat, in psalterio decem chordarum psallit Deo, *Cantate ei canticum novum.* Canticum vetus antiqua cithara et antiquo psalterio cantatur, instrumentis scilicet inanimatis, quasi symbolis et imaginibus quibus prior ille populus studebat. At novum canticum magnificentius ac Deo dignius, cithara vivente ac memorato illo
B decachordo psalterio, Deo emittitur. *Bene psallite in jubilatione.* Hæc jubilatio mystica est : quare dictum alicubi fuit : *Beatus populus qui scit jubilationem* [1]. Imo vero boum, vitulorum, cruentorumque sacrificiorum loco, hostiam jubilationis immolasse ait ille : *Circuivi et immolavi in tabernaculo ejus hostiam jubilationis* [2].

VERS. 4, 5. *Quia rectum est verbum Domini, et omnia opera ejus in fide. Diligit misericordiam et judicium : misericordia Domini plena est terra.* Quæ cogitationem ac comprehensionem rerum spectant, per fidem nobis tradantur; quæ autem practicam vitam, per misericordiam et judicium. Hæc enim diligit rectum illud verbum Domini, utpote quod nobis internoscendi vim indiderit, ac discernendi
C inter bonum et oppositum illius. Quamobrem vult nos nihil sine judicio agere, neque irrationabiliter impetuque proprio ferri, de agendis prudenter consulere, ac præ omnibus, misericordes esse, peccata in nos admissa facile condonare, condolere ac mites esse erga eos qui misericordia egent.

VERS. 6. *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* A Patre igitur omnis virtus cœlestis firmata est, id est firmitas, soliditas, stabilitasque in sanctificatione ac omni sacris potestatibus convenienti virtute ex Spiritus auxilio data est. Hic porro *spiritus oris ejus* scriptum est. Alibi quoque reperire est verbum oris ejus, ut his intelligatur Salvator et sanctus ejus Spiritus : uterque porro in creatione cœlorum et
D potestatum eorum cooperatus est. Ideo dictum est, *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Nihil enim sine Spiritus præsentia sanctificatur. Angelis igitur transitum ad existentiam creator Verbum præbuit, universorum opifex : sanctificationem vero eodem tempore Spiritus sanctus indidit; non enim infantes creati angeli sunt.

VERS. 8, 9. *Timeat Dominum omnis terra : ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.* Ad-

[1] Psal. LXXXVIII, 16. [2] Psal. XXVI, 6.

modum consequenter, postquam magna Dei opificia declaravit, ac tantum non ob oculos posuit, quantus sit ille talium rerum conditor Dominus; eum timere præcepit. Annuntiatque non ultra idolis adhibendum animum, non dæmonas colendos esse, sed tantarum rerum unum opificem. Illius autem loco, *commoveantur*, Symmachus *revereantur* edidit. Hic intelligas, quo pacto futurum erat ut ab eo commoverentur omnes inhabitantes orbem, si animo perpendas qua ratione per prædicationem evangelicam et salutarem doctrinam in toto orbe Ecclesiæ Deo constitutæ sint, aures omnium verbo repletæ, universique homines illa tanta virtute commoti, ac mutati a pristino idolorum errore, ad veræ pietatis commonitionem accesserint: *Quoniam ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt.*

VERS. 10. *Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, et reprobat consilia principum.* Quia videbat spiritus propheticus futurum esse, ut persecutionibus affligerentur ii qui a prisca illa superstitione recessuri erant, et multorum deorum errorem aversaturi, ut sese ad universorum Dominum converterent; necessario præcipit eis, qui rerum omnium opificem noverint, ut immissos a gentibus in infidelitate perseverantibus terrores, eorumque minas non reformident. Licet enim infinita contra vos moliantur; at nihil in vestri perniciem exsequi valebunt. Ipse namque omnium opifex et Dominus, ad quem confugistis, insidias a gentibus ac infidelibus populis vobis paratas, et cogitationes eorum vobis adversas vel nutu solo dissipabit: et si quando principes ac reges vobis succenseant, at is consilia ipsorum irrita faciet, solumque ejus consilium in æternum manebit. Enimvero cogitationes sapientiæ ejus non perinde atque cogitationes hominum irritæ erunt: sed judicia ejus permanent in generationem et generationem. Cogitationes quippe suas reservat hominibus se dignis; et quia in singulis generationibus et hominum successionibus, quidam digni reperiuntur, jure ac merito eisdem cogitationes servans suas, ipsas in generationes omnes producit. Et hæc sane olim prophetice prædicta sunt, ipsisque rebus gestis nos verborum eventum excepimus. Quanta enim adversus Ecclesiam ejus machinati sint, quales persecutiones excitaverint, cujusmodi consilia contra nos inierint principes hujus sæculi, pro rei gravitate enarrari nequit: neque recenseri quo pacto hæc omnia per virtutem Dei dissipata fuerint; neque ætate nostra solummodo, sed per singulas generationes a tempore divini Salvatoris nostri adventus impleta sint.

VERS. 12-15. *Beata gens cujus est Dominus Deus ejus, populus quem elegit in hæreditatem sibi.* Olim quidem pars atque hæreditas ejus erat Israel: verum quia id ille contempsit, ad gentes gratia transmissa est. *De cœlo respexit Dominus,*

A *οἰκουμένην*. Σφόδρα δὲ ἀκολούθως τὰς τοῦ Θεοῦ μεγαλουργίας παραστήσας, καὶ μονονουχὶ ὀφθαλμοῖς ἐπιδείξας ὁπηλίκος ἐστὶν ὁ τῶν τοιούτων δημιουργὸς Κύριος, παρακελεύεται τοῦτον φοβεῖσθαι. Εὐαγγελίζεται δὲ εἰδώλοις μηκέτι προσέχειν τὸν νοῦν, μήτε δαίμονας σέβεσθαι, ἀλλὰ τὸν τοσούτων ποιητήν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *σαλευθήτωσαν*, ὁ Σύμμαχος, *εὐλαβείσθωσαν*, ἐξέδωκε. Νοήσεις ὅπως ἔμελλον σαλεύεσθαι ἀπ' αὐτοῦ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην, ἐπιστήσας τὴν διάνοιαν, ὡς ἐπὶ τῷ κηρύγματι τῷ εὐαγγελικῷ καὶ τῇ σωτηρίῳ διδασκαλίᾳ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίαι τῷ Θεῷ συνέστησαν· πᾶσά τε ἀκοὴ ἐπληρώθη τοῦ λόγου, καὶ πάντες ἄνθρωποι ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ δυνάμει κεκίνηνται, μεταβάλλοντες ἀπὸ τῆς προτέρας περὶ τὰ εἴδωλα πλάνης, καὶ εἰς
B ὑπόμνησιν ἐλθόντες τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας· *Ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν.*

Κύριος διασκεδάζει βουλὰς ἐθνῶν, ἀθετεῖ δὲ λογισμοὺς λαῶν, καὶ ἀθετεῖ βουλὰς ἀρχόντων. Ἐπεὶ συνεώρα τὸ προφητικὸν πνεῦμα μέλλοντας ἐξάπτεσθαι διωγμοὺς κατὰ τῶν ἀναχωρούντων μὲν τῆς προτέρας δεισιδαιμονίας καὶ ἀποστρεφομένων τὴν πολύθεον πλάνην, ἐπὶ δὲ τὸν τῶν ὅλων Κύριον ἐπιστρεφόντων, ἀναγκαίως τῶν ἐν ἀπιστίᾳ μεινάντων ἐθνῶν τοὺς φόβους καὶ τὰς ἀπειλὰς μὴ δεδιέναι παρακελεύεται τοῖς τῶν ὅλων ποιητὴν ἐπεγνωκόσιν. Κἂν γὰρ μυρία καθ' ὑμῶν ἐπιβουλεύσωνται· ἀλλ' οὐδὲν, φησὶν, ἰσχύσουσι καθ' ὑμῶν ἐνεργῆσαι. Αὐτὸς γὰρ ὁ πάντων δημιουργὸς καὶ Κύριος, ᾧ
C προσεφύγετε, τὰς καθ' ὑμῶν ἐπιβουλὰς τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν ἀπίστων λαῶν, τοὺς καθ' ὑμῶν λογισμοὺς ἑνὶ νεύματι διασκεδάσει. Εἰ δὲ καὶ ἄρχοντές ποτε καὶ βασιλεῖς μέλλοιεν καθ' ὑμῶν ἐξάπτεσθαι, ἀλλὰ καὶ τούτων ἀθετήσει βουλάς· κρατήσει δὲ μόνη ἡ αὐτοῦ βουλὴ εἰς τὸν αἰῶνα. Ἀλλὰ καὶ τῆς σοφίας οἱ λογισμοὶ αὐτοῦ οὐχ ὁμοίως τοῖς λογισμοῖς τῶν ἀνθρώπων ἀθετήσονται· παραμένουσι δὲ ἑαυτοῦ κρίσεις εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Φυλάττει γὰρ τοὺς αὐτοῦ λογισμοὺς τοῖς ἑαυτοῦ ἀξίοις· καὶ ἐπειδήπερ καθ' ἑκάστην γενεὰν καὶ διαδοχὴν ἀνθρώπων εὑρίσκονταί τινες ἄξιοι, εἰκότως τούτοις αὐτοῖς διατηρῶν τοὺς αὐτοῦ λογισμοὺς, εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν αὐτοὺς παρεκτείνει. Καὶ ταῦτα μὲν πάλαι προελέγετο προφητικῶς· ἔργοις δὲ αὐτοῖς τὴν ἔκβασιν τῶν λόγων ἡμεῖς παρειλήφα-
D μεν. Ὅσα γὰρ ἐμηχανήσαντο κατὰ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ, καὶ ὁποίους καθ' ἡμῶν ἐπήγειραν διωγμοὺς, ὁποίας τε βουλὰς ἐβουλεύσαντο οἱ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου καθ' ἡμῶν, οὐκ ἔστιν ἐπαξίως διηγήσασθαι· καὶ ὡς ταῦτα πάντα Θεοῦ δυνάμει διεσκεδάννυντο· καὶ ὡς οὐκ ἐφ' ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην γενεὰν ἔργοις ταῦτα ἐπληροῦτο ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς τοῦ Σωτῆρος θεοφανείας ἀρξάμενα.

Μακάριον τὸ ἔθνος οὗ ἐστιν ὁ Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ, λαὸς ὃν ἐξελέξατο εἰς κληρονομίαν ἑαυτῷ. Πάλαι μὲν γὰρ ἦν Ἰσραὴλ μερὶς καὶ κληρονομία αὐτοῦ· ἀλλ' ἐπεὶ ἠθέτησε μεταβέβληται ἡ χάρις ἐπὶ τὰ ἔθνη. *Ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν ὁ Κύ-*

ριος, εἶδε πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου αὐτοῦ ἐπέβλεψεν ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν. Ὁ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας αὐτῶν, ὁ συνιεὶς ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν. Ἵνα γνῶμεν πῶς ὑπέστη τὸ μακαριζόμενον ἔθνος, καὶ πόθεν εἴληφε τὴν σύστασιν ὁ λαὸς ὃν ἐξελέξατο εἰς κληρονομίαν ἑαυτῷ, ἀκολούθως διδάσκει, ὡς ἄρα αὐτὸς ὁ Κύριος πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν ἐπισκεψάμενος, ἐξ ἁπάντων τούτων συνεστήσατο τὸ προλεχθὲν ἔθνος, καὶ τὸν προειρημένον λαὸν, οὐ διακόνοις ἑτέροις κεχρημένος. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου αὐτοῦ*, ὁ μὲν Ἀκύλας, *ἀπὸ ἑδράσματος καθέδρας αὐτοῦ*, ἡρμήνευσεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ἀπὸ ἕδρας κατοικίας αὐτοῦ ἐπέβλεψεν.* Ὁ δὲ Λόγος αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν διεκονεῖτο τοῖς σωζομένοις· *Ἀπέστειλε γὰρ τὸν λόγον αὐτοῦ καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν.* Διὰ τί δὲ ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψε Κύριος, καὶ τί τὸ αἴτιον τοῦ καταξιῶσαι τῆς ἑαυτοῦ ἐπισκοπῆς πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, παρίστησιν ἑξῆς λέγων· *Ὁ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας αὐτῶν·* ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχός φησιν· *Ὁ πλάσσων καταμόνας ἑκάστην καρδίαν αὐτῶν.* Εἰ μὲν γὰρ ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις καὶ τὸν ἀνθρώπινον νοῦν ὑφίστη, οὐδὲν ἦν ἀναγκαῖον ἐπιβλέπειν αὐτὸν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· ἀπήρκει γὰρ ἡ καθ' ὅλου πρόνοια πάντων ἐξ ἴσου προνοουμένη· νυνὶ δὲ, ἐπειδήπερ ἐξαίρετός τις οὐσία ἀνθρώπου ψυχὴ, ἐπεὶ περὶ μόνου ἀνθρώπου μεμαρτύρηται εἰρηκώς· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἐποίησεν ὁ Κύριος τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν·* εἰκότως, ὡς ἂν τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος προνοῶν, *ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψε καὶ εἶδε πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.* Ὃ δὴ παριστὰς ὁ παρὼν λόγος φησίν· *Ὁ πλάσσων καταμόνας τὰς καρδίας αὐτῶν·* καταμόνας δὲ εἴρηται ἀντὶ τοῦ, ἀφωρισμένως παρὰ τὰ λοιπὰ ζῶα. Καρδίας δὲ λέγων τοὺς λογισμοὺς ἐδήλου, καὶ ὅτι ἀφωρισμένως ἕκαστος ἄνθρωπος ὥσπερ ταμεῖον ἀποκεκλεισμένον ἔχει τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν, ὡς μηδένα δύνασθαι ἑτέρους καταλαμβάνειν λογισμούς. *Οὐδεὶς γοῦν οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ.* Διὸ περὶ μόνου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς παράστασιν τῆς αὐτοῦ θεότητος ἐλέγετο· *Αὐτὸς γὰρ ᾔδει τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ·* καὶ πάλιν· *Εἰδὼς δὲ τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν.* Τοῦτο δὲ καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις παρίσταται· μετὰ γὰρ τό· *Ὁ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας αὐτῶν*, συνῆπται τό· *Ὁ συνιεὶς πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν.* Μόνος γὰρ αὐτὸς συνίησιν ἐξ ὁποίας προαιρέσεως τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔργα ἐπιτελεῖται, μηδενὸς ἄλλου δυναμένου συνιέναι ποίᾳ προθέσει καὶ ὁποίᾳ ὁρμῇ ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων πράττει ἃ πράττει.

A *vidit omnes filios hominum. De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram. Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.* Ut sciamus quo pacto gens, quæ beata prædicatur, constituta fuerit, et unde collectus fuerit populus ille quem elegit in hæreditatem sibi; consequenter docet, qui ipse Dominus cum omnes filios hominum qui habitant terram respiceret, ex iis omnibus prædictam gentem sibi selegerit, necnon memoratum populum, non aliis quam superius usus ministris. Pro illo autem, *De præparato habitaculo suo*, Aquila, *a stabilimento sedis suæ*, interpretatus est; Symmachus autem, *a sede habitationis suæ respexit.* Verbum autem ejus salutem iis qui accepturi erant administrabat: nam B *misit verbum suum et sanavit eos, et eripuit eos de interitionibus eorum* [4]. Cur autem de cœlo respexit Dominus, et quæ causa fuerit quod omnes filios hominum visitatione sua dignaretur, declarat deinceps his verbis: *Qui finxit sigillatim corda eorum;* pro quo Symmachus habet, *Qui fingit sigillatim unumquodque cor eorum.* Si enim humanam mentem pari atque animalia bruta ratione constituisset, necesse profecto non erat ipsum respicere super filios hominum; sufficeret enim universalis illa providentia, omnibus æqualiter prospiciens. Nunc autem quia præcellens quædam substantia est anima hominis, quandoquidem de solo homine declaratum est, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: et fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit illum* [5]; C jure imaginis ille suæ providentiam gerens, *de cœlo respexit et vidit omnes filios hominum.* Quod his verbis in præsenti pronuntiatur, *Qui fingit sigillatim corda eorum;* sigillatim dictum est quasi separatim et seorsum a reliquis animalibus. Dum autem corda memoraret, cogitationes significavit: quia quilibet homo seorsum mentem suam ceu receptaculum occlusam habet, ut nemo alterius cogitationes deprehendere valeat. *Nullus igitur hominum novit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in ipso* [6]. Quare de solo Salvatore nostro, ad declarationem ejus Deitatis, dicebatur, *Ipse enim sciebat quid esset in homine* [7]; ac rursum: *Sciens cogitationes illorum* [8]. Hoc item in præsenti declarat: D post illud enim, *Qui finxit sigillatim corda eorum*, additur hoc, *Qui intelligit omnia opera eorum.* Ipse namque solus intelligit ex cujusmodi electione voluntatis hominum opera edantur, cum nullus alius intelligere queat ex cujusmodi proposito, ex quo motu voluntatis quivis hominum agat quæ agit.

Οὐ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ. Ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν· ἐν δὲ πλήθει δυνάμεως αὐτοῦ οὐ σωθήσεται. Ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, τοὺς ἐλπί-

VERS. 16-19. *Non salvabitur rex per multam virtutem, et gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ. Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur. Ecce oculi Domini super metuentes eum, et in eis qui sperant super mi-*

[4] Psal. cvi, 20. [5] Genes. i, 26, 27. [6] II Cor. ii, 11. [7] Joan. ii, 25. [8] Luc. vi, 8.

sericordia ejus, ut eruat a morte animas eorum, et alat eos in fame. Isthæc supradictorum sententiæ cohærent. Sermo namque postquam omnes qui in terra sunt homines ad Dei timorem superius evocavit his verbis, *Timeat Dominum omnis terra;* deinde ut animos adderet, ne animo deficerent ac reformidarent persecutiones obventuras, ante adjecerat, *Dominus dissipat consilia gentium*, et cætera. Eidem igitur sententiæ insistens in superius allatis ait. Confidite, vos omnes ad quos sermo vertitur. Si itaque ad hunc timorem accesseritis, oculos ejus vimque illius perspicacem vobis providentem obtinebitis, quæ vos ab omnibus inimicis ac insidiatoribus liberabit. *Ecce namque oculi Domini super metuentes eum, qui sperant super misericordia ejus, ut eruat a morte animas eorum.* Nam sine oculis Dei nulla salutis spes est, ne quidem regi in militari potestate fidenti; non giganti in multitudine virtutis et fortitudinis superbienti; non equo velocitati pedum confidenti. Hæc quippe omnia decipere solent, fallere item et in errorem inducere eos qui in iisdem spem habent. Sed vos confidite qui Dominum invocatis, ejusque timorem assumpsistis. Consilia gentium ne reformidetis quæ Dominus dissipat, nec cogitationes populorum quæ a Deo irritæ efficiuntur, nec consilia principum quæ ipse subvertit, imo neque regem manui militari innixum, neque gigantem fortitudine ac viribus corporeis tumentem. Et cum ingens præsidium, videlicet providentiæ ipsius oculos obtineatis, in ipso solo et in misericordia ejus spem reponite vestram, *ut eruat a morte animas eorum.* Mors autem animæ fuerit Dei abnegatio, defectio plena, et peccata ad mortem ita ut si quando accidat, ut sperantium in Deum corpora communi morti, ob ejus testimonium tradantur, at oculi Dei animas eorum curantes a morte ipsos eripuerunt. Neque id solummodo præstant; sed ut alant eos in fame, providentiam habent. Siquidem persecutionum tempore, quo plerumque doctrina et divinarum Scripturarum lectiones præpediuntur, rarique occurrunt qui spirituales cibos animabus hominum impertiant; attamen oculi Domini, divini Spiritus influxu, ipsorum animas alunt et ab ipso Deo institutas efficiunt, ita ut citra humanam ullam disciplinam, arcana quadam virtute nutriantur.

A *ζοντας ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, ῥύσασθαι ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν, καὶ διαθρέψαι αὐτοὺς ἐν λιμῷ.* Ἔχεται τῆς τῶν προλελεγμένων διανοίας τὰ προκείμενα. Συγκαλέσας γὰρ ὁ λόγος πάντας τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους ἐπὶ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ προειπεῖν· *Φοβηθήτω τὸν Κύριον πᾶσα ἡ γῆ·* εἶτα παραθαῤῥύνας μὴ ἀγωνιᾷν μηδὲ φοβεῖσθαι τοὺς μέλλοντας ἐπανίστασθαι αὐτοῖς διωγμοὺς, συνῆψε διὰ τῶν ἔμπροσθεν τό· *Κύριος διασκεδάζει βουλὰς ἐθνῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τῆς οὖν αὐτῆς διανοίας ἐχόμενος καὶ διὰ τῶν προκειμένων φησί· Θαρσεῖτε, πάντες ὑμεῖς πρὸς οὓς ὁ λόγος. Εἰ γοῦν προσέλθοιτε τῷ αὐτοῦ φόβῳ, ἕξετε τοὺς αὐτοῦ ὀφθαλμοὺς καὶ τὴν διορατικὴν αὐτοῦ δύναμιν ἐπισκοποῦσαν ὑμᾶς, καὶ πάντων ἐχθρῶν καὶ ἐπιβούλων ῥυομένην. *Ἰδοὺ γὰρ οἱ*
B *ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, ῥύσασθαι ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν.* Δίχα γὰρ αὐτῶν τῶν τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμῶν οὐκ ἔστιν ἄλλη σωτηρίας ἐλπὶς, οὔτε βασιλεῖ στρατιωτικῇ δυνάμει θαῤῥοῦντι, οὔτε γίγαντι ἐπὶ πλήθει δυνάμεως καὶ ἰσχύος γαυρουμένῳ, οὔτε ἵππῳ ποδῶν ὠκύτητι θαῤῥοῦντι. Πάντα γὰρ ταῦτα διαψεύδεται, σφάλλει καὶ πλανᾷ τοὺς ἐπ' αὐτοῖς ἠλπικότας. Ἀλλ' ὑμεῖς θαρσεῖτε, οἱ τὸν Κύριον ἐπικαλοῦντες, καὶ τὸν αὐτοῦ φόβον ἀνειληφότες. Καὶ μήτε βουλὰς ἐθνῶν φοβεῖσθε, ἃς ὁ Κύριος διασκεδάννυσι, μήτε λογισμοὺς λαῶν, οὓς ὁ Κύριος ἀθετεῖ, μήτε βουλὰς ἀρχόντων, ἃς αὐτὸς ἀνατρέπει. Ἀλλὰ μηδὲ βασιλέα πλήθει στρατιωτικῆς δυνάμεως πεποιθότα καταπλήττεσθε, μηδὲ γίγαντα ἰσχύϊ καὶ
C ἀλκῇ σώματος τυφούμενον. Ἔχοντες δὲ μέγα φυλακτήριον τοὺς τῆς προνοίας αὐτοῦ ὀφθαλμοὺς, ἐπ' αὐτὸν ἐλπίζετε μόνον καὶ ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, *εἰς τὸ ῥύσασθαι ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν.* Θάνατος δ' ἂν εἴη ψυχῆς ἡ ἄρνησις τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ παντελὴς ἀποστασία, καὶ αἱ πρὸς θάνατον ἁμαρτίαι· ὥστε, κἂν συμβῇ ποτε τῶν ἐλπιζόντων ἐπὶ τὸν Κύριον τὰ σώματα θανάτῳ παραδίδοσθαι τῷ κοινῷ διὰ τὴν εἰς αὐτὸν μαρτυρίαν, ἀλλ' οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ τοῦ κρείττονος ἐπιμεληθέντες τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐῤῥύσαντο ἐκ θανάτου. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ διαθρέψαι αὐτοὺς ἐν λιμῷ πρόνοιαν ποιοῦνται. Ἐν γὰρ τοῖς καιροῖς τῶν διωγμῶν, καθ' οὓς πολλάκις κεκώλυνται μὲν αἱ διδασκαλίαι καὶ τὰ τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν ἀναγνώσματα, σπανίζει δὲ ὁ τὰς πνευματι-
D κὰς τροφὰς ταῖς τῶν ἀνθρώπων διαδιδοὺς ψυχαῖς, ὅμως οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ Κυρίου τῇ τοῦ θείου Πνεύματος ἐπιῤῥοῇ, καὶ τούτων τὰς ψυχὰς διατρέφουσι θεοδιδάκτους αὐτοὺς ἀπεργαζόμενοι, ὡς καὶ ἄνευ τῆς ἀνθρώπων διδασκαλίας ἀποῤῥήτῳ δυνάμει τρέφεσθαι.

IN PSALMUM DAVID XXXIII.

1. *Quando immutavit vultum suum coram Abimelech, et dimisit eum et abiit.*

Quidam suspicati sunt illam præsentis psalmi inscriptionem, historiam respicere, qua fertur Davidem a facie Saulis fugientem, ad Anchum regem Geth accessisse, quando insaniam simulans quasi tympano pulsabat ad portas urbis, et deferebatur,

ΕΙΣ ΤΟΝ ΨΑΛΜΟΝ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΛΓ'.

Ὁπότε ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐνώπιον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν καὶ ἀπῆλθεν.

Ὑπέλαβόν τινες τὴν τοῦ προκειμένου ψαλμοῦ προγραφὴν ἐκείνην σημαίνειν τὴν ἱστορίαν, δι' ἧς, φεύγων Δαυῒδ ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ, ἐληλυθέναι πρὸς Ἀγχοὺς βασιλέα Γὲθ ἀναγέγραπται· ὅτε μανίαν προσποιηθεὶς ἐτυμπάνιζεν ἐπὶ ταῖς θύραις τῆς πόλεως,

καὶ παρεφέρετο, καὶ ἔπιπτε, καὶ κατέῤῥει τὰ σίελα A αὐτοῦ ἐπὶ τὸν πώγωνα αὐτοῦ· ὥστ' εἰπεῖν τὸν Ἀγχοῦς πρὸς τοὺς παῖδας αὐτοῦ· Ἄνδρα ἐπίληπτον ἵνα τί εἰσηγάγετε πρὸς μέ; Ἀλλ' ὅτι μὲν ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἤκουσαν οἱ τοιοῦτοι· ὅτι δ' ἑξῆς συνῆπται, *ἐναντίον Ἀβιμέλεχ*, δοκοῦσί μοι παρεωρακέναι. Ὁ μὲν οὖν Ἀγχοῦς τῶν ἀλλοφύλων ἦν βασιλεὺς τῶν κατοικούντων τὴν Γέθ· ὁ δὲ Ἀβιμέλεχ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ μνημονεύεται· πρὸς ὃν καὶ αὐτὸν ἐληλυθὼς ὁ Δαυῒδ πρὸ τῆς παρουσίας τῆς πρὸς τὸν Ἀγχοὺς ἱστορεῖται· λέγει γὰρ ἡ Γραφή· *Καὶ ἔρχεται ὁ Δαυῒδ εἰς Νοβὰ πρὸς Ἀχιμέλεχ τὸν ἱερέα, καὶ ἐξέστη Ἀχιμέλεχ τῇ ἀπαντήσει αὐτοῦ· καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τί ὅτι σὺ μόνος καὶ οὐδεὶς μετὰ σοῦ; Καὶ εἶπε Δαυῒδ τῷ ἱερεῖ· Ὁ βασιλεὺς ἐντέταλταί μοι ῥῆμα σήμερον καὶ εἶπέ μοι· Μηδεὶς γνώτω* B *τὸ ῥῆμα περὶ οὗ ἐγὼ ἀποστέλλω σε, καὶ ὑπὲρ οὗ ἐντέταλμαί σοι, καὶ τοῖς παιδαρίοις διαμεμαρτύρημαι ἐν τῷ τόπῳ τῷ λεγομένῳ Θεοῦ πίστις. Καὶ νῦν εἰ εἰσὶν ὑπὸ τὴν χεῖρά σου ἄρτοι, δὸς εἰς χεῖράς μου τὸ εὑρεθέν. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἱερεὺς τῷ Δαυῒδ, καὶ εἶπεν· Οὐκ εἰσὶν ἄρτοι βέβηλοι ὑπὸ τὴν χεῖρά μου, ὅτι ἀλλ' ἢ ἄρτοι ἅγιοί εἰσιν· εἰ πεφυλαγμένα τὰ παιδάριά ἐστιν ἀπὸ γυναικὸς, καὶ φάγετε. Καὶ ἀπεκρίθη Δαυῒδ τῷ ἱερεῖ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀλλ' ἀπὸ γυναικὸς ἀπεσχήμεθα ἐχθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν· ἐν τῷ ἐξελθεῖν με εἰς ὁδὸν γέγονε τὰ παιδάρια ἡγνισμένα· καὶ αὕτη ἡ ὁδὸς βέβηλος· διότι σήμερον ἁγιασθήσεται διὰ τὰ σκεύη μου. Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ Ἀχιμέλεχ ὁ ἱερεὺς τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως· ὅτι οὐκ ἦν ἄρτος, ἀλλ' ἢ ἄρτοι τοῦ προσώπου οἱ ἀφῃρημένοι ἐκ προσώπου Κυρίου τοῦ παρατεθῆναι ἄρτον θερμὸν, ᾗ ἡμέρᾳ ἔλαβεν αὐτούς.*

et decidebat, et defluebant salivæ ejus in barbam ipsius; ita ut diceret Anchus pueris suis: Quare virum epilepsia correptum ad me introduxistis? Verum illi ad id solum attenderunt quod immutaverit vultum suum; sed videntur mihi id neglexisse quod mox sequitur, *coram Abimelech*. At enim Anchus alienigenarum Getham incolentium rex erat; Abimelech vero sacerdos Dei fuisse memoratur: quem item David adiisse, antequam regi Anchus se sisteret, enarratur; ait quippe Scriptura: *Et venit David in Nobam ad Achimelech sacerdotem, et obstupuit Achimelech de occursu ejus; et dixit ei: Quare tu solus et nullus est tecum? Et ait David ad sacerdotem: Rex præcepit mihi sermonem hodie et dixit mihi: Nemo sciat rem propter quam ego mitto te, et de qua præcepi tibi; et pueris testificatus sum in loco qui dicitur, Dei fides. Nunc ergo si sint sub manu tua panes, da in manus meas quod repertum fuerit. Et respondens sacerdos Davidi ait illi: Non sunt panes laici sub manu mea, sed tantum panes sancti, si abstinuerunt pueri a mulieribus, comedite. Et respondit David sacerdoti, et dixit ei: Certe a mulieribus continuimus nos ab heri et nudius tertius, quando egressi sumus in viam, et fuerunt pueri sanctificati: porro via hæc polluta est; sed ipsa hodie sanctificabitur propter vasa mea. Et dedit ei Achimelech sacerdos panes propositionis, neque enim erat ibi panis, nisi tantum panes faciei, qui sublati fuerant a facie Domini, ut poneretur panis calidus, qua die accepit eos* [a].

Ταῦτα μὲν οὖν ἡ περὶ τοῦ Ἀχιμέλεχ διήγησις C περιέχει· ἑξῆς δὲ συνῆπται ὡς ἀνέστη Δαυῒδ καὶ ἔφυγεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· τοῦ τε Ἀχιμέλεχ ἀναχωρήσας, ἦλθε πρὸς Ἀγχοῦς βασιλέα Γέθ. Ὁ μὲν οὖν τις ἐρεῖ, ἐπεὶ μὴ ἐμφέρεται ἐν τῇ ἱστορίᾳ τῇ κατὰ τὸν Ἀχιμέλεχ «ἀλλοιώσας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὁ Δαυῒδ,» κατὰ σφάλμα κεῖσθαι τὸ ὄνομα τοῦ Ἀβιμέλεχ ἀντὶ τοῦ ὀνόματος Ἀγχοῦς· σαφῶς γὰρ ἐπὶ τοῦ Ἀγχοῦς εἴρηται· «ἀλλοιώσας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ,» ὅτε καὶ τὰ σίελα αὐτοῦ κατέῤῥει καὶ ἐτυμπάνιζεν. Ἔργον δὲ θρασὺν, καὶ προπετὲς εἶναι ἡγοῦμαι τὸ ἀποφήνασθαι τολμᾶν τὴν θείαν Γραφὴν ἡμαρτῆσθαι, καὶ τοσοῦτον περιέχειν σφάλμα, ὡς ἀντὶ ἀλλοφύλου ἀνδρὸς ἱερέα Θεοῦ παρενθεῖναι· μάλιστα ὅτε καὶ ἡ Ἑβραϊκὴ ἀνάγνωσις καὶ οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ πάντες τὸν Ἀχιμέλεχ περιέχουσιν. Οὐκοῦν ἀκόλουθον D ἂν εἴη, ἀληθευούσης τῆς προγραφῆς, ἐπιζητεῖν πῶς καὶ πότε *ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ Δαυῒδ ἐναντίον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ ἀπῆλθε*. Δοκεῖ δή μοι ἐκ τῆς παραθέσεως τῶν λοιπῶν ἑρμηνευτῶν λύσεις εὑρίσκεσθαι τοῦ ζητουμένου. Ὁ μὲν γὰρ Ἀκύλας καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις τοῦτον ἡρμήνευσαν τὸν τρόπον· *Τοῦ Δαυῒδ ὅτε ἠλλοίωσε τὸ γεῦμα αὐτοῦ εἰς πρόσωπον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἐξέβαλεν αὐτὸν, καὶ ἀπῆλθε*. Μήποτε γὰρ διὰ τοὺς

Hæc habet narratio illa de Achimelech. Deinde adjicitur quo pacto David surrexerit et effugerit illa die, cumque ab Achimelech discessisset, ad Anchus regem Geth accesserit. Dicet forte quispiam: Cum in historia de Achimelech non feratur «Davidem immutasse vultum suum,» lapsu graphico nomen Achimelech pro nomine Anchus positum est: clare enim in historia Anchus dicitur immutasse vultum suum, quando salivæ ejus diffluebant, et quasi tympano pulsabat. At ego audax temerariumque facinus arbitror esse, pronuntiare confidenter divinam Scripturam lapsam esse, et tale vitium præferre, ut pro viro alienigena sacerdos Domini ponatur; cum maxime Hebraica lectio et reliqui interpretes omnes *Achimelech* circumferant. Restat igitur, quando inscriptio vera profert, ut exquiramus quomodo et quando David *vultum suum immutavit coram Abimelech, et dimisit eum, et abiit*. Videtur sane mihi ex cæterorum interpretum comparatione quæsiti solutiones suppeditari. Nam Aquila et quinta editio hoc pacto interpretati sunt: *Davidis quando immutavit gustum suum ad faciem Abimelech, et ejecit eum, et abiit*. Forte propter panes propositionis, quos cum accepisset ab Abimelech, comedit ipse et pueri qui cum eo erant,

[a] I Reg. XXI, 1-6.

immutasse dicitur gustum suum ad faciem Abimelech. Cum enim sanctificatum cibum comederit, ac sacerdotales panes, quibus nonnisi solis sacerdotibus uti licebat, immutavit gustum suum. Symmachus vero cum dicit, *Davidis quando transformavit morem suum coram Abimelech*, alium sensum subjicit, dum ait morem Davidis immutatum in conspectu Abimelech: quia scilicet interrogatus quæ causa susceptæ viæ sibi esset, mentitus est, ac sacerdotem fefellit: alienum quippe Davidis moribus erat fallacia uti, qua tamen usus eo tempore immutavit morem suum, secundum Symmachum. Ex dictis porro ipsam quoque Septuaginta Virorum interpretationem historiæ Abimelechi adaptare licebit, quæ narrat Davidem immutasse vultum suum coram Abimelech, quia non ipsi veram fugæ suæ causam declaraverat, sed fefellerat eum alia pro aliis locutus; ita ut etiam Goliathi frameam ab eo acceperit, ipsique perniciei causa fuerit. Sub hæc enim Saul cum rem gestam didicisset, misit qui occiderent Abimelech et omnes sacerdotes Domini, et Nobam civitatem sacerdotum percussit. Gestaque hæc omnia sunt, quia David immutavit modum suum, aut vultum suum in conspectu Abimelech. Regnorum Scriptura *Achimelech* habet; ne ex litteræ commutatione quispiam moveatur: nam ex ea quæ intercedit inter litteras *Beth* et *Caph*, ut Hebræi vocant, similitudine, diverse nomen editum fuit: siquidem una eademque fere duorum elementorum figura, brevissimo apice solum distinguente. In Evangeliis porro hujusce historiæ Davidem spectantis Salvator meminit his verbis: *Non legistis quid fecerit David, quando esuriit, et qui cum eo erant: quomodo intravit in domum Dei, et panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque iis qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus* [10]? Hoc in Evangelio secundum Matthæum dictum est. Cum autem in Evangelio secundum Marcum ita locutum Salvatorem esse scribatur: *Nunquam legistis quid fecerit David, quando necessitatem habuit, et esuriit ipse et qui cum eo erant? quomodo introivit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, et panes propositionis manducavit* [11]? quis non animi pendeat quæratve, qua ratione hic Servator non Abimelechi, sed Abiatharis mentionem fecerit? Ad quam rem forte quis respondeat binominem Abimelechum fuisse, ita ut is ipse fuerit qui Abiathar. Et sane mox ejus filius, Abiathar dictus in libro Regnorum fertur: qui solus a sacerdotum cæde elapsus, cum Davide erat. Alius fortasse dixerit, in historia Abimelechum ut sacerdotem memorari; at hoc loco Salvatorem dixisse, Abiatharum eo tempore fuisse principem sacerdotum: *Introivit*, ait, *David in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum.* Sane vero historia cæsos Achimelech et sacerdotes a Saule memorans, nihil

A ἄρτους τῆς προθέσεως, οὓς λαβὼν παρὰ τοῦ Ἀβιμέλεχ, ἔφαγεν αὐτὸς καὶ τὰ παιδάρια τὰ μετ' αὐτοῦ, ἠλλοιωκέναι λέγεται τὸ γεῦμα αὐτοῦ εἰς πρόσωπον Ἀβιμέλεχ. Ἡγιασμένης γὰρ τροφῆς γευσάμενος, καὶ τῶν ἄρτων τῶν ἱερατικῶν, οἷς οὐκ ἐξῆν χρήσασθαι εἰ μὴ μόνοις τοῖς ἱερεῦσιν, ἠλλοίωσε τὸ γεῦμα αὐτοῦ. Ὁ δὲ Σύμμαχος εἰπών· *Τοῦ Δαυῒδ ὁπότε μετεμόρφωσε τὸν τρόπον τὸν ἑαυτοῦ ἔμπροσθεν Ἀβιμέλεχ*, ἑτέραν διάνοιαν ὑποβέβληκε, τὸν τρόπον τοῦ Δαυῒδ ἠλλοιῶσθαι φήσας ἔμπροσθεν Ἀβιμέλεχ, διὰ τὸ, ἐρωτηθέντα τίς εἴη αὐτῷ ἡ αἰτία τῆς ὁδοῦ, ψεύσασθαι καὶ παραλογίσασθαι τὸν ἱερέα· ἀλλότριον γὰρ ἦν τοῦ τρόπου τοῦ Δαυῒδ τὸ ἀπάτῃ κεχρῆσθαι, ᾗ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν χρησάμενος, ἠλλοίωσε τὸν τρόπον αὐτοῦ, κατὰ τὸν Σύμμαχον. Ἐκ δὲ τῶν εἰρη-
B μένων καὶ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείαν ἐφαρμόσεις τῇ κατὰ τὸν Ἀβιμέλεχ ἱστορίᾳ, φησάσῃ ἠλλοιωκέναι τὸν Δαυῒδ τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ ἐνώπιον Ἀβιμέλεχ, διὰ τὸ μὴ ἀπαγγεῖλαι αὐτῷ τὸν ἀληθῆ λόγον τῆς ἑαυτοῦ φυγῆς, παραλογίσασθαι δὲ καὶ ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων εἰπεῖν· ὡς καὶ τὴν ῥομφαίαν τοῦ Γολιὰθ παρ' αὐτοῦ δέξασθαι, γενέσθαι τε αὐτῷ αἴτιον ἀπωλείας. Μαθὼν γὰρ μετὰ ταῦτα Σαοὺλ τὰ πεπραγμένα, πέμψας ἀνεῖλεν αὐτόν τε τὸν Ἀβιμέλεχ καὶ πάντας τοὺς ἱερεῖς τοῦ Κυρίου καὶ τὴν Νοβὰν τὴν πόλιν τῶν ἱερέων ἐπάταξε. Καὶ ταῦτα πάντα πέπρακται, διότι ἠλλοίωσε Δαυῒδ τὸν τρόπον αὐτοῦ ἢ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐνώπιον Ἀβιμέλεχ. Ἡ τῶν Βασιλειῶν Γραφὴ *Ἀχιμέλεχ* περιέχει· ἐναλλαγῆς στοιχείου γενομένης, οὐδὲν δεῖ κινεῖσθαι· παρὰ γὰρ τὴν
C ὁμοιότητα τοῦ στοιχείου τοῦ *βὴθ* παρ' Ἑβραίοις καλουμένου καὶ τοῦ *χὰφ* διαφόρως ἐξεδόθη τοὔνομα· σχεδὸν γὰρ ἓν καὶ ταυτόν ἐστι τὰ δύο στοιχεῖα, βραχυτάτης κεραίας μόνης ἐναλλαττούσης. Μέμνηται δὲ καὶ ὁ Σωτὴρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τῆς προκειμένης κατὰ τοῦ Δαυῒδ ἱστορίας λέγων· *Οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαυῒδ, ὅτε ἐπείνασε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ· ὡς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἐξὸν ἦν φαγεῖν οὐδὲ τοῖς μετ' αὐτοῦ, εἰ μὴ μόνοις τοῖς ἱερεῦσι;* Τοῦτο μὲν οὖν ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ εἴρηται. Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίῳ ἀναγέγραπται ὁ Σωτὴρ εἰρηκώς· *Οὐδέποτε ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαυῒδ, ὅτε χρείαν ἔσχε, καὶ*
D *ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ; πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ ἐπὶ* Ἀβιάθαρ *τοῦ ἀρχιερέως, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγε;* τίς οὐκ ἂν ἀπορήσειε, πῶς ὁ Σωτὴρ ἐνταῦθα οὐ τοῦ Ἀβιμέλεχ, ἀλλὰ τοῦ Ἀβιάθαρ μέμνηται; Πρὸς δ' εἴποι τις ἂν διώνυμον γεγενῆσθαι τὸν Ἀβιμέλεχ, ὥστ' εἶναι τὸν αὐτὸν τῷ Ἀβιάθαρ. Αὐτίκα γοῦν καὶ υἱὸς αὐτῷ Ἀβιάθαρ κεκλημένος ἐμφέρεται τῇ Γραφῇ τῶν Βασιλειῶν· ὃς, διαφυγὼν ἀπὸ τῶν ἀναιρεθέντων ἱερέων μόνος, τῷ Δαυῒδ συνῆν. Ἄλλος δ' ἂν εἴποι τοῦ μὲν Ἀβιμέλεχ τὴν ἱστορίαν ὡς ἱερέως μνημονεύειν· ἐνταῦθα δὲ τὸν Σωτῆρα τὸν Ἀβιάθαρ ἀρχιερέα τυγχά-

[10] Matth. xii, 3, 4. [11] Marc. ii, 25, 26.

νειν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ φῆσαι. *Εἰσῆλθε γάρ*, φησὶν, *Δαυῒδ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως*. Καὶ φαίνεται ἡ τῶν ἱστοριῶν γραφὴ, τὸν Ἀχιμέλεχ καὶ τοὺς ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ ἀνῃρῆσθαι φήσασα ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, ἀρχιερέα ἀνῃρημένον οὐχ ἱστορήσασα. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν εἰς τὴν τοῦ ψαλμοῦ προγραφὴν εἰρήσθω. A

Εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, διὰ παντὸς ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου. Εὐχαριστῶν ὁ Δαυῒδ ἐφ' οἷς ἠξιώθη τροφῆς ἱερατικῆς, Οὐκ ἐπὶ τοῦ παρόντος, φησὶ, μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πάσης τῆς ζωῆς χάριτας ὁμολογῶν καὶ εὐλογῶν αὐτὸν διατελέσω· οὐδὲ ἀπολειφθήσεταί ποτε τὸ στόμα μου τῆς εἰς αὐτὸν αἰνέσεως. Ἀντὶ γὰρ θυσίας καὶ ὁλοκαυτωμάτων πεπαίδευμαι τὴν διὰ χειλέων προσάγειν αὐτῷ θυσίαν.

Ἐπειδὴ γὰρ φεύγοντί μοι οὐδεὶς βοηθὸς πάρεστιν, B οὐδέ τις καταφυγὴ, οὐδὲ ἀσφάλεια· μόνον δὲ τὸν Κύριον φυλακτήριον ἐπάγομαι τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς, καὶ ἐπ' αὐτῷ, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ ταῖς ἐμαῖς δικαιοπραγίαις ἡ ψυχή μου θαῤῥεῖ· εἰκότως, *ἐπὶ τῷ Κυρίῳ καυχήσεται ἡ ψυχή μου· ἀκουσάτωσαν πραεῖς καὶ εὐφρανθήτωσαν*. Ἐμὲ δὲ λαβόντες ὑπόδειγμα πάντες οἱ πρᾶοι καὶ ταπεινοὶ καὶ ἐπιεικεῖς διὰ τὴν εἰς τὸν Θεὸν εὐλάβειαν, θαῤῥείτωσαν καὶ πληρούσθωσαν εὐφροσύνης, τὰ ἴσα μοι προσδοκήσαντες, καὶ αὐτὸν ἐλπίδα τὸν Κύριον θέμενοι. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν ῥομφαίαν Γολιὰθ τοῦ ἀλλοφύλου παρὰ τῷ Ἀβιμέλεχ λαβὼν ἀπῄει· Ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ τούτῳ, φησὶ, καυχήσομαι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, δι' ὃν ταύτην ἐκτησάμην τὴν ῥομφαίαν· ὡς καὶ τὸν ἱερέα εἰπεῖν αὐτῷ· *Ἰδοὺ ἡ ῥομφαία Γολιὰθ τοῦ Φιλισταίου, ὃν ἐπάταξας ἐν τῇ κοιλάδι Ἠλᾶ, καὶ* C *αὐτὴ ἐνειλημμένη ἱματίῳ. Εἰ ταύτην λήψῃ, σαυτῷ λάβε, ὅτι οὐκ ἔστιν ἑτέρα παρὲξ αὐτῆς*. Ὥστε τούτων ἀκούσαντα τὸν Δαυῒδ εἰπεῖν· *Ἐν τῷ Κυρίῳ ἐπαινεθήσεται ἡ ψυχή μου*. Μεγάλην δόξαν ἔφερεν ἐκεῖνο τὸ δόρυ τῷ Δαυῒδ, παιδαρίῳ μὲν ὄντι, καὶ μηδὲ φέρειν ὅπλα πολεμικὰ ἐπισταμένῳ, πίστει δὲ τῇ εἰς Θεὸν καταγωνισαμένῳ τὸν Γολιὰθ, ὡς διὰ τοῦτο ἀντὶ ἀναθήματος τὴν ῥομφαίαν μόνην ἐκείνην ἀνακεῖσθαι ἐν τῷ ἱερῷ· ὃ δὴ καὶ ἐπεσημήνατο φήσας ὁ ἱερεύς· *Καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλη*. Οὐδὲ γὰρ ἐξῆν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Θεοῦ ὅπλα πολεμικὰ ἀποτίθεσθαι· μόνη δὲ ἐκείνη εἰς μνήμην τοῦ Δαυῒδ τῆς κατὰ τοῦ ἀλλοφύλου νίκης ἀνέκειτο, ὡσανεὶ εὐχαριστήριον ἀποκειμένη τῷ τὴν νίκην αὐτῷ δεδωρημένῳ τῷ Θεῷ.

Μεγαλύνατε τὸν Κύριον σὺν ἐμοὶ, καὶ ὑψώσωμεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτό. D Οἱ γὰρ δι' ἔργων καὶ βίου τοῦ κατ' ἀρετὴν τὴν ἐν ἑαυτοῖς εἰκόνα τοῦ Θεοῦ κοσμοῦντες, αὐτὸν δοξάζουσι καὶ ὑψοῦσιν. *Ἐξεζήτησα τὸν Κύριον καὶ ἐπήκουσέ μου*. Ἐπεὶ τῷ, *ἐξεζήτησα*, τὸ, *ἐπήκουσέ μου*, ἀνταπεδόθη.

Οὗτος ὁ πτωχὸς ἐκέκραξε, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐτοῦ, καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ ἔσωσεν αὐτόν. Πάλιν ἑαυτὸν, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὑπογραμμὸν παρέχει τῆς ἑτέρων διδασκαλίας. Πτωχὸν γὰρ ἑαυτὸν εἰπὼν διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἑαυτοῦ ταπείνωσιν καὶ μετριοσύνην, ὡς περὶ ἑτέρου περὶ ἑαυ-

de principis sacerdotum nece narravit. Et hæc quidem nobis de psalmi titulo dicta sint.

VERS. 2. *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo*. Gratias agit David quod sacerdotali cibo dignatus sit: Nec solum in præsenti, ait, sed per totum vitæ curriculum gratias confitendi ac benedicendi finem non faciam: neque os meum laude ejus vacuum unquam erit. Nam institutus ita fui, ut sacrificiorum et holocaustorum vice, labiis ipsi hostiam offeram.

Quandoquidem fugienti mihi nullus opitulator adest, nullum effugium, securitas nulla; solumque Dominum animæ meæ præsidium paravi, atque ipsi soli, non recte factis meis, confidit anima mea; jure sane *in Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti et lætentur*. Meque in exemplum sibi proponentes mansueti omnes, humiles ac modesti viri, ob pietatem erga Deum suam, confidant et gaudio cumulentur, paria mecum exspectantes, ipsumque Dominum sibi in spem proponentes. Quoniam vero postquam gladium alienigenæ Goliath ab Abimelecho acceperat, discessit: neque in hoc, inquit, gloriabor, sed in Domino, cujus beneficio hunc gladium nactus sum; ita ut vel ipse sacerdos sic eum compellaret: *Ecce gladius Goliath Philisthæi, quem percussisti in valle Ela, involutus veste. Si hunc vis tollere, tolle tibi, quia nullus alius hic est præter ipsum* [11]. His itaque auditis, David ait: *In Domino laudabitur anima mea*. Magnam certe Davidi gloriam parabat ille gladius; quippe qui puerulus cum esset, bellicorumque armorum imperitus, fide in Deum munitus Goliath devicit; ita ut ea de causa donarii loco solus ille gladius in sacro repositus esset: quod ipsum sacerdos bis verbis indicavit, *et nullus alius est*. Neque enim in tabernaculo Dei licebat arma bellica deponere. Hic autem solus in memoriam reportatæ a Davide de alienigena victoriæ repositus erat, quasi in gratiarum actionem Deo qui victoriam ipsi dederat.

VERS. 3. *Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen ejus in idipsum*. Nam qui operibus ac vita cum virtute acta imaginem Dei in se positam exornant, ii sane ipsum gloria afficiunt et exaltant. *Exquisivi Dominum et exaudivit me*. Siquidem huic voci, *exquisivi*, illa vicissim additur, *exaudivit me*.

VERS. 6-8. *Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum, et de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum*. Hic rursum, uti superius, exemplum disciplinæ sese aliis perhibet. Cum se namque pauperem ob animæ suæ humilitatem ac modestiam declarat, de seipso quasi de alio hanc doctrinam

[11] I Reg. xxi, 9.

tradit : *Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum.* At ne, inquit, arbitremini, me quidem qui pro rege ac universi populi principe habeor, sed animo ob Dei metum pauper sum, solum talia consecutum; enimvero probe compertum est, ipsum Dominum qui præsens omnibus est, similes mei pauperes, videlicet timentes Deum, exauditurum. *Gustate et videte quoniam suavis est Dominus: beatus vir qui sperat in eo.* Quisquis ob perfectam et indeficientem in Deum spem vir exsistit, beatus est. Neque abs re Aquilæ interpretationi præsens dictum quis aptaverit. In titulo quippe secundum Aquilam dictum est : *Davidis, quando immutavit gustum suum ante faciem Abimelech.* Quia igitur ipse, cum panes propositionis comedisset, immutavit gustum suum, ac ex gustu deinde divinam sibi virtutem collatam fuisse sensit; idcirco, secundum illud, *Absque dolo accepi, sine invidia communico* [13], ad consimilem gustum percipiendum alios festinare cohortatur, atque precari ut pane vitæ alantur: cujus symbolum ac imago erant panes illi propositionis per Moysis legem statuti. Quare David cum intelligeret cujus imago esset panis ille propositionis, non ad corporeum panem ut accedamus; sed ad panem qui corporeo subindicatur, nos provocat. Nos igitur qui in terris versamur, panis et Verbi qui de cœlo descendit, ac semetipsum exinanivit et depressit, participes efficimur. Qui vero sunt in regno cœlorum, pleno illo ac perfecto utuntur, ejus divinitate enutriti, et sapientiæ contemplationibus fruentes. Hæc etiam nos aliquando obtinendi spem habere convenit, quamobrem dictum est : *Beatus vir qui sperat in eo.*

VERS. 9. *Timete Dominum, omnes sancti ejus, quoniam non est inopia timentibus eum.* Hæc omnia David ad aliorum utilitatem sententiarum more profert, quorum prior ipse potitus erat, quando exquisivit Dominum, ac propitium nactus est. Præcipit itaque sanctis Dei, ut timorem ejus præ oculis habeant : ab illo quippe timore sancti efficiuntur; ideo alio in psalmo dictum, *Timor Domini castus* [14], videlicet, castos efficiens. Quapropter divina lex ait : *Sancti eritis, quoniam ego Dominus Deus vester sanctus sum* [15]. Atque signum illud evidens fuerit timoris Domini, si quis a sordibus et pravis operibus purus et vacuus fuerit, seseque sanctum corpore ac spiritu servaverit. Timentibus porro Deum, qui per ejus metum sancti efficiuntur, nihil unquam deerit, utpote qui divitias magnas ac thesaurum optimum in ipso timore Domini repererint.

DAVIDIS XXXIV.

VERS. 1-3. *Judica, Domine, nocentes me, expugna impugnantes me. Apprehende arma et scutum : et exsurge in adjutorium mihi. Effunde frameam et conclude adversus eos qui persequuntur me.* Quoniam

A τοῦ διδάσκει λέγων· *Οὗτος ὁ πτωχὸς ἐκέκραξε καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐτοῦ.* Ἀλλὰ μὴ ἐμὲ, φησὶ, μόνον τετυχηκέναι νομίζετε, τὸν νομιζόμενον μὲν εἶναι βασιλέα καὶ ἄρχοντα τοῦ παντὸς ἔθνους, τῇ δὲ ψυχῇ πτωχεύοντα διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον· ἀκριβῶς δὲ γινώσκεται, ὅτι ὁ αὐτὸς Κύριος καὶ παρὼν τῶν ὁμοίως ἐμοὶ πτωχῶν, λέγω δὲ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, εἰσακούσεται. *Γεύσασθε καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος· μακάριος ἀνὴρ ὃς ἐλπίζει ἐπ' αὐτόν·* Ὁ διὰ τὸ τελείως καὶ ἀνελλιπῶς ἐλπίζειν ἐπὶ Θεὸν ἀνὴρ ὑπάρχων μακάριός ἐστιν. Οὐκ ἀπεικότως ἄν τις ἐφαρμόσειεν τῇ κατὰ τὸν Ἀκύλαν ἑρμηνείᾳ τὴν προκειμένην λέξιν· ἐπείπερ ἐν τῇ προγραφῇ κατὰ τὸν Ἀκύλαν ἐλέγετο· *Τοῦ Δαυῒδ, ὅτε ἠλλοίωσε τὸ γεῦμα αὐτοῦ εἰς πρόσωπον Ἀβιμέλεχ.* Ἐπεὶ τοίνυν αὐτὸς, τῶν ἄρ-
B των τῆς προθέσεως μεταλαβὼν, ἠλλοίωσε τὸ γεῦμα αὐτοῦ, εἶτ' ἀπὸ τῆς γεύσεως ᾔσθετο δυνάμεως θείας χορηγηθείσης αὐτῷ· τούτου χάριν κατὰ τό· *Ἀδόλως ἔλαβον, ἀφθόνως μεταδίδομαι,* παρακαλεῖ καὶ ἑτέρους σπεύδειν ἐπὶ τὴν ὁμοίαν αὐτῷ γεῦσιν, εὔξασθαί τε τραφῆναι τῷ ἄρτῳ τῆς ζωῆς· οὗ σύμβολον καὶ εἰκὼν ἐτύγχανον οἱ διὰ Μωϋσέως νενομοθετημένοι ἄρτοι τῆς προθέσεως. Διόπερ ὁ Δαυῒδ, νοήσας τίνος ἦν εἰκὼν ὁ τῆς προθέσεως ἄρτος, οὐκ ἐπὶ τὸν σωματικὸν σπεύδειν προτρέπει, ἀλλ' ἐπὶ τὸν δι' αὐτοῦ νοούμενον. Ἡμεῖς μὲν οὖν οἱ ἐπὶ γῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβεβηκότος τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ Λόγου κενώσαντος ἑαυτὸν καὶ σμικρύναντος μεταλαμβάνομεν· οἱ δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν πλήρους αὐτοῦ καὶ τελείου μετα-
C λαμβάνουσι, τρεφόμενοι αὐτοῦ τῇ θεότητι, καὶ τῶν τῆς σοφίας θεωρημάτων ἀπολαύοντες, ὧν καὶ ἡμᾶς καιρῷ ποτε μετασχεῖν ἐλπίζειν προσήκει, διὸ λέλεκται· *Μακάριος ἀνὴρ ὃς ἐλπίζει ἐπ' αὐτόν.*

Φοβήθητε τὸν Κύριον, πάντες οἱ ἅγιοι αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἔστιν ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. Πάντα ταῦτα γνωμικῶς ὁ Δαυῒδ εἰς τὴν ἑτέρων ὠφέλειαν προφέρεται, αὐτὸς πρότερον ἀπολαύσας αὐτῶν, ὅτε, ἐκζητήσας τὸν Κύριον, ἐπηκόου αὐτοῦ τετύχηκε. Παρακελεύεται τοίνυν τὸν φόβον τοῦ Κυρίου πρὸ ὀφθαλμῶν τίθεσθαι τοὺς ἁγίους αὐτοῦ· ὑπὸ γὰρ αὐτοῦ τοῦ φόβου ἅγιοι ἀνατελοῦνται· διὸ λέλεκται ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ· *Ὁ φόβος Κυρίου ἁγνὸς,* ἀντὶ τοῦ, ἁγνοποιός. Διὸ καὶ ὁ θεῖος νόμος φησίν· *Ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἐγὼ*
D *Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἅγιος.* Καὶ σημεῖον τοῦ φοβεῖσθαι τὸν Κύριον τοῦτ' ἂν γένοιτο, τὸ καθαρεύειν μὲν πάσης ῥυπαρίας καὶ αἰσχρᾶς πράξεως, φυλάττειν δὲ αὐτοὺς ἁγίους καὶ σώματι καὶ πνεύματι. Τοῖς δὲ τὸν Κύριον φοβουμένοις, καὶ διὰ τὸν αὐτοῦ φόβον ἡγιασμένοις, οὐδὲν ἂν δεήσῃ ὡς ἂν μέγαν πλοῦτον καὶ θησαυρὸν ἀγαθὸν ἐν αὐτῷ τῷ φόβῳ Κυρίου εὑρηκόσιν.

ΤΟΥ ΔΑΥΙΔ ΛΔ'.

Δίκασον, Κύριε, τοὺς ἀδικοῦντάς με, πολέμησον τοὺς πολεμοῦντάς με. Ἐπιλαβοῦ ὅπλου καὶ θυρεοῦ· καὶ ἀνάστηθι εἰς βοήθειάν μοι. Ἔκχεον ῥομφαίαν, καὶ σύγκλεισον ἐξεναντίας τῶν κατα-

[13] Sap. VII, 13. [14] Psal. XVIII, 10. [15] Levit. XI, 43.

διωκόντων με. Ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ πολλὰ περὶ A ῥομφαίας εἴρηται· *Ῥομφαία γάρ*, φησί, *ῥομφαία, ἐξεγέρθητι, καὶ φάγε αἷμα τραυματιῶν*· καὶ πάλιν· *Γῆ ἐὰν ἁμάρτῃ μοι, καὶ ἀποστελῶ ῥομφαίαν ἐπ' αὐτήν*· πάντα δὲ ταῦτα κατὰ τῆς ἐν ἀνθρώποις κακίας ἐπαφίησιν, ὡς ἀγαθός, πρὸς ὠφέλειαν τῶν ὑπ' αὐτῆς κεκρατημένων· ἐπεὶ καὶ πολέμων σώζει (1), ὥσπερ ἰατρός, τέμνων καὶ καίων τὰ πεπονθότα τοῦ σώματος πρὸς θεραπείαν παντός· τούτοις ἐπιφέρει λέγων ἑξῆς· *Εἶπον τῇ ψυχῇ μου· Σωτηρία σου ἐγώ εἰμι*· πιστεύων καὶ ἀκριβῶς πεπεισμένος, ὅτι τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀργῶς πρόεισιν, ἀλλ' εἰς ἔργον ἐκβαίνει πάντως τὸ λεγόμενον. Καὶ ἐν τούτῳ δὲ τὴν μὲν ἑαυτοῦ ἠρνεῖτο σωτηρίαν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ παρῃτεῖτο ζωήν, τὴν δὲ τοῦ Κυρίου σωτηρίαν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ χαρισθῆναι ηὔχετο, ὅπως καὶ αὐτὸς ἔχοι λέγειν· *Ζῶ* B *δὲ οὐκέτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός*. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ σωτηρία ἡμῶν· τοῦτο γοῦν αὐτὸ σημαίνει καὶ ἡ τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος ἑρμηνεία.

Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐντραπήτωσαν οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου. Τούτου γάρ, φησί, Κύριε, ὑπὸ σοῦ γενομένου, καὶ ἐπακούσαντός μου τῆς εὐχῆς, αἰσχυνθήσονται καὶ ἐντραπήσονται ὡς μάτην ἐπιχειρήσαντες· διὸ καὶ ἀπέτυχον τοῦ σπουδαζομένου. *Ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω καὶ καταισχυνθήτωσαν οἱ λογιζόμενοί μοι κακά*. Οὐκέτι γὰρ στήσονται πρὸ προσώπου μου· νῶτα δὲ δόντες παραχωρήσουσί μοι τὰ νικητήρια. Φεύγοντας δὲ αὐτοὺς καὶ εἰς τὰ ὀπίσω χωροῦντας διασκορπισμὸς λήψεται. *Γενηθήτωσαν* γὰρ *ὡσεὶ χοῦς κατὰ πρόσωπον ἀνέμου καὶ ἄγγελος* C *Κυρίου ἐκθλίβων αὐτούς*, μηδὲ συναχθῆναι, μηδὲ παλινδρομῆσαι συγχωρῶν, ὁ δ' αὐτὸς ἐπιμενέτω ἐκθλίβων αὐτούς, τουτέστι κολάζων. *Γενηθήτω ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκότος καὶ ὀλίσθημα, καὶ ἄγγελος Κυρίου καταδιώκων αὐτούς*. Ὁδὸν ἀσεβῶν τὸν μοχθηρὸν βίον ὀνομάζει, καθ' ὃν τὴν πορείαν ἐποιήσαντο.

Ὅτι δωρεὰν ἔκρυψάν μοι διαφθορὰν παγίδος αὐτῶν. Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν οὕτως· *Ὅτι ἀναιτίως κατέκρυψάν μοι διαφθορὰν δικτύων αὐτῶν*. Μηδὲν γὰρ ὑπ' ἐμοῦ προπεπονθότες δωρεὰν καὶ ἀναιτίως ἐπεβούλευόν μοι κρύπτοντες παγίδα, δι' ἧς ἐμοὶ διαφθορὰν κατεσκεύαζον. Εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ ἐδόκουν δι' ἀνθρώπων με πολεμεῖν, ἤτοι διὰ τοῦ Σαοὺλ, ἢ καὶ δι' ἑτέρων, ἀλλ' οὐκ ἠγνόουν ἐγὼ τῆς τοῦ Σαοὺλ ζηλοτυπίας τοὺς αἰτίους καὶ τῶν λοιπῶν ἐχθρῶν τοὺς D ὑποβολεῖς. Ἄλλοι γὰρ ἦσαν οἱ τὰς ἑαυτῶν παγίδας κρύπτοντες καὶ τὴν ψυχήν μου διαφθεῖραι πειρώμενοι, οἳ καὶ *μάτην ὠνείδισαν τὴν ψυχήν μου*· ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν· *Ἀναιτίως ὑπώρυξαν τὴν ψυχήν μου*. Πάντα γὰρ ἔπραττον, ἐκστῆσαι βουλόμενοι αὐτοῦ τὴν ψυχὴν τῆς ἐνυπαρχούσης αὐτῇ πραότητος καὶ ἀνεξικακίας, καὶ ὅπως, πληρωθεὶς θυμοῦ καὶ ὀργῆς, ἐπὶ τὴν ἄμυναν ἔλθοι, καὶ δράσῃ τι κακὸν τὸν Σαούλ. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν πολλῶν ἐχθρῶν· περὶ δὲ τοῦ ἐν αὐτοῖς κορυφαίου ἐπιλέγει· *Ἐλθέτω αὐτῷ παγὶς ἣν οὐ γινώσκει, καὶ ἡ θήρα ἣν ἔκρυψε συλλαβέτω αὐτόν, καὶ ἐν τῇ παγίδι πε-*

in Ezechiele multa de framea dicta sunt; nam, *Framea*, inquit, *framea suscitare, et comede sanguinem vulneratorum* [16]; ac rursum: *Terra cum peccaverit mihi, etiam immittam frameam contra illam* [17]; hæc autem omnia adversus malitiam hominum, utpote bonus, ad utilitatem eorum qui a framea illa occupantur, emittit: quoniam item a bellis servat et tuetur quasi medicus, corporis membra male affecta, ad totius incolumitatem resecans et adurens; ideo in sequentibus infert: *Dic animæ meæ: Salus tua ego sum*, credens scilicet ac persuasum plane habens, effatum illud Dei non frustra prolatum esse, sed opere ac re gesta comprobari. Atque ea quidem in re salutem quam ex se habet abnegabat, vitamque propriam repudiabat, ac Domini salutem animæ conferri suæ precabatur; ut ipse quoque dicere posset: *Vivo autem, jam non ego; vivit vero in me Christus* [18]. Ipse namque est salus nostra: idipsum porro vel ipsa nominis *Jesu* significatione indicatur.

VERS. 4-8. *Confundantur et revereantur quærentes animam meam.* His rebus, Domine, sic a te gestis, postquam deprecationem meam exaudieris, confundentur illi ac pudore afficientur, ut frustra rem aggressi: quamobrem a scopo lapsi sunt. *Avertantur retrorsum et erubescant cogitantes mihi mala.* Non ultra enim consistent ante faciem meam: sed terga dantes, cedent mihi victoriam. Ipsi vero fugientes ac retro cedentes dissipabuntur. *Fiant tanquam pulvis ante faciem venti, et angelus Domini coarctans eos*, ne ultra illos congregari aut reverti sinat, sed instet ipse coarctans, id est puniens illos. *Fiat via illorum tenebræ et lubricum, et angelus Domini persequens eos.* Viam impiorum vitam pravam nuncupat, qua illi via incedebant.

Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui. Pro quo Symmachus sic edidit, *Quoniam sine causa absconderunt mihi interitum retium suorum.* Nullo quippe a me affecti damno, gratis et sine causa abscondentes laqueum, insidiabantur mihi, quo mihi interitum pararent. Etiamsi enim videbantur, sive Saulis, sive aliorum hominum opera impugnare me; at non ignorabam ego qui Sauli invidiæ auctores, et qui reliquorum hostium occulti impulsores essent. Alii namque erant qui laqueos absconderent, et animam perdere meam molirentur, qui etiam *supervacue exprobraverunt animam meam:* pro quo Symmachus edidit, *sine causa suffoderunt animam meam.* Nihil quippe non agebant, ut animam ejus ab insita illa mansuetudine et injuriarum oblivione deturbarent, quo ira furoreque plenus ad vindictam se verteret, et Sauli quidpiam mali inferret. Hæc de multis inimicis dicta: de illorum autem principe hæc adjicit: *Veniat illi laqueus quem ignorat, et captio quam abscondit apprehendat eum, et in laqueum cadat in ip-*

[16] Ezech. XXI, 9. [17] Zach. XIII, 7. [18] Gal. II, 20.

(1) Quis non videt legendum esse πολεμῶν, Latineque reddendum: *etiam impugnans salvat?*

sum. Hæc quasi precando a Davide prolata, futurorum prænuntia erant, et quæ eventura erant prophetice declarabant. Similiterque superius prophetice dictum est: *Erubescant et confundantur*, id est, erubescent et confundentur; ac rursum: *Avertantur et confundantur, et fiant tanquam pulvis*, hoc est, avertentur et confundentur, et fient tanquam pulvis. Nam quæ inimicis eventura erant prænuntiabat. Erit qui arbitretur, de Saule hæc prolata esse, quia haud diu postea hoc ipsi mali contigit. At nos eorum quæ initio psalmi dicta sunt memores, hæc ipsa de quodam ex spiritualibus inimicis, qui in malitia valentior esset, nimirum de diabolo, id dictum accipiemus.

VERS. 9, 10. *Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi? Eripiens inopem de manu fortiorum eo, egenum et pauperem a diripientibus eum.* Ossa animæ sunt virtutes ejus intelligendi, uti superius dictum est. Ipsæ vero ejus præsentia illustratæ, dicent: *Domine, quis similis tibi?* Nisi enim tu egeno adfuisses, nisi ipsum auxilio dignatus esses tuo, quis, quæso, quantusque ille homo, qui solus tot tantisque inimicis conferri posset? A nuda et simplici rerum historia dicti sententiam percipies, si memoria repetas, quo pacto David dum fugeret, ad tantam inopiam redactus est, ut pane ac necessariis alimentis careret; ac necessitate coactus panes propositionis comedere auderet. Non enim deliciarum causa, non de justitia sua elatus, non despectu legum id aggressus est; sed ex magna ciborum penuria. Quamobrem Salvator ait: *Non legistis quid fecerit David, quando esuriit* [19]? Ipse quidem egenus erat cum paucis fugiens: qui vero insequebantur eum prævalidi, ipseque Saul erat rex totius gentis, ac principes, ejus comites: necnon alienigenarum militum duces Davide potentiores, quorum manus cum effugeret, non ignorabat quis sibi auxiliator esset. Et hæc quidem de historia dicta sint. Quod si occultos atque invisibiles animæ justi inimicos intelligas; sane animadvertes, nos in acie adversus inimicos istos, qui animam semper nostram deprædare tentant, nullo alio adjutore ac servatore egere nisi ipso Christo. Animum vero intendas num alius sit egenus a paupere, ac utrum re ipsa differant, aut solum cogitandi modo: quia fieri potest ut idem sit egenus et mendicans, quod a divitiis quas pridem habuerat exciderit; atque una pauper, quod labore victum sibi paret.

VERS. 11. *Surgentes testes iniqui quæ ignorabam interrogabant me.* Qui non justitiæ, sed iniquitatis testes sunt, surgentes atque se excitantes dolose quæ ignoro interrogant. Nihil quippe mali vir frugi novit, nemini scilicet improborum admiscetur. Testimonium autem illius est: *Qui servat præceptum, non noscet rem malam* [20]. Nam hic *non noscet*,

A *σεῖται ἐν αὐτῇ*. Ταῦτα δὲ ὥσπερ ἐν εὐχῇ τῷ Δαυῒδ εἰρημένα μελλόντων ἦν προαγορευτικὰ, καὶ συμβησομένων προφητικά. Οὕτω γοῦν καὶ ἀνωτέρω προφητικῶς ἐλέγετο· *Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐντραπήτωσαν*, ἀντὶ τοῦ, Αἰχυνθήσονται καὶ ἐντραπήσονται· καὶ πάλιν· *Ἀποστραφήτωσαν καὶ καταισχυνθήτωσαν, καὶ γενηθήτωσαν ὡς χοῦς*, ἀντὶ τοῦ· Ἀποστραφήσονται καὶ αἰσχυνθήσονται καὶ γενήσονται ὡς χοῦς. Τὰ γὰρ μέλλονται συμβήσεσθαι τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ προηγόρευεν. Καὶ ὁ μὲν γὰρ ἡγήσεται περὶ τοῦ Σαοὺλ εἰρῆσθαι τὴν προκειμένην ῥῆσιν· ἐπεὶ καὶ πέπονθεν οὐκ εἰς μακρὰν ταῦτα· ἡμεῖς δὲ, μεμνημένοι τῶν προλελεγμένων εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ ψαλμοῦ, καὶ ταῦτα εἰς ἕνα τινὰ τῶν νοητῶν ἐχθρῶν τὸν ὡς ἐν κακίᾳ δυνατώτερον, δηλαδὴ τὸν διάβολον, ἐκληψόμεθα.

B *Πάντα τὰ ὀστᾶ μου ἐροῦσι· Κύριε, τίς ὅμοιός σοι; Ῥυόμενος πτωχὸν ἐκ χειρὸς στερεωτέρων αὐτοῦ, καὶ πτωχὸν καὶ πένητα ἀπὸ τῶν διαρπαζόντων αὐτόν.* Ὀστᾶ ψυχῆς αἱ διανοητικαὶ αὐτῆς δυνάμεις ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται· φωτιζόμεναι δὲ αὗται ἐκ τῆς αὐτοῦ παρουσίας, φήσουσι· *Κύριε, τίς ὅμοιός σοι;* Εἰ μὴ γὰρ σὺ παρῆς τῷ πτωχῷ, καὶ κατηξίωσας αὐτὸν τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας, τίς ἂν καὶ πόσος μόνος αὐτὸς συγκρινόμενος τοῖς τοσούτοις καὶ τηλικούτοις αὐτοῦ ἐχθροῖς; Νοήσεις δὲ καὶ ἀπὸ ψιλῆς τῆς ἱστορίας τὸν λόγον, ἐν νῷ λαβὼν, ὡς φεύγων ὁ Δαυῒδ εἰς τοσαύτην ἤλαυνε πτωχείαν, ὥστε ἄρτων καὶ τῆς ἀναγκαίας τροφῆς δεηθῆναι, εἰς ἀνάγκην τε ἐλθεῖν τοῦ τολμῆσαι τῶν ἄρτων τῆς προθέσεως μεταλαβεῖν.
C Οὐ γὰρ τρυφῶν ἐπὶ τοῦτ' ἤρχετο, οὐδ' ἐπαιρόμενος δικαιοσύνῃ, οὐδ' ἄλλως καταφρονῶν τοῦ νόμου, ἀλλ' ἐκ πολλῆς ἀσιτίας. Διό φησιν ὁ Σωτήρ· *Οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαυῒδ, ὅτε ἐπείνασε;* Καὶ αὐτὸς μὲν ἦν πτωχὸς σὺν ὀλίγοις φεύγων· οἱ δ' ἐλαύνοντές αὐτὸν δυνατοί· βασιλεὺς γὰρ ἦν τοῦ παντὸς ἔθνους Σαοὺλ, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἄρχοντες· οἵ τε τῶν ἀλλοφύλων πολεμίων καθηγεμόνες στερεώτεροι ὄντες τοῦ Δαυῒδ, ὧν τὰς χεῖρας διαδιδράσκων, οὐκ ἠγνόει τὸν αὐτοῦ βοηθόν. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὴν ἱστορίαν· εἰ δὲ τοὺς ἀφανεῖς καὶ ἀοράτους ἐχθροὺς τῆς τοῦ δικαίου ψυχῆς νοήσειας, ὄψει, ὡς οὐδ' ἄλλου βοηθοῦ δεόμεθα καὶ Σωτῆρος ἢ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ἐν τῇ παρατάξει τῇ πρὸς τοὺς νοητοὺς πολεμίους, τοὺς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διαρπάζειν ἀεὶ πειρωμένους. Ἐπιστήσεις δὲ εἰ ἕτερός
D ἐστιν ὁ πτωχὸς παρὰ τὸν πένητα, καὶ πότερον τῇ ὑποστάσει, ἢ τῇ ἐπινοίᾳ τῷ ἐγχωρεῖν τὸν αὐτὸν καὶ πτωχὸν εἶναι πτωχεύσαντα τῷ ἀποπεπτωκέναι οὗ εἶχε πλούτου, καὶ πένητα τῷ μετὰ πόνον περιποιεῖν τὰ πρὸς τὸ διαζῆν.

Ἀναστάντες μάρτυρες ἄδικοι ἃ οὐκ ἐγίνωσκον ἠρώτων με. Οἱ μὴ δικαιοσύνης, ἀλλ' ἀδικίας μάρτυρες, διαναστάντες καὶ διεγείραντες αὐτοὺς, σοφιστικῶς ἐπερωτῶσιν ἃ οὐ γινώσκω. Οὐδὲν γὰρ τῶν φαύλων γινώσκει ὁ σπουδαῖος, τουτέστιν οὐδενὶ τῶν πονηρῶν ἀναχέκραται. Μαρτύριον δέ· *Ὁ φυλάσσων ἐντολὴν οὐ γνώσεται ῥῆμα πονηρόν.* Καὶ ἐνταῦθα

[19] Matth. XII, 3. [20] Eccle. VIII, 5.

γὰρ τὸ *οὐ γνώσεται*, οὐ πεποίηται οὐδὲ ἀνακέκραται κατὰ ῥῆμα πονηρόν· ψεῦδος γὰρ τὸ νομίζειν μὴ ἐπίστασθαι ῥῆμα πονηρὸν τὸν φυλάττοντα τὴν θείαν ἐντολήν. Διάκρισιν γὰρ ἔχων πονηροῦ καὶ ἀγαθοῦ, τἄλλα πάντα ἀποστραφεὶς ῥήματα, ἐπιτηρεῖν τὴν ἐντολὴν ἦλθεν. Ὃ οὖν λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Πεῖραν οὐκ ἔχοντα οὐδὲ γνῶσιν ἢ ἔννοιαν τῶν κακῶν, διερεθίζοντές με ἐπερώτων με περὶ αὐτῶν, ὥσπερ ἡ Αἰγυπτία τὸν Ἰωσήφ, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τὴν Σουσάνναν.

Ἀνταπεδίδοσάν μοι πονηρὰ ἀντὶ καλῶν καὶ ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ μου. Ἐμοῦ φιλοτιμουμένου τὰ πρὸς πάντας καθήκοντα ἀμέμπτως ἐπιτελεῖν βούλεσθαι, εἰ δυνατὸν μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύειν, αὐτοὶ ἀντὶ τούτων τῶν καλῶν πονηρὰ ἀνταπεδίδουν μοι, ἐχθροὶ καὶ δυσμενεῖς διὰ πάντων ἀναφαινόμενοι· τὸ ὅσον δὲ ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἐν καλοῖς εὐτεκνίαν τῆς ψυχῆς μου ἀναιρεῖν ἐπεχείρουν. Εἰ γοῦν, πεισθεὶς αὐτῶν ταῖς ἐρωτήσεσι τοιοῦτος ἐγεγόνειν οἷον ἤθελόν με ποιῆσαι, ἠτεκνώθη ἂν ἡ ψυχή μου, μηκέτι δεχομένη τὰς θείας τοῦ νυμφίου γονάς. Εἰ δὲ τέκνα λέγοιντο οἱ μαθηταὶ τοῦ διδάξαντος, καὶ ὄντως ἀτεκνοῦται ἡ ψυχὴ τοῦ διδασκάλου, σφάλμασι περιπεσοῦσα τῷ ἑαυτῆς σκανδάλῳ, ἀναιροῦσα τοὺς ἐξ αὐτῆς γενομένους διὰ μαθητείας. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ μου*, *Ἀνεστραμμένα κατὰ τῆς ψυχῆς μου*, ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν.

Ἐπειδὴ τὰ προκείμενα συνῆπται τοῖς ἐν τῷ τριακοστῷ τρίτῳ ψαλμῷ προλελεγμένοις· ἐκεῖνα δὲ τῆς ἱστορίας ἐμνημόνευε τῆς κατὰ τὸν Ἀβιμέλεχ, ἐφ' οὗ ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, κατὰ τὰ ἀποδεδομένα· τάχα που δύναται καὶ τὰ μετὰ χεῖρας ἐπ' ἐκεῖνα ἀναφέρεσθαι. Μαθὼν γὰρ ὁ Σαοὺλ παρὰ Δωὴκ, ὡς ἀφῖκται Δαυῒδ πρὸς Ἀβιμέλεχ, ἄρτους τε εἰληφὼς διασέσωσται, πάντας ἀνεῖλε τοὺς ἱερεῖς τοῦ Κυρίου, αὐτόν τε τὸν Ἀβιμέλεχ παγγενεί. Δύναται οὖν ταῦτα ὁ Δαυῒδ εἰς πρόσωπον τοῦ Σαοὺλ εἰρηκέναι, ὡς καὶ πάντα τὸν ψαλμὸν εἰς ἐκεῖνον ἀναφέρεσθαι τὸν καιρὸν, καθ' ὃν Δωὴκ ἐψευδομαρτύρησε τοῦ Ἀβιμέλεχ παρὰ τοῦ Σαούλ· καὶ τάχα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὰ πάθη τῶν ἱερέων ὑπογράφον, τὰ προκείμενα ἀνεφώνει λέγων· *Δίκασον, Κύριε, τοὺς ἀδικοῦντάς με*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὰ δὲ μονοτρόπως εἰρημένα περὶ ἑνός τινος ἐν τῷ, *Ἐλθέτω αὐτῷ παγὶς ἣν οὐ γινώσκει, καὶ ἡ θήρα ἣν ἔκρυψε συλλαβέτω αὐτὸν, καὶ ἐν τῇ παγίδι πεσεῖται ἐν αὐτῇ*, δύναται τῷ Δωὴκ ἐφαρμόζειν. Καὶ τὸ, *Ἀναστάντες μάρτυρες ἄδικοι, ἃ οὐκ ἐγίνωσκον ἠρώτων με· ἀνταπεδίδοσάν μοι πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ μου*, ἐκ προσώπου λεχθείη ἂν τοῦ Ἀβιμέλεχ. Καὶ ταῦτα δὲ εἰκὸς εἰρηκέναι τὸν Δαυῒδ· αὐτοῦ γὰρ ἐπιγέγραπται ὁ ψαλμὸς, ἀποστολικῇ διαθέσει λέξοντος ἄν· *Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι;* καὶ, *Παθόντος ἑνὸς μέλους, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη*. Καὶ ἄλλος δὲ παρὰ ταῦτα μάρτυρας μὲν ἀδίκους εἴποι ἄν τις πάντας τοὺς ἐνδιαβάλλοντας τὸν Δαυῒδ παρὰ τοῦ Σαούλ· τότε μὲν γὰρ οἱ Ζιφαῖοι

A id est, non perpetravit, neque pravo operi admistus est: hallucinatio quippe est arbitrari, eum qui divinum servat mandatum, malam non novisse rem. Nam discretionem boni et mali nactus, a cæteris aversus, ad præceptum servandum accedit. Hujusmodi igitur est quod hic effatur: Me nullum malæ rei experimentum aut notitiam sive cogitationem habentem concitantes, de iis interrogabant, quemadmodum Ægyptia Josephum, et senes Susannam.

VERS. 12. *Retribuebant mihi mala pro bonis et sterilitatem animæ meæ.* Cum hoc unum studerem, ut congruentia omnibus sine reprehensione peragerem si quidem possit cum omnibus hominibus pacate agi; pro iis illi bonis mala rependebant mihi, in omnibus sese inimicos atque infestos exhibentes:
B ac quantum in ipsis erat, animæ meæ in bonis fecunditatem de medio tollere curabant. Sane si eorum quæstionibus obtemperassem, talis profecto qualem ipsi volebant effectus essem, orbaque prole fuisset anima mea, divina sponsi semina non ulterius excipiens. Quod si discipuli doctoris sui filii esse dicantur; ea quoque ratione prole orbatur anima doctoris, ejusdem erratis in offendiculum abs se paratum delapsa, dum per doctrinam eos qui abs se nati sunt interimit. Pro illo autem, *sterilitatem animæ meæ*, *perversa contra animam meam*, vertit Symmachus.

Quoniam hæc quæ jam tractamus cum iis quæ in tricesimo tertio psalmo præmissa sunt connectuntur; illa vero de historia Abimelech mentionem
C fecere, apud quem, uti superius traditum est, immutavit vultum suum; fortasse possint hæc quæ in præsenti aguntur ad illa referri. Nam cum Saul a Doec edidicisset Davidem ad Abimelech accessisse, atque, acceptis panibus, salutem nactum esse [ne fame periret], omnes sacerdotes Domini ipsumque Abimelech cum genere suo internecioni dedit. Potuit ergo David hæc de persona Saulis dicere, ita ut totus psalmus ad id temporis referatur, quo Doec contra Abimelech apud Saulem falsum testimonium dixit: et fortasse Spiritus sanctus sacerdotum cladem describens hæc dixerit: *Judica, Domine, nocentes me*, et cætera. Quæ porro de uno solo dicuntur, ut illud est: *Veniat illi laqueus quem igno-
D rat, et captio quam abscondit apprehendat eum, et in laqueum cadat in ipsum*, Doec ascribi possunt. Illud autem, *Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me: retribuebant mihi mala pro bonis, et sterilitatem animæ meæ*, ex Abimelechi persona pronuntiata fuerint: quæ par est dixisse Davidem, psalmus quippe ejus esse inscribitur: is apostolico more sic effatus credatur: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror* [21]? Et: *Si quid patiatur unum membrum, compatiuntur omnia membra* [22]. Et forsitan alius præterea dicat, iniquos testes esse quotquot Davidem apud Saulem calumniati sunt; modo quippe Ziphæi

[21] II Cor. xi, 29. [22] I Cor. xii, 26.

accedentes dicebant: *Ecce David absconditus est apud nos* [23]: et alio tempore alii, gratiam, ut videtur, apud regem inituri, multa falsa testimonia dicebant, et quæ ipse neque noverat neque cogitarat ipsi ascribebant. Illud autem, *retribuebant mihi mala pro bonis*, ad ipsum quoque Davidem referri potest. Nam multis a Davide bonis affectus Saul, contrariam ipsi vicem rependebat, dum graviora contra animam ejus machinaretur, et sterilitatem animæ ejus inferret. Tunc porro sterilitas animæ adest, dum semina quæ in aliorum utilitatem spargit, aut quæ per doctrinam emittit, fructum non ferunt. Sic ergo cum David multa Sauli bona gigneret, sterilitatem ipsi Saul inferebat, non dignos emittens sparsorum seminum fructus.

VERS. 13. *Ego autem, cum mihi molesti essent, induebar cilicio. Et humiliabam in jejunio animam meam, et oratio mea in sinu meo convertetur.* Ad ea quæ prius tradita sunt, perpende, quæso, num hæc personæ Salvatoris nostri convenire queant, prophetice que de ipso prænuntiata fuerint. Vide igitur num eo pacto sententia, nullo obice, plana evadat. Salvator enim noster Patri suo initium psalmi secundum humanitatem dixerit, usque ad illud, *et conclude adversus eos qui persequuntur me:* in vicesimo primo item psalmo, qui perspicue ab ipso profertur, dictum est: *In adjutorium meum intende;* imo et in Evangeliis orationi vacasse narratur. Et sane quæ hic scripta sunt, post patratum a Judæis in eum facinus opere ipse complevit. Framea quippe militaris, bellumque Romanorum non diu postea, nec sine Dei judicio, institit. Nam Deus ipse erat, qui per hostilem exercitum ipsos impugnabat. Id per parabolam Salvator ipse declarat iis qui vocationem ad nuptias respuerant, nuntiosque interfecerant; dum ait, regem misisse exercitus suos et civitatem eorum succendisse [24]. Sic itaque ea quæ jam tractamus impleta sunt. Quia enim illi cum Filio Dei inique egerunt, damnati sunt, ultioque sanguinis ejus sumpta est. Et quia sese Christi inimicos præbuerunt, a Deo ipso debellati sunt, cum telis, clypeo et framea, irruente. Non occulte enim ipsos divina ultio, sed per hominum exercitus adorta est. Mirari sane subit, quo pacto dictum fuerit: *Effunde frameam.* Non enim, ut olim, ex parte solum bello incessebantur, sed hostilis framea contra illos effusa est; quapropter dictum est: *Pervenit autem ad illos ira in finem* [25]; et alibi: *Effunde super eos iram tuam* [26]. Quis porro Historias Flavii Josephi percurrens, earumque narratu comperiens, qua ratione obsidione conclusi, fame et seditionibus interibant, non præsens dictum admiretur: *Et conclude adversus eos qui persequuntur me?* Quæ vero postea subsequuntur, solum Servatorem Patri suo secundum humanitatem dicere convenit: *Dic animæ meæ: Salus tua ego sum*, et cætera usque ad illud: *Et angelus Domini coarctans*

A ἔλεγον ἐλθόντες· *Ἰδοὺ Δαυῒδ κέκρυπται παρ' ἡμῖν*, καὶ ἄλλοτε ἄλλους εἰκὸς, κεχαρισμένα τῷ βασιλεῖ πράττοντας, πολλὰ κατ' αὐτοῦ ψευδομαρτυρεῖν, καὶ ἃ μὴ ἐγίνωσκεν μηδὲ διενοεῖτο, ταῦτα κατ' αὐτοῦ λέγειν. Τὸ δ', *Ἀνταπεδίδοσάν μοι πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν*, δύναται εἰς αὐτὸν ἀναφέρεσθαι. Ἐπειδὴ πολλάκις εὖ παθὼν ὑπὸ τοῦ Δαυῒδ ὁ Σαοὺλ, τοῖς ἐναντίοις αὐτὸν ἠμείβετο, δεινὰ κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ μηχανώμενος, καὶ ἀτεκνίαν ἐμποιῶν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ. Ἀτεκνία δὲ ψυχῆς ἐστιν, ὅταν τὰ ἑαυτῆς σπέρματα, ἃ καταβάλλεται δι' εὐποιιῶν εἰς ἑτέρους, ἢ καὶ διὰ διδασκαλίας μὴ φέρει καρπόν. Οὕτω γοῦν, πολλὰ γεννῶντος ἀγαθὰ τοῦ Δαυῒδ εἰς τὸν Σαοὺλ, ἀτεκνίαν αὐτῷ ὁ Σαοὺλ εἰργάζετο, μὴ ἀξίους προφέρων καρποὺς τῶν εἰς αὐτὸν ἐσπαρμένων.

B *Ἐγὼ δὲ, ἐν τῷ αὐτοὺς παρενοχλεῖν μοι, ἐνεδυόμην σάκκον, καὶ ἐταπείνουν ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου, καὶ ἡ προσευχή μου εἰς κόλπον μου ἀποστραφήσεται.* Πρὸς τοῖς ἀποδοθεῖσιν ἐπίσκεψαι, μήποτε τὰ προκείμενα ἐφαρμόζειν δύναται τῷ προσώπῳ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, προφητικῶς ἐξ αὐτοῦ τεθεσπισμένα. Ὅρα δ' οὖν εἰ μὴ καὶ οὕτως ἐξομαλίζεται ἡ διάνοια κατ' οὐδένα τρόπον ἐμποδιζομένη. Ἔστω γὰρ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν λέγων κατὰ τὸ ἀνθρώπινον πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα τὴν ἀρχὴν τοῦ ψαλμοῦ ἕως, *Καὶ σύγκλεισον ἐξ ἐναντίας τῶν διωκόντων με*· καὶ ἐν εἰκοστῷ δὲ καὶ πρώτῳ ψαλμῷ, σαφῶς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένῳ, εἴρηται· *Εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες*· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τῇ προσευχῇ σχολάζων ἱστορεῖται. Ναὶ μὴν καὶ δι' ἔργων ἐπλήρου τὰ ἀνα-
C γεγραμμένα μετὰ τὴν κατ' αὐτοῦ τῶν Ἰουδαίων τόλμαν. Ῥομφαία γὰρ στρατιωτικὴ καὶ πόλεμος Ῥωμαϊκὸς οὐκ εἰς μακρὰν μετῆλθεν αὐτοὺς, οὐκ ἄνευ τῆς τοῦ Θεοῦ κρίσεως. Θεὸς γὰρ ἦν ὁ πολεμῶν αὐτοὺς διὰ τοῦ τῶν πολεμίων στρατοῦ. Τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ διὰ παραβολῆς παρίστησι τοῖς παρῃτημένοις τὴν κλῆσιν τοῦ γάμου, καὶ τοὺς κλήτορας φονεύσασι· πέμψαι φήσας τὸν βασιλέα τὰ στρατιωτικὰ αὐτοῦ καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἐμπρῆσαι. Οὕτω τοίνυν καὶ τὰ μετὰ χεῖρας ἐπληροῦτο. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὶ ἠδίκουν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἐδικάσθησαν, ἐκδικουμένου τοῦ αἵματος αὐτοῦ. Καὶ ἐπειδὴ πολεμίους αὐτοὺς κατέστησαν τοῦ Χριστοῦ, ἐπολεμήθησαν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μετελθόντος ὅπλῳ καὶ θυρεῷ καὶ ῥομφαίᾳ. Οὐ γὰρ ἀφανῶς αὐτοὺς ἡ θεία μετῄει δίκη, ἀλλὰ διὰ τῶν ἐν
D ἀνθρώποις πολεμίων. Θαυμάσαι δ' ἔστιν ὅπως εἴρηται τό· *Ἔκχεον ῥομφαίαν*· οὐκέτι γὰρ κατὰ τὸ παλαιὸν μερικῶς αὐτοὺς ὁ πόλεμος μετῄει· ἀλλ' ἐξεχύθη κατ' αὐτῶν πολεμικὴ ῥομφαία· διὸ λέλεκται· *Ἔφθασε δ' ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος*· καὶ ἀλλαχοῦ· *Ἔκχεον ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὀργήν σου.* Τίς δὲ, διελθὼν τὰς Φλαυΐου Ἰωσήππου Ἱστορίας, μαθών τε ἐξ αὐτῶν ὅπως, ἐν συγκλεισμῷ ἀποληφθέντες, λιμῷ καὶ στάσει διεφθάρησαν, οὐ θαυμάσει τὴν ἐνταῦθα λέγουσαν φωνήν· *Καὶ σύγκλεισον ἐξ ἐναντίας τῶν καταδιωκόντων με;* Ἑξῆς δὲ τούτοις μόνῳ τῷ Σωτῆρι πρέπει ἂν λέγειν τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ κατὰ τὸ

[23] I Reg. XXIII, 19. [24] Matth. XXII, 7. [25] I Thess. II, 16. [26] Psal. LXVIII, 25.

ἀνθρώπινον· Εἶπον τῇ ψυχῇ μου· Σωτηρία σου εἰμὶ ἐγώ, καὶ τὰ ἑξῆς, ἕως τοῦ, *Καὶ ἄγγελος Κυρίου ἐκθλίβων αὐτούς*. Καὶ ταῦτα δὲ ἐπληροῦτο, ὅτε τῆς μὲν ἑαυτῶν μητροπόλεως ἠλαύνοντο, διεσκορπίζοντο δὲ εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Εἶτα λέλεκται· *Γενηθήτω ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκότος καὶ ὀλίσθημα*. Ὁδὸς δὲ αὐτῶν ἣν ὥδευον πάλαι ἡ σωματικὴ ἐτύγχανε λατρεία, ἥτις αὐτοῖς γέγονε σκότος καὶ ὀλίσθημα· ἀλλὰ καί, *Ἄγγελος Κυρίου καταδιώκων αὐτούς*. Ταῦτα μὲν οὖν τἀπίχειρα ὧν κατ' αὐτοῦ τετολμήκασιν. Ἀκούσῃ δὲ τῶν εἰρημένων, οὐχ ὡς τοῦ Σωτῆρος κατευχομένου τῶν ἑαυτοῦ ἐχθρῶν τοῦ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς παρηγγελκότος, *Προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων καὶ ἀδικούντων αὐτούς*· ἀλλὰ γὰρ τούτων ἄκουε ὡς προφητικῶς εἰρημένων, καὶ τὰ μέλλοντα αὐτοῖς συμβήσεσθαι προαναφωνούντων. Ταῦτα δὲ αὐτοῖς ἔσεσθαι θεσπίζει διὰ ποίαν αἰτίαν, ἑξῆς διδάσκει λέγων· *Ὅτι δωρεὰν ἔκρυψάν μοι διαφθορὰν παγίδος αὐτῶν, μάτην ὠνείδισαν τὴν ψυχήν μου.*

Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ πλήθους τῶν κατ' αὐτοῦ συνελθόντων· τὰ δὲ ἑξῆς οὐκέτι περὶ πολλῶν, περὶ δ' ἑνὸς λελεγμένα, δύναται προσαγορεύεσθαι περὶ τοῦ Ἰούδα, ὅς, κρύπτων τὴν κατ' αὐτοῦ συσκευήν, φιλίαν τε καθυποκρινόμενος, φιλήματι παρεδίδου τὸν Διδάσκαλον. Διὸ περὶ αὐτοῦ λέγοι ἂν τό, *Ἐλθέτω αὐτῷ παγὶς ἣν οὐ γινώσκει, καὶ ἡ θήρα ἣν ἔκρυψε συλλαβέτω αὐτόν, καὶ ἐν τῇ παγίδι πεσεῖται ἐν αὐτῇ*. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτων.

Εὖ δὲ εἰδὼς εἰς οἷον ἀγαθὸν τέλος ἡ κατ' αὐτοῦ παραστήσεται ἐπιβουλή, καὶ τοῦτο παρίστησι λέγων· *Ἡ δὲ ψυχή μου ἀγαλλιάσεται ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, τερφθήσεται τῷ σωτηρίῳ αὐτοῦ. Πάντα τὰ ὀστᾶ μου ἐροῦσι· Κύριε, τίς ὅμοιός σοι; ῥυόμενος πτωχὸν ἀπὸ τῶν διαρπαζόντων αὐτόν*. Ἐν μὲν οὖν τῷ κα' ψαλμῷ, σαφῶς ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος λελεγμένῳ, εἴρητο· *Ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθην, καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου*· τοῦ λόγου σημαίνοντος τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ τὸν διασκορπισμὸν καὶ τὴν φυγήν, ἣν ὑπέμειναν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ, ὅτε ἐπληροῦτο τό· *Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης*. Ὀστᾶ γὰρ ἦσαν τοῦ σώματος αὐτοῦ οἱ πρῶτοι αὐτοῦ μαθηταί, οἳ τότε μὲν διεσκορπίσθησαν σκανδαλισθέντες ἐπ' αὐτῷ, ὥσπερ οὖν καὶ αὐτὸς ἐδήλου λέγων· *Πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ*. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν, θεασάμενοι αὐτόν, ἐπληρώθησαν χαρᾶς καὶ ἀγαλλιάσεως. Καὶ ἐν τοῖς μετὰ χεῖρας δὲ περὶ τῶν αὐτῶν λέλεκται· *Πάντα τὰ ὀστᾶ μου ἐροῦσι· Κύριε, τίς ὅμοιός σοι;* Σφόδρα δὲ κατάλληλα τῷ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προσώπῳ καὶ τὰ τούτοις συνημμένα τυγχάνει, δι' ὧν εἴρηται· *Ἀναστάντες μάρτυρες ἄδικοι ἃ οὐκ ἐγίνωσκον ἠρώτων με. Ἀνταπεδίδοσάν μοι πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ μου.* Τούτοις ὅμοια καὶ ἐν ρη' ψαλμῷ εὑρήσεις ἐν οἷς εἴρηται· *Καὶ ἐπολέμησάν με δωρεάν· ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾷν με ἐνδιέβαλλόν με· καὶ ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπή-*

A *eos*. Hæc porro tum implebantur, cum a metropoli sua pulsi, in omnes gentes dispergebantur. Deinde dictum est : *Fiant viæ illorum tenebræ et lubricum*. Via qua incedebant erat corporalis ille cultus, qui ipsis tenebræ et lubricum fuit; imo etiam, *Angelus Domini persequens eos*. Hæc suorum adversus Christum facinorum præmia fuere. Cæterum quæ dicta sunt non ita accipias velim, quasi Salvator de inimicorum pernicie glorietur, qui discipulis suis præcepit, *Orate pro iis qui molestiam et injuriam vobis inferunt* [27] : sed hæc ut prophetice dicta et futurorum eorum calamitatum prænuntia intelligenda sunt. Quæ causa porro fuerit cur ea vaticinetur, deinceps aperit his verbis : *Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui, supervacue exprobraverunt animam meam.*

B

Et hæc quidem de multitudine contra eum collecta; quæ sequuntur autem, non de multis, sed de uno solum dicta, de Juda congruenter prolata intelligantur, qui conspirationem adversus illum conflatam occultans amicitiamque simulans, osculo Magistrum tradidit. Quare de illo dixerit : *Veniat illi laqueus quem ignorat, et captio quam abscondit apprehendat eum, et in laqueum cadat in ipsum.* Hæc quidem his de rebus dicta fuerint.

Cum probe nosset, quam bonus insidiarum sibi paratarum exitus futurus esset, id quoque declarat his verbis : *Anima autem mea exsultabit in Domino, delectabitur super salutari suo. Omnia ossa mea dicent : Domine, quis similis tibi? Eripiens*

C *egenum a diripientibus illum*. In psalmo XXI, qui aperte ex persona Salvatoris pronuntiatus est, sic habetur : *Sicut aqua effusus sum, et dispersa sunt omnia ossa mea* [28]. Hisque significat apostolorum ejus dispersionem, et fugam quæ tempore passionis ejus accidit, quando impletum fuit illud : *Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis* [29]. Nam primi ejus discipuli, ossa corporis ipsius erant, qui tunc dispersi sunt scandalum passi in ipso; quemadmodum ipse declaravit hoc modo : *Omnes vos scandalum patiemini in me ista nocte* [30]. Post resurrectionem vero, ubi ipsum conspexerunt, repleti sunt gaudio et exsultatione. In his item quæ jam agitantur de illis dictum est : *Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi?* Quæ iis porro subjiciuntur,

D personæ Salvatoris nostri admodum congruentia sunt, quæ sic habent : *Surgentes testes iniqui quæ ignorabam interrogabant me. Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ.* His affinia sunt quæ in psalmo CVIII habentur his verbis : *Et expugnaverunt me gratis. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi. Et posuerunt adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea* [31]. Sterilitatem vero parabant ipsi qui nihil non agebat ut congregaret illos ac sibi regeneraret; quod ipse sic-

[27] Luc. VI, 28. [28] Psal. XXI, 15. [29] Zach. XIII, 7. [30] Matth. XXVI, 31. [31] Psal. CVIII, 5.

indicavit : *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluistis* [32]. Sic itaque retribuerunt ipsi mala pro bonis, et sterilitatem animæ ejus.

A σεώς μου. Ἀτεκνίαν δὲ αὐτῷ εἰργάσαντο πάντα πράττοντι ἐπὶ τὸ συναγαγεῖν αὐτοὺς καὶ ἀναγεννῆσαι ἑαυτῷ· ὃ δὴ καὶ ἐδήλου λέγων· *Ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου ὃν τρόπον ὀρνὶς ἐπισυνάγει τὰ νοσσία ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε;* Οὕτω γοῦν ἀνταπεδίδοσαν αὐτῷ πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ.

Hæc ibidem vaticinatus, in sequentibus suam mansuetudinem et tolerantiam declarat, dicens : *Ego autem dum mihi molesti essent induebar cilicio.* Pro illo autem, *dum mihi molesti essent*, mire admodum Aquila dicit : *Ego autem in infirmitate eorum, indumentum meum cilicium;* Symmachus vero : *In infirmitatibus eorum indumentum meum cilicium;* Theodotio et quinta editio : *Ego autem cum illi molestia afficerent.* Mala quippe et infirmitates eorum miseratus Dominus, eorum causa in luctus et lamentationis signum cilicio induebatur : imo etiam humiliabat in jejunio animam suam. Quare ita docebat : *Tristis est anima mea usque ad mortem* [33]; et : *Nunc anima mea turbata est* [34]. Hæc enim vi mansuetudinis suæ tolerabat, veluti pater de filiorum pernicie vehementer dolens atque mœrens. Quamobrem in prophetis de illo dicitur : *Homo in plaga constitutus, et sciens ferre infirmitatem* [35]; et rursum : *Ipse peccata nostra portat, et pro nobis dolet* [36]; et iterum : *Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, et vibice ejus nos sanati sumus* [37]. Ideo in infirmitatibus eorum, cum illi molestia afficerentur, prospiciens Salvator mortem ipsos occupaturam, atque extremam eorum perniciem, eorum causa induebatur cilicio, et humiliabat in jejunio animam suam. Illi vero ita se gerebant, ut oratio Domini pro ipsis oblata, non ad aures usque Patris adveniret; sed quasi repulsa ab impietatis eorum magnitudine, retraheretur et ad ipsum rediret : quare dicebat, *et oratio mea in sinu meo convertetur.* Nam si ii salutem nacturi, et ab impietatibus reversuri fuissent, oratio Servatoris recto cursu ac nullo obice ad aures usque Patris adventura erat. Et hæc a me postquam singulas sententias exploravi, ubi necesse fuit, excogitata sunto.

Ἀλλὰ γὰρ ἐν τούτοις ταῦτα θεσπίσας, διὰ τῶν ἑξῆς τὸ αὐτοῦ φιλάνθρωπον καὶ ἀνεξίκακον παρίστησι λέγων· *Ἐγὼ δ' ἐν τῷ αὐτοὺς παρενοχλεῖν μοι, ἐνεδυόμην σάκκῳ.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ἐν τῷ αὐτοὺς παρενοχλεῖν μοι*, σφόδρα θαυμαστῶς ὁ μὲν Ἀκύλας φησί· *Καὶ ἐγὼ ἐν ἀῤῥωστίᾳ αὐτῶν ἔνδυσίς μου σάκκος*· ὁ δὲ Σύμμαχος· *Ἐμοῦ ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις αὐτῶν τὸ ἔνδυμα σάκκος*· καὶ ὁ Θεοδοτίων δὲ καὶ B ἡ πέμπτη ἔκδοσις· *Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ παρενοχλεῖσθαι αὐτοὺς*, εἰρήκασιν. Ἐπεὶ γὰρ τοῖς ἐκείνων κακοῖς καὶ ταῖς ἀῤῥωστίαις τῆς αὐτῶν ψυχῆς συμπάσχων ὁ Σωτὴρ πένθους καὶ ὀδυρμῶν σύμβολα ποιεῖ, σάκκον περιβαλλόμενος ὑπὲρ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ ἐταπείνου ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Διὸ καὶ ἐδίδασκε λέγων· *Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου*· καὶ, *Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται.* Ταῦτα γὰρ ὑπερβολῇ φιλανθρωπίας ὑπέμεινεν ὑπερπάσχων καὶ ὑπεραλγῶν, οἷα πατὴρ ἐφ' υἱοὺς ἀπολλυμένους. Διὸ ἔλεγεν ἐν προφήταις περὶ αὐτοῦ· *Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν*· καὶ πάλιν· *Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται*· καὶ αὖθις· *Αὐτὸς δ' ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς* C *ἰάθημεν.* Διὸ καὶ ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις αὐτῶν καὶ ἐν τῷ παρενοχλεῖσθαι αὐτοὺς, ἐκείνους θεωρῶν ὁ Σωτὴρ τὸν καταληψόμενον αὐτοὺς ὄλεθρον, καὶ τὴν ἐσχάτην ἀπώλειαν, ὑπὲρ αὐτῶν ἐνεδύετο σάκκον, καὶ ἐταπείνου ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Οἱ δὲ τοιαῦτα ἔπραττον, ὡς τὴν εὐχὴν αὐτοῦ τὴν ὑπὲρ αὐτῶν μὴ παραπέμπεσθαι εἰς τὰ ὦτα τοῦ Πατρός· ἀλλ' ὥσπερ ἀντικρουομένην ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῆς αὐτῶν δυσσεβείας, καθέλκεσθαι καὶ ἐπαναστρέφειν πρὸς αὐτόν· διὸ ἔλεγε· *Καὶ ἡ προσευχή μου εἰς κόλπον μου ἀποστραφήσεται.* Εἰ γὰρ σώζεσθαι ἔμελλον καὶ μεταβάλλειν τῶν ἀσεβημάτων, εὐθυδρομοῦσα ἡ προσευχὴ τοῦ Σωτῆρος, ἀκωλύτως καὶ ἀπαραποδίστως ἐπὶ τὰ ὦτα τὰ πατρικὰ παρῄει. Καὶ ταῦτα δέ μοι πᾶσαν ψηλαφῶντι διάνοιαν, εἰς τοὺς τόπους ἀναγκαίως τεθεωρήσθω.

VERS. 15, 16. *Et adversum me lætati sunt et convenerunt; congregata sunt super me flagella, et ignoravi. Dissipati sunt nec compuncti.* Hæc, uti jam diximus, duplici modo accipienda. Vel enim David, persequente Saule, hæc de se narrabat; aut prophetice a Spiritu sancto de Salvatore dicta sunt. Loco autem illius, *adversum me lætati sunt*, Aquila serviens Hebraicæ litteræ ait, *in claudicatione mea lætati et collecti sunt;* Symmachus vero, *claudicante me lætati et collecti sunt;* quinta autem editio, *et in infirmitate mea lætati sunt.* Queis significari existimo passionis tempus, in quo secundum Apostolum *crucifixus est ex infirmitate, sed vivit*

D *Καὶ κατ' ἐμοῦ ηὐφράνθησαν, καὶ συνήχθησαν· συνήχθησαν ἐπ' ἐμὲ μάστιγες, καὶ οὐκ ἔγνων. Διεσχίσθησαν, καὶ οὐ κατενύγησαν.* Ταῦτα ἐκληπτέον διχῶς, ὡς καὶ ἤδη ἔφαμεν. Ἢ γὰρ ὁ Δαυῒδ ταῦτα περὶ ἑαυτοῦ διεξῄει ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενος· ἢ περὶ τοῦ Σωτῆρος προφητικῶς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λέγεται. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Κατ' ἐμοῦ ηὐφράνθησαν*, ὁ Ἀκύλας δουλεύων τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει φησί· *Καὶ ἐν σκασμῷ μου ηὐφράνθησαν, καὶ συνελέγησαν*· ὁ δὲ Σύμμαχος· *Σκάζοντος δέ μου ηὐφραίνοντο καὶ ἠθροίζοντο*· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις· *Καὶ ἐν τῇ ἀσθενείᾳ μου ηὐφράνθησαν.* Δι' ὧν ἡγοῦμαι δηλοῦσθαι τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, ἐν ᾧ κατὰ

[32] Matth. XXIII, 37. [33] Matth. XXVI, 38. [34] Joan. XII, 27. [35] Isa. LIII, 3. [36] ibid. 4. [37] ibid 5.

A τὸν Ἀπόστολον, *ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ*. Ὑπέμεινε δὲ καὶ σκασμὸν δι' ἡμᾶς, ἑκὼν ὑπομείνας τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀσθένειαν. Αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν ἀσθενῆ πεποίηκεν, οὐ νικηθεὶς ὑφ' ἑτέρου, ἀλλ' ὑπερβαλλούσῃ δυνάμει κενώσας ἑαυτὸν καὶ μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐπικρύψας τε καὶ ταπεινώσας ἑαυτὸν καὶ ἀσθενῆ ποιήσας μέχρι θανάτου. Ἐν τοίνυν τῷ σκασμῷ καὶ ἀσθενείᾳ συνήχθησαν· ἀλλὰ καὶ μάστιγας αὐτῷ ἐπιτεθείκασι· ὃ δὴ καὶ ἐν ἑτέρῳ ἐδήλου προφήτῃ φάσκοντι ἐξ αὐτοῦ προσώπου· *Τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα. Τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων.* Ἐπληροῦτο δὲ ταῦτα κατὰ τὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ καιρόν. Ὁ δὲ Σύμμαχός φησι· *Καὶ ἀποῤῥήσσοντες οὐκ ἠρέμουν.* B Οὐκ ἔγνων δὲ, φησὶ, τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἐμάστιζον· οὐ γὰρ εἶχόν τινα εὔλογον πρόφασιν ὧν ἐπετίθεσάν μοι πληγῶν. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ἐπείρασάν με μυκτηρισμῷ*, ὁ Σύμμαχός φησιν· *Ἐν ὑποκρίσει φθέγμασι πεπλασμένοις, ἔπριον κατ' ἐμοῦ ὀδόντας αὐτῶν.* Πολλὰ δ' ἂν εὕροις ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τούτων παραστατικά· καὶ ὡς προσῄεσαν πειράζοντες αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι, ἄλλοτε δὲ ἐμυκτήριζον, καὶ ὡς ἔβρυχον κατ' αὐτοῦ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν διαπριόμενοι ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν μαθητευομένων αὐτῷ.

Κύριε, πότε ἐπόψῃ; ἀποκατάστησον τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῆς κακουργίας αὐτῶν, ἀπὸ λεόντων τὴν μονογενῆ μου. Ἀντὶ τοῦ· *Πότε ἐπόψῃ;* συμφώνως οἱ λοιποὶ πάντες ἑρμηνευταὶ, *Κύριε, πόσα ὄψῃ;* εἰρήκασιν. Ἀποθαυμάζει ὁ Σωτὴρ τοῦ Πατρὸς C τὴν μακροθυμίαν, καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀνοχήν. Διό φησι· *Πόσα ὄψῃ;* Εἶτα παρακαλεῖ λέγων· *Ἀποκατάστησον τὴν ψυχήν μου.* Ὅμοιον δ' ἂν εἴη τοῦτο τῷ· *Πάτερ, δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί.* Ἑξῆς παρακαλεῖ ῥυσθῆναι τὴν μονογενῆ αὐτοῦ ἀπὸ λεόντων. Συγγενὴς δὲ ὢν τῷ μετὰ χεῖρας ψαλμῷ καὶ ὁ κα', κατὰ τὰ ἤδη πρότερον ἀποδεδειγμένα, τὰ ὅμοια τούτοις περιέχων, φάσκων· *Σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου.* Κἀκεῖ γὰρ *μονογενοῦς* ἐμνημόνευσε καὶ κυνὸς καὶ λέοντος· οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ μονοκερώτων, λέγων· *Καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου*· δι' ὧν σημαίνειν αὐτὸν ἡγοῦμαι τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις, τὰς κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους τῇ D μονογενεῖ αὐτοῦ ψυχῇ ἐπιβεβουλευκυίας. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *τὴν μονογενῆ μου*· ὁ μὲν Ἀκύλας, *τὴν μοναχήν μου*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *τὴν μονότητά μου*, ἡρμήνευσεν (1). Εἰ δὲ ὁ Δαυῒδ ταῦτα λέγει, οὐδὲ χαλεπὸν καὶ εἰς αὐτὸν τὰ τῆς διανοίας ἐφαρμόσαι.

Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἐκκλησίᾳ πολλῇ. Καὶ ὁ κα' ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λελεγμένος, μετὰ τὰς προφητείας τὰς περὶ τοῦ πάθους αὐτοῦ, τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ ἐμέμνητο δι' ὧν ἔφη· *Ἐν μέσῳ*

ex virtute Dei[38]. Sustinuit item propter nos claudicationem, cum nostri causa infirmitatem lubens passus est. Ipse enim sese infirmum effecit, non ab alio victus, sed eximia virtute sua exinanivit semetipsum, formam servi accepit et infirmus factus est usque ad mortem. In claudicatione igitur et infirmitate congregati sunt: sed flagellis quoque ipsum oneraverunt. Quod etiam in alio propheta ex persona ejus significatur: *Dorsum meum dedi ad flagella, et malas meas ad alapas. Faciem autem meam non averti a probro sputorum*[39]. Hæc porro implebantur passionis ejus tempore. Symmachus autem ait, *et abrumpentes non quiescebant.* Non noverant enim, inquit, qua de causa flagellarent: nulla quippe suberat mei plagis afficiendi legitima causa. Pro illo autem, *tentaverunt me subsannatione*, Symmachus ait, *in simulatione verbis confictis serrabant contra me dentes suos.* Multa sane in Evangeliis repereris, queis hæc explicentur: quomodo scilicet accesserint Pharisæi tentantes illum; alias subsannabant, et dentibus stridebant in eum, quasi serra secantes propter discipulorum ejus multitudinem.

VERS. 17. *Domine, quando respicies? restitue animam meam a malignitate eorum, a leonibus unicam meam.* Pro illo, *quando respicies*, reliqui omnes interpretes concorditer, *Domine, quanta respicies?* dixerunt. Miratur Servator Patris tolerantiam, et eximiam patientiam. Quamobrem ait: *Quanta respicies?* Exinde rogat his verbis: *Restitue animam meam:* quod sane simile huic dicto fuerit: *Pater, glorifica me gloria quam habui priusquam mundus esset apud te*[40]. Postulat sub hæc liberari unigenitam suam a leonibus. Cum affinis huic sit psalmus XXI, uti superius declaratum est, ut qui similia complectatur, ait: *Salva me ex ore leonis, et de manu canis unigenitam meam*[41]. Illic enim, *unigenitam*, canem et leonem memoravit; neque hæc solum, sed etiam unicornes, dicens, *et a cornibus unicornium humilitatem meam*[42]: quibus indicare ipsum arbitror adversarias potestates, quæ tempore passionis unigenitæ animæ suæ insidias pararunt. Loco autem illius, *unigenitam meam*, Aquila, *solitariam meam*; Symmachus vero, *solitudinem meam*, interpretatus est. Quod si David hæc dicat, nihil incongruum ipsi sententiam aptare.

VERS. 18. *Confitebor tibi in ecclesia magna.* Psalmus quoque XXI, ex persona Salvatoris dictus post allatas de passione ejus prophetias, Ecclesiæ ipsius meminit his verbis: *In medio Ecclesiæ laudabo te*[43].

[38] II Cor. XIII, 4. [39] Isa. L, 6. [40] Joan. XVII, 5. [41] Psal. XXI, 21, 22. [42] ibid. 22. [43] ibid. 22.

(1) In Hebræo יחידתי Hieronymus vertit *solitariam meam*, cum Aquila. Vulgata versio, *unicam meam*, plus ad veritatem Hebraicam accedit.

Hæc autem ibidem dixit post illud: *Erue a framea animam meam, et de manu canis unigenitam meam. Salva me ex ore leonis et a cornibus unicornium humilitatem meam.* His igitur additum illud est: *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te.* In præsenti similiter psalmo, postquam dixerat: *Restitue animam meam a malignitate eorum, a leonibus unigenitam meam,* adjecit: *Confitebor tibi in ecclesia multa, in populo gravi laudabo te* [44]. Pro illo autem, *gravi*, Aquila, *osseo*, edidit, id est, forti: ossa quippe omnium quæ in corpore exstant, fortissima et robustissima sunt. Gravis igitur est, qui fundatus in petra, immobilis et infractus manet. Patri itaque confitetur, gratias ipsi agens in ecclesia sua multa. Multa quippe revera est hæc ecclesia, quam in psalmo XXI magnam vocavit, dicens: *Apud te laus mea in ecclesia magna.* Pater igitur gloriam Filio in ecclesia magna conciliat; Filius autem Patri confitetur in ecclesia multa, quæ scilicet in universa Ecclesia stabilitur.

A *Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.* Ταῦτα δὲ ἐκεῖ ἐλέγετο μετὰ τό· *Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου. Σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου.* Συνῆπτο γοῦν τούτοις τό· *Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.* Καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις παραπλησίως προειπών· *Ἀποκατάστησον τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῆς κακουργίας αὐτῶν, ἀπὸ λεόντων τὴν μονογενῆ μου,* ἐπιλέγει· *Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἐκκλησίᾳ πολλῇ, ἐν λαῷ βαρεῖ αἰνέσω σε.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *βαρεῖ*, ὁ Ἀκύλας ἐξέδωκεν *ὀστεΐνῳ*, τουτέστιν, ἰσχυρῷ, ἐπεὶ τοῦ παντὸς σώματος τὰ δυνατώτατα καὶ ἰσχυρότατα ὀστᾶ τυγχάνει. Βαρὺς οὖν ὁ ἐπὶ τὴν πέτραν τεθεμελιωμένος, ὁ ἀσά- B λευτος καὶ ἀῤῥαγής. Τῷ τοίνυν Πατρὶ ἐξομολογεῖται, εὐχαριστῶν ἐπὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ τῇ πολλῇ. Πολλὴ γὰρ ὡς ἀληθῶς αὕτη ἡ Ἐκκλησία· ἣν ἐν τῷ εἰκοστῷ πρώτῳ μεγάλην ὠνόμασεν εἰπών· *Παρὰ σοῦ ὁ ἔπαινός μου ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ.* Ὁ μὲν οὖν Πατὴρ ἔπαινον τῷ Υἱῷ] κατεργάζεται ἐν Ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ· ὁ δὲ Υἱὸς ἐξομολογεῖται τῷ Πατρὶ ἐν Ἐκκλησίᾳ πολλῇ, τῇ καθ' ὅλης τῆς Ἐκκλησίας ἱδρυμένῃ.

VERS. 19-21. *Non supergaudeant mihi qui adversantur mihi inique, qui oderunt me gratis et annuunt oculis. Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, et in iracundia dolos cogitabant. Et dilataverunt super me os suum, dixerunt: Euge, euge, viderunt oculi nostri.* Si post passionem Salvatoris nostri non faustus rerum exitus visus esset, qui in eum conspiraverant, ei *supergaudendi* ac deridendi cum forte locum habuissent, utpote qui de medio sublatus nihil valuisset: at quando Ecclesia ejus multa et magna per totum orbem resplendet, ipseque hactenus in medio consistens, populum suum gravem potentemque congregat, ac per eum Patri suo confitetur; nam *ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine ejus, illic sum in medio eorum* [45]; jure illi, qui alienis lætantur malis, pudore suffusi, retro abscesserunt. Quid enim inimicitia dignum perpessi tantum ejus odium ceperunt? Quare Aquila, *sine causa*, interpretatus est. Annuebant autem oculis me deridentes, institutionesque meas ad sapientiam datas traducentes. Deinceps, *Mihi quidem*, inquit, *pacifice loquebantur*, sed in corde suo dolos et iracundiam meditabantur. Hæc autem tunc impleta sunt, cum Pharisæi occasionem captantes dicebant illi: *Magister, scimus quia verax es, et verbum Dei in veritate doces, et non est tibi cura de aliquo; non enim respicis personam; dic ergo nobis, licet censum dare Cæsari an non* [46]? Hasce quippe voces cum dolo proferebant: quare hæc prius adumbrabat his verbis: *Mihi quidem pacifice loquebantur, et in iracundia dolos cogitabant.* Sed hic quidem dolose cum eo colloquia miscebant; at in fine, tempore passionis, pleno ore clamabant, sanguinem ejus expetentes super se et super filios suos: quod

Μὴ ἐπιχαρείησάν μοι οἱ ἐχθραίνοντές μοι ἀδίκως, οἱ μισοῦντές με δωρεὰν καὶ διανεύοντες ὀφθαλμοῖς. Ὅτι ἐμοὶ μὲν εἰρηνικὰ ἐλάλουν, καὶ ἐπ' ὀργῇ δόλους διελογίζοντο. Καὶ ἐπλάτυναν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν· εἶπον· Εὖγε, εὖγε, εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν. Εἰ μὴ τὰ τέλη αἴσια τὰ μετὰ C τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἑωρᾶτο, τάχα που χώραν εἶχον καταχαρῆναι αὐτοῦ οἱ τὴν κατ' αὐτοῦ συσκευὴν μεμηχανημένοι, ὡς ἀφανισθέντος καὶ μηδὲν δεδυνημένου· ἐπεὶ δὲ ἡ Ἐκκλησία αὐτοῦ ἡ πολλὴ καὶ μεγάλη διαλάμπει καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης· αὐτός τε εἰσέτι καὶ νῦν ἐν μέσῳ ἑστὼς συγκροτεῖ τὸν βαρὺν καὶ δυνατὸν αὐτοῦ λαὸν, καὶ ἐξομολογεῖται δι' αὐτῶν τῷ ἑαυτοῦ Πατρί· *Ὅπου γὰρ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ αὐτοῦ ὄνομα, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν·* εἰκότως οἱ ἐπιχαιρεσίκακοι, αἰσχύνην καταχεάμενοι, ἀπεστράφησαν εἰς τὰ ὀπίσω. Τί γὰρ καὶ ἄξιον ἔχθρας παθόντες τὸ πρὸς αὐτὸν ἤραντο μῖσος; διόπερ ὁ Ἀκύλας, *ἀναιτίως*, ἡρμήνευσε. Διένευον δὲ ὀφθαλμοῖς χλευάζοντες αὐτὸν, καὶ διασύροντες τὰ τῆς σοφίας μου παιδεύματα. Εἶτα, *Ἐμοὶ μὲν*, φη- D σὶν, *εἰρηνικὰ ἐλάλουν*, ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν δόλους καὶ ὀργὴν διελογίζοντο. Ἐπληροῦτο δὲ καὶ ταῦτα, ὅτε λαβὰς θηρώμενοι ἔλεγον πρὸς αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι· *Διδάσκαλε, οἴδαμεν, ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἐπ' ἀληθείας διδάσκεις, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον· εἰπὲ οὖν ἡμῖν· Ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι ἢ οὔ;* Ταύτας γὰρ δολίως προέφερον τὰς φωνάς· διὸ προλαβὼν ταῦτ' ᾐνίττετο φάσκων· *Ἐμοὶ μὲν εἰρηνικὰ ἐλάλουν, καὶ ἐπ' ὀργῇ δόλους διελογίζοντο.* Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν δολίως τὰς πρὸς αὐτὸν ἐποιοῦντο ὁμιλίας· ἐν τέλει γε μὴν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους ὅλῳ τῷ στόματι ἐβόων αἰτοῦν

[44] Psal. XXI, 22, 23. [45] Matth. XVIII, 20. [46] Matth. XXII, 16, 17.

τες αὐτοῦ τὸ αἷμα καθ' ἑαυτῶν καὶ κατὰ τῶν τέκνων αὐτῶν· ὃ δὴ καὶ αὐτῷ παρίστησι διὰ τῶν προκειμένων λέγων· *Ἐπλάτυναν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν*. Εἶτ' ἐπειδὴ παρεδόθη αὐτοῖς ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν, καὶ ὡς ἀμνὸς ἄκακος ἐναντίον τοῦ κείραντος ἄφωνος, ὁρῶντες αὐτοῦ τὸ πάθος ἐπεφώνουν· *Εὖγε, εὖγε, εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν*.

Εἶδες, Κύριε, μὴ παρασιωπήσῃς. Καὶ ἄνωθεν εἶπε· *Πότε ἐπόψῃ;* καὶ διὰ τῶν προκειμένων· *Εἶδες, Κύριε*. Τί δὲ εἶδεν; Ὡς δολίως αὐτῷ προσῆξεσαν, καὶ ὡς ἐπλάτυναν κατ' αὐτοῦ τὸ στόμα αὐτῶν, καὶ ὡς κατ' εὐχὰς πράξαντες ἐπεβόων· *Εὖγε, εὖγε, εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν*. Σὺ δὲ, Κύριε, ταῦτα θεασάμενος, ἀνασχόμενός τε καὶ μακροθυμήσας, *μὴ παρασιωπήσῃς*· ἀλλ' ἀναλαβὼν τὸ τῆς δικαιοσύνης σου κριτήριον λέγε· *Ταῦτα ἐποίησας, καὶ ἐσίγησα*· καὶ πάλιν· *Ἐσιώπησα, μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι;* Ἀνθρωπίνως δὲ ἱκετεύει λέγων πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα· *Μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ*· καὶ, *Ἐξεγέρθητι καὶ πρόσχες τῇ κρίσει, ὁ Θεός μου καὶ ὁ Κυριός μου εἰς τὴν δίκην μου*. Κατὰ γὰρ τὸν καιρὸν τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν πάθους τοιαύτας ἠφίει φωνὰς, ἵνα πιστευθῇ ἄνθρωπος ἀτρεκέως κατὰ ἀλήθειαν γεγονὼς, καὶ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον ἑκουσίως καταδεχόμενος. *Καὶ μὴ ἐπιχαρήσειάν μοι, μὴ εἴποισαν ἐν καρδίαις αὐτῶν· Εὖγε, εὖγε, ἡ ψυχὴ ἡμῶν! μηδὲ εἴποισαν· Κατεπίομεν αὐτόν*. Σοῦ γὰρ, φησὶν, ἐπεξελθόντος τοῖς τετολμημένοις, καὶ κρίναντος κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου, οὐκ ἐπιχαρήσονται, οὐδ' ἐροῦσιν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν· *Εὖγε, εὖγε*, ἴσχυσεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν. Εἰ γὰρ καὶ τῷ στόματι αὐτῶν ποτε τοῦτο εἰρήκασιν, ἀλλ' οὐ καὶ ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἐροῦσιν· οὐδὲ φήσουσι· *Κατεπίομεν αὐτὸν*, τὴν ἀνάστασίν μου καὶ τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐμῆς τὴν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἵδρυσιν θεώμενοι. Καταπίνεται μὲν γὰρ ὁ ἅπαξ εἰς βυθὸν χωρήσας καὶ μηκέτ' ἀναβεβηκώς· οὕτω γάρ ποτε κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας. Ἀλλὰ κἀκεῖ οἱ καταποθέντες ἐπαλινδρόμησαν, διὸ λέλεκται· *Καὶ πάλιν ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου*.

Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν, εἰ καὶ πρὸς καιρόν τινα ἔδοξαν αὐτὸν καταπίνειν, ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος, φησὶν, ἐροῦσι, προφητικῶς κατ' αὐτὰ θεσπίζων· *Αἰσχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν ἅμα οἱ ἐπιχαίροντες τοῖς κακοῖς μου· ἐνδυσάσθωσαν αἰσχύνην καὶ ἐντροπὴν οἱ μεγαλορρημονοῦντες ἐπ' ἐμέ*. Καὶ ταῦτα δὲ ὅπως τέλους ἔτυχεν ἀναφερόμενα ἐπὶ τὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πρόσωπον, ῥᾴδιον δὴ ἰδεῖν. Ἐξ ἐκείνου γὰρ, καὶ εἰς δεῦρο τοῦ χρόνου ἀπερριμμένοι καὶ ἀπόβλητοι τυγχάνουσι πάλαι κομῶντες ἐπὶ πολλοῖς χαρίσμασιν. Οἱ δ' ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν τὸν ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρημένον παραδεδεγμένοι τῆς μὲν πολυθέου πλάνης ἠλευθέρωνται, τὸν δ' ἐπὶ πάντων Θεὸν εὐσεβοῦντες διατελοῦσιν. Εἶθ' οἱ μὲν αἰσχύνην καταχεάμενοι ἐφ' οἷς ἔδρασαν, ἐνετράπησαν, οἱ δὲ χαρᾷ καὶ παῤῥησίας ὁσημέραι πληροῦνται· ὡς πληροῦσθαι τὸ παρὰ Μωϋσεῖ λόγιον φῆσαν πρὸς τὸν Ἰουδαίων λαόν·

A ipsum hic declarat, ita loquens : *Dilataverunt super me os suum*. Deinde quia ipsis traditus fuit sicut ovis ad jugulationem, et sicut agnus sine malitia, coram tondente sine voce, videntes ejus passionem sic vociferabantur : *Euge, Euge! viderunt oculi nostri*.

VERS. 23-26. *Vidisti, Domine, ne sileas*. Superius dixit : *Quando respicies?* in præsenti vero : *Vidisti, Domine?* Ecquid vidit? Quod dolose se convenerint, et quod dilataverint contra ipsum os suum, et quod, re pro voto gesta, clamaverint : *Euge, Euge! viderunt oculi nostri*. Tu autem, Domine, qui hæc vidisti, sed patienter ac moderate tulisti, *ne sileas :* sed assumpto justitiæ tuæ tribunali B dic : *Hæc fecisti, et tacui* [47]; ac rursum : *Tacui, an semper tacebo* [48]? Humano autem more Patri suo supplicat his verbis : *Ne discedas a me;* et : *Exsurge et intende judicio meo, Deus meus et Dominus meus in causam meam*. Tempore namque pro nobis susceptæ passionis tales emittebat voces, ut crederetur homo factus secundum rei veritatem, ac sponte pro nobis mortem suscepisse. *Et non supergaudeant mihi, ne dicant in cordibus suis : Euge, Euge animæ nostræ! nec dicant : Devoravimus eum*. Si tu enim, inquit, hæc facinora ulciscaris, et judices secundum justitiam tuam, nequaquam illi gaudebunt : neque dicent in cordibus suis : *Euge, Euge!* prævaluit anima nostra. Etiamsi enim id ore aliquando protulerint, at corde non ita loquentur, neque di- C cent : *Devoravimus eum*, quando resurrectionem meam, et Ecclesiam item meam late per orbem propagatam conspicient. Is namque devoratur, qui semel in profundum delapsus, inde nunquam emergit : sic enim mors olim, cum prævaleret, devorabat. Verum qui devorati sunt, jam revertuntur, quare dictum est : *Et rursum abstulit Dominus omnem lacrymam ab omni vultu* [49].

Hic igitur etiamsi ad tempus ipsum devorasse visi sunt; at non in finem usque, inquit, ita dicent, propheticeque statim vaticinatur : *Erubescant et revereantur simul, qui gratulantur malis meis. Induantur confusione et reverentia qui magna loquuntur* D *super me*. Hæc porro quem finem sortita sint ad personam Salvatoris nostri reducta, intelligere facile est. Ex eo quippe ad hoc usque tempus abjecti ac depulsi sunt, qui olim gratia donisque multis ornabantur. At quotquot ex gentibus universis eum, qui ab illis interfectus est, receperunt, ii a multorum deorum errore liberati sunt, Deumque universorum constanter ac pie colunt. Exhinc porro illi quidem, ob facinus tantum, pudore affecti ac confusi sunt; illi autem gaudio fiduciaque in dies replentur; ita ut illud Moysis oraculum ad Judæorum populum spectans impleatur : *Proscly-*

[47] Psal. XLIX, 21. [48] Isa. XLII, 14. [49] Isa. XXV, 8.

tus qui vobiscum versatur, erit supra supra; tu autem eris infra infra. Ipse erit tibi caput, tu eris ipsi cauda [80].

VERS. 27, 28. *Exsultent et lætentur qui volunt justitiam meam, et dicant semper : Magnificetur Dominus, qui volunt pacem servi ejus. Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam.* Initium prophetiæ judicium et bellum minabatur iis qui impie egerunt, atque impugnarunt eum qui in ipsa prophetia fertur; media vero mores eorum perstringunt; postrema autem, ignominiam et confusionem qua afficiendi sunt describunt. At totius prophetiæ summa exsultationem, lætitiam et bona annuntiat iis qui volunt justitiam ejus. Per justitiam vero ejus, divinitatem ipsius intelligas; quia ipse *factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio* [81]. Qui igitur illam intelligunt, exsultent, ait, et lætentur; ipsosque instituit ut dicant semper, *Magnificetur Dominus*, si quidem pacem cum eo qui in vaticinio fertur amplectantur; quandoquidem ii qui contra eum inimicitiam susceperunt, dignas pro eo pœnas dederunt. Hæc autem pax ea ipsa fuerit, quam ille discipulis suis largitus est, dicens : *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis* [82]. Et hæc de iis qui volunt ac diligunt pacem ejus, ac justitiam ejus honorant. Demum de seipso loquens sermonis finem obsignat, dicens : *Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam.* His, inquit, ita gestis tam circa eos qui me diligunt, quam circa eos qui odio habent, non finem faciam meditandi justitiam tuam, tota die laudem tuam : non omnibus diebus, sed una sola die, eaque infinita ac perenni. Nam mansio illa et commoratio apud te, dies est æterna. Meditabor autem illam, laudibusque celebrabo, quia justo sane judicio, non unam gentem, sed omnes prorsus, late per orbem diffusas, gratia et vocatione tua dignatus es. Secundum aliam autem explicandi rationem, quia *sumus corpus Christi, et membra ex parte* [83], qui divinis exercitantur disciplinis, ejus lingua nuncupari possint, ita ut iis jure hæc referri queant.

A *Ὁ προσήλυτος ὁ ἐν ὑμῖν ἔσται ἄνω ἄνω· σὺ δὲ ἔσῃ κάτω κάτω· αὐτός σου ἔσται κεφαλή, σὺ δὲ ἔσῃ οὐρά.*

Ἀγαλλιάσαιντο καὶ εὐφρανθείησαν οἱ θέλοντες τὴν δικαιοσύνην μου καὶ εἰπάτωσαν διὰ παντός· Μεγαλυνθήτω ὁ Κύριος, οἱ θέλοντες τὴν εἰρήνην τοῦ δούλου αὐτοῦ. Καὶ ἡ γλῶσσά μου μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου. Ἡ μὲν ἀρχὴ τῆς προφητείας δίκην καὶ πόλεμον ἐπελεύσεσθαι ἠπείλει κατὰ τῶν ἀδικησάντων καὶ πολεμησάντων τὸν προφητευόμενον· τὰ δὲ μέσα τὸν τρόπον αὐτῶν διέβαλλε· τὰ δὲ ἐπὶ τέλει τὴν καταλαβοῦσαν αὐτοὺς διέγραφεν αἰσχύνην καὶ ἐντροπήν. Ἡ δὲ τῆς ὅλης προφητείας περιγραφὴ ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην, καὶ ἀγαθὰ πάντας εὐαγγε-
B λίζεται τοὺς τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ θέλοντας. Νοήσεις δὲ τὴν αὐτοῦ δικαιοσύνην, θεότητα αὐτοῦ ἐκλαβών· ἐπειδὴ αὐτὸς *ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις.* Οἱ γοῦν ταύτην νοήσαντες ἀγαλλιάσαιντο, φησὶ, καὶ εὐφρανθείησαν· τούτους δὲ καὶ διδάσκει λέγειν ἀεὶ, *Μεγαλυνθήτω ὁ Κύριος*, εἰ δὴ ἀσπάζοιντο τὴν πρὸς τὸν προφητευόμενον εἰρήνην· ἐπεὶ οἱ ἀράμενοι πρὸς αὐτὸν ἔχθραν, δίκην δεδώκασιν τὴν ἀξίαν. Εἴη δ' ἂν αὕτη ἡ εἰρήνη αὐτοῦ, ἣν ἐχαρίζετο τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς λέγων· *Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν.* Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ἐθελόντων καὶ ἀγαπώντων τὴν εἰρήνην αὐτοῦ, τήν τε δικαιοσύνην αὐτοῦ τιμώντων. Λοιπὸν δὲ αὐτὸς περὶ
C ἑαυτοῦ τὸ τέλος τοῦ παντὸς λόγου ἐπισφραγίζεται φάσκων· *Καὶ ἡ γλῶσσά μου μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου;* Τούτων, φησὶ, γενομένων ἐπί τε τοὺς ἀγαπῶντάς με καὶ μισοῦντάς με, οὐ παύσομαι μελετῶν τὴν δικαιοσύνην σου, καὶ ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου, οὐχὶ πάσας τὰς ἡμέρας, ἀλλὰ μίαν μόνην τὴν ἄπειρον καὶ διηνεκῆ. Ἡ γὰρ παρὰ σοὶ μονὴ καὶ διατριβὴ ἡμέρα αἰώνιος τυγχάνει. Μελετήσω δὲ αὐτὴν ἀνυμνῶν, καθ' ἣν τὰ δίκαια κρίνας, οὐχ ἓν ἔθνος, ἀλλὰ πάντα τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τῆς σῆς χάριτος καὶ κλήσεως κατηξίωσας. Καθ' ἑτέραν δὲ διάνοιαν, ἐπεὶ *σῶμά ἐσμεν Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους*, οἱ ἀσκηταὶ τῶν θείων μαθημάτων, λέγοιντο ἂν αὐτοῦ γλῶσσα, ὡς δύνασθαι καὶ εἰς αὐτοὺς ἀναφέρεσθαι τὰ προκείμενα.

1. IN FINEM, SERVO DOMINI DAVID XXXV.

Neque *psalmus*, neque *canticum*, neque quid simile inscribitur; doctrinamque complectitur, quæ sub initium quidem quoslibet timore Dei ac pietate vacuos, qui ideo omni improbitatis generi dediti sunt, coarguit; quod conclusionem vero spectat, eorum finem significat. Postquam igitur sic orsus

D

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΤΩ ΔΟΥΛΩ ΚΥΡΙΟΥ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΛΕ'.

Οὔτε *ψαλμὸς*, οὔτε ᾠδὴ, οὔτε τι τοιοῦτον ἐπιγέγραπται· διδασκαλίαν δὲ περιέχει κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ἐλέγχουσαν πάντα τὸν ἄφοβον καὶ ἀνευλαβῆ, καὶ διὰ τοῦτο πάσαις παρανομίαις ἐκδεδομένον, κατὰ δὲ τὸ συμπέρασμα τὸ τῶν τοιούτων τέλος. Εἰπὼν γοῦν ἐν ἀρχῇ· *Φησὶν ὁ παράνομος τοῦ ἁμαρτάνειν ἐν-*

[80] Deut. XXVIII, 43. [81] I Cor. I, 30. [82] Joan. XIV, 27. [83] I Cor. X, 27.

(1) Sic mss. Et hæc lectio frequenter occurrit in SS. Patribus, et in codicibus Græcis. Interpres Vulgat. : Ἐκ μέλους legit, *membra de membro.*

(2) Hæc Scholiastis nota Καὶ αὐτὸς μὲν ὁ συγγραφεὺς εἴς τε τὸν Δαυὶδ καὶ εἰς τὸν Χριστὸν ἐξέλαβεν τὸν ψαλμὸν, μᾶλλον δὲ εἰς τὸν Χριστὸν, ὁ δὲ ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἐχθρῶν ταῦτα λέγεσθαι, id est : *Hic quidem scriptor de Davide ac de Christo hunc psalmum explicavit, ita ut magis Christo accommodaret. Alius vero ait ad utilitatem inimicorum hæc dicta fuisse.* Hæc, inquam, nota in textum irrepserat.

ἑαυτῷ, πρὸς τῷ τέλει, Ἐκεῖ ἔπεσαν πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ἐξώσθησαν καὶ οὐ δυνήσονται στῆναι. Κατὰ δὲ τὰ μέσα θεολογίαν περιέχει καὶ τῶν θεοφιλῶν ἀνδρῶν ἀγαθὰς ἐλπίδας. Λέλεκται δὲ ταῦτα τῷ δούλῳ Κυρίου τῷ Δαυΐδ. Τοῦτο γὰρ ἡ προγραφὴ σημαίνει· ὃς, ἀφορίσας ἑαυτὸν τῆς τῶν παρανόμων τάξεως, συνῆψε τῇ τοῦ Θεοῦ ἱκετείᾳ, τῷ νόμῳ καὶ ταῖς τοῦ Θεοῦ διαταγαῖς ἑαυτὸν καταδουλώσας. Διδάσκει δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους τὰ ὅμοια αὐτῷ πράττειν, καὶ μὴ συναπάγεσθαι τοῖς παρανόμοις.

Φησὶν ὁ παράνομος τοῦ ἁμαρτάνειν ἐν ἑαυτῷ· οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Ὅτι ἐδόλωσεν ἐνώπιον αὐτοῦ, τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ καὶ μισῆσαι. Σαφέστερον δὲ τὰ προκείμενα ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος, τοῦτον ἀποδοὺς τὸν τρόπον· *Φησὶν περὶ ἀσυνθεσίας τοῦ ἀσεβοῦς ἔνδοθεν ἡ καρδία μου· Οὐ πρόκειται ὁ φόβος Θεοῦ ἄντικρυς τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Ὅτι ἐξολισθαίνειν τὰ περὶ αὐτοῦ δοκεῖ, τοῦ εὑρεθῆναι τὴν ἀδικίαν αὐτοῦ εἰς τὸ μισηθῆναι αὐτήν.* Διὰ τούτων γὰρ αὐτὸς ὁ Δαυΐδ, Ἐμοῦ, φησὶν, ἡ καρδία καὶ ὁ ἐμὸς λογισμὸς ταῦτα περὶ τοῦ ἀσεβοῦς ἀνδρὸς ἐνενόησε. Τὴν γὰρ θεωρητικὴν αὐτοῦ δύναμιν, δι' ἧς ἐδύνατο γνῶναι τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, ἐδόλωσεν αὐτοὺς (sic) ἑαυτὸν τῆς διανοίας αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς διαστρέψας. Διὸ κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν ἀνάγνωσιν· *Ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ εἴρηται δεδολωκέναι, τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ, καὶ μισῆσαι·* Οὕτω, φησὶν, ἑαυτὸν διέστρεψε, καὶ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ τῶν ἑαυτοῦ ἀπέῤῥιψεν ὀφθαλμῶν, ὡς τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ προφανῆ τυγχάνειν, καὶ πάλιν ὁρᾶσθαι καὶ *εὑρίσκεσθαι*· καὶ διὰ τοῦτο μίσους ἀξίαν εἶναι. Ἀκαλύπτως δὲ ὁ τοιοῦτος ἐξέδωκεν ἑαυτὸν τῇ ἁμαρτίᾳ, ὡς καὶ τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀνομίαν εἶναι καὶ δόλον. Πάνυ δὲ ταῦτα ἑκὼν εἵλετο, ἅτε δὴ αὐτεξούσιος ὢν, καὶ δυνάμενος μὲν τὴν ἀγαθὴν μετελθεῖν ὁδὸν, μὴ βουληθεὶς δέ· διὸ λέλεκται· *Οὐκ ἐβουλήθη συνιέναι τοῦ ἀγαθῦναι· ἀνομίαν δὲ διελογίσατο ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ.* Οὐδὲ γὰρ, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἡσυχίας ἐν ᾧ μετὰ τὰς μεθημερινὰς πράξεις ἑαυτοὺς ἐπιδιδόασιν ἄνθρωποι ἠρεμίᾳ καὶ εὐσταθείᾳ καὶ ὕπνῳ, ἐν καταστάσει γαλήνῃ γέγονεν ὁ τοιοῦτος· ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ *ἀνομίαν διελογίσατο ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ.*

A fuerat : *Dixit injustus ut delinquat in semetipso;* in fine ait : *Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, expulsi sunt nec poterunt stare.* In medio autem theologiam ac bonam piorum hominum spem complectitur. Hæc porro Davidi servo Domini dicta sunt; id enim inscriptio significat : qui David cum se ab improborum ordine semovisset, Deo se supplicem exhibuit, ac legi divinisque statutis subjecit : cæterisque hominibus auctor est, ut similiter agant, neque ad improborum consortium detrahantur.

VERS. 2-5. *Dixit injustus ut delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos ejus. Quoniam dolose egit in conspectu ejus, ut inveniatur iniquitas ejus ad odium.* Hæc apertius Symmachus his verbis interpretatus est : B *Dixit de defectione impii intus cor meum : Non propositus est timor Dei ante oculos ejus. Quia ruere videntur res ejus, ut inveniatur iniquitas ejus ad odiendum eam.* His quippe David hæc enuntiat : Cor meum et cogitatio mea hæc de impio viro intellexerunt. Nam per speculandi vim, qua Dei timorem nosse poterat, intellexit eum suis se dolis decepisse, mentisque suæ oculos evertisse. Quare secundum Hebraicam lectionem dicitur : *In oculis ejus dolose egisse, ut inveniat iniquitatem ejus, et odio habeat.* Ita, inquit, sese subvertit, timoremque Dei ab oculis suis abjecit, ut iniquitas ejus manifesta evaderet, ipsisque oculis pateret ac *inveniretur*, eoque modo digna odio esset. Palam autem ille se peccato dedidit, ita ut verba oris ejus iniquitas et dolus essent. C Hæc autem ipsa admodum libere elegit, utpote liberi arbitrii, penes quem erat viam adire bonam, quod ille noluit; quamobrem dictum est : *Noluit intelligere ut bene ageret;* sed, *iniquitatem meditatus est in cubiculo suo.* Neque enim quietis tempore, quo post diurna opera homines otio, tranquillitati et somno se dedere solent, talis homo in tranquillo statu degebat; sed eo quoque tempore *iniquitatem meditatus est in cubili suo.*

Κύριε, ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ἔλεός σου. Σφόδρα ἀκολούθως μετὰ τὴν ὑπογραφὴν τῆς τοῦ παρανόμου κακίας τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας παρίστησιν, δι' ἧς καὶ τῶν παρανόμων καὶ ἀσεβῶν ἀνδρῶν ἀνέχεται· διδάσκων, ὅτι ὁ *πλοῦτος τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας* ἐλέου πεπλήρωται μεγάλου. Καὶ τοῦτο τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ αἴτιον τυγχάνει τῆς τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀσεβῶν ἀνδρῶν ζωῆς τε καὶ εὐθυμίας. Τὸν μὲν οὖν θησαυρὸν τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τεταμιεῦσθαί φησιν ἐν τῷ οὐρανῷ ἀλλὰ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ εἶναι παρ' αὐτῷ, πληροῦντες πάντα τὰ ὑπερουράνια· ὅμως δὲ καὶ *μέχρι τῶν νεφελῶν*, ἤ, *μέχρι τῶν αἰθέρων*, κατὰ τὸν Σύμμαχον, διήκειν. Οὕτω γοῦν καὶ

VERS. 6, 7. *Domine, in cœlo misericordia tua.* Post D descriptam improbi hominis nequitiam, præcellentes illas divinæ tolerantiæ divitias admodum consequenter enarrat, qua iniquos impiosque homines ferre solet, docens *divitias bonitatis ejus et patientiæ et longanimitatis* [54], misericordia magna repletas esse. Atque isthæc misericordia Dei in causa est, quod peccatores et impii vivant et alacriter agant. Thesaurum itaque misericordiæ ejus in cœlo reconditum ait, sed veritatem quoque ejus penes ipsum esse; hæc autem cœlestia omnia complent; attamen *usque ad nubes*, vel, ut Symmachus habet, *usque ad æthera* penetrant. Sic in alio quoque psalmo dictum est : *In cœlo præparabitur veritas tua* [55],

[54] Rom. II, 4. [55] Psal. LXXXVIII, 2.

Veritas itaque Dei in cœlo est : inde vero ceu pluvia in nubibus lata stillat in terram. Ideo dicitur, *Et veritas tua usque ad nubes.* Ex nubibus autem in homines veritas Dei effunditur ; nubes vero prophetas et angelicas virtutes, a quibus veritas Dei hominibus allata est, Scriptura solet appellare. Sic in Isaia dictum est : *Et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem* [86], scilicet super Judæorum populum, qui tropice vinea vocatur.

A ἐν ἑτέρῳ λέλεκται· *Ἐν τῷ οὐρανῷ ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου.* Ἔστι μὲν οὖν ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, δίκην δὲ ὑετοῦ φερομένου διὰ νεφῶν καὶ μέχρι τῆς γῆς ἐπιστάζει. Διὸ εἴρηται· *Καὶ ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν.* Ἐκ δὲ τῶν λεγομένων νεφελῶν καὶ εἰς ἀνθρώπους προχέεται ἡ τοῦ Θεοῦ ἀλήθεια· νεφέλας δὲ τοὺς προφήτας ἢ τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις, δι' ὧν ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ καὶ εἰς ἀνθρώπους κατελήλυθεν, εἴωθεν ὁ λόγος ὀνομάζειν. Οὕτω λέλεκται ἐν Ἡσαΐᾳ· *Καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι τοῦ μὴ βρέξαι εἰς αὐτὸν ὑετόν*, δηλαδὴ εἰς τὸν Ἰουδαίων λαὸν, ἀμπελῶνα τροπικῶς ὠνομασμένον.

Ad hæc autem, justitia tua, inquit, Domine, magna excelsaque, montibus, imo montibus Dei comparatur, ac insuper judicia tua incomprehensibilia. Quemadmodum enim abyssus, ut vocant, immensa et hominibus incomprehensibilis est ; quod sane his significatur, *ponens in thesauris abyssos :* sic judicia, Domine, quæ ex justitia prodeunt tua, ceu *abyssus multa* [87] sunt. Pro illo autem, *justitia tua sicut montes Dei ;* Aquila, *justitia tua sicut montes robusti*, interpretatus est. Hæc porro omnia opportune memorantur : declaraturque, per misericordiam Dei quæ in cœlo est, per veritatem et justitiam ejus, ac per illud, *Judicia ejus ut abyssus multa incomprehensibilia sunt*, impios, atheos et peccatores non vita solum, sed reliquis etiam frui bonis a bonitate ipsius subministratis.

Ἔτι πρὸς τούτοις ἡ δικαιοσύνη σου, φησὶν, ὦ Κύριε, μεγάλη τυγχάνει καὶ ὑψηλὴ, ὄρεσι παραβαλλο- B μένη, καὶ ὄρεσι Θεοῦ, καὶ πρὸς τούτοις τὰ κρίματά σου ἀκατάληπτα. Ὡς γὰρ ἡ καλουμένη ἄβυσσος ἄπειρός ἐστιν ἀνθρώποις καὶ ἀκατάληπτος· ὃ δὴ σημαίνει ὁ φήσας λόγος· *Τιθεὶς ἐν θησαυροῖς ἀβύσσους*· οὕτως καὶ τὰ σὰ κρίματα, ὦ Κύριε, τὰ ἐκ τῆς σῆς δικαιοσύνης φερόμενα, ὡς ἡ *ἄβυσσός* ἐστι *πολλή*. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ἡ δικαιοσύνη σου ὡς ὄρη Θεοῦ*, ὁ Ἀκύλας, *Δικαιοσύνη σου ὡς ὄρη ἰσχυρὰ*, ἡρμήνευσε. Τούτων δὲ πάντων εὐκαίρως ἐμνημόνευσεν ὁ λόγος· δεικνὺς, ὅτι διὰ τὸ ἔλεός σου τοῦ Θεοῦ τὸ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ διὰ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ καὶ διὰ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ διὰ τό· Ὡς ἄβυσσος πολλὴ ἀκατάληπτα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἄθεοι καὶ ἁμαρτωλοὶ οὐ μόνον ζωῆς ἀπολαύουσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἀπὸ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ χορηγουμένων.

VERS. 8. Quamobrem adjicitur : *Homines et jumenta salvabis, Domine ; quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus.* Nam propter judicia tua quæ ut abyssus multa sunt, propter justitiam et veritatem tuam quæ in cœlo est, homines et jumenta simul salutem obtinent. Sic *multiplicasti misericordiam tuam, Deus*, ut non modo qui digni, sed etiam qui brutis moribus et insipientes sunt homines, vita abs te data fruantur. Quandoquidem enim multi conqueruntur et expostulant cum illo his verbis : Quare impii prospere agunt, ac Dei bonis fruuntur ? necessario docet multam ejus misericordiam esse. At si misericordia tantum ac clementia exsisteret, nihil a peccatorum vita ineunda arceret. Verum edocet ille veritatem et justitiam cum misericordia misceri, ita ut post misericordiam justitia et veritas peccatores excepturæ sunt. Nam si ex misericordia et patientia Dei nihil utilitatis percipiant, justitia et veritas ejus invadet illos : judicio quippe justo subjicientur. Sunt enim revera, sunt, inquam, judicia Dei occulta ; multa immensaque profunditas, vel, ut ait Scriptura, *abyssus multa* in judiciorum ejus ratione comprehenditur. Hæc igitur impios manent.

Διὸ ἐπιλέγεται· *Ἀνθρώπους καὶ κτήνη σώσεις,* C *Κύριε, ὡς ἐπλήθυνας τὸ ἔλεός σου, ὁ Θεός.* Διὰ γὰρ τὰ κρίματά σου τὰ ὡς ἄβυσσος πολλὴ, καὶ διὰ τὴν δικαιοσύνην σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου τὴν ἐν τῷ οὐρανῷ, ἄνθρωποι καὶ κτήνη κατὰ τὸ αὐτὸ σώζονται· οὕτως *ἐπλήθυνας τὸ ἔλεός σου, Θεὸς*, ὡς μὴ μόνον τοὺς ἀξίους τῆς ἐκ σοῦ ζωῆς μεταλαμβάνειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς κτηνώδεις καὶ ἀνοήτους τῶν ἀνθρώπων. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ μέμφονται καὶ καταιτιῶνται· Ἵνα τί ἀσεβεῖς εὐθηνοῦσι, καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ ἀγαθῶν ἀπολαύουσιν; ἀναγκαίως διδάσκει, ὅτι πολυέλεός ἐστιν. Ἀλλ' εἰ μὲν ἦν ἔλεος μόνον καὶ φιλανθρωπία, οὐδὲν ἐκώλυεν τὸν τῶν ἁμαρτωλῶν μετέρχεσθαι βίον· διδάσκει δὲ, ὅτι σὺν τῷ ἐλέῳ ἀνακέκραται ἀλήθεια καὶ δικαιοσύνη, ὡς τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς ἀληθείας διαληψομένης τοὺς ἁμαρτωλοὺς μετὰ τὸ ἔλεος. Εἰ γὰρ D μὴ ὠφελοῖντο τῷ ἐλέῳ καὶ τῇ μακροθυμίᾳ τοῦ Θεοῦ, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ καὶ ἡ ἀλήθεια μετελεύσεται αὐτούς· ὑποβληθήσονται γὰρ κρίσει δικαίᾳ. Ἔστι γὰρ, ἔστιν ἀπόῤῥητα τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ· πολύς τε καὶ ἄπειρος βυθὸς, ἢ, καθὼς ἡ Γραφή φησιν, *ἄβυσσος πολλὴ* ἐν τῷ λόγῳ τῶν κριμάτων αὐτοῦ περιέχεται. Ταῦτα τοίνυν μένει τοὺς ἀσεβεῖς.

VERS. 9, 10. *Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ, in lumine tuo videbimus lumen.* Quoniam judicia tua abyssus multa,

Οἱ δὲ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπιοῦσι. Μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου, καὶ τὸν χειμάῤῥουν τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς. Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. Ἐπειδὴ τὰ κρίματά σου

[86] Isa. v, 6. [87] Psal. xxxi, 7.

ἄβυσσος πολλή, εἰκότως οὐ μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ κτηνῶν προνοεῖς· οὕτως *ἐπλήθυνας τὸ ἔλεός σου, ὁ Θεός*. Ἔστι δ' ἔτι παρὰ ταῦτα ἐξαίρετον τάγμα τῶν μετὰ τὰ προλεχθέντα ὀνομαζομένων υἱῶν ἀνθρώπων· οἵτινες, πλέον τι ἔχοντες τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν κτηνῶν τῶν ὑπὸ σοῦ σωζομένων, κατηξίωνται ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπίζειν· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Ὑπὸ σκιὰν τῶν πτερύγων σου ἀμεριμνοῦσι*. Τοὺς γὰρ ἐπὶ σὲ ἠλπικότας, καὶ ἀφωρισμένους τοῦ τάγματος τῶν διαβεβλημένων, σὺ αὐτὸς ὁ Θεὸς ταῖς ἑαυτοῦ πτέρυξι περιέπεις καὶ σκέπεις. Καὶ ἐπεὶ ἤλπισαν οὗτοι ἀγαθὴν ἐλπίδα, *Ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει· μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου, καὶ τὸν χειμάῤῥουν τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς*. Οἶκος μὲν τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἡ Ἐκκλησία αὐτοῦ· πιότης δὲ τοῦ οἴκου τὰ θεόπνευστα ἀναγνώσματα· μέθη δὲ σώφρων καὶ νηφάλιος ἡ ἀπὸ τῶν ἀναγνωσμάτων ὠφέλεια· χείμαῤῥος δὲ τρυφῆς, ἐξ οὗ ποτίζονται οἱ ἐπὶ σκέπῃ τῶν πτερύγων αὐτοῦ ἠλπικότες, ὁ ἐν Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ ποταμὸς, περὶ οὗ λέλεκται· *Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ*· καὶ, *Ὁ ποταμὸς τοῦ Θεοῦ ἐπληρώθη ὑδάτων*. Χείμαῤῥος δὲ τρυφῆς ὁ Χριστὸς διὰ τὸ πρόσκαιρον τῆς ἐν ἀνθρώποις ἐπιφανείας αὐτοῦ. *Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς*. Ζωὴν δὲ ὄντα ἔγνωμεν τὸν Χριστὸν ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, δι' ἧς αὐτὸς ὁ Σωτὴρ διδάσκει λέγων· *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή*. Ἀλλὰ καὶ, *Ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων*. Διὸ καὶ ἐνταῦθα τῇ ζωῇ συνῆπται τὸ φῶς συμφώνως τῷ Εὐαγγελίῳ· μετὰ γὰρ φάναι· *Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς*, ἐπιλέγεται· *Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς*. Φωτὸς γὰρ λογικοῦ χορηγητικὴ τυγχάνει αὕτη ἡ ζωή· διὸ λέγεται· *Καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων*. Οἱ δὲ τούτων μεταλαβόντες τέλος ἕξουσι τοῦ φωτὸς τὴν θέαν.

A jure non hominibus modo, sed etiam jumentis prospicis, sic *multiplicasti misericordiam tuam, Deus.* Præter hæc autem alius eximius est ordo eorum, qui post prædicta filii hominum vocantur. Hi pluris aliquid habentes quam homines et jumenta quibus salutem paras, digni habiti sunt qui in tegmine alarum tuarum spem habeant; aut ut Symmachus, *Sub umbra alarum tuarum securi sunt.* Eos enim qui in te spem habent, quique ab ordine infamium illorum segregantur, tu ipse, Deus, alis foves tuis et contegis. Et quia spem cepere magnam, *Spes autem non confundit*[58]. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Domus Dei est Ecclesia ejus : ubertas domus, divinitus inspiratæ lectiones : ebrietas illa temperata et sobria, B utilitas ex lectionibus proveniens : torrens voluptatis, quo potantur ii qui sub tegmine alarum ejus sperant, fluvius in Ecclesia Dei manans, de quo dictum est : *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei*[59]; et : *Flumen Dei repletum est aquis*[60]. Torrens voluptatis Christus est, ob temporaneam ejus in hominibus præsentiam. *Quoniam apud te est fons vitæ.* Ex evangelica doctrina Christum esse vitam ediscimus, ut Salvator ipse docet his verbis, *Ego sum lux, veritas et vita*[61]. Sed etiam, *quod factum est in ipso vita erat, et vita erat lux hominum*[62]. Quare hic pariter, ut in Evangelio, vitæ lux subditur : nam postquam dixerat, *Quoniam apud te est fons vitæ*, adjicitur, *In lumine tuo videbimus lumen.* C Hæc quippe vita rationabilem lucem subministrat. Quamobrem dicitur, *Et vita erat lux hominum.* Qui porro hæc acceperint, pro fine, lucis contemplationem obtinebunt.

Παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς γινώσκουσί σε, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. Τοῖς μὴ γινώσκουσιν αὐτὸν πρόσκαιρον ἔσται τὸ ἔλεος· τοῖς δὲ γινώσκουσί σε, Σῶτερ, παράτεινον τὸ ἔλεός σου καὶ τὴν δικαιοσύνην σου· ἐν ᾗ κατ' ἀξίαν κρίνων ταῖς μὲν ἀποδώσεις κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν, τοῖς δὲ πιστώσεις τὰς σὰς ἐπαγγελίας. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ*, ὁ Σύμμαχος, *Καὶ τὴν ἐλεημοσύνην σου τοῖς ἁπλοῖς τὴν καρδίαν*, ἐξέδωκε. *Μὴ ἐλθέτω μοι ποὺς ὑπερηφανίας, καὶ χεὶρ ἁμαρτωλῶν μὴ σαλεύσαι με. Ἐκεῖ ἔπεσον οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Ἐξώσθησαν καὶ οὐ μὴ δυνήσονται στῆναι*. Μηδὲ κτησαίμην χεῖρα καὶ πράξεις ἁμαρτωλῶν· ταῦτα γὰρ σαλεύειν εἴωθε καὶ μετακινεῖν τῆς παρὰ σοὶ τῷ Θεῷ στάσεως τοὺς εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον ἐξωσθησομένους. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ἐκεῖ ἔπεσον*, ὁ Σύμμαχος, *ὅπου πίπτουσιν οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀδικίαν*, ἐξέδωκε. Μὴ γὰρ γενοίμην, φησὶν, ἐκεῖ, ἔνθα οἱ σαλευθέντες πίπτουσι, καὶ πεσόντες ἐξωθοῦνται, καὶ ἐξωσθέντες οὐκέτι ἐπανελθεῖν δυνήσονται. Ἀκολούθως

VERS. 11-13. *Prætende misericordiam tuam scientibus te, et justitiam tuam iis qui recto sunt corde.* Nescientibus Deum temporanea misericordia erit; at *scientibus te*, Salvator, *prætende misericordiam tuam et justitiam tuam*, qua pro rerum dignitate judicans, aliis secundum opera eorum retribues, aliis promissa tua confirmabis. Pro illo autem : *Et justitiam tuam iis qui recto sunt corde;* Symmachus : *Et misericordiam simplicibus corde*, edidit. D *Non veniat mihi pes superbiæ, et manus peccatoris non moveat me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec poterunt stare.* Ne manus et gesta peccatorum obtineam : hæc quippe excutere solent et removere abs te eos qui in tenebras exteriores depelluntur. Pro illo autem : *Ibi ceciderunt*, Symmachus edidit, *ubi cadunt qui operantur iniquitatem.* Ne, inquit, eo in loco sim, quo commoti cadunt, lapsi expelluntur, expulsi regredi non poterunt. Hæc autem consequenter effatur, postquam qui finis erit eorum, qui *in tegmine* Dei speraverint, descripsit, resumpta impii, qui initio di-

[58] Rom. v, 5. [59] Psal. xlv, 5. [60] Psal. lxiv, 10. [61] Joan. xiv, 6. [62] Joan. i, 3,4.

cebat *in semetipso ut delinqueret*, hominumque ipsi similium, memoria.

A δὲ αὐτὰ ἔφη, μετὰ τὸ ὑπογράψαι ὁποῖον ἔσται τὸ τέλος τῶν ἐν τῇ σκέπῃ τοῦ Θεοῦ ἠλπικότων ἐπαναλαμβάνων τὴν μνήμην τοῦ κατ' ἀρχὰς παρανόμου, ὃς ἔφασκεν *ἐν ἑαυτῷ τοῦ ἁμαρτάνειν*, καὶ τῶν ἐκείνῳ παραπλησίων.

1. DAVIDIS XXXVI.

Noli æmulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem. Quia in præcedenti psalmo peccatorem induxerat sese ad peccata concitantem, vitamque ejus, necnon finem exitiumque illius descripserat, consequenter in hoc psalmo hortatur ad declinandos improborum mores, et non æmulanda eorum opera. Quoniam vero aliud est æmulari, aliud zelare; dicas concitare et ad zelotypiam incendere, id esse æmulari. Quare Aquila sic interpretatur : *Ne dimica cum malignantibus;* Symmachus vero : *Ne altercare cum maleficis.* Hoc porro dictum ex his intelligas : *Ipsi me provocaverunt in eo qui non erat Deus, et irritaverunt in idolis suis : et ego provocabo eos in eo qui non est populus, et in gente insipiente irritabo illos* [63]. Apostolus item Corinthiis scribens ita loquitur : *An æmulamur Dominum ? Nunquid fortiores illo sumus* [64]? Zelus autem seu voluntas cujuspiam adipiscendi id quod in proximo esse arbitratur, bona est. Est alius medius zelus, plerumque talis qualem describit idem apostolus his verbis : *Æmulantur vos non bene, sed excludere vos volunt* [65]. Invidia sane nunquam bona esse queat; nam dolor est de prosperis proximi rebus : zelus vero interdum bonus, uti tradidimus. Hic porro, secundum Aquilam, non dimicandum esse cum malignantibus monet; secundum Symmachum, non altercandum cum maleficis; secundum quintam editionem, non irritari oportere cum malignantibus; secundum vero LXX : Noli æmulari neque concitari, si alios male agentes videas, neque te concitent improbi prospere agentes, ut tu quoque velis rem bene gerere. Ii namque in re prospera et in deliciis agentes te instigant; at tu ne æmuleris neque conciteris, sed neque zelaveris facientes iniquitatem; ne beatos prædices illos, neu putes in bonis versari : nec pari modo rem gerere exoptes.

ΤΟΥ ΔΑΥΙΔ ΛϚʹ.

Μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις, μηδὲ ζήλου τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἐκείνῳ εἰσῆγε τὸν παράνομον παρορμῶντα ἑαυτὸν εἰς ἁμαρτίας, τόν τε βίον ὑπέγραφε τοῦ τοιούτου καὶ τὸ τέλος τῆς καταστροφῆς αὐτοῦ· ἀκολούθως ἐπὶ τοῦ παρόντος παραινεῖ φεύγειν τοὺς τῶν παρανόμων τρόπους, μηδὲ τὰς ὁμοίους αὐτῶν πράξεις ζηλοῦν. Ἐπεὶ δ' ἕτερόν ἐστι τοῦ ζηλοῦν τὸ παραζηλοῦν, ἐρεῖς, ὅτι τὸ ἐρεθίζειν καὶ εἰς ζηλοτυπίαν ἐγείρειν, τοῦτό ἐστι τὸ παραζηλοῦν. Ὅθεν ὁ μὲν Ἀκύλας ἡρμήνευσεν· B *Μὴ διαμάχου ἐν πονηρευομένοις*· ὁ δὲ Σύμμαχος· *Μὴ φιλονείκει κακούργοις.* Νοήσεις δὲ τὸ εἰρημένον καὶ ἀπὸ τοῦ· *Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεῷ, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει· ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς.* Οὕτω καὶ ὁ Ἀπόστολος γράφων Κορινθίοις ἔλεγεν· *Ἢ παραζηλοῦμεν τὸν Κύριον; Μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν;* Τὸ δὲ ζηλοῦν τοῦ βούλεσθαι καὶ ἑαυτῷ ὑπάρχειν ὃ νομίζει τῷ πέλας παρεῖναι, ἀγαθόν. Καὶ ἔστι τὸ ζηλοῦν μέσον· πολλάκις γὰρ ὁ ζῆλος περὶ οὗ ὁ αὐτός φησιν· *Ζηλοῦσιν ὑμᾶς οὐ καλῶς, ἀλλ' ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν.* Φθόνος μὲν οὖν οὐκ ἂν γένοιτό ποτε ἀγαθός· λύπη γάρ ἐστιν ἐπὶ τῇ τοῦ πέλας εὐπραγίᾳ· C ζῆλος δέ ἐστιν ὅτε γίνεται ἀγαθὸς καθὼς ἀποδεδώκαμεν. Ἐνταῦθα δὲ ὁ λόγος κατὰ μὲν τὸν Ἀκύλαν μὴ διαμάχεσθαι ἐν πονηρευομένοις παραινεῖ, κατὰ δὲ Σύμμαχον, μὴ φιλονεικεῖν ἐν κακούργοις, κατὰ δὲ τὴν πέμπτην ἔκδοσιν, μὴ ἐρεθίζεσθαι ἐν πονηρευομένοις· κατὰ δὲ τοὺς Ἑβδομήκοντα· Μὴ παροξύνου, φησί, μηδὲ ἐρεθίζου ὁρῶν ἑτέρους πονηρευομένους· μηδέ σε ἐγειρέτωσαν εὐθηνούμενοι κακοὶ ἐπὶ τὸ καὶ ἐθέλειν ὁμοίως αὐτοῖς εὐπραγεῖν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ εὐθηνούμενοι καὶ τρυφῶντες παραζηλοῦσί σε· σὺ δὲ μὴ παραζήλου μηδὲ παροξύνου· ἀλλὰ μηδὲ ζήλου τοὺς ποιοῦντας ἀνομίαν, μηδὲ μακάριζε αὐτούς, καὶ ἐν ἀγαθοῖς εἶναι νόμιζε· μηδ' εὔχου καὶ σαυτὸν ὁμοίως αὐτοῖς πράττειν.

VERS. 2-9. *Quoniam tanquam fenum velociter arescent.* Deinde causam aperit, dicens, quia finis illorum talis, qualis feni exitus est; quod cum aliquantisper floruerit, velociter arescit. Nam *omnis caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos feni. Exsiccatum est fenum, et flos decidit* [66]. Sed etiam, *quemadmodum olera herbarum cito decident.* Ne quidem digni sunt qui oleribus in agro cultis comparentur. Quæ causa igitur est cur eos æmulemur, qui cum brevi tempore floruerint, cras in clibanum mittentur, ut docet Salvator [67]? *Spera in Domino, et fac bonitatem, et inhabita terram, et pasceris in divitiis ejus. Delectare in Domino, et dabit*

Ὅτι ὡσεὶ χόρτος ταχὺ ἀποξηρανθήσονται. D Εἶτα τὴν αἰτίαν διδάσκει, λέγων, ὅτι τὸ τέλος αὐτῶν τοιοῦτόν ἐστιν, ὁποῖον τὸ τοῦ χόρτου· ὃς πρὸς ὀλίγον ἀνθήσας, ταχὺ ἀποξηραίνεται. *Πᾶσα γὰρ σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα αὐτῆς ὡς ἄνθος χόρτου. Ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσεν.* Ἀλλὰ καί, *ὡσεὶ λάχανα χλόης ταχὺ ἀποπεσοῦνται*· οὐδὲ γεωργουμένοις λαχάνοις ἄξιοί εἰσι παραβάλλεσθαι. Τί οὖν ἄξιον ζηλοῦν τούτους, οἳ πρὸς ὀλίγον ἀνθήσαντες, αὔριον εἰς κλίβανον βάλλονται, ὡς ἐδίδαξεν ὁ Σωτήρ; *Ἔλπισον ἐπὶ Κύριον, καὶ ποίει χρηστότητα, καὶ κατασκήνου τὴν γῆν, καὶ ποιμανθήσῃ ἐπὶ τῷ πλούτῳ αὐτῆς. Κατατρύφησον τοῦ Κυ-*

[63] Deut. XXXII, 21. [64] I Cor. X, 22. [65] Galat. IV, 17. [66] Isa. XL, 6. [67] Matth. VI, 30.

ρίου, καὶ δῴη σοι πάντα τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου. Ἀποστρέψας τοῦ ζήλου τῶν πονηρῶν διὰ τῶν πρώτων, εὐθὺς ἐκ παραλλήλου τὴν ὀρθὴν καὶ βασιλικὴν ὁδὸν τίθησι, δεικνὺς ὁποίαν χρὴ βαδίζειν. Διό φησιν· Ἄνω βλέπε, ὦ οὗτος, ἀφορῶν εἰς τὸν τῶν ὅλων κυβερνήτην, καὶ αὐτὸν σεαυτοῦ ἐλπίδα θέμενος θάρσει ὡς ἐπὶ μεγάλην ἄγκυραν ἡδρασμένος. Καὶ τὰ μὲν τῆς διανοίας σου ταύτην ἐχέτω τὴν ἐλπίδα· ταῖς δὲ πράξεσιν ἐργάζου *καὶ ποίει χρηστότητα*, ὡσανεὶ σπόρους σαυτῷ βαλλόμενος ἐπ' ἀγαθῇ καρπῶν συγκομιδῇ. Ταῦτα δὲ τὰ δύο κτησάμενος, μηκέτι περί τινος ἀγωνία. *Κατασκήνου τὴν γῆν* ἀμερίμνως, καὶ τὴν πρόσκαιρον ταυτηνὶ ζωὴν, ὥσπερ ἐν σκηνῇ, πρὸς ὀλίγον ἑστὼς δίαγε. Ποιμανθήσῃ γὰρ δίκην θρέμματος ἀγαθοῦ ὑπὸ ποιμένι καλῷ ποιμαινόμενος. Εἰ γάρ τίς ἐστιν ἐν ἀνθρώποις ἀληθινὸς ψυχῆς πλοῦτος, ὁ ἐν θείοις δόγμασι καὶ τοῖς τῶν θείων ἀναγνωσμάτων μαθήμασι, τούτων ἀπολαύσεις, ὥστε λέγειν· *Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει*. Οὐδὲν γάρ σε ὑστερήσει ποιμαινόμενον ἐν τῷ πλούτῳ τοῦ καλοῦ ποιμένος, τῷ δεδωρημένῳ τοῖς ἔτι ἐπὶ γῆς ποιμαινομένοις ἀνθρώποις. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Καὶ ποιμανθήσῃ ἐπὶ τῷ πλούτῳ αὐτῆς*, ὁ Σύμμαχος, *Καὶ ποιμαίνου διηνεκῶς*, ἐξέδωκεν· ὁ δὲ Ἀκύλας, *Καὶ νέμου πίστιν*. Εἶθ' ὥσπερ τῶν πονηρευομένων καὶ τῶν ποιούντων τὴν ἀνομίαν ὑπέγραψε τὸ τέλος, οὕτως καὶ σοὶ τῷ ἐλπίζοντι ἐπὶ τὸν Κύριον καὶ ποιοῦντι χρηστότητα ὁπόσα ὑπάρξει ἀγαθὰ καταριθμεῖται. Πρῶτον μὲν γὰρ ποιμανθήσῃ ἐπὶ τῷ πλούτῳ τῷ ἀληθινῷ τοῦ καλοῦ ποιμένος· δεύτερον, κατατρυφήσεις τοῦ Κυρίου· καὶ τρίτον, δώσει σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου. Κατατρυφᾷν δὲ τοῦ Κυρίου δυνήσεται ὁ τῆς ψυχῆς τὰ αἰσθητήρια κεκαθαρισμένος, ὡς δύνασθαι ἐσθίειν τὸν ζῶντα ἄρτον καὶ τὰς ζωοποιοὺς αὐτοῦ σάρκας, πίνειν τε τὸ σωτήριον αὐτοῦ αἷμα. Τούτοις τρεφόμενος καὶ πιαινόμενος, τῆς ἐνθέου μέθης ἀπολαύων· *Κατατρύφησον τοῦ Κυρίου, καὶ δώσει σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου*. Ἤδη μὲν γὰρ ἐντεῦθεν κατατρυφήσει, ἐθελήσας σε αὐτὸν ἐπιδοῦναι αὐτῷ· Αἴτει δὲ αὐτὸν καὶ τὰ μέλλοντα, ὧν προσδοκᾷς τὴν λῆψιν. Ὁ γὰρ τὰ παρόντα δεδωκὼς ἀφθόνως δωρήσεται καὶ ἃ *ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, οὐδὲ οὖς ἤκουσεν, οὐδ' ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη*.

Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ὑποτάγηθι τῷ Κυρίῳ, καὶ ἱκέτευσον αὐτὸν*, ὁ Ἀκύλας φησί· *Σίγησον τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀποκαραδόκει αὐτόν*· ὁ δὲ Σύμμαχος· *Ἡσύχαζε τῷ Κυρίῳ, καὶ ἱκέτευε αὐτῷ*. Τὰ γὰρ προλεχθέντα πράττοντα, καὶ ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἐλπίζοντα, ἡσυχάζειν προσήκει τέως ἐν τῷ παρόντι, καὶ μετὰ σιωπῆς προσδοκᾷν τὰ ἐπηγγελμένα. *Μὴ παραζήλου ἐν τῷ κατευοδουμένῳ ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ, ἐν ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίας. Παῦσαι ἀπὸ ὀργῆς καὶ ἐγκατάλειπε θυμὸν, μὴ παραζήλου ὥστε πονηρεύεσθαι. Ὅτι οἱ πονηρευόμενοι ἐξολοθρευθήσονται, οἱ δὲ ὑπομένοντες τὸν Κύριον, αὐτοὶ κληρονομήσουσι γῆν*. Ἐπαναλαμβάνει τὸν λόγον ἀναγκαίως. Ἐπεὶ γὰρ ἔγνως, φησὶν, ὁποῖός σοι πλοῦτος τεταμίευται, μὴ παραζήλου ἐν τῷ νομιζομένῳ

A *tibi omnes petitiones cordis tui*. Postquam superioribus dictis ab æmulatione improborum avocaverat, statim ex opposito rectam regiamque viam proponit, indicans qua sit incedendum. Quapropter ait : Heus tu, sursum aspice, ac universorum moderatorem intuere, atque ipsum spem constitue tuam : bono animo esto, ut magna anchora firmatus. Et mente quidem spem talem capias ; operibus autem exsequere *et fac bonitatem* ; ut iis ceu jactis tibi seminibus, opimam fructuum copiam percipias. Horumce porro duorum potitus, ne ultra de quopiam anxius esto, *inhabita terram* sine sollicitudine, ac temporaneam hancce vitam, quasi in tabernaculo, brevi exigas : etenim instar bonæ pecudis curante bono pastore pasceris. Nam si quæ insunt ho-
B minibus veræ animi divitiæ, quæ in divinis dogmatibus et divinis lectionibus spectantur, iis frueris ita ut dicas : *Dominus pascit me et nihil mihi deerit* [68]. Nihil quippe deerit tibi, si in boni pastoris divitiis pascaris, quæ erogantur hominibus in terra pascentibus. Pro illo autem : *Et pasceris in divitiis ejus*, Symmachus : *Et pascere assidue*; Aquila : *Et pascere fide*, ediderunt. Sub hæc autem, quemadmodum improborum et operantium iniquitatem finem descripsit ; sic quanta tibi in Dominum speranti, ac bonitatem facienti eventura bona sint, enumerat. Nam primo in veris boni pastoris divitiis pasceris ; secundo, delectaberis in Domino ; tertio, dabit tibi petitiones cordis tui. Delectari autem in Domino valebit, quisquis animæ sensibus puris
C purgatisque fuerit, ita ut panem vivum ac vivificas carnes ejus edere possit, ac salutarem ejus bibere sanguinem. His enutritus et impinguatus, divina fruens ebrietate : *Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui*. Jam enim ille quoque delectabitur, quod percupiat ut ipsi te dedas. Postula item ab eo ut ea quæ futura exspectas dona ccipias. Nam qui præsentia affatim elargitus est, ea obtinebit quæ *nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominibus ascendit* [69].

Pro eo autem, *Subditus esto Domino, et ora eum*, Aquila ait, *Sile Domino, et exspecta eum ;* Symma-
D chus vero, *Quiesce Domino, et supplica ipsi*. Enimvero par est eum qui superius memorata peragit, et in prædictis spem habet, quiescere dum in hac vita versatur, et cum silentio promissa exspectare. *Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente injustitias. Desine ab ira et derelinque furorem, noli æmulari ut maligneris. Quoniam qui malignantur exterminabuntur : sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram*. Sermonem necessario repetit. Quia, inquit, nosti qualis tibi thesaurus reconditus sit, noli æmulari hominem iniquitati deditum, qui in præsenti vita rem prospere agere putatur ; ne stimulere, neu hujus-

[68] Psal. xxii, 1. [69] I Cor. ii, 9.

modi hominem beatum pronunties, cum probe noris ipsi repositam iram in die iræ et justi judicii Dei. Quamobrem noli irritari aut furore incendi contra impium, qui feliciter rem agere existimatur, neque æmuleris ipsum ut paria scelera edere exoptes; bene siquidem nosti ac persuasum plane habes, improborum finem exitiosum esse. *Nam qui malignantur exterminabuntur*, ac soli patientes et *sustinentes Dominum, ipsi hæreditabunt terram.* Si qua enim terra est sanctis viris promissa, hanc hæreditabunt qui sustinent Dominum, qui cum aliis enumeratis bonis in hæreditatem illis dandus est. Quod si in cœlis Jerusalem et Sion mons Dei cœlestis adsit, terram item cœlestem dignis promissam putandum est.

A κατὰ τὸν παρόντα βίον κατευοδοῦσθαι ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίας· μὴ γὰρ παροξύνου, μηδὲ μακάριζε τὸν τοιοῦτον, ἀκριβῶς εἰδὼς, ὅτι μένει αὐτὸν ὀργὴ ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. Διὸ σὺ μὴ ὀργίζου, μηδὲ θυμοῦ κατὰ τοῦ νομιζομένου εὐθηνεῖν ἀσεβοῦς, μηδὲ ζήλου αὐτὸν ὡς καὶ θέλειν τὰ ὅμοια αὐτῷ πονηρεύεσθαι· εὖ γὰρ ἴσθι καὶ πέπεισο ἀκριβῶς, ὅτι τὸ τέλος τῶν πονηρευομένων ὀλέθριον τυγχάνει. *Οἱ γὰρ πονηρευόμενοι ἐξολοθρευθήσονται*, μόνοι δὲ οἱ μακρόθυμοι καὶ *ὑπομένοντες τὸν Κύριον, αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν.* Εἴ τις γάρ ἐστι γῆ ἀγαθὴ τοῖς ἁγίοις ἐπηγγελμένη, ταύτην κληρονομήσουσιν οἱ ὑπομένοντες τὸν Κύριον· μετὰ γὰρ τῶν ἄλλων τῶν κατηριθμημένων ἀγαθῶν, καὶ αὐτὸς αὐτοῖς δοθήσεται ὁ κλῆρος. Εἰ δ' ἔστιν ἐν οὐρανοῖς Ἱερουσαλὴμ καὶ Σιὼν ὄρος τοῦ Θεοῦ τὸ ἐπουράνιον, ἀκόλουθόν ἐστι καὶ γῆν ἐπουράνιον νοεῖν τὴν ἐπηγγελμένην τοῖς ἀξίοις.

VERS. 10, 11. *Et adhuc pusillum, et non erit peccator*, etc. Hic superius dicta interpretatur, illud scilicet, *Quoniam tanquam fenum velociter arescent, et quemadmodum olera herbarum cito decident*, his explicat, *Adhuc pusillum, et non erit peccator; et quæres locum ejus, et non invenies:* illud vero, *Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui*, his apertius enarrat, *Mansueti autem hæreditabunt terram, et delectabuntur in multitudine pacis.* Quo pacto autem in Domino quis delectabitur, declarat ipse dum ait, penes eum multitudinem pacis esse, qua multa pace fruentur ii qui in Domino delectati fuerint. His porro docetur, aliam bonam terram esse, mansuetis destinatam, ac delectationem, multitudinemque pacis in futuram vitam remittit. Non ignorabat enim justis perinde atque peccatoribus in hac vita moriendum esse, ita ut de illis quoque dici possit: Adhuc pusillum, et non erit justus; et quæres locum ejus, et non invenies: nam illi quoque moriuntur quemadmodum et peccatores. Neque de hac terra sic locutus est, *Mansueti hæreditabunt terram;* cum probe sciret Moysen omnium mitissimum, olim de medio hominum sublatum ab hac terra demigrasse.

B *Καὶ ἔτι ὀλίγον, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξῃ ἁμαρτωλός.* Διερμηνεύει τὰ ἀνωτέρω λελεγμένα, τὸ μὲν, *Ὅτι ὡσεὶ χόρτος ταχὺ ἀποξηρανθήσονται, καὶ ὡσεὶ λάχανα χλόης ταχὺ ἀποπεσοῦνται*, διὰ τοῦ, *Ἔτι ὀλίγον, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξῃ ὁ ἁμαρτωλός· καὶ ζητήσεις τὸν τόπον αὐτοῦ καὶ οὐ μὴ εὕρῃς·* τὸ δὲ, *Κατατρύφησον τοῦ Κυρίου, καὶ δώσει σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου*, σαφέστερον ἀποδίδωσι διὰ τοῦ, *Οἱ δὲ πραεῖς κληρονομήσουσι τὴν γῆν, καὶ κατατρυφήσουσιν ἐπὶ πλήθει εἰρήνης.* Πῶς γάρ τις κατατρυφήσει τοῦ Κυρίου παρίστησι, πλῆθος εἰρήνης παρ' αὐτῷ εἶναι λέγων· οὗ πλήθους εἰρήνης ἀπολαύσουσιν οἱ τοῦ Κυρίου κατατρυφήσαντες. Διὰ τούτων δὲ ὁ λόγος σαφῶς ἑτέραν τινὰ γῆν ἀγαθὴν τὴν τοῖς πραέσι δοθησομένην διδάσκει, καὶ
C τρυφὴν καὶ πλῆθος εἰρήνης εἰς μέλλουσαν ἀναπέμπει ζωήν. Οὐ γὰρ ἠγνόει, ὅτι ὁμοίως τοῖς ἁμαρτωλοῖς κατὰ τὸν παρόντα βίον καὶ οἱ δίκαιοι τελευτήσουσιν, ὡς δύνασθαι καὶ περὶ αὐτῶν λέγεσθαι τό· Ἔτι ὀλίγον, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξῃ ὁ δίκαιος, καὶ ζητήσεις τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ εὕρῃς· τελευτῶσι γὰρ ὁμοίως τοῖς ἁμαρτωλοῖς καὶ αὐτοί. Οὐκ ἂν δὲ εἶπε περὶ τῆς παρούσης γῆς τόδε· *Οἱ πραεῖς κληρονομήσουσι τὴν γῆν*, σαφῶς ὁρῶν τῶν πάντων πραότατον Μωϋσέα, πάλαι ἐξ ἀνθρώπων γενόμενον καὶ τῆς παρούσης γῆς ἀπηλλαγμένον.

VERS. 12. *Observabit peccator justum, et stridebit super eum dentibus suis*, etc. Impiorum contra justos insultus amborumque finem describit. Cum peccator, inquit, non satis esse sibi scelera sua putet, justum cernens religiose viventem, id ferre nequit, quia vitam ejus improbitatis suæ vituperationem esse arbitratur; quare ait: Vel visu solo onerosus nobis est, ideoque observat eum ut dejiciat. Verum justus nihil pensi habet, neque novit quæ clam contra se struuntur machinamenta. Dominus vero omnium inspector, ejus qui talia meditatur ruinam prospiciens, consilia ejus deridet. Et hactenus quidem nihil aliud agit quam ridere hominem talia frustra cogitantem. Cum autem peccator ad facinora progreditur, acuitque gladios, ut insidias paret ad necem ei, qui propter Deum inopiam pau-

Παρατηρήσεται ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον, καὶ βρύξει ἐπ' αὐτὸν τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ. Τῶν τε ἀσεβῶν τὰς κατὰ τῶν δικαίων ἐπαναστάσεις, καὶ ἀμ-
D φοτέρων τῶν ταγμάτων τὰ τέλη. Μὴ γὰρ ἀρκούμενος, φησὶ, τοῖς ἑαυτοῦ πλημμελήμασιν ὁ ἁμαρτωλὸς, οὐ φέρει βλέπων τὸν δίκαιον θεοσεβοῦντα· ἔλεγχον γὰρ τὸν ἐκείνου βίον τῆς ἑαυτοῦ μοχθηρίας ἡγεῖται· διὸ λέγει· Βαρὺς ἡμῖν ἐστι καὶ βλεπόμενος· ὅθεν ἐπιτηρεῖ ὅπως αὐτὸν καταβάλῃ. Ἀλλ' ὁ μὲν δίκαιος οὐ προσποιεῖται, οὐδὲ γινώσκει τὰ λαθραίως κατ' αὐτοῦ μηχανώμενα· ὁ δὲ παντεπόπτης Κύριος, προορῶν τὴν τοῦ ταῦτα διανοουμένου πτῶσιν, τῶν λογισμῶν αὐτοῦ καταγελᾷ. Καὶ τέως μὲν πλέον οὐδὲν ἢ γελᾷ ἐπ' αὐτῷ μάτην τοιαῦτα λογιζομένῳ· ἐπειδὰν δ' ἐπὶ τὰ ἔργα χωρῇ, ἀκονήσας ἑαυτοῦ τὰ ξίφη ὡς μέχρι θανάτου ἐπιβουλεῦσαι τῷ τὴν διὰ Θεὸν πτω-

χείαν καὶ πενίαν ἀνειληφότι, καὶ τὴν ἄκραν κατορθοῦντι φιλοσοφίαν, τὸ τηνικαῦτα στρέφει τὴν αὐτῶν ῥομφαίαν κατὰ τῆς αὐτῶν καρδίας ὁ πάλαι καταγελῶν αὐτῶν Κύριος, καὶ τὰ κατὰ τοῦ δικαίου τόξα τῶν ἀσεβῶν συντρίβει. Μετελεύσεται γὰρ αὐτούς· οὐδὲ ἔτι γελῶν ἐφ' οἷς διανοοῦνται, ἀλλὰ τῇ δίκῃ τῇ προσηκούσῃ κατ' αὐτῶν χρώμενος. Ταῦτα δὲ, ὅτι μὴ λόγοι τυγχάνουσιν, ἀλλ' ἔργα ἀληθῆ μαρτυρούμενα ὑπ' αὐτῆς ἐνεργείας, καὶ ἡμῖν αὐτοῖς τοῖς ταῦτα νυνὶ διεξιοῦσιν ἡ πεῖρα τῶν ἔργων ἐπιστώσατο. Ὀφθαλμοῖς γοῦν παρειλήφαμεν, ὡς οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμῶν διωγμοῖς ῥομφαίαν ἐσπάσαντο κατὰ τῶν δικαίων, καὶ ὡς ἐνέτειναν τὰ τόξα αὐτῶν τοῦ καταβαλεῖν πένητα καὶ πτωχὸν, καὶ τοῦ σφάξαι τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, καὶ ὡς ἔπραξαν καὶ κατέβαλον καὶ ἀνεῖλον ποικίλοις τρόποις θανάτων τοὺς κατὰ Θεὸν ἀνδρισαμένους ἁγίους μάρτυρας. Ὥσπερ δὲ ταῦτα ἱστορησάμενοι, οὕτω καὶ τὴν μετελθοῦσαν αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ δίκην τεθεάμεθα, τοιαύτην γενομένην, ὡς μὴ ἁμαρτεῖν τὸν φήσαντα ἀληθῶς, τὴν ῥομφαίαν αὐτῶν εἰσεληλυθέναι εἰς τὴν καρδίαν αὐτῶν καὶ τὰ τόξα αὐτῶν συντετρῖφθαι.

Κρεῖσσον ὀλίγον τῷ δικαίῳ. Οὐ προείρηται μόνον, ἀλλὰ δι' ἔργων ἀποπεπλήρωται, καὶ τὸν ἄλλον δὲ χρόνον. Ὁ μὲν δίκαιος πτωχεύων, ἀρκεῖται τῷ ὀλίγῳ, δεδιδαγμένος ἐν προσευχῇ λέγειν· *Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον·* ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς, πλούτῳ περιῤῥεόμενος, ἀγαθοῦ τινος ἀπόλαυσιν νομίζει. Ἀλλ' ἐγὼ, φησὶν, εὖ οἶδα, διδάσκω δὲ καὶ ἑτέρους· ὅτι πολλῷ βελτιων ἐστὶν ὁ δίκαιος τὸν ἐφήμερον ἄρτον παρὰ τοῦ Θεοῦ λαμβάνων τοῦ τῶν ἁμαρτωλῶν πλούτου. Εἰ δ' ἐρωτᾷς, τὴν αἰτίαν μάνθανε· ὅτι ὁ μὲν ὀλίγῳ ἀρκούμενος ἔχει τὸν Κύριον ὑποστηρίζοντα αὐτοῦ τὴν ψυχὴν καὶ τὴν ζωὴν καὶ τὸν βίον, ὑπὲρ πάντα τε πλοῦτον ἐπαρκοῦντα αὐτῷ· οἱ δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν βραχίονες οὐ διαμένουσιν ἰσχυροὶ, οὐδὲ ὁ πλοῦτος αὐτῶν βέβαιος· συντριβήσονται γὰρ ὅσον οὐδέπω γενόμενοι ὡσεὶ λάχανα χλόης καὶ ὡσεὶ χόρτος ἀποξηραινόμενοι.

Γινώσκει Κύριος τὰς ὁδοὺς τῶν ἀμώμων, καὶ ἡ κληρονομία αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται. Οὐ καταισχυνθήσονται ἐν καιρῷ πονηρῷ, καὶ ἐν ἡμέραις λιμοῦ χορτασθήσονται, ὅτι οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπολοῦνται. Ὅτι τοῦ δεξιοῦ τάγματος, λέγω δὲ τῶν δικαίων, οὐ μόνον ὑποστηρίζει ὁ Θεὸς τὴν ζωὴν, ἀλλὰ καὶ τὰς περιμενούσας αὐτοὺς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἡμέρας ἀκριβῶς οἶδε, τήν τε ἡτοιμασμένην αὐτοῖς κληρονομίαν, περὶ ἧς ἀνωτέρω ἐλέχθη. Διὸ οὐδὲν αὐτοὺς καταβλάψει τὸ βραχὺ, καὶ λυπηρὸν τοῦ παρόντος βίου, καὶ τὸ πένεσθαι καὶ πτωχεύειν διὰ τὸν Κύριον. Γυμνάσιον γὰρ αὐτῶν ἐστι τῆς προαιρέσεως ἡ καρτερία, δι' ἧς τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδεύοντες, τεύξονται τῶν ἐπηγγελμένων. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *γινώσκει*, ὁ Σύμμαχος, *Προοῖδεν ὁ Κύριος τὰς ἡμέρας τῶν ἀμώμων*, ἐξέδωκεν. Καὶ ἄλλο δὲ μέγα ὑπάρξει τούτοις· *ἐν γὰρ καιρῷ πονηρῷ οὐ καταισχυνθήσονται, καὶ ἐν ἡμέραις λιμοῦ χορτασθή-*

A periemque amplexus ac summæ philosophiæ deditus est, inferendam; tum Dominus, qui olim deridebat eos, gladium vertit in corda ipsorum, et arcus impiorum contra justum paratos confringit. Non jam cogitationes eorum deridens invadet eos, sed promerita illis ultione utetur. Quod autem hæc non mera verba sint, sed res gestæ ac ipso opere comprobatæ, nobis qui hæc enarramus vel ipsa experientia commonstravit. Ipsis igitur oculis percepimus, peccatores in persecutionibus in nos excitatis adversus justos gladium eduxisse, arcusque suos intendisse ut dejicerent pauperem et inopem, et ut trucidarent rectos corde; idipsumque præstitisse: sanctos martyres pro Deo fortiter agentes dejecisse et multiplici mortis genere sustulisse. B Ut autem hæc vidimus, ita et ultionem Dei ipsos invadentem suspeximus, quæ talis utique fuit, ut nihil aberraverit is qui dixit gladium eorum infixum in corda ipsorum, et arcus eorum confractos esse.

Vers. 16. *Melius est modicum justo*, etc. Hæc non modo prænuntiata fuere, sed et aliis temporibus opere completa. Justus quidem pauperem agens vitam paucis contentus est, ad hæc in oratione proferenda institutus, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie* [79]. Peccator autem divitiis affluens, se bono frui arbitratur. At probe novi, inquit, idque cæteros doceo, multo præstantiorem justum, C qui quotidianum a Deo panem accipit, peccatorum divitiis esse. Quod si causam perconteris, ediscat licet, quia ille quidem paucis contentus, Dominum habet qui animam et vitam ejus fulciat, ipsique plusquam omnes divitiæ sufficiat: at peccatorum brachia non robusta manent, neque divitiæ eorum firmæ sunt; prope diem enim conterentur quasi olera herbarum, et tanquam fenum arescent.

Vers. 18-20. *Novit Dominus vias immaculatorum, et hæreditas eorum in æternum erit. Non confundentur in tempore malo, et in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt.* Quia eorum qui in dextro ordine sunt, id est justorum, non D modo vitam fulcit Dominus; sed etiam dies, qui ipsos in futuro sæculo exspectant, accurate novit, atque paratam illis hæreditatem, de qua superius dictum est. Quare nocumenti nihil afferet ipsis præsentis vitæ brevitas ac tristitia, et pauperies inopiaque quam pro Domino amplexi sunt. Nam eorum propositi et voluntatis exercitatio fuit tolerantia, qua in angusta arctaque via incedentes, promissa consequentur. Pro illo autem, *novit*, Symmachus, *prævidit Dominus dies immaculatorum*, interpretatus est. Aliudque magnum bonum ipsis obveniet; nam *in tempore malo non confundentur, et in diebus famis saturabuntur.* Malum tempus, id est

[79] Luc. xi, 3.

tempus iræ adversus impios, quo illi quidem justum Dei judicium experientur; qui vero in dextro ordine sunt, gloriam, honorem et incorruptionem obtinebunt, ut qui vitam æternam quæsierint. Imo vero statuto tempore justi, divino alimento potiti, saturabuntur; peccatores autem fame et egestate rationabilis cibi peribunt. Quis autem oculis contemplatus impios qui ævo nostro ex divitiis, gloria et dignitatibus in admiratione fuere, in multasque gentes imperium obtinuere, repente ab hac celsitudine lapsos, non fateatur verum esse oraculum hujusmodi: *Inimici vero Domini, mox ut honorificati fuerunt et exaltati, deficientes quemadmodum fumus defecerunt?* Fumus exstincti ignis signum est: quare hi qui tempore suo ardentes ignis instar, deinde exstincti sunt, similiter in exemplum habentur.

VERS. 21, 22. *Mutuatur peccator, et non solvet: justus autem miseretur et tribuet.* Ille cum nihil possideret, multosque a viro justo utiles salutaresque sermones mutuo acciperet, aut a Deo beneficiis ornaretur, debitum non solvit. Nam adjutum, oportuit opera ac gesta acceptis digna exhibere. At ille non solvit, manetque justitiæ operibus vacuus. Justus vero divitiis quæ secundum Deum sunt affluens, miseretur et tribuit egenibus. Sed etiam qui justo benedicunt, ejus cohæredes erunt. Eam enim ipsam supernam hæreditatem, quæ justo promissa fuit, benedicentibus justum etiam pollicetur. Quæ consonant oraculo Abraham spectanti ac dicenti: *Et benedicam benedicentes te* [71]. Illud autem, *Maledicentes autem ei disperibunt*, affine est huic ad Abrahamum dicto, *et maledicentibus tibi maledicam* [72]. Quemadmodum enim qui lapidem sursum jacit, sic qui maledictis justum impetit, quia non potest justo maledictum hærere, retortum in se maledicus excipiet.

VERS. 23, 24. *Apud Dominum gressus hominis dirigentur.* Præter supra memorata, hæc etiam homini Dei adsunt: vias ejus Deus complanat, ita ut vita ejus feliciter elabatur: ac sine ullo obice is religiose agit, a nemineque supplantatur, propter eum qui gressus ejus dirigit, *et viam ejus volet*, quia illam approbatione dignam parat; ita ut ideo dicatur, *et viam ejus volet. Cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.* Si quando contingat eum labi et in tentatione cadere, ac impingentem in peccatum quodpiam ruere, non collidetur tamen; sed ut generosus athleta, cum vim perpessus aliquantum cesserit, confestim sese recipiet.

VERS. 25, 26. *Junior fui, etenim senui, et non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens pa-*

A *σονται.* Καιρὸς δὲ πονηρός ἐστιν ὁ τῆς κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὀργῆς, ἐν ᾧ οἱ μὲν τῆς δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ πειρασθήσονται, οἱ δὲ τοῦ δεξιοῦ τάγματος ἀπολείψονται δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν, ζητοῦντες ζωὴν αἰώνιον. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν ἐστῶτα καιρὸν, οἱ μὲν δίκαιοι τῆς ἐνθέου τροφῆς ἀπολαύοντες χορτασθήσονται· οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ λιμῷ καὶ ἐνδείᾳ λογικῆς τροφῆς ἀπολοῦνται. Τίς δὲ ὀφθαλμοῖς παραλαβὼν τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀσεβεῖς πλούτῳ καὶ δόξῃ καὶ ἀξιώμασι θαυμασθέντας, μεγάλων τε ἐθνῶν ἄρξαντας, ἀθρόως ἐκπεσόντας τοῦ ὕψώματος, οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν ἀληθῆ τυγχάνειν τὸ φῆσαν λόγιον· *Οἱ δ' ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ ἅμα τῷ δοξασθῆναι αὐτοὺς καὶ ἐπαρθῆναι ἐκλιπόντες ὡσεὶ καπνὸς ἐξέλιπον.* Καπνὸς δὲ πυρὸς σβεσθέντος σημεῖον· διὸ καὶ τού-
B τους καιρῷ φλέξαντας πυρὸς δίκην, κἄπειτα ἀποσβεσθέντας, ὁμοίως ἐν τῷ παραδείγματι (1).

Δανείζεται ὁ ἁμαρτωλὸς, καὶ οὐκ ἀποτίσει· ὁ δὲ δίκαιος οἰκτείρει καὶ διδοῖ. Μηδὲν κεκτημένος, παρὰ τοῦ δικαίου πολλάκις δανειζόμενος λόγους ὠφελίμους καὶ σωτηρίους, ἢ παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίας τυγχάνων, οὐκ ἀποτίννυσι τὴν ὀφειλήν. Δέον γὰρ ὠφεληθέντα, ἔργα καὶ πράξεις παρασχεῖν ἀξίας ὧν εἴληφεν. Ὁ δὲ οὐκ ἀποτίννυσιν, μένει δὲ ἄκαρπος τῶν τῆς δικαιοσύνης ἔργων. Ὁ δὲ δίκαιος, πλουτῶν ἐν τῷ κατὰ Θεὸν πλούτῳ, οἰκτείρει καὶ παρέχει τοῖς δεομένοις. Ἀλλὰ καὶ οἱ τὸν δίκαιον εὐλογοῦντες συγκληρονόμοι αὐτοῦ γενήσονται. Ἣν γὰρ ἐπηγγείλατο ἀνωτέραν τοῖς δικαίοις κληρονομίαν ὁ λόγος, ταύτην
C αὐτὴν καὶ τοῖς εὐλογοῦσι τὸν δίκαιον ὑπισχνεῖται, ἀκολούθως τῷ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ χρησμῷ φήσαντι· *Καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε.* Τὸ δὲ, *Καὶ οἱ καταρώμενοι αὐτὸν ἐξολοθρευθήσονται*, ὅμοιον ἂν εἴη τῷ λελεγμένῳ πρὸς τὸν Ἀβραάμ· *Καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι.* Ὥσπερ γὰρ ὁ βάλλων λίθον εἰς ὕψος ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἑαυτοῦ βάλλει, οὕτως ὁ κατάραις βάλλων τὸν δίκαιον, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι κατάραν ἵστασθαι κατ' αὐτοῦ, ἀντιστρέφουσαν αὐτὴν εἰς ἑαυτὸν λήψεται.

Παρὰ Κυρίου τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται. Πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ ταῦτα ὑπάρχει τῷ τοῦ Θεοῦ ἀνθρώπῳ· τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ ἐξομαλίζει ὁ Θεὸς, ὥστε εὐροεῖν αὐτοῦ τὸν βίον, καὶ ἀπαραποδίστως θεοσεβεῖν, μηδενὸς ὑποσκελίζοντος διὰ τὸν
D κατευθύνοντα αὐτοῦ τὰ διαβήματα, *καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει*, ἀποδοχῆς ἀξίαν ποιοῦντα· ὥστε λέγεσθαι, *Καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει. Ὅταν πέσῃ οὐ καταῤῥαχθήσεται, ὅτι Κύριος ἀντιστηρίζει χεῖρα αὐτοῦ.* Εἰ δὲ καὶ πεσεῖν αὐτόν ποτε ὀλισθήσαντα συμβῇ, καὶ ἐν πειρασμῷ γενόμενος ὀλισθήσειεν, ὀκλάσας τε ὑποπέσοι τινὶ ἁμαρτήματι, ἀλλ' οὐ καταῤῥαχθήσεται· οἷα δὲ γενναῖος ἀθλητὴς ἐκβιασθεὶς καὶ πρὸς ὀλίγον ἐνδοὺς, παραχρῆμα ἑαυτὸν ἀναλήψεται.

Νεώτερος ἐγενόμην, καὶ γὰρ ἐγήρασα, καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον, οὐδὲ τὸ

[71] Gen. XII, 3. [72] ibid.

(1) Textus deficere videtur.

σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους. Ἀλλ' ἐκ παίδων μέχρι γήρως τὸν τοῦ δικαίου περιεργασάμενος βίον. Ὅτι οὐδὲ εἷς γέγονε καιρὸς καθ' ὃν ἔρημος καταλέλειπται ὁ δίκαιος, ἀεὶ δὲ πάρεδρον καὶ βοηθὸν κέκτηται τὸν ἑαυτοῦ Κύριον. Διό φησιν· *Νεώτερος ἐγενόμην*, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *νέος ἐγενόμην, ἀλλὰ καὶ ἐγήρασα, καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον, οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους*. Καὶ πῶς γὰρ οἷόν τε ἦν τὸ σπέρμα τοῦ δικαίου ἐνδεὲς ἄρτων γενέσθαι, ὁπότε αὐτὸς διὰ τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ χορηγούμενον αὐτῷ πλοῦτον *ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ καὶ δανείζει*; Νοήσεις δὲ τοῦτο κατὰ μὲν τὴν διάνοιαν μαθὼν, ὅτι, τάλαντα λαβὼν παρὰ τοῦ οἰκοδεσπότου καὶ τὴν μνᾶν τὴν παρὰ τοῦ Κυρίου, τῇ τούτων χρῆται πραγματείᾳ πειθαρχῶν τῷ φήσαντι· *Ἔδει σε τὸ ἀργύριόν μου βαλεῖν εἰς τράπεζαν*. Τὰ *λόγια Κυρίου λόγια ἁγνὰ, ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ*. Ὁ τοίνυν ἀνακείμενος τῇ τῶν θείων ἀσκήσει λόγων, καὶ πολλὰ λογικὰ χρήματα συναγαγὼν, οὐδὲν ἕτερον οἶδε πράττειν, ἢ διὰ πάσης ἡμέρας ἐλεεῖν καὶ δανείζειν. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, *ὅλην τὴν ἡμέραν δωρεῖται καὶ δανείζει*· τοῖς μὲν δωρεῖται, τοῖς δὲ δανείζει· τὰ μὲν δόγματα θεωρήματα δωρεῖται ταῖς τῶν χωρούντων ψυχαῖς· τὰ δ' ἐν ἠθικαῖς ἐντολαῖς δανείζει, ἐπὶ τῷ τοὺς εἰληφότας δι' ἔργων τὸν καρπὸν ἀποδοῦναι τοῦ δάνους. Οὕτως ἀκούσῃ καὶ Μωϋσέως ἐπαγγελλομένου τοῖς τῶν θείων νόμων φύλαξιν· τὸ, *Δανιεῖς ἔθνεσι πολλοῖς, σὺ δὲ οὐ δανιεῖ*. Καὶ τοῦτόν γε τὸν τρόπον οἱ θεῖοι ἀπόστολοι ἐδάνειζον ἔθνεσι πολλοῖς, καὶ μάλιστά γε ὁ Παῦλος· καὶ διὰ τοῦτο οἱ μαθητευόμενοι αὐτοῖς, σπέρμα ὄντες αὐτῶν, οὐδεπώποτε ἐνδεεῖς ἦσαν ἄρτων· ἅτε δὴ ἔχοντες τοὺς χορηγοῦντας αὐτοῖς τὴν λογικὴν τροφὴν, ἧς μεταλαμβάνοντες, εὐλογίαις ἐπληροῦντο. Διὸ λέλεκται· *Καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς εὐλογίαν ἔσται*. Καὶ κατὰ ψιλὴν δὲ τὴν λέξιν, εἴ τις λογίσαιτο ὅπως εἴρηται τῷ Σωτῆρι τὸ, *Καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ ἑκατονταπλασίονα λήψεται*, ἔργοις τε αὐτοῖς θεάσαιτο πληρούμενον τὸν λόγον διὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, ὄψεται πῶς ὁ δίκαιος ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ καὶ δανείζει. Εἰ γὰρ πάντων τῶν πιστευόντων ἦν ἡ ψυχὴ καὶ ἡ καρδία μία, καὶ οὐδεὶς ἔλεγεν ἴδιόν τι ἑαυτοῦ εἶναι, ἀλλ' ἦν πάντα κοινὰ, ὅσοι τε ἦσαν κύριοι κτημάτων πιπράσκοντες ἐτίθεσαν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων, διεμέριζόν τε ἑκάστῳ, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε· δῆλον ὅπως ὅλην τὴν ἡμέραν οὗτοι ἠλέουν καὶ ἐδάνειζον.

Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. Ἐλευθερώσας σεαυτὸν πάσης κακίας, ἐπὶ σοὶ γάρ ἐστι τοῦτο, καὶ βουληθεὶς δυνήσῃ· οὐ μὴν ἤδη τέλειος ἔσῃ τοῦτο πράξας, εἰ μὴ καὶ τὸ δεύτερόν σοι παρείη· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἐργάζεσθαι τὸ ἀγαθόν. Πρὸς γὰρ τὸ μὴ κλέπτειν προσήκει σε καὶ τῶν σῶν ὑπαρχόντων τοῖς δεομένοις κοινωνεῖν· καὶ πρὸς τὸ μὴ πλεονεκτεῖν, ἕτερον, τὸ καὶ εὐεργετεῖν τοὺς δεομένους· καὶ πρὸς τὸ κακίας ἀπέχεσθαι, τὸ καὶ ἑτέρους ἀπὸ κακίας ῥύεσθαι. Ἐπὰν δὲ ταῦτα ποιήσῃς, *κατασκήνου*, φησὶν, *εἰς αἰῶνα αἰῶνος*. Ἀνθ' οὗ ὁ

nes. A puero, inquit, ad senectutem usque justi vitam studiose perpendi: nullo quippe tempore justus deseritur, sed Dominum suum semper astantem opitulatoremque habet. Quare ait, *junior fui*, sive secundum Symmachum, *juvenis fui, sed senui, et non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panes*. Et qui, quæso, potest justi semen egere panibus, quando ipse, Deo divitias sibi subministrante, *tota die miseretur et commodat?* Hæc porro intelligas ac mente percipias, si edidiceris ipsum cum talenta a patrefamilias, et mnam a Domino accepisset, iis ad negotiationem usum esse, Domino obtemperantem ita loquenti: *Oportuit te pecuniam meam jecisse ad mensam* [73]. *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ* [74]. Quisquis igitur divini sermonis exercitio incumbit, multasque rationabiles divitias colligit, is nihil aliud agere novit, quam ut tota die misereatur et commodet. Secundum Aquilam vero, *tota die dat et commodat:* aliis quidem dat, aliis autem commodat; dogmata ad speculationem dat iis quorum capaces animæ sunt; moralia præcepta commodat, ut qui acceperint, mutuo accepti fructum operibus reddant. Sic audias Moysem divinarum legum cultoribus hoc pollicentem: *Fœnerabis gentibus multis, et tu non fenus accipies* [75]. Et eo utique modo divini apostoli fœnerabant gentibus multis, maximeque Paulus: quare discipuli eorum, qui semen ipsorum erant, nunquam egebant panibus, utpote quibus adessent qui rationabilem cibum suppeditarent: cujus participes cum essent, benedictionibus replebantur. Quamobrem dictum est, *Et semen ejus in benedictione erit*. Si quis vero secundum nudam lectionem secum reputaverit qua ratione a Salvatore dictum sit, *In hoc sæculo centuplum recipiet* [76], remque opere per ejus discipulos comprobatam viderit, is sane deprehendet quo pacto justus tota die misereatur et commodet. Nam si omnium fidelium cor unum et anima una erat, nullusque dicebat sibi quid proprium esse, *sed omnia erant communia*, et quotquot possessores prædiorum erant, vendentes ponebant ante pedes apostolorum, dividebantque singulis *prout cuique opus erat* [77]; manifestum sane est ipsos tota die misertos esse et commodasse.

VERS. 27-29. *Declina a malo, et fac bonum*. Cum te ab omni malitia exemeris, penes te enim illud est, et si velis poteris; non statim, hoc peracto, perfectus eris, nisi aliud secundum adfuerit, id est, ut facias bonum. Nam præterquam quod furari non licet, convenit etiam cum egentibus bona sua communicare; ac præterquam quod avarum esse non oportet, aliud requiritur, ut egenis beneficia præstentur; ac præter abstinentiam a malis, opus est et alios a malis eruere. Cum autem hæc egeris, *inhabita*, inquit, *in sæculum sæculi*.

[73] Luc. XIX, 23. [74] Psal. XI, 7. [75] Deut. XV, 6. [76] Matth. XIX, 29. [77] Act. IV, 32-35.

Pro quo Symmachus edidit, *Et quiesces in sæculum*. Hic te scilicet manet finis æterna vita. Nam cum Dominus judex sit, *amat judicium, et non derelinquet sanctos suos*, sed in æternum conservabit eos. *Injusti punientur et semen impiorum peribit. Justi autem hæreditabunt terram, et inhabitabunt in sæculum sæculi super eam*: consequenter ad præmissa docet, iniquos qui præceptum non servarint pœnam daturos æternam: ac quemadmodum justi semen in benedictione futurum esse dictum est; ita *semen impiorum peribit*. Justi vero promissam mitibus terram hæreditate accipient, et inhabitabunt in ea in sæculum sæculi. Commodum hæc plerumque sermo pollicetur, repetitioneque promissa confirmat: vult enim nos assidue iis in dictis versari, eaque meditari, ac si rationabilem cibum manderemus, ad distributionem probe concocti in anima nostra cibi.

VERS. 30-33. *Os justi meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur judicium. Lex Dei ejus in corde ipsius, et non supplantabuntur gressus ejus. Considerat peccator justum, et quærit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus ejus, nec damnabit eum cum judicabitur illi.* In admonitione persistens, hortatur nos ut justi æmulatores simus, ejusque divitias enumerat. Ad ea enim quæ supra dicta sunt, hæc insuper penes eum sunt; magno illum Deus, hominem licet, munere donavit, cum veræ sapientiæ cognitionem indidit. Sapientia quippe est divinorum et humanorum scientia, per quam omnia facta sunt: omnia quippe in sapientia fecit [78]. Estque ipsa, quod in principio apud Deum erat Deus Verbum, per quod omnia facta sunt [79]. Hujus itaque sapientiæ voces, sermones, disciplinas Deus in hominibus disseminavit, ut justus non otiosus, iners ac bonis vacuus esset; sed una os et meditationem sapientiæ haberet, ut ea quasi cœlesti usus esca, primo animam confirmaret suam, deindeque aliis impertiret. Quocirca dictum est, *Os justi meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur judicium*. Gnarus autem legem Dei spiritualem esse, cum secundum interiorem hominem in lege Dei delectaretur, in corde ipso legis contemplationem, et ejus mysteriorum profunditatem excepit: ac propter exercitationem hujusmodi *non supplantabuntur gressus ejus*, quandoquidem gressus ejus a Domino dirigendos esse, superius dictum est. Quod si forte peccator, ejus profectui invidens, insidias vitæ ejus struxerit, stultus sane dicetur, non possibilia aggressus. Nam magnus ille patronus ejus *non derelinquet eum in manibus ejus, nec damnabit eum cum judicabitur illi*. Symmachus vero, *Nec damnabit eum in judicio*.

A Σύμμαχος ἐξέδωκε, *Καὶ ἠρεμήσεις εἰς αἰῶνα*· Τοῦτο γὰρ περιμένει σε τὸ τέλος τῆς αἰωνίου ζωῆς. Κριτικὸς γὰρ ὢν ὁ Κύριος *ἀγαπᾷ κρίσιν, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψει τοὺς ὁσίους αὐτοῦ*, ἀλλ' εἰς τὸν αἰῶνα αὐτοὺς διαφυλάξει. *Ἄνομοι ἐκδικηθήσονται, καὶ σπέρμα ἀσεβῶν ἐξολοθρευθήσεται. Δίκαιοι δὲ κληρονομήσουσι τὴν γῆν, καὶ κατασκηνώσουσιν εἰς αἰῶνα αἰῶνος ἐπ' αὐτῆς*· ἀκολούθως τοῖς προειρημένοις διδάσκει, ὅτι οἱ μὴ τὸ παράγγελμα φυλάξαντες ἄνομοι δίκην δώσουσιν αἰώνιον· καὶ ὥσπερ τοῦ δικαίου τὸ σπέρμα εἰς εὐλογίαν ἔσεσθαι ἐλέγετο, οὕτως *τῶν ἀσεβῶν τὸ σπέρμα ἐξολοθρευθήσεται*. Οἱ δὲ δίκαιοι τὴν ἐπηγγελμένην τοῖς πραέσι κληρονομήσουσι γῆν, καὶ κατασκηνώσουσιν ἐν αὐτῇ εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Ἐπίτηδες δὲ ταῦτα πολλάκις B ἐπαγγέλλεται ὁ λόγος, βεβαιῶν διὰ τῆς ἐπαναλήψεως τὰς ὑποσχέσεις, ἡμᾶς τε βουλόμενος ἐνδιατρίβειν τοῖς αὐτοῖς λόγοις καὶ καταμελετᾷν αὐτούς, ὡσανεὶ τροφὴν λογικὴν μασωμένους, εἰς ἀνάδοσιν τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν ἡμῶν εὐπεψίας.

Στόμα δικαίου μελετήσει σοφίαν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ λαλήσει κρίσιν. Ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, καὶ οὐχ ὑποσκελισθήσεται τὰ διαβήματα αὐτοῦ. Κατανοεῖ ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον, καὶ ζητεῖ τοῦ θανατῶσαι αὐτόν. Ὁ δὲ Κύριος οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃ αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, οὐδ' οὐ μὴ καταδικάσηται αὐτὸν ὅταν κρίνηται αὐτῷ. Ἐπιμένων τῇ τοῦ λόγου προτροπῇ, ζηλωτὰς ἡμᾶς γίνεσθαι τοῦ δικαίου παρορμᾷ, τὸν πλοῦτον αὐτοῦ καταριθμούμενος. Πρὸς C γὰρ τοῖς εἰρημένοις ἔτι καὶ ταῦτα αὐτῷ πρόσεστι· κεχάρισται αὐτῷ μέγα δῶρον ὁ Θεὸς ἀνθρώπῳ ὄντι, τῆς ἀληθοῦς σοφίας τὴν γνῶσιν. Σοφία μὲν γάρ ἐστι θείων καὶ ἀνθρωπείων ἐπιστήμη, καὶ δι' ἧς πάντα γέγονε· πάντα γὰρ ἐν σοφίᾳ ἐποίησε. Καὶ αὕτη ἐστὶν ὁ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν Θεὸς Λόγος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. Ταύτης οὖν φωνὰς καὶ λόγους καὶ μαθήματα ὁ Θεὸς εἰς ἀνθρώπους κατεβάλετο, ὡς ἂν μὴ ἀργὸς εἴη ὁ δίκαιος, μηδὲ ἄπρακτος καὶ ἔρημος ἀγαθῶν· ἔχοι δὲ ἅμα στόμα τῆς οὐρανίου σοφίας τὴν μελέτην· ἧς μεταλαμβάνων ὥσπερ οὐρανίου τροφῆς, τὴν ψυχὴν πρῶτος αὐτὸς δυναμοῦται, εἶτα καὶ ἑτέροις χορηγεῖ. Διὸ λέλεκται· *Στόμα δικαίου μελετήσει σοφίαν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ λαλήσει κρίσιν.* Εἰδὼς δὲ, ὅτι ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ πνευματικός D ἐστι, συνήδεται δὲ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, ἐν αὐτῇ τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ τὴν θεωρίαν τοῦ νόμου καὶ τὸ βάθος τῶν ἐν αὐτῷ μυστηρίων ὑποδέχεται· διὰ δὲ ταύτην τὴν ἄσκησιν *οὐχ ὑποσκελισθήσεται τὰ διαβήματα αὐτοῦ*· ἐπειδὴ παρὰ Κυρίου τὰ διαβήματα αὐτοῦ κατευθύνεσθαι, καὶ διὰ τῶν ἀνωτέρω ἐλέλεκτο. Εἰ δὲ καί ποτε ἁμαρτωλὸς διαφθονούμενος τῇ αὐτοῦ προκοπῇ ἐπιβουλεύσειεν αὐτῷ εἰς θάνατον, ἄφρων οὗτος λεχθήσεται ἀδυνάτοις ἐπιχειρῶν. Ὁ γὰρ μέγας αὐτοῦ προστάτης *οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃ αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, οὐδ' οὐ μὴ καταδικάσῃ αὐτὸν ἐν τῷ κρίνεσθαι αὐτῷ.* Ὁ δὲ Σύμμαχος, *Οὐδὲ καταδικάσει κρινόμενον.*

[78] Psal. CIII, 24. [79] Joan. I, 1-3.

Εἶδον τὸν ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον, καὶ ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου. A Οὕτως ἐπὶ τοῦ παρόντος διὰ πείρας ἐληλυθέναι τοῦ τέλους τῶν ἀσεβῶν φησιν· Οὐ γὰρ ἐξ ἀκοῆς πάλαι ποτὲ γενόμενα ἑτέρων λεγόντων ἀκήκοα· ἀλλ' αὐτὸς εἶδον, φησὶ, βλασφήμους ἄνδρας καὶ ἀθέους θαυμαζομένους μὲν ὑπὸ πάντων, ἐπαιρομένους δὲ καὶ γαυριῶντας, οἰομένους τε διαιωνίζειν ἐν τῷ βίῳ. Ἀλλ' ὡς ἔτι παρ' ἐμαυτῷ διελογιζόμην πῶς οἶδε, καίπερ ἀσεβεῖς ὄντες, τοσούτων τετυχήκασι, δεύτερον αὐτοὺς θεάσασθαι βουληθεὶς, ἐπῆρα τοὺς ὀφθαλμούς· οἱ δὲ οὐχ ἦσαν οὐδαμοῦ, ἀφανεῖς δ' ἀθρόως ὑπῆρχον. Εἶτα δὲ ἴχνος αὐτῶν καὶ ὑπόλειμμα βουληθεὶς καταλαβεῖν, οὐδὲ τὸν τόπον ἐν ᾧ ἑστάναι ἐδόκουν εὑρεῖν δεδύνημαι. Διόπερ ἐπειδὴ τοιοῦτο τὸ τούτων τέλος, φεῦγε σὺ ὁ μαθητευόμενος τοῦτον τῶν ἀσεβῶν τὸν τρόπον, καὶ B ἀπόνιψον μὲν ἑαυτοῦ πᾶσαν κακίαν, ἀγάπησον δὲ τὴν εὐθεῖαν ὁδόν. Μένει γὰρ ἐγκατάλειμμα καὶ ἐλπὶς ἀγαθὴ, τῷ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν μεταδιώξαντι, καὶ διὰ τοῦτο εἰρηνικῷ ἀνθρώπῳ γενομένῳ. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Φύλασσε*, φησὶν, *ἁπλότητα, καὶ ὅρα εὐθὺ, ὅτι ἔστι μέλλοντα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ.*

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΛΖ'.

Εἰς ἀνάμνησιν.

Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. Αὐτοῖς ῥήμασι καὶ αὐταῖς συλλαβαῖς καὶ ὁ ϛ' ψαλμὸς τούτῳ παραπλησίως ἄρχεται, καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τοῦ ἕκτου τοῖς ἐν τῷ προκειμένῳ φερομένοις συγγενῆ τυγχάνει. Ἀλλ' ἐν μὲν τῷ C ἕκτῳ ἡ προγραφὴ περιεῖχεν· *Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις ὑπὲρ τῆς ὀγδόης ψαλμὸς τῷ Δαυΐδ*· ἐν δὲ τῷ παρόντι τούτων μὲν οὐδὲν, μόνον δὲ *τὸν ψαλμὸν τῷ Δαυΐδ εἰς ἀνάμνησιν* δέδεικται. Ἥ γε μὴν προσθήκη ἡ, *εἰς ἀνάμνησιν*, ἔοικεν ἀναπέμπειν ἡμᾶς εἰς τὴν ἐν τῷ ἕκτῳ προγραφὴν, ὥστ' εἶναι τὰ παρόντα *εἰς τὸ τέλος*, καὶ, *ἐν ὕμνοις*, καὶ *ὑπὲρ τῆς ὀγδόης*· πάντων γὰρ ἂν εἴη τούτων παραστατικὸν τὸ, *εἰς ἀνάμνησιν*. Ἀλλ' ἐπεὶ διεξιόντες τὰ ἐν τῷ ἕκτῳ, τὰ ὑποπεσόντα εἰς τὴν προγραφὴν εἰρήκαμεν, *εἰς τὴν ἐκείνων ἀνάμνησιν* καὶ ἡμεῖς ἀναπέμψομεν τὸν ἐντυγχάνοντα. Δοκεῖ δέ μοι ὁ Δαυΐδ, διαφόρως ἐν πολλοῖς περὶ τοῦ πραχθέντος αὐτῷ πλημμελήματος ἐξομολογησάμενος, ἰδίως τὸν παρόντα ψαλμὸν ἀφωρικέναι ἑαυτῷ *εἰς ἀνάμνησιν*, ὡς ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς D φέρειν αὐτὸ ἀνὰ στόμα. Κεχρῆσθαι δὲ αὐτῷ ἀντὶ ἐπῳδῆς ἐπὶ θεραπείᾳ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς. Ἱκετηρίαν γοῦν ἀναπέμπει τῷ Θεῷ, δι' ἧς ἀποστρέφει μὲν τὴν ὀργὴν τὴν πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπηρτημένην, ἱλάσκεται δὲ τὸν ἀγαθὸν Κύριον ταῖς μεθ' ὑπερβαλλούσης ἐξομολογήσεως φωναῖς. Λέγων δέ· *Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με*, οὐ τὸν ἔλεγχον παραιτεῖται, ἀλλὰ τὸν μετὰ θυμοῦ· οὐδὲ τὸ παιδευθῆναι φεύγει, ἀλλὰ τὸ μετὰ ὀργῆς· ὡσεὶ καὶ ἰατρῷ τις τὰ διὰ καυτῆρος καὶ σιδήρου καὶ πικρῶν ἀντιδότων προσφέροντι βοηθήματα ἐπὶ θεραπείᾳ πάθους ὑποκείμενος λέγοι· Μὴ διὰ πυρός με θεραπεύσῃς, μηδὲ διὰ σιδήρου καὶ τομῶν, ἀλλὰ διὰ ἠπίων καὶ πρᾳοτέρων φαρμάκων. Ὁ γὰρ τοιοῦτος οὐ τὴν θεραπείαν ἀρ-

VERS. 35-37. *Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani*, etc. Sic in præsenti finem se impiorum experientia edidicisse memorat. Neque enim hæc olim gesta ex aliorum narratu auribus excepi : sed ipse, inquit, vidi viros blasphema proferentes et atheos omnibus in admiratione habitos, elatos et exsultantes, putantes sibi perpetuam fore vitam. Sed dum mecum reputarem, quomodo illi quamvis impii, tot nacti bona essent, oculos secundo sustuli, ut contemplarer ipsos : at illi nusquam erant, sed confestim evanuerant. Deinde vestigium ac monumentum eorum deprehendere volens, ne locum quidem in quo stetisse videbantur reperire potui. Quapropter quia talis eorum finis est, fuge tu, discipule, tales impiorum mores, ablue omnem malitiam, dilige viam rectam. Manent enim reliquiæ spesque bona eum qui pacem amicitiamque Dei persequitur, et ideo homo pacificus effectus est. Secundum Symmachum autem, *Custodi simplicitatem*, inquit, *et vide æquitatem, quoniam futura sunt homini pacifico.*

1. PSALMUS DAVIDI XXXVII.

In rememorationem de Sabbato.

VERS. 2. *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Ipsis verbis ipsisque syllabis sextus quoque psalmus pariter inchoatur, et reliqua quæ in sexto comparent, hujus psalmi dictis affinia sunt. At in sexto psalmo sic habebat inscriptio : *In finem in hymnis pro octava psalmus Davidi.* In præsenti autem nihil horum habetur, sed duntaxat, *psalmus Davidi, in rememorationem.* Hoc porro additamentum, *in rememorationem*, videtur nos ad psalmi sexti inscriptionem remittere, ita ut quæ jam in manibus sunt, *in finem, in hymnis*, et *pro octava* dicta sint ; nam hæc omnia repetere et declarare videtur illud, *in rememorationem.* Verum quia cum sextum psalmum explanaremus, quæ inscriptionem spectabant explicavimus, nos quoque *in rememorationem* eorum lectorem remittemus. Videtur porro mihi Davidem, cum in multis abs se perpetratum facinus varie confessus esset, hunc sibi psalmum proprie *in rememorationem* seposuisse, ita ut eum semper in ore ferret, eo usus quasi delinimento ad medelam animæ suæ. Supplicationem itaque Deo emittit, qua iram quidem peccantibus omnibus impendentem avertit, vocibusque eximiæ confessionis bonum Dominum propitium sibi facit. Cum vero ait, *Domine, ne in furore tuo arguas me*, non reprehensionem detrectat, sed cum furore conjunctam ; neque correptionem fugit, sed cum ira editam : ac si quis medico per adustionem, ferrum et acerba remedia levamen morbi offerenti subjectus dicat : Ne mihi ignem, ne ferrum, ne sectiones ad medelam admoveas, sed dulcia mitioraque remedia : talis enim homo non curationem abnuit, sed duriorem opitulandi rationem. Plerumque autem diximus, iram

et furorem Dei in divinitus traditis Scripturis, non animi motus in Deo significare, nam ab iis vacuum Numen est; sed per translationem hæc solent in Scriptura nominari, quemadmodum oculi, aures, manus, digiti, pedes et reliqua membra : quæ ipse hominibus utiliter dispensat, auditorum simplicitati se attemperans. Sic igitur inflictas ex Dei judicio peccantibus pœnas, quæ sane molestæ acerbæque patientibus sunt, quasi ex ira et furore invectas adumbrat. Hoc itaque docet sacer Apostolus dicens, *Secundum autem duritiam tuam, et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus* [80] : ac si quis inductas a lege homicidis pœnas, iram ac furorem appellet; non quod revera lex ira et furore corripiatur, sed quod is qui supplicium luit, inflictas pœnas pro ira legis habeat. Jam vero maligni quoque dæmones, qui suppliciorum impiis illatorum ministri sunt, necnon virtutes Dei administræ, ira et furor vocantur. Eodem modo de decem plagis contra Ægyptios immissis dictum est, *Misit in eos furorem et iram, immissionem per angelos malos* [81]. Sic dextera Dei dicuntur bona per dexteras bonasque potestates dignis subministrata. Supplicat itaque David, ne a malignis potestatibus coarguatur, neque immissione angelorum tristium corripiatur; sed salutaribus verbis, utilibusque disciplinis, et alio quoque modo, rogat ne servetur ad diem iræ et revelationis justi judicii Dei, sed jam in præsenti vita et ante mortem peccata eluat, quod utique nactus est. Et vero videtur pœnam dedisse, per calamitates ante obitum ipsi illatas, ut ex Regnorum historia didicimus. Alia quoque ratione de se ipse pœnas sumpsit, dum se in variis confessionis modis afflictionibus dedidit. Hoc pacto etiam loquitur : Si quid perpetravi, quo dignus sim qui a furore arguar; at resipiscens rogo ut a verbo, non a furore arguar; et a doctrina, non ab ira corripiar.

A νεῖται, ἀλλὰ τὸν ἐπίπονον τρόπον τῶν βοηθημάτων. Πολλάκις δὲ εἴρηται, ὡς ὀργὴ καὶ θυμὸς Θεοῦ λεγόμενα ἐν ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς οὐ πάθη περὶ τὸν Θεὸν σημαίνει, παντὸς γὰρ πάθους ἀλλότριον τὸ Θεῖον· κατὰ μεταφορὰν δὲ τὰ τοιαῦτα εἴωθεν ὀνομάζειν ὁ τῆς Γραφῆς λόγος, ὡς καὶ ὀφθαλμοὺς Θεοῦ, καὶ ὦτα καὶ χεῖρας καὶ δακτύλους, καὶ πόδας καὶ τὰ λοιπὰ μέλη· ἅπερ ὡς πρὸς ἀνθρώπους χρησίμως οἰκονομεῖται, συγκατιὼν τῇ τῶν ἀκροωμένων νηπιότητι. Οὕτως οὖν καὶ τὰς ἐπαγομένας τιμωρίας τοῖς ἁμαρτάνουσι κατὰ Θεοῦ κρίσιν, σκυθρωπὰς οὔσας καὶ ἀλγεινὰς τοῖς πάσχουσιν, ὡσανεὶ ἐξ ὀργῆς καὶ θυμοῦ ἐπαγομένας ὑποτυποῦται. Τοῦτο γοῦν διδάσκει καὶ ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος λέγων· *Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ* B *ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ*· ὡς εἴ τις καὶ τὰς ἐκ τοῦ νόμου τῷ ἀνδροφόνῳ ἐπηρτημένας κολάσεις ὀργὴν καὶ θυμὸν ὀνομάζοι· οὐκ ἀληθῶς τοῦ νόμου θυμουμένου καὶ ὀργιζομένου, τοῦ δὲ κολαζομένου ὀργὴν τοῦ νόμου τὴν τιμωρίαν ὑπειληφότος. Ἤδη δὲ καὶ οἱ τὰς κολάσεις διακονούμενοι κατὰ τῶν ἀσεβῶν πονηροὶ δαίμονες, αἵ τε ὑπηρετικαὶ δυνάμεις τοῦ Θεοῦ αἱ τοιαίδε, ὀργὴ καὶ θυμὸς ὠνομάσθησαν. Οὕτω γοῦν εἴρηται ἐν τῷ περὶ τῆς δεκαπλήγου τῆς κατ' Αἰγυπτίων ἐπαχθείσης λόγῳ τό· *Ἀπέστειλεν ἐπ' αὐτοὺς θυμὸν καὶ ὀργὴν, ἀποστολὴν δι' ἀγγέλων πονηρῶν*. Οὕτω δεξιὰ λέλεκται Θεοῦ τὰ διὰ τῶν δεξιῶν καὶ ἀγαθῶν δυνάμεων τοῖς ἀξίοις χορηγούμενα. C Ἱκετεύει τοίνυν ὁ Δαυῒδ μὴ διὰ πονηρῶν δυνάμεων ἐλεγχθῆναι, μηδὲ δι' ἀποστολῆς ἀγγέλων σκυθρωπῶν παιδευθῆναι· διὰ λόγων δὲ σωτηρίων, καὶ μαθημάτων ὠφελίμων καὶ ἄλλως δὲ ἀντιβολεῖ μὴ τηρηθῆναι εἰς ἡμέραν ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, ἤδη δὲ ἐντεῦθεν κατὰ τὸν παρόντα βίον πρὸ τῆς τελευτῆς ἀπολούσασθαι τὰ ἁμαρτήματα· καὶ ἔτυχέ γε τοῦ σκοποῦ. Φαίνεται γοῦν δίκην δεδωκὼς, δι' ὧν ἔπαθε πρὸ τῆς τελευτῆς, ὡς ἐκ τῆς ἱστορίας τῶν Βασιλειῶν μεμαθήκαμεν. Καὶ ἄλλως δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν ἐτιμωρεῖτο παντοίαις ὑποβάλλων κακώσεσιν ἐν τοῖς τῆς ἐξομολογήσεως τρόποις. Καὶ ἄλλως δέ φησιν· εἰ πέπρακταί μοι τοιοῦτον ἐφ' οἷς ἄξιον ὑπὸ θυμοῦ ἐλεγχθῆναι, ἀλλά γε μετανοήσας παρακαλῶ ὑπὸ λόγου, καὶ μὴ ὑπὸ θυμοῦ ἐλεγχθῆναι, καὶ ὑπὸ διδασκαλίας, καὶ μὴ ὑπὸ ὀργῆς παιδευθῆναι.

Vers. 3. *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi.* Siquidem athleta Job, omnia tentationum genera perpessus, non ignorabat undenam hæc sibi evenirent, quare dicebat : *Sagittæ enim Domini in ore meo sunt, quarum ira meum ebibit sanguinem* [82]. David autem non in corpore veluti Job plagis affectus, sed in ipsa anima letali vulnere confossus, non ait quemadmodum Job : *Sagittæ Domini in ore meo sunt;* sed : *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, et confirmasti super me manum tuam.* Ille vero manum Dei memorat his verbis : *Manus enim Domini est quæ tetigit me* [83]. Diabolus autem Domino dixit : *Mitte manum tuam, et tange omnia quæ habet* [84] : et rursum : *Mitte manum tuam et tange carnem ejus*

Ὅτι τὰ βέλη σου ἐνεπάγησάν μοι. Ὁ μὲν γὰρ D ἀθλητὴς Ἰὼβ, παντοίους ὑπομείνας πειρασμοὺς, οὐκ ἠγνόει πόθεν αὐτῷ ταῦτ' ἐγίνετο· διὸ ἔλεγεν· *Βέλη γὰρ Κυρίου ἐν τῷ στόματί μου εἰσὶν, ὧν ὁ θυμὸς αὐτῶν ἐκπίνει μου τὸ αἷμα.* Ὁ δὲ Δαυῒδ, οὐ τὸ σῶμα πληγεὶς ὁμοίως τῷ Ἰὼβ, αὐτὴν δὲ τὴν ψυχὴν καιρίαν τρωθεὶς, οὐχ ὁμοίως τῷ Ἰὼβ φάσκει· *Βέλη γὰρ Κυρίου ἐν τῷ στόματί μου ἐστίν*· ἀλλ', *Ὅτι τὰ βέλη σου ἐνεπάγησάν μοι, καὶ ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου.* Ὁ δὲ μνημονεύει τῆς χειρὸς Κυρίου λέγων· *Χεὶρ γὰρ Κυρίου ἐστὶν ἡ ἁψαμένη μου.* Καὶ ὁ διάβολος τῷ Κυρίῳ, *Ἀπόστειλον τὴν χεῖρά σου καὶ ἅψαι πάντων ὧν ἔχει*, ἔφασκε· καὶ πάλιν· *Ἀπόστειλον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἅψαι τῶν*

[80] Rom. II, 5, 6. [81] Psal. LXXVII, 49. [82] Job VI, 4. [83] Job XIX, 21. [84] Job I, 11.

σαρκῶν αὐτοῦ καὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ. Ἀλλ' ἑτέρα τις ἦν χεὶρ καὶ ἕτερα βέλη τῶν σαρκῶν αὐτοῦ τὰ καθικόμενα καὶ τῶν σωματικῶν ὑπαρχόντων· ἐνταῦθα δ' ἐπειδήπερ τὴν ψυχὴν αὐτὴν νενόσηκεν ὁ Δαυῒδ, ἕτερα βέλη καθικέσθαι αὐτοῦ σημαίνει, καὶ ἑτέραν χεῖρα τοῦ Θεοῦ ἧφθαι αὐτοῦ, καθὰ ἔφθημεν εἰπόντες, τὰ λογικὰ βέλη, μᾶλλον δὲ αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ λόγους νύττοντας αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ τὴν συνείδησιν αὐτὴν τιμωρουμένους. Μήποτε δὲ καὶ αὐτὸν τὸν διάβολον καὶ τὰ τοῦ διαβόλου πεπυρωμένα βέλη τὰ παθητικὰ καὶ ἐρωτικὰ τὰ εἰς ἐπιθυμίαν αὐτὸν ἐξάψαντα τῆς τοῦ Οὐρίου γυναικὸς σημαίνει; ὧν καὶ ὁ Ἀπόστολος διδάσκει λέγων· *Ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι πάντα τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ πονηροῦ σβέσαι.* Ὥσπερ δὲ Ἰὼβ τὰ τοῦ διαβόλου βέλη καὶ τὰ ἕλκη τὰ ἐπιτεθέντα αὐτῷ κατὰ τοῦ σώματος, ἐπειδὴ κατὰ συγχώρησιν ἐγίνετο τοῦ Θεοῦ, βέλη Κυρίου ὠνόμασεν εἰπών· *Βέλη γὰρ Κυρίου ἐν τῷ στόματί μου ἐστὶν, ὧν ὁ θυμὸς αὐτῶν ἐκπίνει μου τὸ αἷμα·* οὕτως εἰκὸς καὶ τὸν Δαυῒδ ἐνταῦθα βέλη Κυρίου εἰρηκέναι, ἐπεὶ κατὰ συγχώρησιν τοῦ Κυρίου κατεστρατεύσατο αὐτοῦ ὁ ἀντίπαλος, ἵνα μάθῃ μὴ λέγειν· *Οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα.* Ἐπεὶ γὰρ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ δυναμούμενος μέγα ἐφ' ἑαυτῷ ἐφρόνησέ ποτε, ὡς ἀπαυθαδίσασθαι καὶ εἰπεῖν· *Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου· Οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα·* τούτου χάριν εἰκότως παρεδόθη τῷ πειράζοντι, ὃς, τῆς ψυχῆς αὐτοῦ καθαψάμενος, μειζόνως αὐτὸν ἢ τὸν Ἰὼβ ἐζημίωσεν. Εἰ δὲ οἱ λόγοι τοῦ Θεοῦ, οἱ τῆς δικαιοκρισίας αὐτοῦ ὑπομνηστικοὶ καὶ τῆς ὀργῆς τῆς τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπηρτημένης διδασκαλικοὶ, βελῶν εἰσιν ὀξύτεροι, τὴν συνείδησιν νύττοντες· καὶ οὕτως εἴποις ἂν τὸν Δαυῒδ, τοῖς ἱεροῖς τούτοις καὶ θείοις βέλεσι κεντούμενον, εὐλόγως παραιτεῖσθαι τὸν διὰ τοῦ θυμοῦ ἔλεγχον. Προσλαβόντα γὰρ, φησὶ, τὴν ὀργὴν καὶ τὸν θυμὸν τὰ παρὰ σοῦ καθικόμενά μοι βέλη, ἱκανῶς με τιμωρεῖται, καὶ αὐτάρκως με κολάζει· ἀλλὰ καὶ ἡ χείρ σου καθήψατο διὰ τῶν ἐπαλλήλων συμφορῶν.

Οὐκ ἔστιν ἴασις ἐν τῇ σαρκί μου ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς σου, οὐκ ἔστιν εἰρήνη ἐν τοῖς ὀστέοις μου ἀπὸ προσώπου τῶν ἁμαρτιῶν μου. Τὴν γὰρ σάρκα μου, δι' ἧς πέπρακταί μοι τὸ ἁμάρτημα, κολάσεσι παρέδωκα τιμωρούμενος ἐμαυτόν. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐδήλου δι' ἑτέρων λέγων· *Καὶ ἐταπείνουν ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου·* καὶ, *Ἡ σάρξ μου ἠλλοιώθη δι' ἔλαιον·* καὶ, *Ἐπελαθόμην τοῦ φαγεῖν τὸν ἄρτον μου ἀπὸ προσώπου τοῦ στεναγμοῦ μου,* καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ἀντὶ δὲ *τῆς ὀργῆς*, συμφώνως Ἀκύλας καὶ ὁ Σύμμαχος, *Ἀπὸ προσώπου τῆς ἐμβριμήσεώς σου,* ἡρμήνευσαν. Ἀπήρκει γάρ μοι ἡ ἀπὸ τῶν σῶν θείων Γραφῶν ἐμβρίμησις, καὶ ἡ διὰ τοῦ προσώπου Ναθὰν ἀπειλή. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ἀπὸ προσώπου τῶν ἁμαρτιῶν μου,* ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε, *Διὰ τὰς ἁμαρτίας μου.* Ἄτοπον δὲ οὐδὲν ὀστᾶ τοὺς οἰκείους ἀποκαλεῖν. Εἰ γὰρ ἐσμεν ἀλλήλων μέλη, καὶ ὡς ἑνὶ πάντες κατελογίσθημεν σώματι τὸ

et ossa ejus [85]. Verum alia manus erat, et aliæ sagittæ quæ carnem et corporea ejus attingebant : hic autem quia David anima ægrotabat, se aliis confossum telis, aliamque manum Dei se tetigisse significat, uti superius diximus, nimirum rationabiles sagittas, imo vero ipsa Dei verba, quæ animam pungebant, et de conscientia ejus supplicium sumebant. Num forte ipsum diabolum et ignita diaboli tela affectum excitantia et amatoria, quæ ipsum ad concupiscentiam uxoris Uriæ accendebant, his indicat ? de quibus hæc monita dat Apostolus : *Accipite armaturam Dei, ut possitis omnia tela nequissimi exstinguere* [86]. Quemadmodum autem Job diaboli sagittas et immissa corpori suo ulcera, quia Dei permissu acciderant, sagittas Domini vocavit dicens : *Nam sagittæ Domini in corpore meo sunt, quarum furor ebibit meum sanguinem* [87]; ita verisimile est ideo Davidem hic sagittas Domini dixisse, quia ex Dei concessu inimicus eum oppugnabat, ut edisceret non ita loquendum esse : *Non movebor in æternum* [88]. Quia enim aliquando Dei gratia fultus magna de se senserat, ita ut arroganter diceret : *Ego autem dixi in abundantia mea : Non movebor in æternum* [89]; ideo jure tentatori traditus est, qui animam ejus adortus, majus ipsi quam Jobo damnum intulit. Quod si sermones Dei, qui de justo ejus judicio admonent, et imprudentem peccantibus iram ejus edocent, sagittis acutiores sunt, pungumtque conscientiam; sane dixeris Davidem sacris hisce ac divinis sagittis confossum, reprehensionem cum furore illatam jure recusasse. Nam tela abs te mihi immissa, ait, quæ iram et furorem tuum præverterunt, sufficienter de me supplicium sumunt, ac satis me castigant : sed etiam manus tua per illatas frequenter calamitates me contigit.

Vers. 4. *Non est curatio in carne mea a facie iræ tuæ, et non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.* Carnem quippe meam, qua peccatum admisi, suppliciis tradidi, ultionem de me sumens. Hoc enim in aliis quoque locis significavit dicens : *Et humiliabam in jejunio animam meam* [90]; et : *Caro mea immutata est propter oleum* [91]; et : *Oblitus sum comedere panem meum a facie gemitus mei* [92], et similia. Pro autem *iræ*, Aquila et Symmachus, *a facie fremitus tui*, similiter interpretati sunt. Satis quippe mihi erat fremitus ille qui divinis Scripturis tuis enuntiatur, et interminatio per Nathan prophetam facta. Pro illo autem, *a facie peccatorum meorum*, Symmachus, *propter peccata mea*, interpretatus est. Nihil porro absurdum est ossa domesticos vocare. Nam si alter alterius membra sumus, et quasi in unum corpus omnes compingimur, certe ossa singulos nobis proximos ap-

[85] Job II, 5. [86] Ephes. VI, 13. [87] Job VI, 4. [88] Psal. XXIX, 7. [89] ibid. [90] Psal. XXXIV, 13. [91] Psal. CVIII, 24. [92] Psal. CI, 5.

pellare convenit. Cæterum hæc non uni sancto Davidi contigisse dicimus, sed etiam multis aliis; imo vero hodieque sanctis viris idipsum in tentatione accidit. Nam inexspectatæ plerumque calamitates oboriuntur, ut tolerabilius sit bellum ab inimicis illatum propinquorum impetu, quos diximus ossa tropice vocatos esse. Quod si hæc omnibus communia, communis omnibus sane fuerit orationis modus. Cuilibet namque tentationibus impetito, ac defesso, cupientique tranquillitatem a Deo obtinere, hæc precatio convenit.

Vers. 5 - 12. *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, sicut onus grave gravatæ sunt super me. Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ.* His docemur, ne mala occultemus nostra, neu peccata ceu quemdam nigrorem et corruptionem in intimo animæ concludamus. *Tota die contristatus ingrediebar, quoniam anima mea impleta est illusionibus illudentium.* Sic porro intelligas: cum in titulo significasset psalmum *in rememorationem* esse, jure illuc remittitur, et quæ sibi jam olim contigerant repetit. Docet item qualem in conditionem post lapsum peccati devenerit: qua de causa totam hanc confessionem edit. In hæc omnia, inquit, incidi, quia quodam tempore, *Cor meum conturbatum est, et dereliquit me virtus mea, et lumen oculorum meorum et ipsum non erat mecum.* Nam peccati tempore vis mea intelligendi non parvam perpessa est confusionem, perplexa et obscurata ab eo qui peccati mihi auctor fuerat. Tunc quippe dereliquit eum virtus ejus: non ultra enim dicere poterat, *Omnia possum in eo qui me confortat* [12], victus scilicet a motu animi, ac viribus destitutus. Et vero aliud quidpiam mihi pergrave oblatum est: nam *lumen oculorum meorum*, (id erat propheticus spiritus, qui animæ ejus visum illustrabat), *et ipsum non erat mecum:* me quippe reliquerat, ac recesserat; quia *in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet dolum, et auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu* [13]. Imo etiam qui antea amici et proximi ejus erant, qui cum ipso omni tempore degebant, eo relicto *de longe steterunt*, cum nequirent ultra ipsi adesse; sed procul, illam amici sui calamitatem deplorabant. Quinam illi, nisi qui nuper de bonis ejus lætabantur, videlicet angeli boni ac ministri Dei, qui de hominum salute una gaudere solent? Quibus procul me positis, alii quidam peccati auctores, prope stantes vim faciebant et animæ illudebant meæ. Hi namque olim sitientes sanguinem meum, atque a longis retro temporibus peroptantes ruinam videre meam, quasi opportunitatem nacti, cum viderent virtutem meam me dereliquisse, et lumen oculorum meorum a me recessisse, amicos quoque et proximos longe remotos, confestim irruentes vim faciebant animæ meæ; ac utpote ma-

A ἀπεῖργον, καὶ ὀστᾶ τοὺς κατὰ μέρος καὶ χρειωδεστάτους μάλιστα λέγειν. Πλὴν οὐχὶ μόνῳ ταῦτα συμβῆναί φαμεν τῷ θεσπεσίῳ Δαυΐδ, ἀλλὰ γὰρ καὶ πλείστοις ἑτέροις· μᾶλλον δὲ καὶ εἰς δεῦρο πράττεται πειραζομένων ἁγίων. Ἀδόκητοι γὰρ περιστάσεις ἀναφύονται πολλάκις, ὥστε δυσφορητότερον εἶναι τοῦ παρ' ἐχθρῶν πολέμου τὰς τῶν οἰκείων ἐπαναστάσεις, οὓς καὶ ὀστᾶ φαμεν ὠνομάσθαι τροπικῶς. Εἰ δὲ ἅπασι ταῦτα κοινὰ, κοινὸς ἂν εἴη πάντων τῆς προσευχῆς ὁ τρόπος. Παντὶ γὰρ ἁρμόζει πειραζομένῳ καὶ κάμνοντι, γλιχομένῳ τε τυχεῖν ἡμερότητος τῆς παρὰ Θεοῦ.

Ὅτι αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου, ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ. Προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου. Διὰ τούτων διδάσκει ἡμᾶς ὁ λόγος, μὴ κρύπτειν τὰ B ἑαυτῶν κακὰ, μηδ' ὥσπερ τινὰ μελανίαν καὶ σῆψιν κατὰ βάθους τῆς ψυχῆς συνέχειν τὰ ἁμαρτήματα. *Ὅλην τὴν ἡμέραν σκυθρωπάζων ἐπορευόμην, ὅτι ἡ ψυχή μου ἐνεπλήσθη ἐμπαιγμῶν ἐμπαιζόντων.* Νοήσεις δὲ καὶ οὕτως, προεπισημηνάμενος ἐν τῇ προγραφῇ, ὡς ἄρα εἴη *εἰς ἀνάμνησιν*, εἰκότως ἀναπεμπάζεται, καὶ τὰ πάλαι αὐτῷ συμβεβηκότα ἐπαναλαμβάνει. Διδάσκει τε ἐν οἷς γέγονε, τῷ τῆς ἁμαρτίας ὀλίσθῳ περιπεσὼν, οὗ χάριν καὶ τὴν πᾶσαν ποιεῖται ἐξομολόγησιν. Εἰς ταῦτα γὰρ πάντα ἐλήλυθα, φησὶν, ἐπειδήπερ καιρῷ τινι *Ἡ καρδία μου ἐταράχθη, καὶ ἐγκατέλειπέ με ἡ ἰσχύς μου, καὶ τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ αὐτὸ οὐκ ἦν μετ' ἐμοῦ.* Κατὰ γὰρ τὸν τῆς ἁμαρτίας καιρὸν οὐ μικρὰν ὑπέμεινεν αὐτοῦ ταραχὴν τὸ διανοητικὸν, συγχυθὲν καὶ C σκοτωθὲν ὑπὸ τοῦ τὴν ἁμαρτίαν ἐνεργοῦντος, ὡς καὶ εἰς ἀφροσύνην πεσεῖν καὶ πράττειν ἀφροσύνης ἔργα. Τότε δὲ καὶ ἐγκατέλειπεν αὐτὸν ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ· οὐκέτι γὰρ οἷός τε ἦν λέγειν· *Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με*, νικηθεὶς ὑπὸ τοῦ πάθους καὶ ἐξατονήσας. Καὶ ἄλλο δέ τι, φησὶ, χαλεπὸν περὶ ἐμὲ γέγονε· *Τὸ γὰρ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου* (τοῦτο δὲ ἦν τὸ προφητικὸν πνεῦμα, τὸ φωτίζον αὐτοῦ τῆς ψυχῆς τὴν ὅρασιν) *καὶ αὐτὸ οὐκ ἦν μετ' ἐμοῦ*, καταλεῖψάν με καὶ ἀναχωρῆσαν· ἐπεὶ *εἰς κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία· οὐδὲ κατοικήσει ἐν σώματι κατάχρεῳ ἁμαρτίαις· ἅγιον γὰρ Πνεῦμα παιδείας φεύξεται δόλον, καὶ ἀπαναστήσεται ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων.* Ἀλλὰ καὶ οἱ πρότερον αὐτοῦ φίλοι D καὶ πλησίον αὐτοῦ, οἱ τὸν σύμπαντα χρόνον αὐτῷ συνόντες, ἐάσαντες αὐτὸν *μακρόθεν ἔστησαν*, οὐκέτ' αὐτῷ συνεῖναι δυνάμενοι, πόῤῥωθεν δὲ ἀποκλαιόμενοι ὡς οἰκείου φίλου συμφοράν. Τίνες δ' ἦσαν οὗτοι ἀλλ' ἢ οἱ ἐπὶ τοῖς προτέροις ἀγαθοῖς αὐτοῦ χαίροντες, ἄγγελοι δηλαδὴ ἀγαθοὶ καὶ λειτουργοὶ Θεοῦ, τῇ τῶν ἀνθρώπων συγχαίρειν εἰωθότες σωτηρίᾳ; Ὧν μακρὰν μου γενομένων, ἄλλοι τινὲς τὴν ἁμαρτίαν ἐνεργοῦντες, πλησίον μου γενόμενοι, ἐξεβιάζοντο καὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς κατέπαιζον. Πάλαι γὰρ οὗτοι διψῶντες τοῦ ἐμοῦ αἵματος, καὶ ἐκ μακρῶν χρόνων εὐχόμενοι θεάσασθαί μου τὴν πτῶσιν, ὡσανεὶ καιροῦ λαβόμενοι, ὅτε εἶδον καταλείπουσάν με τὴν ἰσχὺν, καὶ τὸ φῶς

[12] Philipp. IV, 13. [13] Sap. I, 4, 5.

τῶν ὀφθαλμῶν μου ἀναχωρῆσάν μου, τούς τε φίλους καὶ τοὺς πλησίον μακρὰν γενομένους, παραχρῆμα ἐπιπηδήσαντες ἐξεβιάζοντο τὴν ψυχήν μου· καὶ ὡς ἂν ἐθελόκακοι *ἐλάλησάν μοι ματαιότητας*, ἔνδον ὑποβάλλοντές μου εἰς τὴν ψυχὴν ματαίους λογισμούς· ἀλλὰ καὶ σὺν δόλῳ θέλγοντες καὶ ἀπατῶντες, ὡς ἐπὶ ἀγαθοῖς ἐδελέαζον καθέλκοντές με εἰς τὴν ἁμαρτίαν.

Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον, καὶ ὡσεὶ ἄλαλος οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα αὐτοῦ. Καὶ ἐγενόμην ὡσεὶ ἄνθρωπος οὐκ ἀκούων, καὶ οὐκ ἔχων ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ἐλεγμούς. Ἐπεὶ τούτοις, φησὶν, οὐδὲν εἶχον λέγειν αἰσχύνης πεπληρωμένος· οὐδὲν γάρ μοι λόγος ἦν πρὸς ἀπολογίαν, οὐδ' εἶχόν τινα τοῖς ἐχθροῖς προσφθέγγεσθαι ἅπαξ ὑπ' αὐτῶν νενικημένος· οὐκ ἐμαυτῷ θαῤῥῶν, οὐδ' ἄλλην τινὰ πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενος ἐλπίδα ἢ σὲ, τὰ τῆς ἰάσεως ὑπέγραφον ἐμαυτῷ. Ἐπεὶ οὖν *ἐπὶ σὲ ἤλπισα, Κύριε*, ἡ δὲ *ἐλπὶς οὐ καταισχύνει*· διὰ τοῦτο εἰσακούσῃ, ὅτι θελητὴς ἐλέους εἶ, καὶ οὐ θέλεις τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ. Διὸ, ἐλπίσας ἐπὶ σὲ, ἱκετεύω τῆς παρὰ σοῦ θεραπείας τυχεῖν· *Μήποτε ἐπιχαρῶσί μοι οἱ ἐχθροί μου*, οὔπω μὲν γὰρ παντελῶς ἐχάρησαν. Ἐπιχαροῦνται δὲ, εἰ μὴ τύχοιμι τοῦ σοῦ ἐλέους. Ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπιχαρεῖέν μοι οἱ ἐχθροί μου, οἱ ἤδη καὶ πρότερον ἐν τῷ σαλευθῆναι πόδας μου μεγαλοῤῥημονήσαντες, ἐπὶ σὲ κατέφυγον, καί φημι· *Μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα.* Οὐ γὰρ πάντῃ περιετράπην, οὐδὲ πτῶμα ἔπεσον τοιοῦτον, οἷον οἱ ἀποστάται σου γενόμενοι.

levoli, *locuti sunt* mihi *vanitates*, malas mihi intus cogitationes suggerentes; imo etiam dolose demulcentes ac decipientes, quasi ad bona inescabant me, dum in peccatum detraherent.

VERS. 17. *Ego autem tanquam surdus non audiebam, et sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones.* Quoniam, inquit, mihi pudore suffuso, nihil suppetebat quod dicerem; nullus quippe ad defensionem sermo succurrebat, neque inimicos, semel ab iis victus, alloqui valebam, mihi non fidens, neque aliam præter te spem præ oculis habens, hunc mihi curationis modum præscripsi. *Quoniam* igitur *in te speravi, Domine, spes* autem *non confundit* [96]; ideo exaudies, quia misericordiam vis, neque vis mortem peccatoris, sed pœnitentiam ejus. Quare cum in te speraverim, obsecro tuam mihi curationem obtinere liceat: *Nequando supergaudeant mihi inimici mei*, nondum enim penitus gavisi sunt. Supergaudebunt autem, nisi misericordiam consequar tuam: sed ne supergaudeant mihi inimici mei, qui jam antea cum commoverentur pedes mei magna loquebantur, ad te confugi, ac dico, *Non confundar in æternum.* Neque enim penitus eversus sum, neque in talem ruinam delapsus qualem ii qui abs te prorsus defecerunt.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΤΩ ΙΔΙΘΟΥΜ, ΩΔΗ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΛΗ'.

Πολλὴν δὲ ἐμφέρειαν ἔχει τὰ ἐν τῇ προκειμένῃ ᾠδῇ λεγόμενα τοῖς ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ. Ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν ὁ Δαυῒδ ψάλλων, *εἰς ἀνάμνησιν* ἑαυτῷ συνέταττεν· οὗτος δὲ ἤδη καὶ ἑτέρους παραδίδωσι τοὺς τὰ ὅμοια πεπονθότας αὐτῷ, διὰ τῆς ἴσης ἐξομολογήσεως ζηλοῦν αὐτὸν καὶ μιμεῖσθαι παιδεύων· εἰ μὴ ἄρα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ Ἰδιθοὺμ ταῦτα τὸν Δαυῒδ ἐδίδασκε λέγειν. Ἠξίωτο γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ Ἰδιθοὺμ πνεύματος προφητικοῦ. Μανθάνομεν δὲ διὰ τῶν προκειμένων, ὡς ἄρα προσήκει ἕκαστον ἑαυτῷ διαλέγεσθαι, μηδὲ περιμένειν τοὺς ἔξωθεν διδασκάλους, αὐτὸν δι' ἑαυτοῦ προσομιλοῦντα τῷ λογισμῷ καὶ τῇ διανοίᾳ.

Εἶπα· Φυλάξω τὰς ὁδούς μου. Κατ' αὐτὸν, φησὶ, τὸν καιρὸν τοῦ πειρασμοῦ, ἐπαναβαίνοντός μοι τοῦ τὴν ἁμαρτίαν ἐνεργοῦντος, ἐγὼ *ἔλεγον· Φυλάξω τὰς ὁδούς μου τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν ἐν γλώσσῃ μου.* Τότε δὲ *καὶ ἐθέμην τῷ στόματί μου φυλακήν· καὶ ἐκωφώθην καὶ ἐταπεινώθην, καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν.* Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν· *Εἶπον· Φυλάξω τὰς ὁδούς μου, μὴ ἁμαρτεῖν διὰ τῆς γλώσσης μου. Φυλάξω τὸ στόμα μου φιμῷ, ἔτι ὄντος ἀσεβοῦς ἐξ ἐναντίας μου. Ἄλαλος ἐγενόμην σιγῇ, ἐσιωπήθην μὴ ὢν ἐν ἀγαθῷ.* Ὁρᾷς τίνα τρόπον τὴν αἰτίαν τοῦ μὴ τολμᾷν διαίρειν τὸ στόμα ἐδίδαξεν εἰπών· *Καὶ ἐσιώπησα ἐξ ἀγαθῶν*, ἢ, *ἐσιωπήθην μὴ ὢν ἐν ἀγαθῷ*, κατὰ τὸν

I. IN FINEM IDITHUM, CANTICUM DAVID. XXXVIII.

Quæ in hoc cantico exstant multam affinitatem habent cum iis quæ in præcedenti psalmo leguntur. Sed illum quidem psallens David *in rememorationem* sibi composuit; hic vero narrat alios similia perpessos, quos ad sui imitationem ac exemplum de se sumendum instituit. Nisi fortasse Spiritus sanctus Idithumi ministerio Davidem ad hæc dicenda erudierit. Nam ipse quoque Idithum spiritu prophetico dignatus fuerat. His porro ediscimus par esse singulos secum colloqui, neque extrinsecus magistros exspectare, sed ratiocinio et cogitatione sermones secum conferre.

VERS. 2,3. *Dixi: Custodiam vias meas.* Ipso, inquit, tentationis tempore, invadente me peccati auctore, *ego dixi: Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Tunc vero, *posui ori meo custodiam: obmutui et humiliatus sum, et silui a bonis.* Symmachus autem sic interpretatus est, *Dixi: Custodiam vias meas, ut non delinquam per linguam meam. Custodiam os meum freno, cum adhuc sit impius adversum me. Mutus factus sum silentio, tacui in bono non existens.* Viden' quo pacto causam afferat, cur non audeat os aperire cum ait, *et silui a bonis*; vel secundum Symmachum, *tacui, in bono non existens?* Cum enim in bonis non existerem, neque fiduciam haberem, recordatus sum

[96] Rom. v, 5.

ejus qui ait : *Peccasti, quiesce* [96] : quare *tacui in bono non existens*. Neque solum *obmutui et humiliatus sum et silui a bonis*, sed etiam, *dolor meus renovatus est*. Nam dolor animæ meæ, et ulcus a peccato mihi illatum, cum in imum pectus devenisset, et in ipsa conscientia infixum esset, renovabatur, instante atque exprobrante peccati auctore.

VERS. 4 - 6. *Concaluit cor meum intra me*. Memor, inquit, peccati, animi deliquio ceu igne comburebar : ab ipsaque conscientia incensus, *locutus sum in lingua mea : Notum fac mihi, Domine, finem meum*. Etiam post confessionem, qui mihi finis futurus sit ediscere postulo. Hæc porro dicebat cum graviter premeretur, ratus temporaneam hanc mortalemque vitam ob tædium molestiamque ejus diuturnissimam esse. Quare obitus sibi tempus indicari peroptabat, ut accepto libertatis ac tentationum exitus fausto nuntio, alacriter ageret. In sequentibus vero sic ait : *Advena ego sum apud te et peregrinus, sicut omnes patres mei. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, et substantia mea tanquam nihilum ante te*. Pro quo Symmachus, *Ecce quasi palmares dedisti dies meos*, edidit. Alius fortasse dixerit, παλαιστάς, sive adversarios dies hominis vocatos, quia certamine, πάλης, sive pugna et tentationibus repleti sunt. Deincepsque ait : *Substantia mea tanquam nihilum ante te;* pro quo Aquila interpretatur, *et demersio mea quasi non est in conspectu tuo;* Symmachus vero, *et vita mea quasi nihil coram te*. Namque totum vitæ hominis tempus cum vita Dei atque sæculis immensis collatum, quasi nihilum est in conspectu Dei. Quare alio in loco dictum : *Cœli peribunt, tu autem permanes, et omnes sicut vestimentum veterascent : et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur. Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient* [97]. Sed etiam omnia hominum studia, vanitas vanitatum sunt ; et, *universa vanitas, omnis homo vivens ;* sive, *omnis homo constitutus*, secundum Aquilam ; sive, *omnis homo stans*, secundum Symmachum. Nam qui nunc stat, ac præsenti tempore vitam decurrit, vanitas sane fuerit. Si itaque nulla hominibus inesset spes immortalitatis, vitæ æternæ ac regni cœlorum, e re sane putaretur vanitas esse omnis homo vivens.

A Σύμμαχον; Μὴ γαρ ὢν ἐν ἀγαθοῖς, μηδὲ παῤῥησίαν ἄγων, ἐμεμνήμην τοῦ λέγοντος· *Ἥμαρτες, ἡσύχασον*· διὸ *ἐσιώπησα μὴ ὢν ἐν ἀγαθῷ*. Οὐ μόνον δὲ *ἐκωφώθην καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν*, ἀλλὰ καὶ *ἄλγημά μου ἀνεκαινίσθη*. Τὸ γὰρ τῆς ψυχῆς μου ἄλγος καὶ τὸ ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἐγγενόμενόν μοι ἕλκος, κατὰ βάθους ἐγκείμενον, καὶ κατ' αὐτῆς τῆς συνειδήσεως ἐμπεπηγμένον, ἀνενεοῦτο, ἐπαναβαίνοντός μοι καὶ ἐπονειδίζοντος τοῦ τὴν ἁμαρτίαν ἐνηργηκότος.

Ἐθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου. Ἀναμιμνησκόμενος, φησὶ, τῆς ἁμαρτίας, τῆς ἀθυμίας ἐνεπιμπράμην πυρὶ, ὑπ' αὐτῆς πυρούμενος τῆς συνειδήσεως, *Ἐλάλησα ἐν γλώσσῃ μου· Γνώρισόν μοι, Κύριε, τὸ πέρας μου*. Καὶ μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν ὁποίου τέλους τεύξομαι μαθεῖν ἀξιῶ. Βαρούμενος δὲ
B ταῦτα ἔλεγε, τὴν πρόσκαιρον καὶ θνητὴν ζωὴν διὰ τὸ ἐπαχθὲς αὐτῆς μακροτάτην ἡγούμενος. Διὸ γνωρισθῆναι αὐτῷ τὸν τῆς ἀπαλλαγῆς χρόνον ἐπόθει· ἵν' εὔθυμος γένοιτο, τὴν ἀπὸ τῶν τῇδε ἐλευθερίαν καὶ τῶν πειρατηρίων τὴν ἀπαλλαγὴν εὐαγγελισθείς. Καὶ ἐν τοῖς δ' ἑξῆς προϊὼν ἔλεγεν· *Πάροικος ἐγώ εἰμι παρὰ σοὶ καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. Ἰδοὺ παλαιστὰς ἔθου τὰς ἡμέρας μου, καὶ ἡ ὑπόστασίς μου ὡσεὶ οὐθὲν ἐνώπιόν σου*. Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος, *Ἰδοὺ ὡς σπιθαμὰς ἔδωκας τὰς ἡμέρας μου*, ἐξέδωκεν. Ἄλλος δ' ἂν εἴποι *παλαιστὰς* εἰρῆσθαι τὰς τῶν ἀνθρώπων ἡμέρας, διὰ τὸ πεπληρῶσθαι αὐτὰς ἀγῶνος καὶ πάλης καὶ πειρατηρίων. Ἑξῆς τούτοις φησί· *Καὶ ἡ ὑπόστασίς μου*
C *ὡσεὶ οὐθὲν ἐνώπιόν σου*· ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσε· *Καὶ ἡ κατάδυσίς μου ὡς οὐκ ἔστιν ἐναντίον σου*· ὁ δὲ Σύμμαχος· *Καὶ ἡ βίωσίς μου ὡς οὐδὲν ἀντικρύ σου*. Ὁ γὰρ πᾶς τῆς ζωῆς ἀνθρώπου χρόνος, παραβαλλόμενος τῇ τοῦ Θεοῦ ζωῇ, καὶ τοῖς αἰῶσι τοῖς ἀπείροις, ὥσπερ οὐθέν ἐστι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Διὸ ἀλλαχοῦ εἴρηται· *Οἱ οὐρανοὶ ἀπολοῦνται· σὺ δὲ διαμένεις, καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται· καὶ ὡσεὶ περιβολαὶ ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται. Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν*. Ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ παρὰ ἀνθρώποις σπουδὴ ματαιότης ματαιοτήτων ἐστὶ, καὶ, *τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος ζῶν*, ἢ, *πᾶς ἄνθρωπος ἐστηλωμένος*, κατὰ τὸν Ἀκύλαν· ἢ, *πᾶς ἄνθρωπος ἑστὼς*, κατὰ τὸν Σύμμαχον. Ὁ γὰρ
D νῦν ἑστὼς καὶ ὁ κατὰ τὸν παρόντα χρόνον τὴν θνητὴν ἔτι ζωὴν διεξανύων ματαιότης ἂν εἴη. Εἰ γοῦν μὴ ἀπέκειτό τις ἀνθρώποις ἐλπὶς ἀθανασίας, καὶ ζωῆς αἰωνίου βασιλείας τε οὐρανῶν, εὐλόγως ἂν ἐνομίσθη μάταιόν τι εἶναι πᾶς ἄνθρωπος ζῶν.

VERS. 8 - 12. *Et nunc quæ est exspectatio mea, nonne Dominus?* etc. Hæc porro sic edidit Symmachus : *Nunc igitur quid exspecto, Domine? remansio mea in te est. Ab omnibus transgressionibus meis redime me, exprobrabilem insipienti ne ponas me. Mutus factus sum, non aperies os meum : tu enim fecisti*. Post ea quæ superius dicta sunt, ait, nihil mihi relictum, Domine, nisi ut te

Καὶ νῦν τίς ἡ ὑπομονή μου, οὐχὶ Κύριος; Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως τὰ προκείμενα ἐξέδωκε ῥητά· *Νῦν οὖν τί προσδοκῶ, Δέσποτα; ἡ ἀναμονή μου εἰς σέ ἐστιν. Ἀπὸ πασῶν τῶν ἀθεσιῶν μου ἐξέλου με, ἐπονείδιστον ἄφρονι μὴ τάξῃς με. Ἄλαλος ἐγενόμην, οὐκ ἀνοίξεις στόμα μου· σὺ γὰρ ἐποίησας*. Μετὰ τὰ προλελεγμένα πάντα, φησὶν, οὐδέν μοι λείπεται, ὦ Κύριε, ἢ σὲ προσδοκᾷν καὶ εἰς σὲ τὰς

[96] Gen. IV, 7, sec. LXX. [97] Psal. CI, 27,28.

ἐλπίδας ἔχειν· παρὰ σοῦ γὰρ τῆς ψυχῆς ἡ ὑπόστασίς A
ἐστι. Διὸ δέομαι καὶ ἱκετεύω ἐλευθερωθῆναί με τῶν τῇδε κακῶν, καὶ τῶν ἀνομιῶν μου ῥυσθῆναι. Ἅπαξ γὰρ περιπέπτωκα ἄφρονι, περὶ οὗ καὶ ἀνωτέρω ἔλεγον· *Ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐνώπιόν μου, ἐκωφώθην, καὶ ἐταπεινώθην καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν.* Αὐτίκα γοῦν ἀφροσύνῃ παραδοθεὶς γέγονα ἐπονείδιστος· εἰκότως οὖν, ὡς ἂν γνωσιμαχῶν ἐφ' οἷς ἥμαρτον, *ἐκωφώθην καὶ οὐκ ἤνοιξα τὸ στόμα μου, ὅτι σὺ ἐποίησας.* Ὁ γὰρ σὸς φόβος κωφῶσαί με ἐποίησε, πλήττων με ἐφ' οἷς ἥμαρτον, καὶ κατασιγάζων πρὸς τὸ μὴ φθέγγεσθαι. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ὄνειδος ἄφρονι ἔδωκάς με*, ὁ μὲν Ἀκύλας, *ὄνειδος ἀποῤῥέοντι*, φησὶ, *μὴ θῇς με*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ἐπονείδιστον ἄφρονι μὴ δῷς με*· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις· *ὄνειδος ἄφρονι μὴ δῷς με.* Ὅπερ παράκλησιν ἐμ- B
φαίνει τοῦ ἡμαρτηκότος, ἱκετεύοντος μὴ παραδοθῆναι εἰς ὀνειδισμὸν ἄφρονι. Εἰ δ' αὐτὸς ὁ Κύριος παραδίδωσιν ἄφρονι τὸν ἡμαρτηκότα, ὀνειδίζεσθαι πρὸς αὐτοῦ, καὶ τοῦτο ἂν εἴποις ἐπ' ὠφελείᾳ γίνεσθαι τοῦ ὀνειδιζομένου, ὡς ἂν, κακούμενος, μείζονα ποιήσοιτο τὴν ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις ἐξομολόγησιν· ὅπερ ἠξίου μὴ παθεῖν ὁ Δαυῒδ, ὡς πάντα πράττων τὰ τῷ Θεῷ ἀρεστὰ ἐξ ἑαυτοῦ. *Ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ τὰς μάστιγάς σου· ἀπὸ γὰρ τῆς χειρὸς τῆς ἰσχύος σου ἐγὼ ἐξέλιπον· ἐν ἐλεγμοῖς ὑπὲρ ἀνομίας ἐπαίδευσας ἄνθρωπον. καὶ ἐξέτηξας ὡς ἀράχνην τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, πλὴν μάτην πᾶς ἄνθρωπος· διάψαλμα.*

Ἐν μὲν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ παρεῖχεν ἑαυτὸν ἐπιστρεπτικαῖς πληγαῖς, οἷά τις εὐγνώμων μαθητὴς C
διδασκάλῳ· διὸ ἔλεγεν· *Ἐγὼ εἰς μάστιγας ἕτοιμος.* Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν αὐτάρκως τῶν μαστίγων ἐπεπειρᾶτο ἐπιμόνως αὐτὸν αἰκιζομένων, ἱκετεύει τοῦ λοιποῦ παύσασθαι, καὶ μέχρι τούτου στῆναι τὰς μάστιγας, ὁμολογεῖ τε ἑξῆς λέγων· *Ἀπὸ τῆς ἰσχύος χειρός σου ἐγὼ ἐξέλιπον.* Περὶ δὲ τῆς χειρὸς ταύτης καὶ ἀνωτέρω ἐλέγετο· *Ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου.* Εἶτα διδάσκει, ὅτι μὴ μάτην ἡ χεὶρ ἐπαίδευε, μηδὲ εἰς ἀργὸν ἐμαστίγου, ἀλλ' ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ ἡμαρτηκότος· διό φησιν· *Ἐν ἐλεγμοῖς ὑπὲρ ἀνομίας ἐπαίδευσας ἄνθρωπον.* Ὑπὲρ γὰρ τῆς παραχθείσης ἀνομίας καὶ διὰ τὸ παραχθὲν ἁμάρτημα ἐλέγχων τὸν παιδευόμενον καὶ τὰς μάστιγας ἐπῆγες καὶ τὴν χεῖρά σου προλεχθεῖσαν· τούτοις δὲ αὐτοῖς καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ παιδευομένου ἐξέτηξας, ταπεινου- D
μένην καὶ λεπτυνομένην ἐπ' ὠφελείᾳ τῇ αὐτῆς. Καθ' ὃν γὰρ ἐτρύφα χρόνον, εἰς ἁμαρτίας ἐξώλισθε, κατὰ τό· *Ἔφαγε καὶ ἔπιεν Ἰακὼβ, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος, ἐπλατύνθη καὶ ἐπαχύνθη, καὶ ἀπέστη ἀπὸ Θεοῦ τοῦ τρέφοντος αὐτόν.* Διὸ, ἵνα τὸ *πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου, ἡ σὰρξ παραδέδοται εἰς ὄλεθρον*· ἧς τιμωρουμένης, ἐκτήκεται ψυχὴ ἐξισχνουμένη δίκην ἀράχνης· διό φησι· *Καὶ ἐξέτηξας ὡς ἀράχνην τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*· καὶ ἐπιλέγει· *Πλὴν μάτην πᾶς ἄνθρωπος*, πάλιν τὸν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ εἰκῇ καὶ μάτην μοχθοῦντα καὶ κακοπαθοῦντα ταλανίζων.

[98] Deut. xxxii, 15. [99] I Cor. v, 5.

exspectem et in te spem habeam: nam apud te est substantia animæ. Quare supplico ac rogo liberari me ab hisce malis, et ab iniquitatibus meis eripi. Semel enim insipientem offendi de quo superius dicebam: *Cum consisteret peccator adversum me, obmutui et humiliatus sum, et silui a bonis.* Confestim itaque insipientiæ traditus, probrosus effectus sum: jure ergo peccatum et infirmitatem agnoscens meam, *obmutui et non aperui os meum, quoniam tu fecisti.* Timor enim tui me obmutescere fecit, meque ob peccata mea perculit, et tacere fecit, ut non ultra loquerer. Pro illo autem, *opprobrium insipienti dedisti me;* Aquila, *opprobrium defluenti ne ponas me;* Symmachus vero, *exprobrabilem insipienti ne ponas me;* quinta editio, *opprobrium insipienti ne dederis me.* Quod ejus qui peccavit deprecationem exhibet, rogantis ne in opprobrium insipienti tradatur. Quod si quando Dominus peccantem insipienti tradat, ut opprobriis ab eo afficiatur: idipsum in utilitatem ejus qui opprobriis oneratur vertit, ut vexatus majorem emittat de admissis peccatis confessionem. Quod ne pateretur David rogabat, utpote qui omnia pro viribus ageret quæ Deo placita putaret. *Amove a me plagas tuas. A fortitudine enim manus tuæ ego defeci: in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem: et tabescere fecisti sicut araneam animam ejus, verumtamen vane omnis homo. Diapsalma.*

In præcedenti psalmo sese plagis ad correptionem, ceu ingenuus discipulus magistro, tradidit; quare dicebat, *ego in flagella paratus sum.* At quoniam deinceps flagella sat expertus erat, cum sese assidue laceraret, precatur demum eorum finem dari et hic sistere flagella, ac deinceps his verbis confitetur, *a fortitudine manus tuæ ego defeci.* De hac porro manu superius dictum, *confirmasti super me manum tuam.* Sub hæc docet, manum illam non frustra corrigere, neque in cassum castigare, sed pro peccantis utilitate. quare ait, *in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem.* Nam pro admissa iniquitate, et pro peccato edito eum qui corripiebatur arguens, flagella et memoratam manum inflixisti. Hisce porro animam illius qui corripiebatur tabescere fecisti, pro utilitate ipsius humiliatam et extenuatam. Nam quo tempore in deliciis agebat, tum in peccata lapsa est, secundum illud: *Comedit et bibit Jacob, et recalcitravit dilectus et incrassatus est, et recessit a Deo qui nutriebat ipsum* [98]. Quamobrem, *ut spiritus salvus sit in die Domini, caro tradita est in interitum* [99]: qua supplicio affecta, anima tabescit et extenuatur sicut aranea: ideo ait, *Et tabescere fecisti sicut araneam animam meam:* quibus adjicit, *Verumtamen vane omnis homo*, miserum denuo prædicans eum, qui in hac vita in laboribus et ærumnis frustra versatur.

A Vers. 13, 14. *Exaudi orationem meam, Domine, et deprecationem meam : auribus percipe lacrymas meas. Ne sileas, quoniam advena ego sum apud te et peregrinus, sicut omnes patres mei.* Hic se confitetur advenam et peregrinum : novit autem aliam esse *refrigerationis* vitam, quam assequi peroptat, dicens : *Remitte mihi ut refrigerer.* Non itaque omnem hominem advenam esse temere dicit, nec frustra cum fletu et lacrymis deprecationem emittit, gnarus scilicet illius, *Beati qui flent, quoniam ipsi ridebunt*[1], et, *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*[2]. Ac recte facta sua post hæc ita describit, his sermonem concludens : *Quoniam advena ego sum et peregrinus, sicut omnes patres mei.* Rarus sane est is qui possit ad imitationem religiosorum B patrum et prophetarum Dei, non ut incola, sed ut advena temporaneam ducere vitam : qua in re is qui loquitur gloriabatur, peregrinam et alienam humanam vitam æstimans. *Remitte mihi ut refrigerer priusquam abeam, et amplius non ero.* Pro quo Symmachus ait, *Abscede a me ut rideam, antequam abeam et non existam.* Nisi enim hic mutatis per gratiam tuam in risum lacrymis rideam, ac nisi in præsenti vita remittas mihi delictum et facinorum veniam præbeas, ut meipsum recipiam et refrigerem; post exitum a vita nullum erit pœnitentiæ tempus. Ac si veniam non consequar, in vita quæ apud te est amplius non ero ; sed rejectus *assimilabor descendentibus in lacum.* Quare in hac vita sic C deprecor, *Ne sileas a me, nequando taceas a me, et assimilabor descendentibus in lacum.*

1. IN FINEM DAVIDI XXXIX.

Vers. 2-4. *Exspectans exspectavi Dominum, et intendit mihi. — Quoniam tribulatio patientiam operatur : patientia autem probationem, probatio vero spem : spes autem non confundit*[3]. Jure quidem justus non frustra exspectat, sed spem intendens suam, nec desperans de ea quæ a Deo est salute, in patientia perseverat. Quamvis non statim atque precatus est exauditus fuerit, attamen sperando permanet, ac perseverat in obsecrationibus et orationibus. Quod si quandoque labatur, ut D Davidi accidit, confitetur non ignorare se quousque malorum devenerit. Si vero postea resipiscens a lapsu se retrahat, gratias aget, notumque faciet omnibus ex quali miseriæ gurgite se eduxerit medicus et servator animæ ipsius; quare dicet : *Eduxit me de lacu miseriæ et de luto fæcis.* Id porro obtinebit, quia exspectans exspectavit Dominum. Lacum miseriæ, profundum peccati, lutum fæcis, lutosi corporis voluptates, in quas delapsa anima demergitur et quasi in profundo obruitur, non injuria appellaveris. Qui igitur ex his emersit, et Salvatoris dextera eductus est, ac deinde ad puram et rectam rationem animæ suæ vestigia firmavit,

Εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, Κύριε, καὶ τῆς δεήσεώς μου· ἐνώτισαι τῶν δακρύων μου. Μὴ παρασιωπήσῃς, ὅτι πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. Ἐνταῦθα ὁμολογεῖ πάροικος εἶναι καὶ παρεπίδημος· οἶδέ τε ἑτέραν ζωὴν *ἀναψύξεως*, ἧς τυχεῖν γλίχεται λέγων· *Ἄνες μοι, ἵνα ἀναψύξω.* Οὔκουν μάτην πάντα ἄνθρωπον πάροικον ἔλεγε, μετὰ κλαυθμοῦ δὲ καὶ δακρύων τὴν ἱκετηρίαν ἀναπέμπει, ἀκριβῶς εἰδὼς, ὅτι *Μακάριοι οἱ κλαίοντες, ὅτι γελάσονται*, καὶ, *Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι παρακληθήσονται*· καὶ τὰ κατορθώματα δὲ αὐτοῦ ὑπογράφει ἐπιλέγων· *Ὅτι πάροικος ἐγώ εἰμι καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου.* Σπανίου δέ ἐστιν ἀνδρὸς τὸ δύνασθαι κατὰ μίμησιν τῶν θεοφιλῶν πατέρων καὶ τῶν προφητῶν τοῦ Θεοῦ μὴ ὡς ἔνοικος, ἀλλ' ὡς πάροικος τὴν πρόσκαιρον διαβιοῦν ζωήν· ἐφ' ᾧ καὶ ὁ παρὼν ἐσεμνύνετο παροικίαν ἡγούμενος καὶ ξενιτείαν τὸν ἀνθρώπινον βίον· *Ἄνες μοι, ἵνα ἀναψύξω πρὸ τοῦ με ἀπελθεῖν, καὶ οὐκέτι μὴ ὑπάρξω.* Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχός φησι· *Ἀπόσχου μου, ἵνα μειδιάσω πρὶν ἀπελθεῖν με, καὶ μὴ ὑπάρχειν.* Ἐὰν γὰρ ἐντεῦθεν, φησὶ, μὴ, μεταβαλὼν τὰ δάκρυα εἰς γέλωτα διὰ τὴν σὴν χάριν, μειδιάσω, καὶ ἐὰν μὴ ἐν τῷ παρόντι βίῳ ἀνῇς μοι τὸ ἁμάρτημα καὶ συγχωρήσῃς τὰ πεπραγμένα, ἵνα ἀναλάβω ἐμαυτὸν καὶ ἀναψύξω ἀπαλλαγεὶς τοῦ προσκαίρου βίου, οὐκ ἔστι καιρὸς μετανοίας. Μὴ τυχὼν δὲ ἀφέσεως οὐκέτι ὑπάρξω ἐν τῇ παρὰ σοὶ ζωῇ· ἀπόβλητος δὲ γενόμενος, *ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον.* Διὸ ἐντεῦθεν ἱκετεύω λέγων· *Μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον.*

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΔΑΥΙΔ ΛΘ'.

Ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν Κύριον, καὶ προσέσχε μοι. — Ἐπειδὴ ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα· ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. Εἰκότως οὐχ ἁπλῶς ὁ δίκαιος ὑπομένει, ἀλλ' ἐπιτείνων τὴν ἐλπίδα καὶ μὴ ἀπογινώσκων τὴν παρὰ Θεῷ σωτηρίαν, παραμένει τῇ ὑπομονῇ. Κἂν παραχρῆμα δεηθεὶς μὴ ὑπακουσθῇ, ὅμως ἐλπίζων ὑπομένει καὶ προσκαρτερεῖ ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς. Εἰ δὲ καὶ ἐν σφάλματί ποτε γένοιτο, ὥσπερ ὁ Δαυΐδ, ὁμολογεῖ μὴ ἀγνοεῖν οἷα κακῶν ἐλήλυθεν. Εἰ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα ἀναλάβοι ἑαυτὸν τοῦ σφάλματος συνησθημένος, εὐχαριστήσει γνωρίζων ἀφ' οἵου βάθους ταλαιπωρίας ἀνιμήσατο αὐτὸν ὁ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ γενόμενος ἰατρὸς καὶ σωτήρ· διόπερ ἐρεῖ· *Ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος.* Τούτου δὲ τεύξεται, ἐπειδήπερ ὑπομένων ὑπέμεινε τὸν Κύριον. Λάκκον δὲ ταλαιπωρίας τὸ βάθος τῆς ἁμαρτίας, καὶ πηλὸν ἰλύος τὰς τοῦ πηλώδους σώματος ἡδυπαθείας, ἐν αἷς ὀλισθήσασα ψυχὴ βαπτίζεται καὶ ὥσπερ ἐν βυθῷ καταποντοῦται, οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπών. Ὁ δὴ οὖν ἐκ τούτων ἀνακύψας, καὶ ὑπὸ τῆς δεξιᾶς τοῦ Σωτῆρος ἀνιμηθεὶς, εἶτα λοιπὸν ἐν καθαρῷ τῷ λόγῳ τὰς τῆς ψυχῆς

[1] Luc. vi, 21. [2] Matth. v, 5. [3] Rom. v, 3.

βάσεις στηρίξας, εὐλόγως ἐρεῖ· *Καὶ ἀνήγαγέ με ἐκ* A *λάκκου ταλαιπωρίας καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος· καὶ ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου, καὶ κατηύθυνε τὰ διαβήματά μου.* Πέτραν δὲ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ στερεοῦ λόγου θεμέλιον ὀνομάζει, ἐφ' ὃν ὁ βεβηκὼς φήσει· *Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ, θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμός;* καὶ τὰ ἑξῆς. Οὐ μόνον δ' ἔστησε τοὺς πόδας ἐπὶ τὴν πέτραν, ἀλλὰ καὶ βαδίζειν καὶ τρέχειν ἐπ' αὐτῆς διὰ τῆς τῶν καλῶν εὐδοκιμήσεως ποιεῖ· διὸ ἐπιλέγει· *Καὶ κατηύθυνε τὰ διαβήματά μου.* Εἶτα ἀκολούθως, ὡς ἂν μεταβληθεὶς ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττω, τὸ μὲν παλαιὸν ᾆσμα, δι' οὗ ἀπεκλαύσατο τὰ ἐν τοῖς πρὸ τούτου ψαλμοῖς λελεγμένα, ἀποτίθεται· ἀναλαμβάνει δὲ ᾆσμα καινὸν τοῦ σώσαντος αὐτὸν, καὶ ἐμβάλλοντος εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ καινὸν ᾆσμα B καὶ ὕμνον, ἀποδυσαμένου τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, ἐνδυσαμένου δὲ τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον κατ' ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ. Εἶτα μετὰ πάντα ταῦτα ὑπόδειγμα πολλοῖς γίνεται, ὡς ἂν καὶ ἕτεροι, τὴν μεταβολὴν αὐτοῦ θεώμενοι, ἐλπίδας ἀγαθὰς ἀναλάβοιεν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττω ποιήσαιντο μεταβολήν· διό φησιν· *Ὄψονται πολλοὶ καὶ φοβηθήσονται, καὶ ἐλπιοῦσιν ἐπὶ Κύριον.* Τί δὲ ὄψονται; Αὐτὸ τοῦτο, φησὶν, ὡς εἰς βάθος ἐλήλυθα κακῶν, καὶ εἰς τὸν λάκκον καὶ τὸν πηλὸν τῆς ἰλύος· κἀκεῖθεν Θεοῦ χάριτι ἀνελκυσθεὶς, ἐπὶ τὴν πέτραν ἔστην καὶ κατηυθύνθη τὰ διαβήματά μου, καὶ ᾄσματος κατηξιώθην καινοῦ. Ταῦτα γὰρ οἱ πολλοὶ θεασάμενοι φόβον Θεοῦ, περὶ οὗ λέλεκται, *Ἀρχὴ σοφίας φόβος Θεοῦ,* ἀναλήψονται, καὶ τὴν ὁμοίαν ἑαυτοῖς ὑπογράφουσιν ἐλπίδα.

Μακάριος ἀνὴρ, οὗ ἐστι τὸ ὄνομα Κυρίου ἐλπὶς C *αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐπέβλεψεν εἰς ματαιότητας καὶ μανίας ψευδεῖς.* Ὁ διὰ πείρας ἐλθὼν τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος τοῖς πᾶσι κηρύττει τὰς εἰς αὐτὸν γενομένας εὐεργεσίας, προφέρει τε καθολικὴν ἀπόφασιν ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν συμβάντων, διδάσκων, ὅτι πᾶσι δυνατὸν ἀνθρώποις τῶν ὁμοίων αὐτῷ τυχεῖν. Οὐ γὰρ ἐγὼ, φησὶ, μόνος, τοιούτων ἀξιωθεὶς, εἴην ἂν μακάριος· ἔκκειται δὲ τοῖς πᾶσιν ἡ αὐτὴ ὁδὸς, καὶ οὐ τισὶ μὲν, τισὶ δὲ οὔ. Πᾶς οὖν ὁ τὴν ἐλπίδα αὐτοῦ ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναθήσας οὐκ ἀποπεσεῖται τοῦ μακαρισμοῦ, οὗ καὶ αὐτὸς κατηξιώθην. Ματαιότης δὲ καὶ μανίαι ψευδεῖς πᾶσαι αἱ περὶ τὰ πρόσκαιρα καὶ μάταια τυγχάνουσι σπουδαί· ἐπείπερ *Ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης·* καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐλέγετο· *Πλὴν τὰ πάντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος ζῶν·* D καὶ πάλιν· *Πλὴν μάτην ταράσσονται. Θησαυρίζει, καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει ταῦτα.* Μανίαι δὲ ψευδεῖς αἱ εἰς κενὸν καὶ μάταιον σπουδαζόμεναι τοῖς πολλοῖς φροντίδες. Ὥσπερ οὖν μανία σώφρων ἡ τοῦ παρόντος βίου κατεξανάστασις, δι' ἣν καὶ ἐξεστῶτες ἐνομίζοντο τοῖς πολλοῖς οἱ τοῦ Θεοῦ προφῆται. Σεμνύνεται δ' ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ἐκστάσει λέγων ὁ δίκαιος· *Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης·* καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ τοῦτο πεπονθὼς ἔλεγεν· *Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν Θεῷ, εἴτε σωφρονοῦμεν ὑμῖν.*

merito dicat : *Et eduxit me de lacu miseriæ et de luto fæcis. Et statuit super petram pedes meos, et direxit gressus meos.* Petram autem ad comparationem firmi sermonis, fundamentum vocat, in quo quisquis processerit dicet : *Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames* [b]? etc. Non modo autem pedes statuit super petram ; sed etiam id præstat, ut per bonorum dignitatem in ea incedere ac currere liceat ; quare adjicit, *et direxit gressus meos.* Dehinc vero consequenter, utpote a pejoribus ad meliora translatus, cantico veteri, quo in præcedentibus psalmis lugebat, deposito, novum canticum assumit, ejus scilicet qui servavit eum, et canticum hymnumque novum in os ejus immisit ; exuitque veterem hominem cum operibus ejus, et induit novum, sive renovatum per scientiam Dei. Sub hæc autem omnia, in exemplum multis ponitur, ita ut alii quoque, conspecta ejus mutatione, spem sumant bonam, et a pejoribus ad meliora sese traducant : quare ait, *videbunt multi et timebunt, et sperabunt in Domino.* Quidnam videbunt? Idipsum, inquit, quo pacto in profundum malorum, in lacum miseriæ et in lutum fæcis demersus cum fuerim, inde Dei gratia eductus, super petram steterim, et gressus mei directi fuerint, ac novo cantico donatus sim. His conspectis, inquit, multi timorem Dei, de quo dictum est, *Initium sapientiæ timor Domini,* [c] accipient, similemque sibi spem ascribent.

VERS. 5. *Beatus vir cujus est nomen Domini spes ejus, et non respexit in vanitates et insanias falsas.* Qui divinæ gratiæ experimentum habuit, sibi collata beneficia omnibus prædicat, atque ex iis quæ sibi contigerunt universalem profert sententiam, docens omnes homines paria secum obtinere posse. Neque enim ego solus, ait, talia nactus, beatus fuerim ; sed omnibus ea ipsa via patet, nec quibusdam aperta est, aliis vero minime. Quisquis ergo spem in Deo reposuit, a beatitudine illa, qua ego dignatus sum, non labetur. Vanitas autem et insaniæ falsæ sunt, omnes temporanearum et futilium rerum curæ. Quandoquidem *vanitas vanitatum, omnia vanitas* [d] ; ac superius dictum est : *Veruntamen universa vanitas, omnis homo vivens ;* et iterum : *Verumtamen vane conturbantur. Thesaurizat et ignorat cui congregabit ea.* Vanitates falsæ, sunt irritæ ac inutiles a multis susceptæ sollicitudines. Igitur vanitas prudens est quasi renuntiatio præsentis vitæ, ob quam prophetæ Dei multis excessisse mente videbantur. De hoc autem excessu gloriatur justus dicens : *Ego autem dixi in excessu meo, omnis homo mendax* [e]. Apostolusque idipsum passus dicebat : *Sive enim mente excedimus, Deo, sive sobrii sumus, vobis* [f].

[b] Rom. VIII, 35. [c] Psal. CX, 10. [d] Eccle. I, 2. [e] Psal. CXV, 11. [f] II Cor. V, 13.

VERS. 6-9. *Multa fecisti tu, Domine Deus meus, mirabilia tua.* Qui variam illam Dei sapientiam sive in universis opificiis, sive in singulis, in sensilibus, et in iis quæ mente percipiuntur animadverterit, in stuporem veniens ob ingentem Dei universorum potestatem, sane dixerit : *Multa fecisti tu, Domine Deus meus, mirabilia tua.* Sed etiam ponderatis universalis illius providentiæ rationibus, queis omnia administrat, cum deprehenderit incomprehensibiles eas esse, hæc adjiciet : *Et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.* Qualis erat is qui dicebat : *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus* [9]! In præsenti autem David pro opportunitate has protulit voces, cum e re gesta edidicisset, novo quodam modo, scilicet per obsequentiam divinis legibus exhibitam, servatum se fuisse. Atenim per Moysem olim sacrificia et holocausta pro peccatis offerri jussum fuerat; nunc vero novus traditur salutis modus sine sacrificiis et holocaustis. Docet porro sexcenta esse ad salutem remedia, quæ Dei gratia hominibus elargita est. Neque pro dignitate rei dici, neque mente concipi potest multitudo cogitationum Dei. Symmachus vero : *Permulta,* inquit, *fecisti tu, Domine Deus meus, prodigia tua, et cogitationes tuas pro nobis non possibile est exponere super te.* Deinde pro illo, *Annuntiavi et locutus sum, multiplicati sunt super arenam;* rursum Symmachus hac ratione interpretatus est, *Si annuntians annuntiem, plures sunt quam ut enarrari possint.* Nam, *ex parte,* inquit, *cognoscimus, et ex parte prophetamus* [10]. Omnia sane mirabilia tua innumerabilia et incomprehensibilia sunt : attamen in iis quæ capere licuit id deprehendi, te scilicet in præsenti tempore a Moyse tradita sacrificia et oblationes noluisse, sed eorum loco aures meas et obsequentiam eloquiis tuis perfecisse ; ac pro holocaustis, et sacrificiis pro peccato, memetipsum obtuli tibi. Quare ait : *Ecce venio* a te vocatus, atque promptissime obsecutus. Venio autem festinando ut faciam voluntatem tuam : hoc enim pro omni victima holocausti accepturum te persuasum habeo. Hoc porro, *in capite libri scriptum est de me,* quid, amabo, aliud est, quam præferendam esse voluntatem tuam sacrificiis et holocaustis? et legem tuam exsequendam esse non secundum obviam lectionem, neque pari ratione atque complures legis Moysis observatores ; sed *in medio ventris mei;* aut ut Symmachus, *concupivi legem tuam in medio viscerum meorum.* Nam si qui animæ venter est, tropice sic vocatus, de quo in Evangeliis dictum est : *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, salientis in vitam æternam* [11]; in hoc recondito, inquit, ac secreto animæ promptuario legem tuam observare volui, atque præcepta de sacrificiis et holocaustis spirituali more ac secundum mentem persolvere. Hæc quippe tibi

Πολλὰ ἐποίησας σὺ, Κύριε ὁ Θεός μου, τὰ θαυμάσιά σου. Ὁ τὴν πολυποίκιλον τοῦ Θεοῦ σοφίαν κατανενοηκὼς ἔν τε τοῖς καθόλου κτίσμασι καὶ τοῖς κατὰ μέρος, τοῖς τε αἰσθητοῖς καὶ τοῖς κατὰ διάνοιαν θεωρουμένοις, εἰς ἔκπληξιν ἐλθὼν τῆς ὑπερμεγέθους δυνάμεως τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, εἴποι ἄν· *Πολλὰ ἐποίησας σὺ, Κύριε ὁ Θεός μου, τὰ θαυμάσιά σου.* Ἀλλὰ καὶ τοὺς λόγους ἐξετάσας τῆς καθόλου προνοίας, καθ' οὓς τὰ σύμπαντα διοικεῖ, κἄπειτα εὑρὼν αὐτοὺς ἀκαταλήπτους, προσθήσει λέγων· *Καὶ τοῖς διαλογισμοῖς σου οὐκ ἔστι τίς ὁμοιωθήσεταί σοι.* Οἷος ἦν ὁ λέγων· *Ὢ βάθους πλούτου καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ!* Ἐν δὲ τοῖς προκειμένοις ὁ Δαυῒδ κατὰ καιρὸν ταύτας προηνέγκατο τὰς φωνὰς, ἔργῳ μαθὼν, ὡς καινῷ τινι τρόπῳ σέσωσται τῷ δι' ὑπακοῆς τῶν θείων λογίων. Πάλαι μὲν γὰρ διὰ Μωϋσέως θυσίαι καὶ ὁλόκαυτοι ἀναφοραὶ προσετάττοντο ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσφέρεσθαι· νυνὶ δὲ καινὸς παραδίδοται τρόπος σωτηρίας, ὁ δίχα θυσιῶν καὶ ὁλοκαυτωμάτων. Διδάσκει δὲ καὶ ὡς ἔστι μυρία σωτηρίας φάρμακα, ἅπερ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις τοῖς ἀνθρώποις ἐδωρήσατο. Οὐκ ἔστι τε κατ' ἀξίαν εἰπεῖν, οὐδὲ διανοίᾳ περιλαβεῖν τῶν τοῦ Θεοῦ διαλογισμῶν τὸ πλῆθος. Ὁ δὲ Σύμμαχος, *Πάμπολλα,* φησὶν, *ἐποίησας σὺ, Κύριε ὁ Θεός μου, τὰ τεράστιά σου, καὶ τοὺς διαλογισμούς σου τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν οὐκ ἔστιν ἐκθέσθαι ἐπὶ σοῦ.* Εἶτα ἀντὶ τοῦ· *Ἀπήγγειλα καὶ ἐλάλησα, ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἄμμον,* πάλιν ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· *Ἐὰν ἀπαγγέλλων καταγγέλλω, πλείω ἐστὶ τοῦ διηγηθῆναι. Ἐκ μέρους μὲν γὰρ,* φησὶ, *γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν.* Τά γε μὴν πάντα ἀναρίθμητα καὶ ἀκατάληπτα τυγχάνει τὰ θαυμάσιά σου· πλὴν ἐν οἷς κατέλαβον καὶ τοῦθ' εὗρον, ὅτι κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν τὰς παρὰ Μωϋσεῖ θυσίας καὶ προσφορὰς οὐκ ἠθέλησας· ἀντὶ δ' ἐκείνων τὰ ὦτά μου καὶ τὴν ὑπακοὴν τῶν σῶν λογίων κατηρτίσω· καὶ ἀντὶ ὁλοκαυτωμάτων καὶ τῶν περὶ ἁμαρτίας θυσιῶν αὐτὸς ἐμαυτὸν προσήγαγόν σοι. Διό φησιν· *Ἰδοὺ ἥκω* κληθεὶς ὑπὸ σοῦ, καὶ προθυμότατα ὑπακούσας. Ἥκω δὲ σπεύσας τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου· τοῦτο γὰρ ἀντὶ πάσης ὁλοκαύτου θυσίας πέπεισμαί σε ἀποδέχεσθαι. Καὶ τοῦτο δὲ *ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ·* τοῦτο δὲ ποῖον ἢ τὸ προτιμῆσαι τὸ θέλημά σου θυσιῶν καὶ ὁλοκαυτωμάτων ; καὶ τὸ ποιῆσαι τὸν νόμον σου οὐ κατὰ τὴν πρόχειρον λέξιν, οὐδὲ ὁμοίως τοῖς πολλοῖς τὰ παρὰ Μωϋσεῖ παρηγγελμένα φυλάττοντας· *ἐν μέσῳ δὲ τῆς κοιλίας μου·* ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Προεθυμήθην τὸν νόμον σου ἔνδοθεν τῶν ἐγκάτων μου.* Εἰ γάρ τίς ἐστι κοιλία ψυχῆς, τροπικῶς οὕτως ὀνομαζομένη, περὶ ἧς ἐν Εὐαγγελίοις λέλεκται· *Ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος, ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον·* ἐν τούτῳ τῷ ἀποῤῥήτῳ καὶ ἀποκρύφῳ τῆς ψυχῆς ταμείῳ τὸν νόμον σου, φησὶν, ἐβουλήθην ποιῆσαι, καὶ περὶ θυσιῶν καὶ ὁλο-

[9] Rom. XI, 33. [10] I Cor. XIII, 9. [11] Joan. VII, 38.

καυτωμάτων ἐντολὰς πνευματικῶς καὶ κατὰ διάνοιαν ἐπιτελέσαι. Ταῦτα γὰρ ἔγνων σοι φίλα, καὶ πολλῷ κρείττονα τῶν σωματικῶς Ἰουδαίοις παραδεδομένων.

Εὐηγγελισάμην δικαιοσύνην ἐν Ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ, ἰδοὺ τὰ χείλη μου οὐ μὴ κωλύσω· Κύριε, σὺ ἔγνως. Τὴν δικαιοσύνην μου οὐκ ἔκρυψα ἐν τῇ καρδίᾳ μου· τὴν ἀλήθειάν σου καὶ τὸ σωτήριόν σου εἶπα. Ἀλήθειαν δὲ τὴν ἀντιδιαστελλομένην τῇ σκιᾷ. Νοήσεις δὲ καὶ οὕτως· Ὡς ὁ μακάριος Δαυῒδ ὑπισχνεῖται ἐν Ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ τῇ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ὑπὸ τῆς θείας χάριτος συλλεγείσῃ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην κηρύττειν, καὶ τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν, καὶ τὴν ἀξιάγαστον σωτηρίαν, καὶ τὸν ἀμέτρητον ἔλεον καὶ αὐτῶν δὲ τῶν πιστῶν ὁ σύλλογος εἴποι ἂν ταῦτα ὑπισχνούμενος τὴν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας ἀντίδοσιν δώσειν, τῷ συντρέχειν εἰς Ἐκκλησίαν καὶ τὰ χείλη κινεῖν εἰς ὑμνῳδίαν, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν δικαίαν κρίσιν ἀνακηρύττειν, καὶ τὴν ἄῤῥητον διεξιέναι κηδεμονίαν, καὶ τῶν προφητικῶν ὑποσχέσεων ὑποδεικνύναι τὸ ἀληθές. *Σὺ δὲ, Κύριε, μὴ μακρύνῃς τοὺς οἰκτιρμούς σου ἀπ' ἐμοῦ· τὸ ἔλεός σου καὶ ἡ ἀλήθειά σου διὰ παντὸς ἀντελάβοντό μου.* Καὶ τυχοῦσα τῆς σωτηρίας ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, δεῖται πάλιν τῆς αὐτῆς προμηθείας διὰ τὰς παντοδαπὰς τῶν ἀνθρώπων καὶ δαιμόνων ἐπαναστάσεις, ὧν ἐν τοῖς ἑξῆς τὴν μνήμην πεποίηται. *Ὅτι περιέσχον με κακὰ ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· κατέλαβόν με αἱ ἀνομίαι μου, καὶ οὐκ ἠδυνήθην τοῦ βλέπειν. Ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου, καὶ ἡ καρδία μου ἐγκατέλιπέ με.* Μηδεὶς δὲ ἀνάρμοστα ἡγείσθω τὰ εἰρημένα τοῖς ἡρμηνευμένοις. Καὶ γὰρ οἱ τρεῖς παῖδες, τῆς ἄκρας ἀρετῆς ἐπειλημμένοι, καὶ τὸν νικηφόρον ἀναδησάμενοι στέφανον, ἐν τῇ καμίνῳ προσευχόμενοι ἔλεγον· *Ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν, καὶ ἀπέστημεν ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου, καὶ οὐκ ἐφυλάξαμεν τὰ δικαιώματά σου.* Οὕτως ὁ θαυμάσιος Δανιὴλ, οὕτως ὁ θεσπέσιος Ἱερεμίας, οὕτως ὁ θεῖος Ἡσαΐας, οὕτως ὁ σοφώτατος Παῦλος· *Χριστὸς γὰρ*, φησὶν, *εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ·* καὶ πάλιν· *Οὐκ εἰμὶ ἄξιος καλεῖσθαι ἀπόστολος.* Οὕτω τοίνυν κἀνταῦθα ταῖς παρὰ τῶν δυσσεβῶν τρικυμίαις βαλλομένη ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία οὐ μέγα φρονεῖ, ὡς ἀγωνιζομένη, ἀλλ' ἁμαρτίαις καὶ πλημμελείαις ἀνατίθησι τὰ γενόμενα, καὶ τῆς παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπικουρίας ἀπολαῦσαι παρακαλεῖ. Ἄλλως τε, οὐδ' ἐκ τελείων ἅπασα συνέστηκεν ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, ἀλλ' ἔχει καὶ τοὺς ῥᾳστώνῃ συζῶντας, καὶ τὸν ἀνειμένον βίον ἀσπαζομένους, καὶ ἡδοναῖς δουλεύειν αἱρουμένους. Καὶ ἐπειδὴ ἕν ἐστι σῶμα, ὡς ἐξ ἑνὸς προσώπου καὶ ταῦτα κἀκεῖνα προσφέρεται.

Νοήσεις καὶ οὕτως· Ἐπεὶ οὐ δεῖ μακαρίζειν ἄνθρωπον πρὸ τελευτῆς αὐτοῦ, εἰκότως ὁ μὲν ἀπόστολος, καίπερ ἀπόστολος ὢν καὶ κλητὸς καὶ ἐκλεκτὸς Χριστοῦ Ἰησοῦ, ὅμως οὐκ ὀκνεῖ λέγειν· *Ὑποπιέζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, μήπως, ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι.* Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ὁ

perchara esse novi, ac multo præstantiora iis, quæ corporeo more Judæis tradita sunt

VERS. 10-16. *Annuntiavi justitiam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo : Domine, tu scisti. Justitiam meam non abscondi in corde meo : veritatem tuam et salutare tuum dixi.* Veritatem scilicet umbræ oppositam. Hoc item modo intelligas, ut beatus David pollicetur se in Ecclesia magna, per totum orbem a divina gratia congregata, Dei justitiam et prophetiæ veritatem prædicaturum, nec non salutem admiratione dignam et immensam misericordiam ; similiter fidelium cœtus, ceu ad oblatæ salutis compensationem pollicitus dixerit, se vicissim id præstiturum, ut conveniat in ecclesiam, labia aperiat ad hymnos canendos et ad justum Dei judicium prædicandum, ad ineffabilem enarrandam ejus providentiam, ad propheticarum promissionum veritatem declarandam. *Tu autem, Domine, ne longe facias miserationes tuas a me : misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me.* Atque salutem nacta Dei Ecclesia, iterum eadem ope indiget, variis frequentibusque hominum dæmonumque insultibus impetita, quorum in sequentibus mentionem facit. *Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus : comprehenderunt me iniquitates meæ, et non potui ut viderem. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, et cor meum dereliquit me.* Nemo arbitretur dicta hujusmodi non consentire iis quæ explicata sunt. Etenim tres pueri, summa virtute præditi, atque triumphali corona ornati, in camino orantes dicebant : *Peccavimus, deliquimus, injuste egimus, et recessimus a præceptis tuis, et non custodivimus justificationes tuas* [12]. Sic admirabilis Daniel, sic magnus ille Jeremias, sic divinus Isaias, sic sapientissimus Paulus : *Christus* enim, inquit, *intravit in mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum* [13]; ac rursum: *Non sum dignus vocari apostolus* [14]. Sic igitur hoc in loco Dei Ecclesia, impiorum tempestatibus agitata, non magnifice sentit ut impugnata ; sed ea quæ contingunt, peccatis ac sceleribus attribuit, et a Salvatore opem consequi rogat. Et alioqui Dei Ecclesia non ex perfectis tota constituitur, sed habet etiam qui in ignavia degant, et inertem vitam amplexi sint, et qui voluptatibus servire peroptent. Et quoniam unum est corpus, tanquam ex una persona et hæc et illa proferuntur.

Hoc quoque modo intelligas : Quia non oportet ante obitum hominem beatum prædicare [14*], jure Apostolus, licet apostolus sit ac vocatus et electus Christi Jesu, attamen non veretur dicere : *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne aliis prædicans ipse reprobus efficiar* [15]. Idipsum quoque David

[12] Dan. III, 29. [13] I Tim. I, 15. [14] I Cor. XV, 9. [14*] Eccli. XI, 30. [15] I Cor. IX, 27.

cum multis in locis declarasset, Deum propitium nactus est, erutusque fuit de lacu miseriæ et de luto fæcis : atque in tuto jam demum positus, utpote pedibus in petra firmatus, ac cantico novo seu vera de sacrificiis doctrina donatus. id est prædicatione quæ in Ecclesia Dei magna facta est ; nam illud revera canticum novum erat, cujus rei causa superius dicebat : *Et immisit in os meum canticum novum :* hæc consecutus tamen, ob humanæ vitæ corruptionem supplicationis verba resumit, ac rogat obsecratque ut a Dei gratia et misericordia custodiatur. His enim animo revolvebat in memoriamque revocabat quæ sibi prius acciderant mala. Memoria itaque veterum malorum, cautiores nos efficit, ut ne rursus in ea incidamus ; sed etiam mutationis a pejoribus ad meliora recordatio, gratos reddit atque ad cavendum intentiores. Jure itaque præteritarum iniquitatum memoriam refricat, docetque easdem iniquitates sibi olim oculos obtexisse, instar caliginis mentis visui offusæ.

Δαυῒδ εἰ καὶ ἐν πολλοῖς ἐνδειξάμενος, ἔτυχεν ὑπηκόου τοῦ Θεοῦ, ἠλευθέρωτό τε ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος· ἐν ἀσφαλεῖ τε ἤδη λοιπὸν ἑστήκει, ὡς ἂν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας ἐρηρεισμένος, καὶ ᾄσματος καινοῦ ἠξιωμένος τοῦ περὶ θυσιῶν ἀληθοῦς λόγου, τουτέστι τοῦ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ μεγάλῃ εὐηγγελισμένου κηρύγματος· τοῦτο γὰρ ἦν τὸ καινὸν ᾆσμα, οὗ χάριν ἀνωτέρω ἔλεγε· *Καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὸ στόμα μου ᾆσμα καινόν*· ὅμως δ' οὖν, τοσούτων τετυχηκὼς, διὰ τὸ σαθρὸν τῆς ἐν ἀνθρώποις ζωῆς ἐπαναλαμβάνει τοὺς τῆς ἱκετηρίας λόγους, ἀντιβολεῖ τε καὶ δέεται φυλάττεσθαι ὑπὸ τῆς χάριτος καὶ τοῦ ἐλέου τοῦ Θεοῦ. Ἀνεπεμπάζετο γὰρ διὰ τούτων καὶ ἀνεπόλα (1) τὰ πρότερον αὐτῷ συμβεβηκότα κακά. Ἡ γοῦν μνήμη τῶν παλαιῶν κακῶν, φυλακτικωτέρους ἡμᾶς ἀπεργάζεται πρὸς τὸ μὴ αὖθις τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν· ἀλλὰ καὶ τῆς μεταβολῆς τῆς ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ βελτίω ἡ ἀνάμνησις εὐχαρίστους ἡμᾶς ἀπεργάζεται καὶ συντεταμένους μᾶλλον εἰς προσοχήν. Εἰκότως τοίνυν ἐπαναλαμβάνει τὴν τῶν προτέρων αὐτοῦ ἀνομιῶν μνήμην, διδάσκει τε, ὡς τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς καιρῷ τινι συνεκάλυψαν αἱ ἀνομίαι αὐτοῦ, δίκην ἀχλύος τῷ τῆς διανοίας βλεπτικῷ ἐπιχυθεῖσαι.

Reliqua vero consequenter ad prædicta feruntur : *Complaceat tibi, Domine, ut eruas me : Domine, ad adjuvandum me respice. Confundantur et revereantur simul qui quærunt animam meam ut auferant eam. Convertantur retrorsum et revereantur qui volunt mihi mala. Ferant confestim confusionem suam qui dicunt mihi : Euge, Euge.* Nunc quoque sentit multos animæ suæ adversarios, ac ea de causa præsentem orationem emittit. Neque enim cessant invidere perfectis et in petra gradientibus. Quare ab iis liberari se rogat, ita ut illi quidem confundantur et pudore afficiantur qui quærunt animam ipsius, ut auferant eam ; ipse vero ejus dextera circummuniatur. Pudore afficiuntur autem, ac turpiter agunt, sic enim edidit Symmachus, qui quærunt animam justi, postquam omnibus adhibitis machinis re infecta manent : deindeque ut qui nihil perficere potuerint desperantes, pudore suffusi abscedunt. Quamobrem postquam illos pudore, turpitudine et reverentia affectos dixit, adjicit : *Avertantur retrorsum et erubescant qui volunt mala mihi.* Cum enim nihil potuerint, cum nulla rei bene gerendæ spes supersit, avertuntur ac retro discedunt ; deinde profecti ac procul positi, nequitiæ suæ pignora accipient : quare post hæc dicitur : *Ferant confestim confusionem suam qui dicunt mihi : Euge, Euge.* Pro quo Aquila : *Aa, aa,* ipsa Hebraica voce, sic habente, usus. Estque ipsa vox planctus eorum qui jam superati sunt, ac retro cesserunt confusionemque retulerunt. Secundum Septuaginta Interpretes et Symmachum sic dicitur : *Qui dicunt de me : Euge, Euge.* Et fortasse justi inimici qui multas adversus eum insidias struxerant, sperantes se superaturos, ad singulas dicebant : *Euge, Euge.* Sed cum hæc plerumque dixerint, per tuam, inquit, gratiam jam discedant, suam ferentes turpitudinem.

Τὰ δὲ λοιπὰ τοῖς προειρημένοις ἀκολούθως· *Εὐδόκησον, Κύριε, τοῦ ῥύσασθαί με· Κύριε, εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι πρόσχες. Καταισχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν ἅμα οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου τοῦ ἐξᾶραι αὐτήν. Ἀποστραφείησαν εἰς τὰ ὀπίσω καὶ καταισχυνθείησαν οἱ θέλοντές μοι κακά. Κομισάσθωσαν παραχρῆμα αἰσχύνην αὐτῶν οἱ λέγοντές μοι· Εὖγε, εὖγε.* Ἔτι καὶ νῦν αἴσθεται πολλῶν περὶ αὐτὸν ἐχθρῶν ἐπικειμένων τῇ αὐτοῦ ψυχῇ, καὶ περὶ τούτων τὴν προκειμένην εὐχὴν ἀναπέμπει. Οὐ γὰρ παύονται διαφθονούμενοι καὶ τοῖς ἤδη τελείοις καὶ βεβηκόσιν ἐπὶ τὴν πέτραν. Διὸ ῥυσθῆναι ἀπὸ τῶν εἰρημένων ἀξιοῖ, κἀκείνους μὲν καταισχυνθῆναι καὶ ἐντραπῆναι τοὺς ἐκζητοῦντας αὐτοῦ τὴν ψυχὴν τοῦ ἐξᾶραι αὐτήν· αὐτὸν δὲ περιφράττεσθαι ὑπὸ τῆς αὐτοῦ δεξιᾶς. Ἐντρέπονται δὲ καὶ ἀσχημονοῦσιν (οὕτως γὰρ ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος) οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ δικαίου, ἐπειδὰν, πᾶσαν κατ' αὐτοῦ μηχανὴν ἐπινοήσαντες, ἄπρακτοι γένωνται· εἶθ' ὡς μηδὲν δεδυνημένοι ἀπογνόντες ἀπαλλάττονται, αἰσχύνην καταχεάμενοι. Διὸ μετὰ τὸ ἀσχημονῆσαι αὐτοὺς, καταισχυνθῆναί τε καὶ ἐντραπῆναι ἐπιλέγει· *Ἀποστραφείησαν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἐντραπείησαν οἱ θέλοντες τὰ κακά μοι.* Μηδὲν γὰρ δεδυνημένοι, καὶ μὴ κατελπίσαντες περιγενήσεσθαι, ἀποστρέφονται καὶ ἀπαλλάττονται εἰς τὰ ὀπίσω· εἶτ' ἀπαλλαγέντες καὶ μακρὰν γενόμενοι, τἀπίχειρα τῆς αὐτῶν ἀπολήψονται κακίας· διὸ μετὰ ταῦτα λέλεκται· *Κομισάσθωσαν παραχρῆμα αἰσχύνην αὐτῶν οἱ λέγοντές μοι· Εὖγε, εὖγε.* Ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν· *Ἀὰ, ἀὰ*, αὐτῇ συγχρησάμενος οὕτως ἐχούσῃ τῇ Ἑβραϊκῇ φωνῇ. Ἔστι δὲ αὕτη σχετλιαστικὴ τῶν ἤδη νενικημένων καὶ εἰς τὰ ὀπίσω κεχωρηκότων, καὶ τὴν ἑαυτῶν αἰσχύνην ἀπειληφότων. Κατὰ δὲ τοὺς Ἑβδομήκοντα καὶ τὸν Σύμμαχον φήσαντα· *Οἱ λέγοντες περὶ ἐμοῦ· Εὖγε, εὖγε*, τάχα ποτὲ οἱ ἐχθροὶ τοῦ δικαίου πολλὰς

(1) Ἀνεπόλει.

ἐπιβουλὰς ἐπινοοῦντες κατ' αὐτοῦ, ἐφ' ἑκάστῃ προσδοκῶντες περιγενήσεσθαι, ἔλεγον. *Εὖγε, εὖγε*. Ἀλλὰ πολλάκις τοῦτο, φησὶν, εἰρηκότες, διὰ τὴν σὴν χάριν ἀπαλλαττέσθωσαν ἤδη ποτὲ, τὴν ἑαυτῶν κομισάμενοι αἰσχύνην.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ Μ'.

A *Μακάριος ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα· ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ Κύριος. Κύριος διαφυλάξαι αὐτὸν καὶ ζώωσαι αὐτὸν, καὶ μακαρίσαι αὐτὸν ἐν τῇ γῇ, καὶ μὴ παραδῷ αὐτὸν εἰς ψυχὴν ἐχθρῶν αὐτοῦ. Κύριος βοηθήσαι αὐτῷ ἐπὶ κλίνης ὀδύνης αὐτοῦ, ὅλην τὴν κοίτην αὐτοῦ ἐστρεψας ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ αὐτοῦ*. Προϊὼν ἑξῆς ὁ λόγος ἐπιφέρει· *Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν*. Ταῦτα δὲ ἀναγέγραπται ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ ὡς ἐξ οἰκείου προσώπου εἰρηκὼς ἐν τῇ πρὸς τοὺς μαθητὰς ὁμιλίᾳ· δι' ὧν ἔφασκεν· *Ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω ὑμῖν· Οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ, οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ* B *πέμψαντος αὐτόν. Εἰ ταῦτα οἴδατε, μακάριοί ἐστε ὅταν ποιεῖτε* (1) *αὐτά. Οὐ περὶ πάντων ὑμῖν λέγω· ἐγὼ οἶδα οὓς ἐξελεξάμην· ἀλλ' ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ· Ὁ τρώγων μου τὸν ἄρτον ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ πτέρναν αὐτοῦ*. Ἄλλη δὲ Γραφὴ τοῦτο φήσασα οὐχ εὑρίσκεται, μόνη δὲ ἡ παροῦσα, δι' ἧς εἴρηται· *Ὁ ἐσθίων ἄρτον μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν*. Ὥρα τοιγαροῦν εἰς τὸ αὐτοῦ πρόσωπον τὰ ἐμφερόμενα τῷ ψαλμῷ ὡς ἂν προφητικῶς εἰρημένα ἐκλαβεῖν. Διὸ καὶ *εἰς τὸ τέλος* ἐπιγέγραπται, ἀναπέμποντα ἡμᾶς ἤτοι ἐπὶ τὴν συντέλειαν τοῦ αἰῶνος καθ' ἣν ἐπληροῦτο τὰ ἀναγεγραμμένα, ἢ ἐπὶ τὰ τελευταῖα τῶν διὰ τοῦ ψαλμοῦ δηλουμένων. Εἰ μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἀναφέροιτο τὰ προκείμενα, εἴποις C ἂν μακαρίζεσθαι τὸν δυνάμενον συνιέναι δι' ἣν αἰτίαν ἀνείληφε δι' ἡμᾶς πτωχείαν. *Ἔτι γὰρ πλούσιος ὢν, δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν· Ἐν μορφῇ τε Θεοῦ ὑπάρχων ἐκένωσεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβὼν*, σαφῶς ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Καὶ ἄλλος δ' ἄν τις συνήσει ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα, ἀκούων αὐτοῦ λέγοντος ἐν Εὐαγγελίοις· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ περιεβάλετέ με· ἠσθένουν, καὶ ἐπεσκέψασθε· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με*· οἷς ἐπιλέγει· *Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τῶν τούτων* D *τῶν ἐλαχίστων τῶν ἀδελφῶν μου, ἐμοὶ ἐποιήσατε*. Καὶ οὕτως οὖν μακάριος ἀληθῶς ὁ συνιὼν ἐπὶ τὸν οὕτως ἀποδοθέντα πτωχὸν καὶ πένητα. Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τὸν Δαυῒδ ἀναφέροιτο τὰ λελεγμένα, εἴποις ἂν ἀκολούθως τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ ταῦτα συνῆφθαι. Ἐπεὶ γὰρ πρὸς τοῖς τελευταίοις τοῦ λθ' ἐλέγετο ἐκ προσώπου τοῦ Δαυῒδ· *Ἐγὼ δὲ πένης εἰμὶ καὶ πτωχός*· ταῦτα δ' ἔλεγεν ὁ τοσοῦτος βασιλεὺς, ὁ τὸν ἄφατον πλοῦτον συναγηοχὼς εἰς τὴν παρασκευὴν τοῦ μετὰ ταῦτα ἐγηγερμένου διὰ Σολομῶνος ναοῦ, σμικρύνων

1. IN FINEM, PSALMUS XL.

Vers. 2-4. *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem : in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conservet eum et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus. Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus, universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus*. Sub hæc autem ita sermo procedit : *Etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem*. Hæc porro dixisse scribitur Salvator et Dominus noster in Evangelio secundum Joannem, quasi ex propria persona sic discipulos allocutus : *Amen, amen, dico vobis : Non est servus major domino suo, neque apostolus major est eo qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis cum feceritis ea. Non de omnibus vobis dico : ego scio quos elegerim ; sed ut adimpleatur Scriptura : Qui manducat meum panem, levavit contra me calcaneum suum* [16]. Nulla porro alia Scriptura quæ hoc dicat reperitur, præter hanc unam qua dictum est, *qui edebat panem meum, magnificavit super me supplantationem*. Par est igitur ad ejus personam, quæ in hoc psalmo feruntur, ut prophetice dicta accipere. Quamobrem *in finem* inscribitur, quod hæc nos remittant ad consummationem sæculi, quo tempore ea quæ scripta sunt implebuntur; sive etiam ad postrema psalmi dicta. Quod si hæc ad Salvatorem referantur, jure dixeris beatum prædicari eum, qui intelligere possit qua de causa propter nos egestatem susceperit. *Insuper, cum esset dives, propter nos egenus factus est, ut nos ejus inopia divites essemus* [17]; et : *Cum in forma Dei esset, semetipsum exinanivit forma servi accepta* [18], ut clare nos docuit divinus Apostolus. Alio quoque modo quis intelligere possit super egenum et pauperem, audiens Christum in Evangeliis dicentem : *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et cooperuistis me; infirmus, et visitastis me; in carcere eram, et venistis ad me* [19]; quibus subjungit : *Quantum fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis* [20]. Atque ita vere beatus est qui intelligit super egenum et pauperem sic acceptum. Quod si ad Davidem supra dicta referantur, dicas hæc apposite præcedenti psalmo subnexa esse, siquidem sub finem psalmi xxxix, ex persona Davidis dicebatur, *ego autem mendicus sum et pauper*. Hæc porro tantus rex dicebat, qui inæstimabiles divitias ad apparatum templi, sub hæc a Salomone structi, collegerat; qui sese parvum et humilem, moderatique animi, ac affectu vere pauperem exhibebat. Ideo subjunctus est præsens psalmus, beatum prædicans eum qui super hujusmodi pauperem

[16] Joan. xiii, 16. [17] II Cor. viii, 9. [18] Philipp. ii, 7. [19] Matth. xxv, 34, 35. [20] ibid. 40.

(1) *Ὅταν ποιεῖτε*. Vulg. ἐὰν ποιῆτε; et mox pro μου. Vulg. μετ' ἐμοῦ, ut et interpres vertit. Edit.

intelligit. Illud porro, *pauperem*, neque in Hebraico exemplari, neque apud reliquos interpretes fertur. Secundum quartum sensum dici possit, sermonem esse sententiosum et qui ad benignitatem et pauperum amorem cohortetur. Nam erga eos quoque qui vulgariori sensu pauperes dicuntur, misericordes esse decet, eisque erogare libenter, intelligentes scilicet Deum esse qui illos mendicare decrevit, et ad eam conditionem deduxit; atque una ipsos per pauperiem exercet, et eos qui rerum copia pollent, bonos propositi sui fructus per largitionem egenis factam præbere desiderat. Tentatur itaque per pauperem dives, num scilicet durus et immisericors, an humanus et misericors. Quamobrem inter divina præcepta, multa de pauperibus et egenis feruntur. Secundum quintam autem explicationem, alium pauperum ordinem reperias, qui a Salvatore beatus prædicatur, secundum illud: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum* [21]. Quibus verbis eos qui secundum Deum philosophantur, et propter divinam exercitationem pauperes agunt, qui erant ejus discipuli et apostoli, Salvator beatos prædicavit. *Beatus* igitur *qui intelligit super egenum*, super eum qui illo modo egenus et pauper est; nam bonæ illius ac felicissimæ intelligentiæ fructum accipiet, qui deinceps indicatur: *In die* enim *mala liberabit eum Dominus;* sive, secundum Symmachum, *in die afflictionis*. Nam si qua tentatio contingat, et in calamitatem ærumnamque incidat, quemadmodum ipse intellexit super egenum et pauperem, sic opportune res ejus intelliget Dominus, pari mensura illum metiens, qua ille mensus erat.

Dominus conservet eum et vivificet eum. Sed etiam custodiet eum et vivere faciet eum; aut, secundum Symmachum, *custodiet eum, et conservabit eum*. Tertium quoque ipsi conferet, *beatum faciet eum in terra;* aut, secundum Symmachum, *beatus prædicandus erit in terra*. Nam dum adhuc in hac terra versatur, beatitudinem a Deo consequetur, manentibus tamen eum cœlestibus bonis, secundum hæc promissis. His subjungit: *Et non tradat eum in manus inimicorum ejus*. Pro quo Symmachus ait: *Et non tradet eum in animas inimicorum*.

Sciendum autem est, illud, *Ego dixi: Domine, miserere mei*, a quibusdam ex Davidis persona dictum æstimari: nam sive in medio insertum putant, sive ad hunc usque versum quæ dicta a Davide sunt circumscribunt.

VERS. 10-14. ***Etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.*** Secundum vero Symmachum, *Sed et homo qui mecum pacem habebat, cui confisus eram, qui una mecum panem meum edebat, extulit se me sequens;* aut secundum Aquilam, *mag-*

[21] Matth. v, 3.

A ἑαυτὸν καὶ ταπεινῶν, καὶ τῇ ψυχῇ μετριοφρονῶν, καὶ ἀληθῶς τῇ διαθέσει πτωχεύων· τούτου χάριν ἐπισυνῆπται ὁ παρὼν ψαλμὸς, μακαρίζων τοῦ συνιέντος ἐπὶ τὸν οὕτω πτωχόν. Τὸ δὲ, *πένητα*, οὔτε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, οὔτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς ἐμφέρεται. Καὶ κατὰ τετάρτην διάνοιαν εἴποι τις ἂν γνωμονικὸν εἶναι τὸν λόγον καὶ παραινετικὸν φιλανθρωπίας καὶ φιλοπτωχίας. Προσήκει γὰρ ἐπὶ τῶν κοινότερον λεγομένων πτωχῶν συμπαθητικοὺς εἶναι καὶ μεταδοτικοὺς, συνιέντας, ὡς ὁ κρίνων αὐτοὺς πτωχεύειν Θεὸς εἰς ταύτην αὐτοὺς ἤγαγε τὴν κατάστασιν· ὁμοῦ μὲν καὶ αὐτοὺς γυμνάζων διὰ τῆς πτωχείας, ὁμοῦ δὲ καὶ τοὺς ἐν περιουσίᾳ βίου καρποὺς τῆς ἑαυτῶν προαιρέσεως παρέχειν διὰ τῆς εἰς τοὺς ἐνδεεῖς κοινωνίας βεβουλημένος. Πειράζεται γοῦν ὁ πλούσιος
B διὰ τοῦ πένητος, εἴτε τις ἀνηλεὴς καὶ ἀσυμπάθητος, καὶ ἄσπλαγχνος εἴη, εἴτε φιλάνθρωπος καὶ ἐλεημονικός. Διὸ πολὺς ὁ περὶ τῶν πενήτων καὶ πτωχῶν λόγος ἐν τοῖς θείοις παραγγέλμασι. Καὶ κατὰ πέμπτην δὲ διάνοιαν ἄλλο τάγμα πτωχῶν εὕροις ἂν, τὸ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος μακαριζόμενον κατὰ τό· *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*· ἐν οἷς τοὺς κατὰ Θεὸν φιλοσοφοῦντας, καὶ τὴν ἔνθεον ἄσκησιν πτωχεύοντας ὁ Σωτὴρ ἐμακάριζεν· οἳ ἦσαν οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι. *Μακάριος* οὖν *ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν*, ἐπὶ τὸν οὕτω πτωχὸν καὶ πένητα· τῆς ἀγαθῆς ταύτης καὶ τρισμακαρίας συνέσεως καρπὸν λήψεται τὸν ἑξῆς εἰρημένον· *Ἐν ἡμέρᾳ* γὰρ *πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν*
C *ὁ Κύριος*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Ἐν ἡμέρᾳ κακώσεως*. Εἰ γὰρ γένοιτό τις πειρασμὸς, ἢ περιπέσοι ποτὲ συμφορᾷ καὶ περιστάσει, ὥσπερ αὐτὸς συνῆκεν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα, οὕτω καὶ αὐτοῦ εὐκαίρως συνήσει ὁ Κύριος, μετρῶν αὐτῷ τὸ ἴσον μέτρον ᾧ ἐμέτρησεν.

Κύριος φυλάξαι αὐτὸν καὶ ζῆσαι αὐτόν. Ἀλλὰ καὶ φυλάξει αὐτὸν καὶ ζῆσαι ποιήσει αὐτόν· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Φυλάξει αὐτὸν, καὶ περισώσει αὐτόν*. Καὶ τρίτον δὲ αὐτῷ παρέξει, *μακαρίσει αὐτὸν ἐν τῇ γῇ*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Μακαριστὸς ἔσται ἐν τῇ γῇ*. Ὡς ἔτι γὰρ ἐν τῇ γῇ ταύτῃ τυγχάνει, τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ μακαριότητος τεύξεται, μενόντων αὐτὸν τῶν μετὰ ταῦτα ἐπηγγελμένων οὐρανίων ἀγαθῶν. Τούτοις ἐπιλέγει· *Καὶ μὴ παραδῷ αὐτὸν εἰς*
D *χεῖρας ἐχθρῶν αὐτοῦ*· ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχός φησι· *Καὶ οὐκ ἐκδώσει αὐτὸν εἰς ψυχὰς ἐχθρῶν*.

Ἰστέον δὲ, ὡς τό· *Ἐγὼ εἶπα, Κύριε, ἐλέησόν με*, τινὲς ἐκ προσώπου τοῦ Δαυῒδ εἰρῆσθαί φασιν· ἢ παρεμβεβλημένον ἐν τῷ μέσῳ, ἢ ἕως ἐκεῖ περιγράφοντες τὰ λεγόμενα ὑπ' αὐτοῦ.

Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος ὃς εἰρήνευέ μοι*, φησὶν, *ᾧ ἐπεποίθειν, συνεσθίων μοι ἄρτον ἐμὸν, κατεμεγαλύνθη μου ἀκολουθῶν*· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· *Κατεμεγα-*

λύνθη μου πτέρνᾳ. Τῆς δὲ τοῦ Σωτῆρος εἰρήνης ἦν ἄνθρωπος ὁ Ἰούδας, ἀκούσας καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν λοιπῶν μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος λέγοντος· *Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν.* Ἀλλὰ καί· *Ἐφ' ὃν ἤλπισα*, φησί· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *ἐπεποίθησα*, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *ἐπεποίθειν*· ἐπειδήπερ καὶ αὐτῷ ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις τῶν ἴσων μετεδίδου χαρισμάτων. Ἐπεποίθει δὲ ἐπ' αὐτῷ ὁ Σωτὴρ, καὶ ἀγαθὰς εἶχεν ἐλπίδας ἐπ' αὐτῷ, διὰ τὸ καὶ ἐπ' αὐτῷ αὐτεξούσιον. Οὐ γὰρ ἦν φύσεως ἀδυνάτου σώζεσθαι ὁ Ἰούδας· ἀλλ' οἷός τε ἦν, θελήσας, ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις μαθητευθῆναι τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ καλὸς καὶ ἀγαθὸς μαθητὴς ἀποτελεῖσθαι· συνέστιος δὲ ὢν τῷ Διδασκάλῳ, οὐ τὸν κοινὸν ἄρτον αὐτῷ μόνον συνήσθιεν, ἀλλὰ καὶ τοῦ τῆς ψυχῆς θρεπτικοῦ μεταλαμβάνειν ἠξιοῦτο· περὶ οὗ ἔλεγεν ὁ Σωτήρ· *Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ζωὴν διδοὺς τοῖς ἀνθρώποις.* Οὗτος οὖν ὁ τοσούτων ἠξιωμένος τὴν πτέρναν αὐτοῦ ὥσπερ λὰξ ἐντείνων κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπῆρε· διὸ λέλεκται· *Ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *πτερνισμὸν*, παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα εἰρημένον, ἡ Ἑβραϊκὴ ἀνάγνωσις *πτέρναν* περιέχει. Οὕτως οὖν δουλεύσας τῷ Ἑβραϊκῷ ὁ Ἀκύλας ἐξέδωκεν. Ὅθεν καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, ὡς ἂν Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, τὸν Σωτῆρα, οὐ *πτερνισμὸν*, ἀλλὰ καὶ *πτέρναν* ὠνομακέναι ἐμνημόνευσεν.

Εἰς τό· *Ἐμοῦ διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου*· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ Σύμμαχον, *διὰ τὴν ἁπλότητα*· ἐπειδήπερ ὡς *πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα*· καὶ, *Λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει· πάσχων οὐκ ἠπείλει*· τὴν ἄκραν δὲ ἀνεξικακίαν ἐνδεικνύμενος ἐν τῷ κατηγορεῖσθαι ἐσιώπα, ψευδομαρτυρούμενός τε οὐδὲν ἀπεκρίνατο· ἀλλὰ καὶ τὸν νῶτον αὐτοῦ δέδωκεν εἰς μάστιγας καὶ τὰς σιαγόνας εἰς ῥαπίσματα· τὸ δὲ πρόσωπον οὐκ ἀπέστρεψεν ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. Διό φησιν· *Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου, καὶ ἐβεβαίωσάς με ἐνώπιόν σου εἰς αἰῶνα.* Τούτοις πᾶσιν ἐπὶ τέλει τὸ προφητικὸν πνεῦμα εὐχαριστήριον φωνὴν ἀναπέμπει τῷ Θεῷ λέγον· *Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ εἰς τὸν αἰῶνα· γένοιτο, γένοιτο*· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *πεπιστωμένως, πεπιστωμένως*· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ἀμὴν, ἀμήν*· ἔνθεν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ διαλόγοις εἰς πίστωσιν τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων παραλαμβάνειν εἴωθε τό· *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν*· οὗ τὴν διάνοιαν σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Ἀκύλας εἰπὼν, *πεπιστωμένως, πεπιστωμένως.*

Ἀλλὰ γὰρ διῃρημένης τῆς ὅλης βίβλου τῶν ψαλμῶν εἰς πέντε μέρη, τὸ πρῶτον μέρος ἐνταῦθα περιγράφεται, ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ τοῦ α' ψαλμοῦ, τελευτῶν δὲ εἰς τὸν μετὰ χεῖρας. Ὥρα δὴ οὖν μεταβῆναι ἐπὶ τὸ δεύτερον· ὅπερ ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ μα' ψαλμοῦ, συμπεραιοῦται δὲ εἰς τὸν οα'.

A *nificatus est contra me calcaneo.* Erat porro Judas homo pacis Salvatoris, qui cum aliis discipulis hæc dicentem Salvatorem audierat: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*[22]. Sed, *in quo speravi*, ait; vel, secundum Aquilam, *confisus sum;* aut, ut Symmachus, *confisus eram;* quandoquidem ipsum paribus atque cæteros apostolos donis affecerat. Confidebat autem ei Salvator, et bonam de ipso spem habebat, quia in eo liberum arbitrium esset. Neque enim Judas ex hujusmodi naturæ erat quæ non posset salutem consequi; sed poterat, si quidem voluisset, ut et cæteri apostoli, a Filio Dei erudiri, ac bonus probusque discipulus effici. Nam cum Magistro contubernalis esset, non communem modo cum eo panem comedebat, sed
B illius etiam qui animam nutrit particeps erat: de quo dicebat Salvator: *Ego sum panis qui de cælo descendit, et qui dat vitam hominibus*[23]. Hic itaque tot ornatus beneficiis, calcaneum suum quasi calcitrando contra Salvatorem extulit; quare dictum est: *Magnificavit super me supplantationem.* Pro voce autem illa, *supplantationem*, a LXX Viris usurpata, Hebraica lectio, *calcaneum*, præfert. Eo itaque modo Aquila Hebraicæ litteræ serviens edidit. Quare Joannes evangelista, utpote Hebræus ex Hebræis ortus, Salvatorem, non *supplantationem*, sed *calcaneum* dixisse memorat.

In illud vero: *Me propter innocentiam suscepisti;*
C sive, secundum Aquilam et Symmachum, *propter simplicitatem*, [hæc dicenda] quoniam, *sicut ovis ad jugulationem ductus est, et sicut agnus coram tondente sine voce, sic non aperuit os suum*[24], et: *Cum malediceretur, non remaledicebat; cum pateretur, non comminabatur*[25]*:* sed summa instructus patientia, cum accusaretur, tacebat, cum falsis testimoniis impeteretur, nihil respondit; sed etiam dorsum suum flagellis obtulit, et malas suas alapis, faciem vero suam non avertit a probro sputorum. Quapropter ait, *Me autem propter innocentiam suscepisti, et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.* In fine tandem eorum spiritus propheticus gratiarum actiones Deo emittit his verbis: *Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo et usque in*
D *sæculum, fiat, fiat;* aut, secundum Aquilam, *fideliter, fideliter;* sive, secundum Symmachum, *amen, amen.* Unde Servator in colloquiis, ad sermonis sui confirmationem id usurpare solebat: *Amen dico vobis.* Cujus sententiam apertius explicavit Aquila dicens, *fideliter, fideliter.*

Universo quidem psalmorum libro in quinque partes diviso, prima pars huc desinit, quæ incipit a primo psalmo, et in præsenti terminatur. Restat ut secundam aggrediamur, quæ a quadragesimo primo incipit, et in septuagesimum primum desinit.

[22] Joan. xiv, 27. [23] Joan. vi, 51. [24] Isa. liii, 7. [25] I Petr. ii, 23.

1. IN FINEM, AD INTELLECTUM FILIIS CORE XLI.

Prima pars libri psalmorum quadraginta psalmos, qui omnes Davidis sunt, complectitur; hæc vero quam inimus, triginta et unum: quorum octo quidem filiorum Core, unus Asaph, Salomonis unus, reliqui Davidis. Eos autem qui filiorum Core sunt, utpote ordine primos, ad eorum intelligentiam jam expendemus. Nos filii Core inscriptionibus suis instigant, ut ne oscitanter horum lectione utamur. Præsens vero psalmus propheticum chorum tristem animoque de populi ex circumcisione lapsu mœrentem inducit, rogatque per Salvatoris opem erui ipsum et liberari a malis. Quod in fine sermonis his verbis assignat: *Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei et Deus meus.*

Νυνὶ δὲ ἀπώσω καὶ κατῄσχυνας ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν. Ἐπεὶ τὸ πλῆθος τοῦ παντὸς Ἰουδαίων ἔθνους, ἐν παντοίαις ἀσεβείαις καὶ παρανομίαις ἐξητασμένον, οὐκ ἦν ἀλλότριον τοῦ σώματος τοῦ προφητικοῦ, εἰκότως τὰ τῷ πλήθει συμβάντα ἰδιοποιούμενοι οἱ τὰ πρῶτα εἰρηκότες, μέσου διαψάλματος παρεμβληθέντος, εἰς παράτασιν τῆς μεταβολῆς τῶν λεχθησομένων προφέρονται. Οἱ μὲν οὖν πατέρες ἡμῶν ἀνήγγειλαν ἡμῖν, καὶ τοῖς ἡμετέροις ἠκούομεν ὠσὶν ὁποῖα κατειργάσω ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Νυνὶ δὲ ὀφθαλμοῖς οὐ τοιαῦτα ὁρῶμεν· τὰ δὲ τούτοις ἐναντία. Ἀπώσω γὰρ ἡμᾶς, σὺ ὁ Θεὸς, ὁ πάλαι τοὺς πατέρας ἡμῶν διασώσας, διὰ τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας τοὺς πάλαι ἐπὶ σοὶ μέγα φρονοῦντας, καὶ ἐν σοὶ καυχωμένους κατῄσχυνας, ἐρήμους καταλιπὼν καὶ ἀβοηθήτους ἐν τῇ πρὸς τοὺς πολεμίους συμβολῇ. Οὐδὲ γὰρ *συνεξῆλθες ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *τοῖς στρατεύμασιν ἡμῶν*. Καὶ διὰ τοῦτο *ἀπέστρεψας ἡμᾶς εἰς τὰ ὀπίσω παρὰ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν*· ἢ, κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Ἔταξας ἡμᾶς ἐσχάτους παντὸς ἐναντίου, καὶ οἱ μισοῦντες ἡμᾶς διαρπάζουσιν ἑαυτοῖς. Ἔδωκας ἡμᾶς ὡς βοσκήματα βρώσεως, καὶ εἰς τὰ ἔθνη ἐλίκμησας ἡμᾶς. Ἀπέδου τὸν λαόν σου οὐχ ὑπάρξεως, καὶ οὐ πολλὴν ἐποίησας τὴν τιμὴν αὐτῶν· προπηλακισμὸν μετὰ χλευασμοῦ τοῖς κύκλῳ ἡμῶν. Ἐποίησας ἡμᾶς παραβολὴν ἐν τοῖς ἔθνεσι, κίνησιν κεφαλῆς ἐν ταῖς φυλαῖς. Δι' ὅλης ἡμέρας ἡ ἀσχημόνησίς μου ἄντικρύς μου, καὶ ὁ καταισχυμμὸς τοῦ προσώπου μου καλύπτει με ἀπὸ φωνῆς ὀνειδίζοντος καὶ βλασφημοῦντος, ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ καὶ τιμωροῦντος ἑαυτῷ*. Τοσαῦτα κατὰ τὸν Σύμμαχον ὁ χορὸς ὁ προφητικὸς ἐν τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἱκετηρίᾳ διεξῆλθεν, εἰς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνων τὰ τοῦ λαοῦ πάθη. Σεσαφήνισται τοίνυν ἐν τοῖς προκειμένοις δι' ἣν ἔμπροσθεν ἀπεκλαύσατο.

VERS. 10. *Nunc autem repulisti et confudisti nos, et non egredieris, Deus, in virtutibus nostris,* etc. Quoniam multitudo totius populi Judaici, in omni impietatis et improbitatis genere volutata, non aliena erat a corpore prophetarum, populi ærumnas sibi proprias attribuentes qui superiora dixerant, intermedio diapsalmate, ad mutationem eorum quæ postmodum fusius dicturi sunt, sese vertunt. Patres itaque nostri annuntiaverunt nobis, ac nos ipsis auribus audivimus, qualia operatus sis in diebus eorum, et cætera. Nunc autem nos nequaquam similia videmus, sed iis opposita. Tu namque, Deus, qui olim patres nostros servasti, propter peccata nostra repulisti nos, eos qui in te C olim magnifice sentiebant, et in te gloriabantur, confudisti, atque in congressu cum inimicis desertos et ope vacuos dimisisti. Neque enim *egressus es cum virtutibus nostris*, sive, secundum Symmachum, *cum exercitibus nostris*. Ideoque *avertisti nos retrorsum post inimicos nostros;* vel, secundum Symmachum: *Ordinasti nos ultimos omnium adversariorum, et qui oderunt nos, diripiunt sibi. Dedisti nos ut pecus quod comeditur, et in gentes ventilasti nos. Tradidisti populum tuum sine substantia, nec multum fecisti pretium eorum: opprobrium cum irrisione iis qui circum nos sunt. Fecisti nos parabolam in gentibus, commotionem capitis in tribubus. Per totum diem opprobrium meum contra me est, et pudor vultus mei operit me, a voce exprobrantis et blasphemantis, a facie* D *inimici et ulciscentis se*. Hæc tam multa chorus propheticus in sua ad Deum supplicatione, calamitates populi ascribens sibi, prosecutus est. Commonstratum itaque est quæ causa ipsis fletus in præcedentibus fuerit.

Ταῦτα πάντα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐπελαθόμεθά σου. Ὥσπερ ἀσεβήσαντός ποτε τοῦ λαοῦ ἐπὶ τῆς ἐρήμου, ἔπειτα παραδοθέντος τῷ ὀλοθρευτῇ, λαβὼν Ἀαρὼν τὸ θυμιατήριον προσήνεγκεν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τὸ θυμίαμα· καὶ ἱλάσθη ὁ Θεὸς τῷ πλήθει διὰ

VERS. 18. *Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te*. Quemadmodum olim cum populus impie egisset in deserto, ac deinde exterminatori traditus fuisset, assumpto Aaron thuribulo, incensum pro populo adolevit, ac propter sacerdotis

oblationem placatus est populo Deus; ita etiam chorus propheticus, et quique probi viri in populo, rationabile sacrificium suum per orationem pro populo fusam offerunt, recte facta sua, loco sacrificiorum et oblationum boni odoris, pro multitudine Deo offerentes. Neque enim convenit hæc populum dicere, neque eos qui impietatum causa suarum inimicis traditi fuerant. Sed quemadmodum populi calamitates in se prophetæ recipiebant, et ipsi se talia passos esse profitebantur; sic et bona opera sua omnibus communia efficiunt. Non enim ignorabant se totius corporis membra esse : consentaneum autem erat ut uno membro patiente, una paterentur alia membra; atque uno membro gloriam referente, omnia membra in partem gaudii venirent. Omnia ergo, inquiunt, quæ nos memoravimus, mala pertulimus; sed nihil eorum nos a tui recordatione removit, *et inique non egimus in testamento tuo;* sive secundum Symmachum, *Neque decepimus fœdus tuum. Et non cessit retro cor nostrum.* Ejus autem loco : *Et declinasti semitas nostras a via tua,* clarius Symmachus edidit : *Neque translata sunt ea quæ dirigunt nos : in loco afflictionis :* aut secundum Aquilam : *Contudisti nos in loco inhabitato, et obtexisti nobis umbram mortis. Non obliti sumus tui, neque transgressi sumus inita tecum fœdera.*

VERS. 21-22. *Si obliti sumus nomen Dei nostri, et si expandimus manus nostras ad Deum alienum : nonne Deus requiret ista?* etc. Te, inquit, testem advocamus, te judicem et exploratorem verborum nostrorum, atque cogitationum cordis, quæ plurimis latent. Tu itaque nosti, si tantis afflicti malis et humiliati in loco afflictionis, operti umbra mortis, in oblivionem nominis tui venimus, et si non fiducia pleni in nomine tuo gloriati sumus : si de auxilio tuo desperantes, ad alium quemdam accessimus, manusque alii Deo expandimus. Horum tu judex es : nosti enim abscondita cordis et cogitationes, in quibus versantes, quotidie pietatis causa morte afficimur. Nam qui in singulis tentationibus in proposito habuit mortem pro veritate subire, is sane quoad virtutem propositi obiit. Id quoque Apostolus dicebat, quoniam frequentes erant, ac subinde repetitæ persecutiones, et vexationes mortem ipsi minitantes; ille vero in singulis tentationibus paratus erat ad firmiter concertandum usque ad mortem, ideo jure se quotidie mori dicebat. Eadem itaque mente illi quondam prophetæ Dei præsentibus dictis hæc significabant : In absconditis nostris occidebamur quotidie; imo vero *æstimati sumus sicut oves occisionis.* Nam cum semel quasi in sacrificium pro universo populo nos obtulerimus, mente ac proposito immolati sumus, ut tu ipse, Deus, testificaris : solus namque nosti abscondita cordis. Quoniam igitur tanta perpessi sumus, me-

τὴν τοῦ ἱερέως ἀναφοράν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ χορὸς ὁ προφητικὸς, καὶ οἱ ἐν τῷ λαῷ κατορθοῦντες τὴν λογικὴν αὐτῶν θυσίαν διὰ τῆς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ εὐχῆς ἀναπέμπουσι, τὰ οἰκεῖα κατορθώματα ἀντὶ θυσίας καὶ θυμιάματος εὐώδους ὑπὲρ τοῦ πλήθους τῷ Θεῷ προσάγοντες. Οὐ γὰρ ἁρμόζει ταῦτα τῷ πλήθει λέγειν, οὐδὲ τοῖς διὰ τὰς ἀσεβείας αὐτῶν τοῖς ἐχθροῖς παραδεδομένοις· ἀλλ' ὥσπερ τὰ πάθη τοῦ λαοῦ εἰς ἑαυτοὺς ἀνελάμβανον οἱ προφῆται, καὶ αὐτοὶ ταῦτα πεπονθέναι ἔφασκον· οὕτω τὰ ἑαυτῶν κατορθώματα κοινοποιοῦσιν εἰς πάντας. Οὐ γὰρ ἠγνόουν ἑαυτοὺς εἶναι μέλη τοῦ παντὸς σώματος· ἀκόλουθον δὲ ἦν, πάσχοντος μέλους ἑνὸς, συμπάσχειν πάντα τὰ μέλη, καὶ δοξαζομένου πάλιν μέλους, συγχαίρειν πάντα τὰ μέλη. Πάντα τοίνυν, φασὶν, ἃ προειρήκαμεν πεπόνθαμεν· ἀλλ' ἡμᾶς τούτων οὐδὲν παρεκίνησε τῆς περὶ σοῦ μνήμης, *καὶ οὐκ ἠδικήσαμεν ἐν Διαθήκῃ σου*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Οὐδὲ παρελογησάμεθα τὴν συνθήκην σου, οὐδὲ ἀπέστη εἰς τὰ ὀπίσω ἡ καρδία ἡμῶν*. Ἀντὶ δέ· *Καὶ ἐξέκλινας τὰς τρίβους ἡμῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου*, ὁ Σύμμαχος σαφέστερον ἐξέδωκεν εἰπών· *Οὐδὲ μετετέθη τὰ ὑπορθοῦντα ἡμᾶς· ἐν τόπῳ κακώσεως*· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· *Συνέθλασας ἡμᾶς ἐν τόπῳ ἀνοικήτῳ, καὶ* (1) *ἐπεσκίασας ἡμῖν σκιὰν θανάτου. Οὐκ ἐπελαθόμεθά σου οὐδὲ παρέβημεν τὰς πρὸς σὲ συνθήκας.*

Εἰ ἐπελαθόμεθα τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ εἰ διεπετάσαμεν χεῖρας ἡμῶν πρὸς Θεὸν ἀλλότριον· οὐχὶ ὁ Θεὸς ἐκζητήσει ταῦτα; Σὲ μάρτυρα, φησὶν, ἀνακαλούμεθα, κριτήν τε καὶ ἐξεταστὴν τῶν ἡμετέρων λόγων καὶ τῶν κατὰ διάνοιαν λανθανόντων τοὺς πολλοὺς λογισμῶν. Αὐτὸς γοῦν οἶσθα, εἰ, τοσαῦτα παθόντες καὶ ταπεινωθέντες ἐν τόπῳ κακώσεως, καὶ καλυφθέντες ὑπὸ τῆς σκιᾶς τοῦ θανάτου, λήθην τοῦ ὀνόματός σου πεποιήμεθα· καὶ εἰ μὴ ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι παῤῥησίας γέμοντες ἐκαυχώμεθα· εἰ δὲ καὶ, ἀπογνόντες τὴν παρὰ σοῦ βοήθειαν, ἐπὶ ἕτερόν τινα ἤλθομεν, ἑτέρῳ Θεῷ χεῖρας ἀναπετάσαντες· καὶ τούτων σὺ κριτὴς τυγχάνεις. Οἶσθα δὲ καὶ τὰ κρύφια τῆς καρδίας καὶ τοὺς λογισμοὺς αὐτοὺς, ἐν οἷς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἕνεκα τῆς εὐσεβείας θανατούμεθα. Ὁ γὰρ τῇ προθέσει λογισάμενος ἐφ' ἑκάστῳ πειρασμῷ τὸν ὑπὲρ ἀληθείας ἀναδέξασθαι θάνατον, δυνάμει ὁ τοιοῦτος τέθνηκε. Καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ τοῦτο ἔλεγεν, ἐπειδὴ συνεχεῖς ἦσαν καὶ ἐπάλληλοι διωγμοὶ, καὶ οἱ περισπασμοὶ θάνατον ἀπειλοῦντες αὐτῷ. Ὁ δὲ καθ' ἕκαστον πειρασμὸν παρεσκεύαστο ἐνστατικῶς μέχρι θανάτου ἀγωνίσασθαι· διὸ εἰκότως καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκειν ἔλεγε. Ταύτῃ οὖν τῇ διανοίᾳ καὶ οἱ πάλαι τοῦ Θεοῦ προφῆται διὰ τῶν προκειμένων ταῦτα ἔφασκον· Ἐν γὰρ τοῖς κρυφίοις ἡμῶν ἐθανατούμεθα πᾶσαν ἡμέραν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ *ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς*· ἅπαξ γὰρ ἑαυτοὺς παραδεδωκότες ὥσπερ εἰς θυσίαν ἀντὶ παντὸς τοῦ λαοῦ, τῷ λογισμῷ καὶ τῇ προθέσει ἐσφαγιά-

(1) Drusius hanc ut quintæ editionis lectionem affert, his verbis : Ἐπεπώμασας ἡμῖν. Aquilæ vero lectio apud Drusium sic habet : Καὶ ἐπεκάλυψας ἡμᾶς ἐν σκιᾷ θανάτου.

σθῆμεν, ὡς αὐτὸς σὺ ὁ Θεὸς μαρτυρεῖς· μόνος γὰρ γινώσκεις τὰ κρύφια τῆς καρδίας. Ἐπεὶ τοίνυν τοσαῦτα πεπόνθαμεν, εἰκότως μετὰ παῤῥησίας ἐπιστρέφομέν σε πρὸς ἡμᾶς καὶ διεγείρομεν ὥσπερ καθεύδοντα καί φαμεν· *Ἵνα τί ὑπνοῖς, Κύριε; Ἀνάστηθι, καὶ μὴ ἀπώσῃ εἰς τέλος·* ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Ἵνα τί ὡς ὁ ὑπνῶν εἶ, Δέσποτα; Ἐξύπνισον, καὶ μὴ ἀποβάλῃ εἰς τέλος.* Εἰ γὰρ καὶ ἐκ μέρους ἀπώσω διὰ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ, ἀλλ' ἱκετεύομεν μὴ εἰς τέλος ἀπώσασθαι, τὰ δ' ἡμέτερα παραδέξασθαι κατορθώματα ὑπὲρ τοῦ παντὸς λαοῦ. Ἐπισημήνασθαι δὲ δεῖ, ὅτι δυάδα (1) προσώπων ὁ λόγος ᾐνίξατο.

A rito cum fiducia te ad nos convertimus, et excitamus quasi dormientem, dicimusque : *Quare obdormis, Domine? Exsurge, et ne repellas in finem;* sive secundum Symmachum : *Quare velut obdormiens es, Domine? Expergiscere, et ne rejicias in finem.* Etiamsi enim ob peccata populi ex parte repuleris, at rogamus ne in finem rejicias; sed bona opera nostra pro universo populo accipias. Atque observandum est, his dualitatem personarum adumbrari.

Ἵνα τί τὸ πρόσωπόν σου ἀποστρέφεις; ἐπιλανθάνῃ τῆς πτωχείας ἡμῶν καὶ τῆς θλίψεως ἡμῶν; Σύμμαχος· *Ἵνα τί τὸ πρόσωπόν σου κρύπτεις, ἐπιλανθάνῃ τῆς κακώσεως ἡμῶν καὶ θλίψεως;* Κρύπτεις μὲν τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον, ὁ Θεὸς, καὶ ἀποστρέφεις πρὸς τὸ μὴ βλέπειν τὰ αἰσχρὰ καὶ ἀπρεπῆ, καὶ τῆς σῆς θέας ἀλλότρια. Ἀλλ' ἐπεὶ ἡμεῖς ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσι κατορθώμασι παῤῥησίαν ἄγομεν, *Ἵνα τί τὸ πρόσωπόν σου κρύπτεις;* Τοσαῦτα δὲ πασχόντων καὶ κακοπαθούντων τῆς σῆς ἕνεκεν εὐσεβείας, *Ἵνα τί ἐπιλανθάνῃ τῆς κακώσεως ἡμῶν;* ἤτοι *τῆς πτωχείας*, κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα. Εἰ γὰρ καὶ μεγάλα ταῦτα ὡς πρὸς ἡμᾶς κατορθώματα, ἀλλ' ὡς πρὸς σὲ πάντα πτωχὰ καὶ σμικρὰ, καὶ ὀλίγιστα. Πλὴν ὡς ἐξ ἡμῶν μεγάλα. Διὸ ἱκετεύομεν μὴ λήθην ποιήσασθαι τῆς ἡμετέρας πτωχείας· μνησθῆναι δὲ καὶ τῆς θλίψεως ἡμῶν, ἧς ὑπεμείναμέν σου χάριν. Καὶ ἐπεὶ *ἡ ψυχὴ ἡμῶν εἰς χοῦν τεταπείνωται*, συγγνῶναι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν ἱκετεύομεν. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ τῷ αὐτῷ λόγῳ δυσωπεῖ τὸν Θεὸν, λέγων· *Μνήσθητι, ὅτι χοῦς ἐσμεν· ἄνθρωπος ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ.* Ἀλλὰ καὶ *ἡ γαστὴρ ἡμῶν ἐκολλήθη εἰς γῆν.* Δέον γὰρ αὐτὴν πεπληρῶσθαι ναμάτων ἁγίων καὶ πηγῆς ὕδατος ζῶντος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἐξ ἀνυδρίας ὑπερβαλλούσης *ἡ γαστὴρ ἡμῶν ἐκολλήθη εἰς γῆν.* Γαστέρα δὲ ψυχῆς νόει τὸ μνημονικὸν αὐτῆς, ἢ καὶ τὸ ἡγεμονικὸν, ἐν ᾧ πάντα συνάγει τὰ μαθήματα καὶ τὰ θεωρήματα· ἐν ᾧ καὶ σπέρμα ὑποδεξαμένη κύει, καὶ τελεσφορήσασα γεννᾷ πνεῦμα σωτηρίας, κατὰ τὸν φήσαντα· *Ἐκ τοῦ φόβου σου, Κύριε, ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν καὶ ὠδινήσαμεν, καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας.* Τοσαῦτα δυσωπητικὰ οἱ πάλαι τοῦ Θεοῦ προφῆται, καὶ οἱ κατορθοῦντες ἐν τῷ λαῷ δεηθέντες, ἱκετεύουσι καὶ λυτρώσεως τυχεῖν· ὃ δὴ καὶ γεγένηται· ἔτι γὰρ λαλούντων αὐτῶν εἰσακούσας ὁ Θεὸς, μεταβάλλει τοὺς ὀδυρμοὺς αὐτῶν ἐπὶ τὸ φαιδρότερον. Διόπερ ἑξῆς οἱ τοσαῦτα ἀποκλαυσάμενοι ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων προφητεύουσι, καὶ ᾠδὴν ᾄδουσι τὴν ὑπὲρ τοῦ Ἀγαπητοῦ, δι' οὗ τὴν κακῶν ἐλευθερίαν καὶ τῶν ψυχῶν τὴν ἀπολύτρωσιν ὁ ἀγαθὸς Θεὸς, ἐπακούσας τῶν εὐξαμένων, τῷ παντὶ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐδωρήσατο.

VERS. 24, 25. *Quare faciem tuam avertis, oblivisceris inopiæ nostræ et tribulationis nostræ?* Symmachus : B *Quare faciem tuam abscondis, oblivisceris afflictionis nostræ et tribulationis?* Abscondis et avertis faciem tuam, Deus, ne videas turpia illa et indecora, aspectu tuo aliena. Sed quia nos in recte factis, ut dictum est, fiduciam habemus, *quare faciem tuam abscondis?* Et cum tot malis pietatis causa afficiamur et opprimamur, *quare oblivisceris afflictionem nostram?* sive *inopiam*, secundum Septuaginta interpretes. Licet enim, isthæc bona opera, magna quod ad nos spectat habenda sint; verum quantum ad te omnia egena, modica et minima sunt. Verumtamen quia respectu nostri magna sunt, ideo supplicamus tibi ut ne inopiæ obliviscaris nostræ, utque afflictionis, quam tui causa perpessi sumus, recorderis. Et *quia humiliata est in pulvere* C *anima nostra*, rogamus infirmitatibus nostris ignoscas. Alias quoque ipsis verbis Deum obsecrat dicens : *Recordare quoniam pulvis sumus : homo sicut fenum dies ejus*[60]. Imo etiam *adhæsit terræ venter noster.* Oportuisset sane repletum ipsum esse sacris fluentis, atque fonte aquæ vivæ salientis in vitam æternam, sed ex nimia siccitate *adhæsit terræ venter noster.* Per ventrem autem memoriam intelligas, sive principem animæ partem, in qua disciplinas omnes ac speculationes colligit : in qua, concepto semine, prægnans efficitur; et postquam parturivit, parit spiritum salutis, ut dicit quidam : *Ex timore tuo, Domine, in utero concepimus et parturivimus, et peperimus spiritum salutis*[61]. Hæc supplicum more illi quondam prophetæ Dei et probi in populo viri, D eripi rogantes, proferunt : quod etiam impetrarunt; nam adhuc ipsis loquentibus, propitiatus Deus fletum eorum in lætitiam vertit. Qui enim tot se fletibus dederant, sub hæc de immutandis vaticinantur, canticumque pro Dilecto modulantur; quo permotus bonus ille Deus, orantibus propitius, libertatem a malis, et animarum redemptionem toti hominum generi elargitur.

[60] Psal. CII, 15. [61] Isa. XXVI, 18.

(1) Dualitas illa personarum significat, hinc prophetas justosque viros, qui pauci numero pro populi delictis precantur; inde multitudinem plebis, peccatis sceleribusque deditam; ut jam superius explicavit, ac infra repetit Eusebius.

1. IN FINEM, PRO IIS QUI COMMUTABUNTUR, FILIIS CORE, AD INTELLECTUM, CANTICUM PRO DILECTO XLIV.

VERS. 2. *Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Qui in superioribus tot tantasque lacrymas effuderant, jam pro pristinis fletibus cantica et cantilenas edunt, narrantes auctorem sibi mutationis a pristinis calamitatibus Dilectum Dei fuisse, quem ideo in hoc toto cantico laudibus efferunt. At quoniam isthæc longo post tempore eventura erant, jure hoc titulo, *In finem*, prophetiam donant; sive *triumphale canticum*, aut *victoriæ auctori*, inscribunt, ob partas scilicet de spiritualibus inimicis victorias. Titulo autem addiderunt illud, *pro iis qui commutabuntur*, quia ipsi etiam qui hæc proferunt, a tristi sermone ad lætius canticum mutationem fecere. Imo etiam quæ in toto cantico feruntur, mutatione frequenti plena sunt. Nam Dilectus Dei, cum semetipsum exinanivit, formam servi accipiens et habitu inventus ut homo, non parvam mutationem sustinere visus est, etsi utpote Deus, immutabilis et invariabilis sit. Qui vero illius opera a captivitate diaboli redempti, ad libertatem filiorum Dei translati sunt, pulcherrima plane mutatione sunt affecti. Quare memorata his in locis regina jubetur oblivisci populum suum et domum patris sui, et filia Tyri alienigena ad pulchram illam mutationem evocatur; virgines quoque et filii quidam *pro patribus nati*, populi etiam Deo confitentes, eadem mutatione dignati sunt. Quorum omnium causa canticum *pro iis qui commutabuntur* inscriptum est; vel, secundum Aquilam, *de liliis*; sive, secundum Symmachum, *pro floribus*. Nam qui commutati sunt, bonum spirantes odorem, atque nova Ecclesiæ plantatio effecti, hoc nomine appellati sunt. Quare ut hæc intelligi possent, necessario auditum in titulo fuit, *ad intellectum*; ut intelligamus totam sermonis seriem canticum pro Dilecto complecti; aut, secundum Symmachum, *Canticum in Dilectum*. Hoc autem in loco omnia quæ de Dilecto feruntur colligas oportet; quale est illud Isaiæ : *Cantabo sane Dilecto canticum Dilecti vineæ meæ. Vinea facta est Dilecto* [62]. Queis significatur, vineam quidem esse domum Israel, id enim in sequentibus declaratur; Dilectum autem illum esse Unigenitum Dei Filium, cujus portio ac prior hæreditas fuit memorata illa vinea. Quoniam autem dilectus quilibet diligentem se habet, his clare commonstratur, vineam illam possessionem Dilecti Dei fuisse, cujus gratia præsens canticum, *pro Dilecto*, inscriptum est. In Psalmis quoque dictum est : *Dominus dabit Verbum evangelizantibus virtute multa.*

A

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΑΛΛΟΙΩΘΗΣΟΜΕΝΩΝ, ΤΟΙΣ ΥΙΟΙΣ ΚΟΡΕ, ΕΙΣ ΣΥΝΕΣΙΝ, ΩΔΗ ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΑΓΑΠΗΤΟΥ ΜΔʹ.

Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθὸν, λέγω ἐγὼ τὰ ἔργα μου τῷ βασιλεῖ. Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου. Οἱ τὰ τοσαῦτα διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἀποκλαυσάμενοι ἐντεῦθεν ᾠδὰς καὶ ᾄσματα ἀντὶ τῶν προτέρων ὀδυρμῶν ᾄδουσι, τῆς ἀπὸ τῶν σκυθρωπῶν μεταβολῆς αἴτιον αὐτοῖς γεγονέναι τὸν Ἀγαπητὸν (1) τοῦ Θεοῦ δηλοῦντες· ὃν καὶ δι' ὅλης τῆς ᾠδῆς ἀνυμνοῦσιν. Ἀλλ' ἐπείπερ ταῦτα μακροῖς ὕστερον χρόνοις γίγνεσθαι ἤμελλεν, εἰκότως *Εἰς τὸ τέλος* ἐπιγράφουσι τὴν προφητείαν, ἢ *ἐπινίκιον*, ἢ τῷ *νικοποιῷ*, διὰ τὰ κατὰ τῶν νοητῶν πολεμίων νικητήρια. Προσέθηκαν δὲ τῇ ἐπιγραφῇ τὸ, *ὑπὲρ*
B *τῶν ἀλλοιωθησομένων*· ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ οἱ ταῦτα φάσκοντες ἀλλοίωσιν τὴν ἀπὸ τῶν σκυθρωπῶν λόγων ἐπὶ τὴν φαιδροτέραν ᾠδὴν πεποίηνται. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ ἐμφερόμενα δι' ὅλης τῆς ᾠδῆς πλείστης πεπλήρωται ἀλλοιώσεως. Ὅ τε γὰρ Ἀγαπητὸς τοῦ Θεοῦ, ἑαυτὸν κενώσας, καὶ μορφὴν δούλου λαβὼν, σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἀλλοίωσιν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἔδοξεν ὑπομένειν, ἀναλλοίωτος ὢν καὶ ἄτρεπτος ὡς Θεός· οἵ τε δι' αὐτοῦ τῆς ὑπὸ τὸν διάβολον αἰχμαλωσίας λυτρωθέντες, εἰς ἐλευθερίαν τε τὴν ὑπὸ τῷ Θεῷ μετενηνεγμένοι, τὴν καλλίστην ἀληθῶς αὐτοὶ ἀλλοίωσιν ὑπομεμενήκασι. Διὸ καὶ ἡ ἐμφερομένη τοῖς λόγοις βασίλισσα κελεύεται λήθην ποιήσασθαι τοῦ λαοῦ ἑαυτῆς καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς ἑαυτῆς· καὶ θυγάτηρ δὲ Τύρου ἀλλόφυλος ἐπὶ τὴν καλὴν μεταβο-
C λὴν ταύτην καλεῖται· παρθένοι τε καὶ υἱοί τινες *ἀντὶ πατέρων γενόμενοι*, λαοί τε ἐξομολογούμενοι τῷ Θεῷ, τῆς αὐτῆς ἠξιώθησαν ἀλλοιώσεως. Ὧν δὲ ἕνεκα πάντων *ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων* προγέγραπται ἡ ᾠδή· κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, *ἐπὶ τοῖς κρίνοις*· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν*. Οἱ γὰρ ἀλλοιωθέντες, οὗτοι εὐωδίας πνεύσαντες, καὶ ἄνθη νεαρὰ τῆς Ἐκκλησίας γενόμενοι, τοῦτον ὠνομάσθησαν τὸν τρόπον. Διὸ, ἵνα ταῦτα νοηθῇ, ἀναγκαίως πρόσκειται τῇ προγραφῇ τὸ, *εἰς σύνεσιν*· καὶ ἵνα συνῶμεν, ὡς ὁ πᾶς λόγος ᾠδὴν περιέχει ὑπὲρ τοῦ Ἀγαπητοῦ, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Ἆσμα εἰς τὸν Ἀγαπητόν*. Ἔνθα δὲ γενόμενος, πάντα ὅσα περὶ Ἀγαπητοῦ συνάξεις· οἷον ἐν Ἡσαΐᾳ· *Ἄσω δὴ τῷ ἠγαπημένῳ ᾆσμα τοῦ Ἀγαπητοῦ τῷ ἀμπελῶνί μου. Ἀμπελὼν ἐγε-*
D *νήθη τῷ ἠγαπημένῳ*· δι' ὧν σημαίνεται ἀμπελὼν μὲν ὁ οἶκος τοῦ Ἰσραήλ· τοῦτο γὰρ ἑξῆς ὁ λόγος δηλοῖ· ἠγαπημένος δὲ καὶ Ἀγαπητὸς ὁ Μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, οὗ μερὶς γέγονε καὶ κλῆρος πρότερος ὁ δηλωθεὶς ἀμπελών. Ἐπεὶ δὲ πᾶς ἠγαπημένος καὶ ἀγαπητὸς ἔχει τὸν ἀγαπῶντα, σαφῶς διὰ τούτων ὁ λόγος παρίστησι τὸν ἀμπελῶνα κτῆμα γεγονέναι τοῦ Ἀγαπητοῦ τοῦ Θεοῦ, περὶ οὗ ἡ προκειμένη ᾠδὴ εἴ-

[62] Isa. v, 1.

(1) *Ἀγαπητόν*. Apud Eusebium idem significat quod Μονογενής, id est, Unigenitus, supple Filius Dei ut infra. Et vero, teste Athanasio t. I, p. 640, hæc sententia usu venit vox illa apud Græcos. Τὸ δὲ ἀγαπητόν, sic ille, καὶ Ἕλληνες ἴσασιν οἱ δεινοὶ περὶ τὰς λέξεις, ὅτι ἴσον ἐστὶ τῷ εἰπεῖν, μονογενής. *Cæterum norunt ipsi Græci, qui dictionum periti sunt, dilectum idem esse atque unigenitum.* Pro qua re probanda affert ille Homeri carmina.

ρηται, ὑπὲρ τοῦ Ἀγαπητοῦ. Καὶ ἐν Ψαλμοῖς δὲ λέλεκται· *Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. Ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ Ἀγαπητοῦ.* Σαφῶς δὲ κἀνταῦθα ἰδίως μνημονευομένου Κυρίου τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων· καὶ πάλιν ἰδίως τοῦ Ἀγαπητοῦ, καὶ ἐν τῇ τρίτῃ τάξει τῶν εὐαγγελιζομένων τὸν Ἀγαπητὸν, οἷς δίδοσθαι ῥῆμα ἐξ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ἄνωθεν λέλεκται, καὶ ἡ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν συνίσταται μαρτυρία. Καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ αὖθις εἴρηται· *Καὶ ὁ ἠγαπημένος ὡς υἱὸς μονοκερώτων.* Προκείσθω τούτοις καὶ τὸ ἐπισφράγισμα τῶν ὅλων, τὸ σωτήριον (1) Εὐαγγέλιον ἐν φωνῇ πατρικῇ τὸν Ἀγαπητὸν ἄνωθεν παρ' ἀνθρώποις ἐδείκνυ, βοώσῃ· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.* Τοσούτων ἀποδεδειγμένων περὶ τοῦ Ἀγαπητοῦ, σαφὴς ἂν εἴη λοιπὸν καὶ ἀναμφίλεκτος ἡ προκειμένη προφητεία διὰ τῆς προγραφῆς φήσασα· *Ὠδὴ ὑπὲρ τοῦ Ἀγαπητοῦ.* Ὅτι δὲ ὁ Χριστὸς ἦν οὗτος, ἕτερος ὢν παρὰ τὸν χρίσαντα αὐτὸν Πατέρα, προϊὼν ἑξῆς ὁ λόγος ἐν αὐτῷ τῷ ψαλμῷ παρέστησε. Ταῦτα μὲν οὖν εἰς τὴν προγραφὴν εἰρήσθω· τὰ δ' ἑξῆς πάλιν ὁ χορὸς ὁ προφητικὸς διεξέρχεται, ὁ καὶ τὰ πρῶτα διεξελθών.

A *Rex virtutum Dilecti* [63]; ubi aperte ac speciatim Dominus Deus universorum memoratur; ac rursum speciatim Dilectus, ac demum tertio ordine, evangelizantes Dilectum, quibus ab ipso Deo Verbum dari, superius dictum est; sicque testimonium de Salvatore nostro constituitur. In alio item dictum est : *Et Dilectus quemadmodum filius unicornium* [64]. His adjiciatur ad sermonem totum obsignandum, salutare Evangelium paterna voce Dilectum apud homines clamore edito commonstrasse : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* [65]. Tot tantisque de Dilecto prolatis, plana demum ac sine contradictione fuerit hæc prophetia in titulo sic enuntiata : *Canticum pro Dilecto.* Quod autem hic ipse Christus fuerit, alius ab eo, qui ipsum inunxit B Patre, in eodem psalmo postea declaratur. Hæc quidem de titulo dicta sint; sequentia iterum propheticus chorus enuntiat, qui priora narrabat.

Τινὲς ᾠήθησαν, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Πατρὸς λέγεσθαι τὸν ψαλμὸν ἤτοι τὴν ᾠδὴν περὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος πρὸς αὐτὸν Λόγου, ὃν ἐκ τῆς οἱονεὶ καρδίας, ἢ αὐτῶν τῶν σπλάγχνων, φησὶ, προήγαγε· καὶ ἀπὸ ἀγαθῆς καρδίας ἀγαθὸς λόγος προῆλθεν. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ταῦτα ἐπὶ τὸ προφητικὸν ἀναφέρεσθαι πρόσωπον· τὰ γὰρ ἐφ' ἑξῆς τοῦ ῥητοῦ οὐκέτι ὁμοίως ἐξομαλίζει ἡμῖν τὴν περὶ τοῦ Πατρὸς ἐξήγησιν. Οὔτε γὰρ ἂν περὶ τῆς ἑαυτοῦ γλώσσης ὁ Πατὴρ εἶπεν, ὅτι·

Quidam arbitrati sunt ex persona Patris psalmum sive canticum pronuntiari de Verbo, quod in principio erat apud Deum, quodque ipse ceu ex corde, sive ex ipsis visceribus produxit : et ex bono corde bonum verbum prodiit. Mihi porro hæc ad propheticum chorum referenda videntur : quæ enim post dictum hujusmodi subsequuntur, non ita planam C exhibent nobis de Patre narrationem. Neque enim de lingua sua Pater dixerit :

Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου. Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Οὐ γὰρ ἐκ τῆς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους συγκρίσεως τὴν ὑπεροχὴν τοῦ κάλλους ἔχει. Καὶ προϊὼν δέ φησι· *Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως*· οὐ γὰρ εἶπεν· *Ἔχρισά σε ἐγὼ ὁ Θεὸς*, ἀλλ' *ἔχρισέ σε*· ὥστε ἐκ τούτου παρίστασθαι ἕτερον εἶναι τὸ διαλεγόμενον πρόσωπον. Ποῖον οὖν ἐστι τοῦτο ἢ ὁ προφήτης, ὁ χωρήσας τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς ἑαυτὸν γενομένην ἐνέργειαν;

VERS. 3-8. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Speciosus forma præ filiis hominum.* Siquidem pulchritudinis præstantiam ex comparatione cum hominibus non mutuatur. In sequentibus vero ait : *Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ*; neque enim ait : *Unxi te ego Deus*, sed, *unxit te*; ita ut hinc liquidum sit aliam personam esse quæ loquitur. Quænam igitur illa, nisi propheta qui illapsam Spiritus sancti vim in se recepit?

Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου*, ὁ Σύμμαχος· *Ἐκινήθη*, φησὶν, *ἡ καρδία μου λόγῳ ἀγαθῷ.* Ὡς γὰρ ἑτέρου ἀπαγγείλαντος τὸν λόγον, αὐτὸς κεκινῆσθαί φησι διὰ τῆς ἀκοῆς. Ἐν τῷ φάσκειν· *Λέγω ἐγὼ τὰ ἔργα μου τῷ βασιλεῖ*, οὐδέτερον δηλοῦσι βασιλέα, ἢ τὸν Ἀγαπητὸν αὐτὸν, ᾧ καὶ τὰ ἑξῆς πεφώνηται. Τούτῳ γὰρ, φησὶ, τὰ ἔργα μου διηγήσομαι· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ τὸν Σύμμαχον, *τὰ δικαιώματά μου ἐξαγγελῶ.* Πολλῆς δὲ γέμων παῤῥησίας ἐπ' ἀγαθοῖς ἔργοις ὁ τῶν προφητῶν χορὸς, ταῦτα λέγειν τεθάρσηκεν. Εἰ δὲ καὶ γνῶναι ποθεῖς τίνα ἦν τῶν προφητῶν τὰ ἔργα, μάθοις ἂν διὰ τῶν ἔμπροσθεν, ἐν οἷς ἔφασκον· *Ταῦτα πάντα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐπελαθόμεθά σου, καὶ οὐκ ἠδικήσαμεν ἐν Διαθήκῃ σου*· καὶ πάλιν· *Ὅτι*

Pro illo autem, *Eructavit cor meum*, Symmachus, *Commotum est*, inquit, *cor meum verbo bono.* D Nam veluti alio verbum renuntiante, se auribus commotum esse dicit. Cum autem ait, *Dico ego opera mea regi*, non alium regem quam Dilectum significat; ad quem item pertinent ea quæ sequuntur. Huic, inquit, opera mea narrabo; sive, secundum Aquilam et Symmachum, *justificationes meas enuntiabo.* Propheticus autem chorus magna de bonis operibus fiducia plenus, hæc confidenter locutus est. Quod si nosse cupias quænam illa prophetarum opera, ex præcedentibus ediscas licet, ubi sic locuti sunt : *Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te, et inique non egimus in Testamento tuo* [66]: ac rursum, *Propter te mortificamur tota*

[63] Psal. LXVII, 12-13. [64] Psal. XXVIII, 6. [65] Matth. XVII, 5. [66] Psal. XLIII, 18.

(1) Σωτήριον, id est, Salvatorem enuntians.

die[67]. Magnum porro opus erat futura per linguam vaticinari, atque regi in cantico boni nuntii ministrum esse. Ejus autem loco, *calamus scribæ velociter scribentis*, Aquila, *calamus scribæ velocis*; Symmachus vero, *lingua mea stylus scribæ velocis*. Quodque mirabile admodum est, linguam suam non manum scribæ eruditi, neque scribam vocat, sed calamum scribæ velociter scribentis; declarans linguam propheticam, alterius ea utentis, sancti videlicet Spiritus, instrumentum esse. Is sane scriba, cujus stylus et calamus erat prophetarum lingua; ita ut alius esset scriba velociter scribens, nimirum Spiritus sanctus, alius propheta, tertius lingua prophetica, quæ calami et styli loco habebatur, et instrumentum Spiritus sancti, qui ea utebatur, erat.

Sciendum autem est, secundum Septuaginta interpretes, sententiam [subsequentem] calamo scribæ conjunctam, atque totum eloquium uno versu comprehensum esse, hoc pacto : *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis, speciosus forma præ filiis hominum*. At quia Hebraica lectio et reliqui interpretes, superiore sententia circumscripta, alio deinde principio in expositione usi sunt ; congruenter nos etiam illud, *Speciosus forma præ filiis hominum*, ab alio initio duximus. Aquila igitur hac ratione interpretatus est, *Pulchritudine ornatus es a filiis hominum ;* Symmachus vero, *Pulchritudine pulcher es præter filios hominum;* ita ut quæ in cantico præmittuntur, procemii vicem habeant. Cum enim propheticus chorus sermonem de Dilecto initurus, atque canticum de illo prolaturus esset, procemio usus est, quod hac sententia terminatur, *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*. Exinde vero canticum in Dilecti personam orditur, sicque compellat ipsum : Speciosus es forma, pulcher es, et pulchritudine ornatus es, sive pulchritudine decoratus es, o Dilecte, super filios hominum. Etiamsi enim tute unus sis e numero filiorum hominum, atque iis qui in terra versantur annumeratus sis; at nulla pulchritudo est tuæ comparanda. Palam autem est id quoad virtutem dici ; neque enim iis adversa proferre putetur Isaias dum ait : *Et vidimus eum, et non habebat speciem, neque pulchritudinem. Sed species ejus inhonorata, deficiens præ filiis hominum*[68]. Hæc quippe crucem et passionem prænuntiabant, quæ petulantia et contumelia plenæ fuere : quare subdit propheta[69], *Homo in plaga exsistens, ac sciens ferre infirmitatem, inhonoratus nec reputatus est*. Psalmus vero pulchritudinem, non corporis, uti diximus, enuntiat, sed virtutis, quæ nullam admittit peccati labem. Sub hæc dicitur : *Diffusa est gratia in labiis tuis; propterea benedixit te Deus in æternum*. Moyses igitur gratiam quamdam invenit; Noe iterum,

A *ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν*. Μέγα δὲ ἦν ἔργον καὶ τὸ διὰ γλώττης τὰ μέλλοντα προφητεύειν, καὶ τῷ βασιλεῖ διακονεῖσθαι τὴν εὐαγγελικὴν ᾠδήν. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου*, ὁ μὲν Ἀκύλας· *Σχοῖνος γραμματέως ταχινοῦ*· ὁ δὲ Σύμμαχος· *ἡ γλῶσσά μου*, φησὶ, *γραφεῖον γραφέως ταχινοῦ*. Σφόδρα δὲ θαυμαστῶς τὴν ἑαυτοῦ γλῶσσαν, οὐ χεῖρα γραμματέως ἐπιστήμονος, οὐδὲ γραμματέα φησὶν, ἀλλὰ κάλαμον γραμματέως ὀξυγράφου· δηλῶν, ὅτι ὄργανον ἦν ἡ προφητικὴ γλῶσσα ἑτέρου τοῦ χρωμένου αὐτῇ, ἁγίου Πνεύματος· ὅπερ ὁ γραμματεὺς, οὗ γραφεῖον καὶ κάλαμος ἐτύγχανεν ἡ τῶν προφητῶν γλῶσσα, ὥσθ' ἕτερον εἶναι τὸν ὀξυγράφον γραμματέα, δηλαδὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἕτερον τὸν προφήτην, καὶ τρίτον τὴν B γλῶσσαν τὴν προφητικὴν, ἢ καλάμου καὶ γραφείου χώραν ἐπεῖχεν, ὄργανον τυγχάνουσα τοῦ χρωμένου αὐτῇ ἁγίου Πνεύματος.

Εἰδέναι δὲ δεῖ, ὡς κατὰ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείαν συνῆπται ἡ διάνοια τῷ καλάμῳ τοῦ γραμματέως, ὑφ' ἕνα τε στίχον τὸ ὅλον ἀπείληπται λόγιον, οὕτως ἔχον· *Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου· ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων*. Ἐπεὶ δὲ ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις καὶ οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ, τὴν τῶν ἀνωτέρω διάνοιαν περιγράψαντες, ἀπὸ ἑτέρας ἀρχῆς τὴν ἔκθεσιν ἐποιήσαντο· εἰκότως καὶ ἡμεῖς ἐξ ἑτέρας ἀρχῆς τό· *Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων*, παρεθήκαμεν. Ὁ μὲν οὖν Ἀκύλας τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον, *Κάλλει ἐκαλλιώθης ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων*· ὁ δὲ Σύμμαχος· *Κάλλει καλὸς εἶ παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων*· ὥστε εἶναι τὰ πρῶτα τῆς ᾠδῆς ἀντὶ C προοιμίου λελεγμένα. Μέλλων γὰρ εὐαγγελίζεσθαι τὸν ὑπὲρ τοῦ Ἀγαπητοῦ λόγον, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ προφέρειν ᾠδὴν ὁ προφητικὸς χορὸς, προοιμίῳ κέχρηται, στήσας τὸ προοίμιον ἕως τοῦ· *Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου*. Ἐντεῦθεν δὲ λοιπὸν ἀπάρχεται τῆς εἰς πρόσωπον τοῦ Ἀγαπητοῦ ᾠδῆς· ἀναφωνεῖ τε πρὸς αὐτόν· Ὡραῖος εἶ κάλλει, καλὸς εἶ, ἢ κάλλει ἐκαλλιώθης, ἢ κάλλει ὡραιώθης, ὦ Ἀγαπητὲ, παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα εἷς τις γέγονας καὶ αὐτὸς υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, καὶ κατηριθμήθης τοῖς ἐπὶ γῆς πολιτευσαμένοις· ἀλλ' οὐκ ἔστι παραβάλλειν τῷ κάλλει σου ἕτερον. Δῆλον δὲ, ὅτι κατὰ τὴν ἀρετήν· οὕτω γὰρ οὔτε δόξει ἐναντία τούτοις Ἡσαΐας λέγειν φήσας· *Καὶ ἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλ*-D *λος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων*. Ἐκεῖνα γὰρ τὸν σταυρὸν καὶ τὸ πάθος προανεφώνει, ἃ παροινίας καὶ ὕβρεως ὑπῆρχε μεστά· διὸ δὴ καὶ ἐπήγαγεν ὁ προφήτης· *Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη*. Ὁ δὲ ψαλμὸς κάλλος αὐτοῦ καλεῖ, καθ' ἃ εἴρηται, οὐ τὸ τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὸ τῆς ἀρετῆς, ἁμαρτίας οὐ δεξάμενον σπῖλον. Τούτοις ἑξῆς εἴρηται· *Ἐξεχύθη ἡ χάρις ἐν χείλεσί σου· διὰ τοῦτο εὐλόγησέ σε ὁ Θεὸς εἰς*

[67] Psal. XLIII, 22. [68] Isa. LIII, 2. [69] Ibid. 3.

τὸν αἰῶνα. Μωῦσῆς μὲν οὖν εὗρε μίαν τινὰ χάριν· καὶ Νῶε πάλιν εὗρέ τινα χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· καὶ ἕκαστος τῶν δικαίων χάριτος μετέσχεν. Ἐπεὶ δὲ τοῦ Ἀγαπητοῦ πᾶσα ἡ πατρικὴ εἰς αὐτὸν ἐκενώθη χάρις· ἦν γὰρ ὁ Πατὴρ λαλῶν ἐν Υἱῷ· ἔνθεν καὶ ἡ διακονησαμένη τὴν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ πάροδον κεχαριτωμένη ἐλέχθη. Ἐν αὐτῷ γὰρ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατοικῆσαι σωματικῶς· διὸ πάντες οἱ ἅγιοι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ εἰλήφασιν.

Ἐπιβαλεῖς δὲ καὶ οὕτως· Τὸ πρῶτον ἔργον τοῦ Ἀγαπητοῦ ἡ χάρις ἡ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ κεχυμένη, κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν διάνοιαν· καὶ καθ᾽ ἕτερον δὲ τρόπον, *ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο.* Ἐπειδὴ πάντα χαριζόμενος ἔπραττε τοῖς μὲν ἀφιεὶς τὰς ἁμαρτίας, τῶν δὲ τὰς νόσους καὶ τὰς μαλακίας ἰώμενος, τοῖς δὲ τὸ ἅγιον Πνεῦμα δωρούμενος. Δι᾽ ὃ πρὸς αὐτὸν εἰκότως εἴρητο· *Ἐξεχύθη ἡ χάρις ἐν χείλεσί σου.* Τούτοις ἑξῆς οἱ πρόσθεν ἀποκλαυσάμενοι, καὶ τὴν ὑπὸ τοῖς πολεμίοις δουλείαν ἑαυτῶν ὑπογράψαντες, εὐκαίρως τὸν Ἀγαπητὸν ἱκετεύουσι σπεῦσαι καὶ μέχρις αὐτῶν ἐλθεῖν, φραξάμενον ὅπλοις πολεμικοῖς διὰ τοὺς ἐπικειμένους ἐχθρούς, ὡς ἂν τροπωσάμενος αὐτούς, τὴν ὑπ᾽ αὐτοῖς αἰχμαλωσίαν ὑπεξαγάγοι. Διό φασι· *Περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου, δυνατέ·* ὡραῖος μὲν γὰρ εἶ καὶ καλός, πλὴν ἀλλὰ πρὸς τῇ ὡραιότητί σου καὶ πρὸς τῷ κάλλει σου ἀνάλαβε τὴν σαυτοῦ πανοπλίαν δι᾽ ἡμᾶς τοὺς σοὺς ἱκέτας· *ῥομφαίαν τε περίθου τῷ σαυτοῦ μηρῷ,* καὶ οὕτω τὴν σὴν δύναμιν ἀναλαβών, ἔντεινόν σου τὰ τόξα. Ἔπειτα βαλὼν τοὺς ἐχθρούς, *κατευοδοῦ καὶ βασίλευε.* Ῥομφαίαν δὲ τοῦ Ἀγαπητοῦ νόει τὴν δύναμιν τὴν τῶν ἐχθρῶν καθαιρετικὴν καὶ κολαστήριον. *Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργής, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον.* Καὶ ἄλλως δὲ ῥομφαίας Θεοῦ ὁ προφήτης μέμνηται Ἰεζεκιὴλ ὧδε λέγων· *Τάδε λέγει Ἀδοναῒ Κύριος· Εἰπόν· Ῥομφαία, ῥομφαία, ὀξύνου καὶ θυμώθητι, ὅπως σφάξῃς σφάγια· ὀξύνου, ὅπως γένῃ εἰς στίλβωσιν ἑτοίμη εἰς παράλυσιν·* καὶ πάλιν· *Ἀνάκραγε καὶ ὀλόλυξον, υἱὲ ἀνθρώπου· ὅτι αὕτη ἐγένετο ἐν τῷ λαῷ μου· αὕτη ἐν τοῖς ἀφηγουμένοις τοῦ Ἰσραήλ·* καὶ ἑξῆς· *Διάταξον σεαυτῷ δύο ὁδοὺς τοῦ εἰσελθεῖν ῥομφαίαν βασιλέως Βαβυλῶνος· ἐκ χώρας μιᾶς ἐξελεύσονται·* καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, δι᾽ ὧν ῥομφαίαν τοῦ Κυρίου λέγει τὴν ῥομφαίαν τοῦ Ναβουχοδονόσορ τὴν ἐπαχθεῖσαν τῷ λαῷ. Ἔχεις δὲ καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, ὡς ὁ ποιῶν γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ βασιλεὺς τοὺς παραιτησαμένους τὴν κλῆσιν, καὶ ἀνελόντας τοὺς βασιλικοὺς δούλους, παραδίδωσιν εἰς σφαγήν· *Καὶ πέμψας,* φησί, *τὸ στράτευμα αὐτοῦ, ἐνέπρησε τὴν πόλιν αὐτῶν.* Στράτευμα δὲ τοῦ βασιλέως τὴν Ῥωμαϊκὴν χεῖρα σημαίνει τὴν πολιορκήσασαν τὴν Ἱερουσαλήμ. Ἐπεὶ τοίνυν χρεία ἦν καὶ τοιαύτης ῥομφαίας κατὰ τῶν ἐπαναστάντων τῷ Ἀγαπητῷ, εἰκότως φησὶν ἡ προφητεία εἰς αὐτοῦ πρόσωπον· *Περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν ἐπὶ τὸν μηρόν σου, δυνατέ. Τῇ ὡραιότητί σου καὶ τῷ κάλλει σου, καὶ ἔντεινον, καὶ κατευοδοῦ καὶ βασίλευε.*

A gratiam aliquam invenit in conspectu Domini; singuli similiter justi gratiæ participes fuerunt: at quia paterna gratia in Dilectum effusa tota fuit; Pater enim in Filio loquebatur; ideo quæ ejus in homines adventus administra fuit, gratia plena dicta est. Nam in ipso placuit omnem plenitudinem divinitatis habitare corporaliter: quamobrem sancti omnes ex plenitudine ejus acceperunt.

Hoc item modo hæc tractare licet: Primum Dilecti opus est gratia, quæ secundum sententiam jam explicatam in labiis ejus diffusa est; ac alia ratione, *gratia et veritas per Jesum Christum facta est* [70]. Siquidem gratias impertiendo omnia agebat, his peccata dimittens, aliorum morbos infirmitatesque curans, B aliis dans Spiritum sanctum. Quamobrem de illo jure dicatur: *Diffusa est gratia in labiis tuis.* Deinde vero qui antea fleverant, et suam sub inimicis servitutem descripserant, opportune Dilectum precantur, ut festinet ad seque veniat hostilibus armis instructus, ob ingruentes inimicos, ut iis in fugam versis, se a captivitate abducat. Quare aiunt, *Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime.* Speciosus quidem ac pulcher es, attamen præter speciem ac pulchritudinem tuam, accipe pro nobis supplicibus armaturam tuam, *accingere gladio tuo super femur tuum;* sicque assumpta fortitudine, intende arcus tuos. Hinc confixis inimicis tuis, *prospere age et* C *regna.* Per gladium Dilecti intelligas virtutem inimicis exitiosam et ultricem. *Vivus est enim Dei sermo et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti* [71]. Et alias quoque gladium propheta Dei Ezechiel memorat his verbis: *Hæc dicit Adonai Dominus: Dixi: Framea, framea acuere, et irascere ut jugules victimas, acuere ut sis ad fulgendum parata ad solutionem* [72]; ac rursum: *Clama et ulula, fili hominis, quia ipsa fuit in populo meo: hæc in ducibus Israel* [73]; ac rursum: *Constitue tibi duas vias, ut ingrediatur framea regis Babylonis: de terra una egredientur* [74], et alia deinceps, queis frameam Nabuchodonosoris populo immissam, frameam Domini dicit esse. In Evangeliis etiam legis, regem qui fecit nuptias filio suo, eos qui vocationem abnue- D rant, servosque regios occiderant, ad necem tradidisse: *Et misso,* inquit, *exercitu suo, civitatem eorum succendit* [75]. Exercitus autem regis Romanam indicat manum, quæ Hierosolymam obsedit. Quia igitur tali gladio erat ad coercendos Dilecti adversarios opus; jure prophetia ejus personam sic alloquitur: *Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede et regna.*

[70] Joan. I, 17. [71] Hebr. IV, 12. [72] Ezech. XXI, 9, 10. [73] ibid. 12. [74] ibid. 19. [75] Matth. XXII, 7.

Deinde subjungit : *Propter veritatem et mansuetudinem, et justitiam, et deducet te mirabiliter dextera tua.* A Hæc porro quæ sequuntur, superioribus similia sunt : *Sagittæ tuæ acutæ, et populi sub te cadent, in corde inimicorum regis :* quæ per hyperbaton seu transgressionem dicta sunt. Totam porro sententiam hoc ordine constituas : Sagittæ tuæ acutæ in corde inimicorum regis. Nam primo ait : Sagittæ tuæ acutæ fient adversus cor inimicorum tuorum; deinde vero, *populi sub te cadent,* pulsis immissione telorum tuorum inimicis. Tunc itaque populi libertatem nacti, et a prementibus se malis respirantes, ad tuos accurrent pedes. Sagittas vero Dilecti immissas in cor inimicorum, invisibiles quasdam et occultas plagas intellexeris adversus principes hujus sæculi : quibus telis confixi dæmo- B nes quondam dicebant : *Sine, quid nobis et tibi, Fili Dei? Venisti ante tempus torquere nos* [76].

Quod speciosus, pulcher, gratia plenus, benedictus rex et inimicorum victor, Dilectus Dei fuerit, in præcedentibus edidicimus ; quod autem præterea Deus sit, in præsenti docemur. Ejus quippe personam Spiritus sanctus sic alloquitur : *Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi;* sive secundum Aquilam, *Thronus tuus, Dee, in sæculum et ultra.* Quia vero regem eum superius compellavit, jure adjicit : *Virga rectitudinis virga regni tui.* Nihil enim in illo deflexum, nihil tortuosum. Ac ne quis Judaice rem accipiens, mortalem atque multis regibus similem C Dilectum Dei suspicetur, necessario docet thronum regni ejus a sæculo fuisse, atque in sæculum sæculi duraturum. Quod autem hæc non de persona Patris, sed de persona Dilecti et unigeniti Filii dicta sint, sub hæc declarat dicens : *Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus.* Deus porro a Deo unctus quis fuerit, nisi is qui in Evangeliis Deus prædicatur : *Et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [77]? Hic itaque Deus Verbum dilexit justitiam, et odio habuit iniquitatem. Pro quo accuratius Aquila sic interpretatus est : *Dilexit justitiam et odio habuit impietatem.* Nam recto sane judicio justos sibi subditos diligit, oditque ipsis oppositos : quare præstantiore, quam participes sui, oleo inungitur quod vocatur *exsul-* D *tationis,* et ab ipso Deo Patre suo inungitur ; sive *oleo lætitiæ,* secundum Aquilam ; vel *oleo splendoris,* secundum Symmachum. Cum multi porro sint participes ejus, sive amici ejus, qui gratiæ ipsius consortes sunt, ii sane dixerint : *Participes Christi facti sumus* [78]. Præsentem vero sententiam sic quidam legerunt : *Propterea unxit te, Dee, Deus tuus ;* atque hac lectione Hebraicæ litteræ servientes usi sunt. Quoniam Deus in Hebraica scriptura vocatur *Elohim,* sic dicitur : *In principio throni tui, Dee, in æternum et ultra.* Septuaginta igitur interpretes et Symmachus : *Thronus tuus, Deus,* dixe-

Εἶτ' ἐπιλέγει· *Ἕνεκεν ἀληθείας καὶ πραότητος καὶ δικαιοσύνης, καὶ ὁδηγήσει σε θαυμαστῶς ἡ δεξιά σου.* Ταῦτα δὲ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐξηγήσατο· *Τὰ βέλη σου ἠκονημένα, καὶ λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται, ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως·* ὃ δὴ καθ' ὑπερβατὸν κεῖται. Συνάψεις δὲ τὴν διάνοιαν τοῦτον τὸν τρόπον· Τὰ βέλη σου ἠκονημένα ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως. Πρῶτον μὲν γάρ φησι· Τὰ βέλη σου ἠκονημένα γενήσεται κατὰ τῆς καρδίας τῶν σῶν ἐχθρῶν· ἔπειτα, *λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται,* ἐλαθέντων τοῖς σοῖς βέλεσι τῶν ἐχθρῶν. Τὸ τηνικαῦτα γοῦν ἐλευθερίας τυχόντες οἱ λαοὶ, καὶ ἀναπνεύσαντες τῶν πιεζόντων αὐτοὺς κακῶν, τοῖς σοῖς ὑποδραμοῦνται ποσί. Βέλη δὲ τοῦ Ἀγαπητοῦ ἀποστελλόμενα κατὰ τῆς καρδίας τῶν ἐχθρῶν ἀοράτους τινὰς καὶ ἀφανεῖς πληγὰς νοήσεις κατὰ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου· οἷς βέλεσι τιτρωσκόμενοί ποτε οἱ δαίμονες ἔλεγον· *Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοί, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ; Ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς.*

Ὅτι ὡραῖος καὶ καλὸς καὶ χάριτος πλήρης, εὐλογημένος τε βασιλεὺς καὶ τῶν ἐχθρῶν νικητὴς ὁ Ἀγαπητὸς τοῦ Θεοῦ ἦν, ἐκ τῶν ἔμπροσθεν μεμαθήκαμεν· ὅτι δὲ πρὸς ἐκείνοις πᾶσι καὶ Θεὸς ἦν, διὰ τῶν προκειμένων διδασκόμεθα. Εἰς αὐτοῦ γὰρ πρόσωπον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀναφωνεῖ λέγον· *Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος·* ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· *Ὁ θρόνος σου, Θεὲ, εἰς αἰῶνα καὶ ἔτι.* Ἐπεὶ δὲ καὶ βασιλέα αὐτὸν ὠνόμασε διὰ τῶν ἔμπροσθεν, εἰκότως ἐπιλέγει· *Ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου.* Οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτῷ σκολιὸν οὐδὲ στραγγαλιῶδες. Καὶ ἵνα μή τις Ἰουδαϊκῶς ἐκδεξάμενος ὑπολάβοι θνητόν τινα τοῖς πολλοῖς ὅμοιον ἔσεσθαι βασιλέα τὸν Ἀγαπητὸν τοῦ Θεοῦ, ἀναγκαίως διδάσκει, ὡς ἄρα ἐξ αἰῶνος ἦν ὁ θρόνος τῆς βασιλείας αὐτοῦ, διαρκῶν τε καὶ διαμένων ἔσται εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ταῦτα δὲ ὅτι μὴ εἰς πρόσωπον τοῦ Πατρὸς ἀναπεφώνηται, ἀλλ' εἰς τὸ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ μονογενοῦς Υἱοῦ, προϊὼν διασαφεῖ λέγων· *Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου.* Θεὸς γὰρ ἐν τούτοις χριόμενος ὑπὸ Θεοῦ τίς ἂν εἴη ἢ ὁ ἐν Εὐαγγελίοις θεολογούμενος· *Καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος;* Οὗτος οὖν ὁ Θεὸς Λόγος ἠγάπησε δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησεν ἀνομίαν. Ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας ἀκριβέστερον ἡρμήνευσεν εἰπών· *Ἠγάπησε δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησεν ἀσέβημα.* Κρίσει γὰρ ὀρθῇ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ δικαίους ἀγαπᾷ, μισεῖ δὲ τοὺς ἐναντίους· διὸ χρίεται κρείττονι ἢ παρὰ τοὺς μετόχους αὐτοῦ ἐλαίῳ τῷ καλουμένῳ *ἀγαλλιάσεως,* καὶ χρίεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἑαυτοῦ Πατρὸς, ἢ *ἐλαίῳ χαρᾶς* κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἢ *ἐλαίῳ ἀγλαϊσμοῦ* κατὰ τὸν Σύμμαχον. Πολλῶν δὲ ὄντων τῶν μετόχων αὐτοῦ, ἢ ἑταίρων αὐτοῦ τῶν τῆς αὐτοῦ χάριτος μετεσχηκότων, οἳ καὶ εἴποιεν ἄν· *Μέτοχοι τοῦ Χριστοῦ γεγόναμεν.* Ἀνέγνωσαν δέ τινες τὴν προκειμένην λέξιν ὧδέ πως· *Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε, Θεὲ, ὁ Θεός σου,* καὶ ταύτῃ γε κέχρηνται ἀναγνώσει, τῇ Ἑβραϊκῇ

[76] Matth. VIII, 29. [77] Joan. I, 1. [78] Hebr. III, 14.

λέξει δουλεύσαντες. Ἐπειδήπερ *Ἐλωείμ* ὁ Θεὸς ἐν τῇ Ἑβραϊκῇ ὠνόμασται γραφῇ, εἰπών· *Ἐν ἀρχῇ θρόνος σου, Θεὲ, εἰς αἰῶνα καὶ ἔτι*. Οἱ μὲν οὖν Ἑβδομήκοντα καὶ ὁ Σύμμαχος· *Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς*, εἰρήκασιν· ὁ δὲ Ἀκύλας· Θεὲ, δουλεύσας τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει, περιεχούσῃ *Ἐλωείμ*. Ἀλλ' ὁ αὐτὸς Ἀκύλας, ὁ νῦν Θεὲ εἰρηκὼς, προϊὼν ἑξῆς δεύτερον εἰρημένου τοῦ Ἐλωείμ, ἐν τῷ, *Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς*, οὐκέτι, Θεὲ, ἡρμήνευσεν, ἀλλὰ, Θεὸς, εἰπών· *Ἐπὶ τούτῳ ἤλειψέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου*, δέον ἑαυτῷ συμφώνως καὶ ἐνταῦθα Θεὲ εἰπεῖν ἐπὶ τῆς αὐτῆς λέξεως· οὕτω δὲ ἑρμηνεύσας, εἶπεν ἄν· *Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε, Θεὲ, ὁ Θεός σου*.

Σμύρνα καὶ στακτὴ καὶ κασία ἀπὸ τῶν ἱματίων σου, ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων. Ἀντὶ δὲ *βάρεων ἐλεφαντίνων*, ὁ Ἀκύλας· *Ἀπὸ ναῶν ὀδόντος*, εἴρηκε. Ναοὶ γὰρ ἐνταῦθα εἴρηνται τοῦ Νυμφίου αἱ Ἐκκλησίαι, καὶ αἱ Χριστῷ ἀνακείμεναι ψυχαὶ, ἐν λογικῇ τροφῇ πᾶσαν ἔχοντες τὴν δύναμιν. Τροφῆς δὲ καὶ λόγων σύμβολον οἱ ὀδόντες. Ἔνθεν καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ οἱ ὀδόντες λευκοὶ λέγονται εἶναι ὑπὲρ γάλα ἐν τῇ περὶ αὐτοῦ φασκούσῃ προφητείᾳ· *Χαροποιοὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου, καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα*. Κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, ἐλεφάντινοι οἱ ναοὶ ἢ αἱ βάρεις αὐτοῦ λέγονται, διὰ τὸ νεκροῦ ζώου τυχεῖν τὸν ἐξ ἐλέφαντος κόσμον· οἵ τε ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ εὐδοκιμοῦντες οὐκ ἄλλως διαλάμπουσιν ἢ *νεκρώσαντες τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς*, κατὰ τὴν ἀποστολικὴν παραγγελίαν.

Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. Αἱ μὲν θυγατέρες τῶν βασιλέων, Χριστοῦ δηλαδὴ καὶ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ, αἱ κατὰ μέρος ἦσαν ψυχαί. Αὐτὴ δὲ ἡ βασίλισσα ἡ μήτηρ τῶν θυγατέρων παρέστη ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ *ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη*. Τίς δ' ἂν εἴη αὐτὴ ἀλλ' ἡ πᾶσα καθολικὴ Ἐκκλησία, ἡ ἀπὸ περάτων γῆς ἕως περάτων ἐκ πάντων ἐθνῶν συνειλεγμένη; ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ ᾠκοδόμησεν ἐπὶ τὴν πέτραν, πρὸς τὸ μὴ πύλας ᾅδου κατισχύειν αὐτῆς. Κυριώτερον δ' ἂν εἴποις διὰ τούτου τὴν ἐπουράνιον δηλοῦσθαι Ἐκκλησίαν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ τῶν ἐπὶ γῆς ἁγίων ἀνδρῶν. Τοῦτο γοῦν ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος εἰπών· *Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν*. Καλεῖ δ' αὐτὴν καὶ *πόλιν Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουράνιον ἐν μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ Ἐκκλησίαν πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς*, συνεστῶσαν. Αὕτη μὲν οὖν εἴη ἂν ἡ τελεία Χριστοῦ νύμφη. Ταύτης δ' οὐκ ἂν ἁμάρτοις θυγατέρα φήσας ὑπάρχειν τὴν ἐπὶ γῆς Ἐκκλησίαν. Βασίλισσα δ' ἐκείνη, ὡς ἂν ἤδη συμβασιλεύουσα τῷ ἑαυτῆς νυμφίῳ· διὸ ἐκ δεξιῶν παρεστάναι τοῦ Βασιλέως εἴρηται· ἅτε νύμφη οὖσα αὐτοῦ, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ σπέρματα δεχομένη, κύουσά τε καὶ τίκτουσα διὰ παντὸς πνεῦμα σωτηρίας· ᾗ καὶ τὸ βασιλικὸν ἔνδυμα περιτίθησι, τὸ φωτοειδὲς τῆς ἀφθαρσίας ἔνδυμα· ὃ δὴ, πνευματικὸν διόλου τυγχάνον, ταῖς κατ' οὐρανὸν ἀγγελικαῖς δυνάμεσι περιβέβληται.

runt; Aquila vero, *Dee*, serviens Hebraicæ dictioni *Elohim*. Sed ipse Aquila qui jam *Dee* dixerat, in sequentibus ubi repetitur *Elohim*, hoc loco, *Propterea unxit te Deus*, non ultra *Dee* interpretatus est, sed *Deus*, ita dicens: *In hoc unxit te Deus Deus tuus*. Qui si sibi constitisset, hic etiam debuerat *Dee* dicere; cum eadem ipsa vox occurrat, atque ita interpretari debuit: *Propterea unxit te, Dee, Deus tuus*.

VERS. 9. *Myrrha et gutta et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis*. Pro illo autem, *domibus eburneis*, Aquila, *a templis dentis*, dixit. Templa vero, Ecclesiæ Sponsi, et animæ Christo addictæ hic vocantur, quæ in rationabili cibo totam vim habent repositam. Cibi vero ac verborum symbolum dentes sunt. Inde est quod dentes Christi, in prophetia ipsum spectante, lacte candidiores dicantur: *Splendidi oculi ejus a vino, et dentes ejus candidiores lacte*[79]. Secundum reliquos autem interpretes, eburnea templa aut domus ejus dicuntur, quia ornatus eburneus ex animali mortuo est; et qui in Ecclesia spectandæ virtutis sunt, non alia ratione splendent quam *mortificando membra sua super terram*[80]; secundum apostolicum præceptum.

VERS. 10. *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate*. Filiæ regum, Christi videlicet et Ecclesiæ ejus, singulæ sunt animæ. Ipsa vero regina mater filiarum astitit a dextris ejus *in vestitu deaurato, circumdata varietate*. Quænam illa, nisi tota catholica Ecclesia, a terminis terræ usque ad terminos ejus ex universis gentibus congregata? quam ipse sibi ædificavit supra petram, ut portæ inferi non prævaleant adversus eam. Congruentius porro dixeris his significari cœlestem Ecclesiam, quæ sanctorum virorum in terra degentium mater est. Hoc sane docuit divinus Apostolus cum ait: *Illa autem, quæ sursum est Jerusalem, libera est: quæ est mater nostra*[81]. Eam item nuncupat *civitatem Dei viventis Jerusalem cœlestem, in multorum millium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primogenitorum qui conscripti sunt in cœlis*[82]. Ipsa ergo fuerit perfecta Christi sponsa. Hujus vero filiam si dicas Ecclesiam, quæ in terra est, nequaquam aberraveris. Illa autem regina, utpote quæ jam una cum sponso regnet suo, a dextris Regis consistere dicitur; quippe quæ sponsa ejus sit, ipsiusque semina excipiat, prægnans sit et pariat semper spiritum salutis: quæ item vestitu regio induitur, pellucido scilicet incorruptionis indumento: quod cum spirituale prorsus sit, angelicis, quæ in cœlo sunt, virtutibus circumdatur. Hoc porro indumentum, deauratum hic dicitur. Illud autem, *circumdata varietate*, neque in Hebraico textu,

[79] Gen. XLIX, 12. [80] Coloss. III, 5. [81] Galat. IV, 26. [82] Hebr. XII, 22.

neque apud cæteros interpretes fertur; quare obelo notatum est.

VERS. 14. *Omnis gloria ejus filiæ regis Esebon, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.* Quomodo fimbriis aureis circumornata sit, probe intelligas, si Paulum audias dicentem: *Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus*[83]. Nam cognitio quæ ex parte est, aureum ornatum in extremitatibus ipsi circumponit. *Cum autem venerit*, inquit, *quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est*[84]. Postquam in cœlestem Ecclesiam translata fuerit ea, quæ in terra infantis instar educatur, tunc fimbrias aureas, videlicet cognitionem ex parte deponet; aureo autem vestimento ornabitur.

VERS. 15, 16. *Adducentur Regi virgines post eam, proximæ ejus afferentur tibi.* Filia quæ plerumque superius memorata fuit, non semper in terra permanet, sed suo tempore transferetur. At non omnes simul ejusmodi transmigratione donabuntur; sed quæ primo gradu in hoc regno dignæ erunt, ex parte solum afferentur Regi. Hæ vero sunt quæ virginitatem in Christo et corpore et anima servant, ac spiritu sanctæ sunt. Post primum autem ordinem, quæ proxime illas sunt afferentur: nam apud Patrem mansiones multæ[85]. Hæ vero sunt, quæ honestæ continentisque vitæ causa proximum virginibus locum occupant. Quomodo autem afferentur, declarat dicens, *in lætitia et exsultatione.* Hæc vero qua ratione dicantur probe intelliges, si apostolicam hanc vocem apponas: *Rapiemur in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Domino erimus*[86]. Non enim venient vel ad Regem accedent virgines, sed afferentur, aliis ipsas adducentibus, scilicet angelis Dei, qui sublimes illas in altum deferent, ut supernum iter facile decurrant. *Adducentur* porro *in lætitia et exsultatione*, atque in templum regis, in regiam domum, regno cœlorum donatæ, intromittentur. Templum porro, domus Dei est, ita ut Rex ille, ad quem adducuntur, Deus sit. Eas item adducunt, qui ipsis instituta tradunt, Lex videlicet atque prophetæ.

Deinde consequenter agentes ad impia et perversa studia sua, in omnem improbitatis speciem lapsi sunt. Quare dehinc subjungitur : *Non est qui faciat bonum. Deus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens Deum. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonitatem usque ad unum.* B Insipiens sane sese decepit, dicens in corde suo non esse Deum : ac reliqui omnes abominabiles facti sunt, abominationi studentes. At sermo verus docet eum, qui supra omnia est, Deum ac Dominum, non exsistere modo et omnia complecti ; sed etiam prospicere et considerare, non solum præcipuas universi partes, sed singula quoque, et filios hominum in terra versantes. Deinde quia filiis hominum prospiciens, ex propria magnitudine descendens, quasi ex altissimo cacumine virtutis suæ omnibus præeminente, descendit ad eos, qui in terra erant, homines internoscendos, explorans num quis esset qui providentiæ suæ administrationem intelligeret, et num quis, postpositis omnibus hu- C jus vitæ fallaciis, ad se perquirendum attenderet. Cumque hujusmodi neminem lustrando invenisset, quod omnes declinassent et simul inutiles facti fuissent, ita ut ne vel unum qui faceret bonum reperiret ; jure comminatur iis qui sese corruperant, quæ sequuntur proferens : *Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam comestione panis? Dominum non invocaverunt : illic trepidaverunt timore ubi non erat timor.* Quia ex proprio domicilio prospiciens Deus, id est, ex cœlo, ubi habitare dicitur propter eos qui ibi regnum ejus possident, omnes filios hominum vidit inutiles factos, a recta via declinasse ; jure ceu quidam pastor bonus gregem suum in hominibus exsistentem curans, perversionis auctoribus comminatur D dicens : *Nonne cognoscent qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam comestione panis?* Et hæc videntur mihi de adversariis potestatibus invisibilium inimicorum et hostium generis humani dicta esse. Hi enim hominum genus cibum sibi fecerunt, ceu immanes feræ animas eorum devorantes, ut in prophetiis dictum est : *Qui devorant populum meum toto ore* [78].

Hi igitur, inquit, utpote qui Deum ob oculos non ponant, jam contra populum et contra meum in hominibus rationabilem gregem hæc egerunt. Num

[77] Rom. I, 22. [78] Isa. IX, 12.

ergo semper sic agentes perseverabunt? Esto jam Deum non invocaverunt, Deo contraria et inimica operati, annon quodam tempore cognoscent ultionem ipsis inferendam? Sane tempus erit in quo trepidabunt timore. Quodnam illud, nisi quando illucescente Salutari, nullus ultra metus pecoribus meis aderit, illas autem immanes feras, occultos et invisibiles dæmones timor corripiet, ubi non erit timendi locus? Tunc enim iis quidem qui bonis erunt digni nullus erit metus; iis vero, qui jam contra populum meum eriguntur, ingruet timor iræ ipsos invasuræ, quæ instans, *dissipabit ossa eorum qui hominibus placent*; qua confundentur; quia tunc omnium judex ipsos nihili faciet. Pro illo autem, *Quoniam Deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent*, Symmachus ita interpretatus est: *Nam Deus dissipabit ossa eorum qui castrametantur circa te: confunderis quia Deus reprobavit eos.* Aquila autem eidem sententiæ hæret dicens: *Quoniam Deus dissipavit ossa eorum qui castrametati sunt circa te: confusus es, quoniam Deus abjecit eos.* Sermonis autem sententia declarat, prædictorum populi insidiatorum, videlicet invisibilium inimicorum et occultorum hostium, virtutes delendas esse. Nam ossa inimicorum dissipata, malitiæ eorum virtutes fuerint, quas notato tempore Deum dissipaturum comminatur. Tunc porro etiam confundentur, cum Deus eos reprobaverit, ac despexerit, nihil eos esse comprobans. Hæc merito interminatus est hominum curator Dei verbum; quoniam prospiciens de cœlo super filios hominum, ac perlustrans num quis esset inter eos intelligens aut requirens Deum, nullum invenit; sed deprehendit omnes insidiis inimicorum declinasse ac inutiles factos esse, ut ne vel unus residuus esset bonis operibus deditus. Priora itaque tertius decimus etiam complectitur: quæ sequuntur vero inter se differunt. Nam in decimo tertio his subjungitur illud: *Quoniam Deus in generatione justa est, consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes ejus est*[79]; hic vero, *Quoniam Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt quoniam Deus sprevit eos.* Sed quæ tertium decimum spectant suis locis propria interpretatione donata sunt. Quæ vero jam tractantur, qua ratione explicaverimus, cuique legenti palam est.

VERS. 7. *Quis dabit ex Sion Salutare Israel? cum converterit Deus captivitatem plebis suæ, exsultabit Jacob et lætabitur Israel.* Cum Propheta ex revelatione Spiritus sancti magna concepisset animo de pernicie inimicorum humani generis, deinde addidit illud, *Quis dabit ex Sion Salutare?* ac si diceret, quis dabit hæc jam opere compleri? Non enim alia ratione liberatio a malis rata erit filiis hominum, nisi per solum adventum Salutaris Dei,

[79] Psal. XIII, 6.

A ἐπράξαντο. Μήτι οὖν καὶ εἰς τὸ παντελὲς ταῦτα πράττοντες διατελέσουσιν; Ἔστω δὲ νῦν, τὸν Θεὸν οὐκ ἐπεκαλέσαντο, τἀναντία τῷ Θεῷ καὶ τὰ ἐχθρὰ αὐτῷ ἐνεργοῦντες, μὴ οὐχὶ γνώσονται καιρῷ τινι τὴν ἐπελευσομένην αὐτοῖς δίκην; Καὶ μὴν ἔσται καιρὸς, ἐν ᾧ φοβηθήσονται φόβον. Ποῖος δ' ἂν εἴη οὗτος ἢ ἐκεῖνος καθ' ὃν ἐπιλάμψαντος τοῦ Σωτηρίου, οὐκέτι τοῖς ἐμοῖς θρέμμασι φόβος ἐπιστήσεται· αὐτοὺς δὲ τοὺς δεινοὺς θῆρας καὶ τοὺς ἀφανεῖς καὶ ἀοράτους δαίμονας φόβος λήψεται ἐκεῖ οὗ οὐκ ἔσται φόβος; Τότε γὰρ τοῖς μὲν τῶν ἀγαθῶν ἀξίοις οὐκ ἔσται φόβος, τοῖς δὲ νῦν ἐπαιρομένοις κατὰ τοῦ λαοῦ μου ἐπιπεσεῖται φόβος ὁ τῆς μετελευσομένης αὐτοὺς ὀργῆς, ἥτις ἐπιστᾶσα *διασκορπίσει ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων*· ἐν ᾗ καὶ καταισχυνθήσονται, ἐπειδὴ τότε
B αὐτοὺς ὁ τῶν ἁπάντων ἐξουδενώσει κριτής. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ὅτι ὁ Θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων*, ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· *Ὁ γὰρ Θεὸς διασκορπίσει ὀστᾶ τῶν παρεμβαλλόντων περὶ σέ· καταισχυνθήσῃ, ὅτι ὁ Θεὸς ἀπεδοκίμασεν αὐτούς.* Καὶ ὁ Ἀκύλας δὲ τῆς αὐτῆς ἔχεται διανοίας λέγων· *Ὅτι ὁ Θεὸς ἐσκόρπισεν ὀστᾶ παρεμβεβληκότων σου· ᾔσχυνας, ὅτι ὁ Θεὸς ἀπέῤῥιψεν αὐτούς.* Ἡ δὲ τοῦ λόγου διάνοια παρίστησι τῶν προλεχθέντων ἐπιβούλων τοῦ λαοῦ, δηλαδὴ τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν καὶ τῶν ἀφανῶν πολεμίων, τὰς δυνάμεις καθαιρεθήσεσθαι. Ὀστᾶ γὰρ διασκορπιζόμενα τῶν ἐχθρῶν εἶεν ἂν αἱ τῆς κακίας αὐτῶν δυνάμεις, ἃς διασκορπίζειν κατὰ τὸν σημαινόμενον καιρὸν ὁ λόγος ἀπειλεῖ. Τότε δὲ καὶ καταισχυνθήσονται,
C ἐπειδὰν ἀποδοκιμάσῃ αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἢ ἐξουθενήσῃ, τὸ μηθὲν αὐτοὺς εἶναι ἀποδείξας. Ταῦτα εἰκότως ἠπείλησεν ὁ τῶν ἀνθρώπων κηδεμὼν τοῦ Θεοῦ λόγος· ἐπειδὴ διακύψας ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ζητήσας τε ἐν αὐτοῖς εἰ ἔστι συνιὼν ἢ ζητῶν τὸν Θεὸν, οὐδένα εὗρε· κατέλαβε δὲ τοὺς πάντας ἐξ ἐπιβουλῆς ἐχθρῶν ἐκκλίνοντας καὶ ἀχρειωθέντας, ὡς μηδὲ ἕως ἑνὸς περιλείπεσθαι ἀγαθῶν ἔργων ποιητήν. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα ὁμοίως καὶ ὁ ιγ' περιέχει· παρήλλακται δὲ τὰ ἑξῆς. Ἐν μὲν γὰρ τῷ ιγ' συνῆπται τούτοις τὸ, *Ὅτι ὁ Θεὸς ἐν γενεᾷ δικαίᾳ, βουλὴν πτωχοῦ κατῃσχύνατε, ὅτι Κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ ἐστιν*· ἐνταῦθα δὲ, *Ὅτι ὁ Θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων, κατῃσχύνθησαν, ὅτι*
D *ὁ Θεὸς ἐξουδένωσεν αὐτούς.* Ἀλλὰ μὲν εἰς τὸν ιγ' οἰκείας ἔτυχεν ἑρμηνείας κατὰ τοὺς οἰκείους τόπους· τὰ δὲ προκείμενα, ὅπως ἡμῖν παρέστη, πρόκειται τοῖς ἐντυγχάνουσιν.

Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ Σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ; ἐν τῷ ἐπιστρέψαι τὸν Θεὸν τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ. Μεγάλα φαντασθεὶς ὁ Προφήτης ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀποκαλύψεως περὶ τῆς ἀπωλείας τῶν ἐχθρῶν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, ἑξῆς ἐπήγαγε τὸ, *Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ Σωτήριον;* ὡσεὶ ἔλεγε· Τίς δώσει ἤδη ποτὲ ταῦτα δι' ἔργων χωρῆσαι; Οὐ γὰρ ἄλλως σεσῶσθαι κακῶν ἐλευθερίαν τοῖς

υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων ἢ διὰ μόνης τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτηρίου τοῦ Θεοῦ, περὶ οὗ πολὺς ὁ λόγος διὰ πασῶν φέρεται τῶν Γραφῶν. Ἐπεύχεται τοίνυν λέγων· *Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ Σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ;* Πολλάκις δὲ ἡμῖν εἴρηται, ὡς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν τοῦτον ἐν ταῖς προφητείαις προαγορεύεται τὸν τρόπον· Σωτήριον γὰρ αὐτὸν καλεῖν εἰώθασιν· ὃ καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι γνωσθήσεσθαι προεκήρυττον ἔν τε τοῖς ἄλλοις καὶ ἐν οἷς εἴρηται· *Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ᾄσατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ. Ἄσατε τῷ Κυρίῳ, εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Εὐαγγελίσασθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ Σωτήριον αὐτοῦ. Ἀναγγείλατε τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ·* καὶ πάλιν· *Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ὅτι θαυμαστὰ ἐποίησεν. Ἐγνώρισε Κύριος τὸ Σωτήριον αὐτοῦ, ἐναντίον τῶν ἐθνῶν ἀπεκάλυψε τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ·* καὶ ὁ Ἡσαΐας, *Ἀποκαλύψει*, φησὶ, *Κύριος τὸν βραχίονα τὸν ἅγιον αὐτοῦ ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἤδη δὲ πολλάκις παρατεθείμεθα τῶν λόγων τὸ ἀποτέλεσμα, μαρτυρούμενον ὑπὸ τοῦ Συμεὼν, ὃς, τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἔτι νήπιον ὄντα, ταῖς ἀγκάλαις λαβὼν, ἀνεφώνησε λέγων· *Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ· ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ Σωτήριον, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν ἐθνῶν.*

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν Εὐαγγελίοις ἐπληροῦτο. Οἵ γε μὴν παλαιοὶ προφῆται, τὸ μέλλον τῷ Πνεύματι προθεωροῦντες, καὶ τῶν ἀγαθῶν εἰς ἔρωτα καὶ πόθον ἐρχόμενοι, ἐπεβόων ἐν εὐχαῖς, τοτὲ μὲν φάσκοντες· *Δεῖξον ἡμῖν, Κύριε, τὸ ἔλεός σου, καὶ τὸ Σωτήριόν σου δῴης ἡμῖν·* τοτὲ δὲ ἐν εὐχῇ λέγοντες· *Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ Σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ;* Τί γὰρ καὶ ἔμελλε γίγνεσθαι ἐπιφανέντος τοῦ Σωτηρίου, ἑξῆς ὁ λόγος παρίστησι φάσκων· *Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι τὸν Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ.* Ὁρᾷς, ὡς, ἐπιφανέντος τοῦ Σωτηρίου, ἐπιστροφὴν γενήσεσθαι τῆς αἰχμαλωσίας θεσπίζει κατὰ τὴν σωτήριον φωνὴν τὴν ἐμφερομένην ἐν τῷ λέγοντι ἐξ αὐτοῦ προσώπου προφήτῃ· *Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρῦξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, τυφλοῖς ἀνάβλεψιν;* ἣν μετὰ χεῖρας αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐπὶ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων λαβὼν, καὶ τὸν τόπον διελθὼν ἐπεσφραγίσατο φήσας· *Σήμερον ἡ Γραφὴ αὕτη πεπλήρωται ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν.* Τῆς οὖν αἰχμαλωσίας ἀνεθείσης, χορεῖαι λοιπὸν ἐξ αὐτῆς συνίστανται, τοὺς ὕμνους ἀναπέμπουσαι τῷ ἐλευθερωτῇ βασιλεῖ. *Τότε δὲ καὶ ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ.* Τότε δὲ, πότε, ἢ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς δηλουμένης ἐλευθερίας τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ, ὡς νοεῖν σε ἕτερον μὲν εἶναι τὸν ἐλευθερούμενον λαὸν, καὶ ἑτέρους τοὺς ἐπὶ τῇ αὐτοῦ σωτηρίᾳ εὐφραινομένους; Τοῦτο γὰρ ἡ διάνοια ὑποβάλλει φάσκοντος τοῦ λόγου· *Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι τὸν Θεὸν τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς.

de quo multa feruntur in omnibus Scripturis. Precatur itaque dicens: *Quis dabit ex Sion Salutare Israel?* Plerumque autem diximus, Christum Dei, Salvatorem et Dominum nostrum hoc in prophetiis modo appellari; nam illum Salutare vocare solent: quod ab omnibus gentibus cognitum iri prænuntiabant sive in aliis, sive in hoc dicto: *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino, omnis terra. Cantate Domino, benedicite nomini ejus, annuntiate de die in diem Salutare ejus. Annuntiate in gentibus gloriam ejus* [80]: ac rursum, *Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit. Notum fecit Dominus Salutare suum, in conspectu gentium revelavit justitiam suam* [81]; et Isaias: *Revelabit*, inquit, *Dominus brachium sanctum suum in conspectu omnium* [82], et cætera. Et jam sæpe verborum eventum exposuimus, testimonio Simeonis fultum, qui Salvatorem et Dominum nostrum Jesum Christum adhuc infantem, in ulnis accipiens, sic vociferatus est, *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei Salutare, quod parasti ante faciem omnium populorum* [83].

Sed hæc quidem in Evangeliis impleta sunt. Antiqui vero prophetæ Spiritu quod futurum erat prævidentes, et bonorum desiderio amoreque capti, clamabant in orationibus, modo quidem illud proferentes, *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et Salutare tuum da nobis* [84]; modo autem in oratione dicentes: *Quis dabit ex Sion Salutare Israel?* Quid enim post Salutaris adventum evasurum esset, in sequentibus sermo declarat dicens: *Cum converterit Dominus captivitatem plebis suæ, exsultabit Jacob et lætabitur Israel.* Viden' quo pacto post Salutaris adventum, conversionem captivitatis futuram esse vaticinatur, secundum illam Salvatoris vocem, quæ in propheta ex ejus persona loquente fertur: *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis dimissionem, cæcis visus restitutionem* [85]? Quam prophetiam Salvator in synagoga Judæorum, manibus accipiens, postquam locum legisset, obsignavit dicens: *Hodie hæc Scriptura impleta est in auribus vestris* [86]. Remissa itaque captivitate, ex ea postea choreæ constituuntur, quæ hymnos liberatori Regi emittunt. *Tunc exsultabit Jacob, et lætabitur Israel.* Tunc, quandonam, nisi tempore memoratæ illius libertatis populi Dei, ita ut intelligas alium esse liberatum populum, alios eos qui de ipsius salute lætantur? Hæc enim sententia subindicatur cum dicitur: *Cum converterit Deus captivitatem plebis suæ*, et cætera. Hi namque lætabuntur cum converterit Dominus captivitatem plebis suæ. His itaque duos ordines decla-

[80] Psal. xcv, 1-3. [81] Psal. xcvii, 1, 2. [82] Isa. lii, 10. [83] Luc. ii, 29. [84] Psal. lxxxiv, 8. [85] Isa. lxi, 1; Luc. iv, 18, 19. [86] Luc. iv, 21.

rat, alium eorum qui in captivitatem abducti non sunt; alium eorum qui abducti quidem sunt, sed per Salutare libertatem sunt consecuti. Dicas igitur illos olim prophetas, justos, patriarchas, et quotquot ab errore idololatriæ puri fuerunt, ipsos esse qui in captivitatem a spiritualibus inimicis abducti non sunt: eos vero ex gentibus qui in nullius Dei cultum sese verterunt; eos item qui multorum numinum errori se subdidere; sive etiam qui ex circumcisione peccatis suis venditi sunt; atque in summa omnes, de quibus superius dictum est, *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus; corrupti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitate*, eos, inquam, esse qui captivitatem passi sunt. Quibus per salutarem adventum liberatis, chorus propheticus qui jam olim in Deo requievit, quippe proprie Jacob et Israel, ob res per nomina hujusmodi significatas, appellatur, exsultabit et lætabitur, ut propriis membris gratulatus iis qui per Salutare libertatem nacti sunt.

A Οὗτοι γὰρ εὐφρανθήσονται ἐν τῷ ἐπιστρέφειν Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Δύο τοίνυν διὰ τούτων παρίσταται τάγματα, τὸ μὲν τῶν μὴ ὑποπεπτωκότων τῇ αἰχμαλωσίᾳ, τὸ δὲ τῶν ὑποπεπτωκότων μὲν, ἐλευθερίας δὲ τετυχηκότων διὰ τοῦ Σωτηρίου. Ἐρεῖς οὖν τοὺς μὲν πάλαι προφήτας καὶ δικαίους, καὶ πατριάρχας, καὶ πάντας τοὺς καθαροὺς τῆς εἰδωλολάτρου πλάνης γενομένους, αὐτοὺς εἶναι τοὺς μὴ ὑποπεπτωκότας τῇ τῶν νοητῶν πολεμίων ἁλώσει· τοὺς δὲ ἐξ ἐθνῶν εἰς ἀθεότητα περιτραπέντας, τούς τε τῇ πολυθέῳ πλάνῃ καταδουλωθέντας, ἢ καὶ τοὺς ἐκ περιτομῆς τοὺς ταῖς ἑαυτῶν ἁμαρτίαις πραθέντας, καὶ ἁπαξαπλῶς ἅπαντας, περὶ ὧν ἀνωτέρω ἐλέγετο· *Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός, διέφθειραν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἀνομίᾳ*,
B τούτους τυγχάνειν τοὺς τὴν αἰχμαλωσίαν πεπονθότας. Ὧν ἐλευθερουμένων διὰ τῆς τοῦ Σωτηρίου ἐπιλάμψεως, ὁ πάλαι παρὰ Θεῷ ἤδη ἀναπεπαυμένος προφητικὸς χορὸς, Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ κυρίως ὀνομαζόμενος διὰ τὰ ἐκ τῶν ὀνομάτων σημαινόμενα πράγματα, ἀγαλλιάσεται καὶ εὐφρανθήσεται, συγχαίρων ὡς οἰκείοις μέλεσι τοῖς διὰ τοῦ Σωτηρίου ἐλευθερουμένοις.

1. IN FINEM IN HYMNIS, INTELLECTUS DAVIDI. 2. CUM VENISSENT ZIPHÆI, ET DIXISSENT AD SAUL: NONNE DAVID ABSCONDITUS EST APUD NOS? LIII.

VERS. 3, 4. *Deus in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua judica me.* Sicuti psalmos qui in prima parte libri sunt, post lapsum in uxorem Uriæ pronuntiatos fuisse ex singulorum titulo demonstratum est; ita nunc quoque singulorum psalmorum inscriptiones, notam temporis quo recitati sunt, præferunt. Præsens itaque psalmus nos statim remittit ad primum Regnorum librum, ut inde discamus, quibus de rebus hunc hymnum David emiserit. Historia porro sic habet: *Et sedes habebat David in deserto Masedec in angustiis: et morabatur in monte, in deserto Ziph* [87]. Deinde ut venit Jonathan filius Saul ad ipsum, et dixit illi: *Ne timeas; neque enim te inveniet manus Saul patris mei: et tu regnabis super Israel, et ego ero tibi secundus, et Saul pater meus scit hoc* [88]. *Et percusserunt ambo fœdus coram Domino, mansitque David, et Jonathan abiit in domum suam.* Quibus deinde subjungit: *Et ascenderunt Ziphæi ex arido loco ad Saul in collem dicentes: Nonne ecce David latitat apud nos in Mesara in angustiis, in nova* [89]? Quod cum didicisset Saul, ad Davidem insequendum versus est. Jamque proximum erat ut eum caperet; scriptum enim est: *Quod cum audisset Saul, persecutus est David in deserto Maon. Et ibant Saul et viri ejus ex parte montis hujus: et erat David obtectus, ut abiret a facie Saul; et Saul et viri ejus castrametabantur contra David et viros ejus, ut caperent eos. Et nuntius venit ad Saul dicens: Festina et veni, quia irruperunt allophyli in terram! Et reversus est Saul, desistens persequi David: et perrexit in occursum allophylorum* [90]. Hæc sunt quæ historiam

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΕΝ ΥΜΝΟΙΣ, ΣΥΝΕΣΕΩΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ, ΕΝ ΤΩ ΕΛΘΕΙΝ ΤΟΥΣ ΖΙΦΑΙΟΥΣ ΚΑΙ ΕΙΠΕΙΝ ΤΩ ΣΑΟΥΛ· ΟΥΚ ΙΔΟΥ ΔΑΥΙΔ ΚΕΚΡΥΠΤΑΙ ΠΑΡ' ΗΜΙΝ; ΝΓ'.

Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ὀνόματί σου σῶσόν με, καὶ ἐν τῇ δυναστείᾳ σου κρῖνόν με. Ὥσπερ ἀπεδείκνυντο οἱ κατὰ τὸ πρῶτον μέρος τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν μετὰ τὸ πταῖσμα τὸ εἰς τὴν τοῦ Οὐρίου γεγονὸς λελεγμένοι ἐκ τῆς ἐφ' ἑκάστῳ κειμένης προγραφῆς·
C οὕτω καὶ νῦν αἱ καθ' ἕκαστον ψαλμὸν προγραφαὶ δηλωτικαὶ τυγχάνουσι τοῦ χρόνου καθ' ὃν ἐλέχθησαν. Αὐτίκα γοῦν καὶ ὁ προκείμενος ἀνέπεμψεν ἐπὶ τὴν πρώτην βίβλον τῶν Βασιλειῶν· ὡς ἂν ἐκεῖθεν μάθοιμεν, ἐφ' οἵοις πράγμασι τὸν προκείμενον ὕμνον ὁ Δαυῒδ ἀνέπεμψεν. Ἔχει δὲ ἡ ἱστορία τοῦτον τὸν τρόπον· *Καὶ ἐκάθισε Δαυῒδ ἐν τῇ ἐρήμῳ Μασσεδὲκ ἐν τοῖς στενοῖς· καὶ ἐκάθητο ἐν τῷ ὄρει ἐν τῇ ἐρήμῳ Ζείφ.* Εἶθ' ὡς *ἦλθεν Ἰωνάθαν ὁ υἱὸς Σαοὺλ πρὸς αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Μὴ φοβοῦ, ὅτι οὐ μὴ εὕρῃ σε ἡ χεὶρ Σαοὺλ τοῦ πατρός μου, καὶ σὺ βασιλεύσεις ἐπὶ Ἰσραὴλ, καὶ ἐγὼ ἔσομαί σοι εἰς δεύτερον, καὶ Σαοὺλ ὁ πατήρ μου οἶδεν οὕτως. Καὶ συνέθεντο ἀμφότεροι διαθήκην ἐνώπιον Κυρίου, καὶ Δαυῒδ ἐκάθητο, καὶ Ἰωνάθαν ἀπῆλθεν εἰς τὸν*
D *οἶκον αὐτοῦ*· οἷς ἑξῆς ἐπιλέγει· *Καὶ ἀνέβησαν οἱ Ζιφαῖοι ἐκ τῆς αὐχμώδους πρὸς Σαοὺλ ἐπὶ τὸν βουνὸν, λέγοντες· Οὐκ ἰδοὺ Δαυῒδ κέκρυπται παρ' ἡμῖν ἐν Μεσαρᾷ ἐν τοῖς στενοῖς, ἐν τῇ καινῇ;* Ὁ δὴ μαθὼν Σαοὺλ ἐπὶ δίωξιν ἐτράπη τοῦ Δαυῒδ. Ἤδη τε λοιπὸν ἐγγὺς ἦν τοῦ λαβεῖν αὐτὸν ὑποχείριον· γέγραπται γάρ· *Καὶ ἤκουσε Σαοὺλ καὶ κατεδίωξεν ὀπίσω Δαυῒδ εἰς τὴν ἔρημον Μαών. Καὶ πορεύονται Σαοὺλ καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοῦ ἐκ μέρους τοῦ ὄρους τούτου· καὶ ἐγένετο Δαυῒδ σκεπαζόμενος πορεύεσθαι ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ· καὶ Σαοὺλ καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοῦ παρενέβαλλον ἐπὶ Δαυῒδ καὶ*

[87] I Reg. XXIII, 14. [88] ibid. 16-18. [89] ibid. 19. [90] ibid. 25-28.

τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ, συλλαβεῖν αὐτούς. *Καὶ ἄγ-* A *γελος ἦλθε πρὸς Σαοὺλ λέγων· Σπεῦδε καὶ δεῦρο, ὅτι ἐπέθεντο ἀλλόφυλοι ἐπὶ τὴν γῆν. Καὶ ἀνέστρεψε Σαοὺλ μὴ καταδιώκειν ὀπίσω Δαυῒδ, καὶ ἐπορεύθη εἰς συνάντησιν τῶν ἀλλοφύλων.* Ταῦτα μὲν τὰ ἀπὸ τῆς ἱστορίας. Ἐφ' οἷς τὸν προκείμενον ὕμνον διασωθεὶς ἐκ χειρὸς Σαοὺλ ὁ Δαυῒδ γραφῇ παραδίδωσιν, ἐπισημηνάμενος τὸν καιρὸν καὶ τὸ πρᾶγμα δηλώσας διὰ τῆς προγραφῆς. Διὸ καὶ ἐπὶ σύνεσιν ἡμᾶς παρορμᾷ τῶν ἐμφερομένων, λέγων· *Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις συνέσεως τῷ Δαυῒδ.* Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν· *Τῷ νικοποιῷ ἐν ψαλμοῖς ἐπιστήμονος τοῦ Δαυῒδ·* κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ἐπινίκιον διὰ ψαλτηρίων περὶ συνέσεως τοῦ Δαυῒδ.* Ἐπειδὴ καὶ φεύγων καὶ τὴν ἔρημον μεταδιώκων, ἀντὶ φυλακτηρίου ἐπήγετο τὸ τοῦ ψαλτηρίου ὄργανον, αὐτῷ χρώμενος καὶ τοῖς δι' αὐτοῦ εἰς Θεὸν ἀναπεμπομένοις ὕμνοις· καὶ ᾠδαῖς μὲν καὶ ψαλμοῖς πνευματικοῖς ἀντὶ θυσίας χρώμενος, ἀντὶ δὲ εὐώδους θυμιάματος δι' εὐχῶν τὴν πνευματικὴν ἀποτελῶν λειτουργίαν.

spectant. Quibus de causis ereptus David ex manu Saulis hunc hymnum scripto tradidit, notans per inscriptionem tempus ac rem ipsam. Quare ad intellectum rei quæ narratur nos provocat, dicens: *In finem, in hymnis, intellectus Davidi.* Secundum Aquilam vero, *Victoriæ auctori, in psalmis, scientis Davidis;* secundum Symmachum autem, *Triumphale, per psalteria, de intelligentia Davidis.* Quia fugiens, et desertum transcurrens, pro præsidio psalterii instrumentum secum agebat, ipso usus, atque hymnos per illud Deo emittens: cantica et psalmos spirituales pro sacrificio persolvens; pro thymiamate autem boni odoris, per orationes spirituale ministerium obiens.

Ἐν τῷ ἐλθεῖν τοίνυν τοὺς Ζιφαίους καὶ εἰπεῖν B *τῷ Σαούλ· Οὐκ ἰδοὺ Δαυῒδ κέκρυπται παρ' ἡμῖν;* Τοῦτο μαθὼν ὁ Δαυῒδ ἤτοι ἐξ ἀποκαλύψεως τοῦ πνεύματος τοῦ προφητικοῦ ἢ ἔκ τινος τῶν τὰς τοιαύτας ἀπαγγελίας διακονεῖν εἰωθότων, τὸ ψαλτήριον μετὰ χεῖρας παραχρῆμα λαβών, δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ τὴν λογικὴν ἀναφέρει θυσίαν λέγων τὰ προκείμενα, δι' ὧν ἀξιοῖ σωθῆναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἄλλως ἢ διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ· διό φησιν· *Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ὀνόματί σου σῶσόν με·* ᾔδει γὰρ εἶναί τι ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. Ὥσπερ γάρ ἐστί τινα ἐν ταῖς ἐπῳδαῖς κατὰ τῶν ἰοβόλων ἑρπετῶν ῥήματα καὶ ὀνόματα, τοσαύτην ἐμφαίνοντα δυνάμεως ἰσχὺν, ὡς κατακοιμίζειν ἢ καὶ νεκροῦν τὰ φοβερώτατα τῶν ἑρπετῶν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα ἠπίστατο σωτήριον μὲν τυγχάνειν τῶν σωτηρίας ἀξίων, τῶν δὲ ἐχθρῶν καὶ ἐναν- C τίων δυνάμεων ἀπελατικόν. Ἐβούλετο τοίνυν σωθῆναι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἀκρίτως γε ἐβούλετο· ἀλλ' εἰ ἄξιος εὑρίσκοιτο τῆς σωτηρίας. Διὸ ἐπιλέγει· *Καὶ ἐν τῇ δυναστείᾳ σου κρινεῖς μοι·* ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, *δικάσεις μοι.* Πρότερον γὰρ ἀξιοῖ κρίνεσθαι καὶ δικάζεσθαι πρὸς τοὺς ἐλαύνοντας ἢ καὶ διαβεβληκότας αὐτόν· εἶθ' οὕτως εἰ φάνειε ἀδικούμενος ἐκδικήσεως τυχεῖν τῆς παρὰ τοῦ κριτοῦ, μετερχομένου τοὺς ἀδικοῦντας. Ταῦτ' εἰπὼν, προστίθησι λέγων· *Ὁ Θεὸς, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, ἐνώτισαι τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου·* ὥσπερ δικαιολογίαν ποιούμενος ἐνώπιον τοῦ κρίνοντος αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἀδικοῦσιν αὐτόν. Καὶ ἵνα γε τὰ τῆς δικαιολογίας παραδεχθῇ, τὴν εὐχὴν ἀναπέμπει, ἣν καὶ εἰσακουσθῆναι ἀξιοῖ λέγων· *Ὁ Θεὸς,* D *εἰσάκουσον,* καὶ τὰ ἑξῆς. Τί δ' ἂν ἐβούλετο ἡ προσευχὴ, καὶ ποίαν δικαιολογίαν εἶχε, ἑξῆς παρίστησι λέγων·

Cum venissent ergo Ziphæi, ac dixissent ad Saul: Nonne ecce David absconditus est apud nos? Hæc cum David, sive ex revelatione spiritus prophetici, sive ex quopiam talia nuntiare solito edidicisset, accepto statim præ manibus psalterio, per illud Deo rationabile sacrificium offert, hæc loquens, quibus a Deo salutem obtinere, non per aliud quodpiam, quam per nomen ejus postulat, quare ait: *Deus, in nomine tuo salvum me fac;* gnarus scilicet esse quoddam nomen, quod est super omne nomen. Quemadmodum enim in incantationibus contra reptilia venenosa, quædam assignata vocabula et nomina sunt, tanta vi potestatis instructa, ut reptilium terribilissima vel sopiant vel exstinguant; sic et ille probe sciebat nomen illud super omne nomen, salutare quidem iis esse qui salute digni sunt, inimicos vero et adversarias potestates fugare. Volebat itaque salutem in nomine Dei consequi, idque non sine examine; sed si dignus salute deprehenderetur. Quamobrem addit, *Et in virtute tua judicabis mihi;* sive secundum reliquos interpretes: *jus dices mihi.* Nam prius rogat judicari se et jus dici sibi adversus impulsores et calumniatores: ac deinde si injuria affectus videretur, a judice vindicari, qui injuria se afficientes adoriretur. His dictis adjicit: *Deus, exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei;* quasi disceptans pro causa sua in conspectu sui et inimicorum suorum judicis. Ut autem defensio sua admittatur, orationem, quam exaudiri rogat, emittit dicens: *Deus, exaudi,* etc. Quid porro sibi vellet oratio, et quam defensionem institueret, sub hæc explicat his verbis:

Ὅτι ἀλλότριοι ἐπανέστησαν ἐπ' ἐμὲ, καὶ κραταιοὶ ἐζήτησαν τὴν ψυχήν μου, καὶ οὐ προέθεντο τὸν Θεὸν ἐνώπιον αὐτῶν. Ταῦτ' ἦν τὰ τῆς δικαιολογίας. Καὶ ὅρα πῶς οὐ διὰ μακρῶν ἐκτείνει τοὺς λόγους, ἀλλ' ἅτε Θεῷ τῷ πάντα εἰδότι διαλεγόμενος, αὐτῷ μόνον ὑπόμνησιν ποιεῖται, τὴν μακρὰν τῶν πραγμάτων ἀποσιωπῶν διήγησιν. Μήποτε δὲ τοὺς μὲν ἀλλοτρίους ᾐνίσσετο τοὺς Ζιφαίους τοὺς πρὸς

VERS. 5-7. *Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quæsierunt animam meam, et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.* Hæc erat disceptatio. Ac vide mihi quo pacto non longum proferat sermonem; sed utpote Deum omniscium alloquens, rem ipsi solum commemorat, longamque negotii explicationem silentio premit. Num vero per alienos subindicat Ziphæos, qui

ipsum apud Saulem incusaverant? Ac per fortes illos animam ipsius quærentes, Saulem et comites ejus, qui Deum non proponentes ante conspectum suum, insequebantur eum qui nihil sibi injuriæ intulisset; ac eo sese fallebant, quod putarent se posse præter Dei voluntatem aliquid illi mali infligere? Id sane erat hominum qui non proposuerant Deum ante conspectum suum.

Hæc porro scripta sunt, inquit Apostolus, *in admonitionem nostram* [91], ut imitatores sanctorum efficiamur, si quando in similia inciderimus. Non est sane tempus, quo qui volunt pie vivere non persecutionem patiantur, et non odio injuste habeantur ab iis, qui contrariam vitæ rationem instituerunt. Et vero necessaria hæc nobis sunt ad disciplinam, ut scilicet nos quoque hac ceu incantatione utamur; hujusmodi voces Deo emittentes, cum in manus inimicorum delapsi, eorum insidiis et calumniis cum periculo impetimur; persuasi non inutilia fore orationis verba, sed auxilio nobis magno futura, utpote qui primi orationi nos dederimus. Hæc precatus itaque David, continuo propitium habuit Deum, et ejus ope dignatus est. Nam cum proximum esset ut caperetur et Saulis manibus traderetur, insperato servatur a Deo, nuntio Saulem ad alia negotia abducente, secundum historiam jam enarratam. Quamobrem ait postea: *Ecce enim Deus adjuvat me, Dominus susceptor est animæ meæ. Avertet mala inimicis meis, et in veritate tua disperde illos. Diapsalma.* Diapsalma mutationem sententiæ induxit. Illa enim ceu orando Deo emiserat; hæc vero quasi prophetice subjungit, quæ salutem precanti prænuntiant, inimicis vero, e quorum manibus eripi rogavit, perniciem. Hæc igitur Spiritus sancti afflatu vaticinatur; his ea significans quæ se spectarent: *Ecce enim Deus adjuvat me, Dominus susceptor est animæ meæ.* Quæ vero ad inimicos suos pertinent, scilicet ad Ziphæos, qui ipsum apud Saulem calumniati sunt; sive ad spirituales quosdam et occultos hostes, qui ejus secundum Deum profectui invidebant, atque ideo conspirationem adversus eum conflabant, his verbis effert: *Avertet mala inimicis meis, et in veritate tua disperde illos.* Secundum vero Symmachum: *Retribuet*, inquit, *mala iis qui mihi muros auferunt: in veritate tua silere fac eos.* Et vide, num hæc cum historia quadrent. Nam Ziphæi ipsum apud se latitare volentem, quasi denudantes et muros ipsi auferentes, ipsum calumniis et verbis diabolicis impetebant apud Saulem: quare illos jure subindicavit his verbis: *Retribuet mala iis qui mihi muros auferunt, et in veritate tua silere fac eos.* Bonum ipsis silentium est, ut ne talibus adversum me calumniis utantur. Admodum autem congruenter Deum susceptorem, sive *fulcrum* animæ suæ, secundum Symmachum vocavit. Quia enim superius fortes quærebant animam ejus; ne-

A τὸν Σαοὺλ ἐνδιαβάλλοντας αὐτόν; τοὺς δὲ κραταιοὺς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ζητοῦντας αὐτὸν τὸν Σαοὺλ καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, οἳ, μὴ προθέμενοι τὸν Θεὸν ἐνώπιον αὐτῶν, ἤλαυνον τὸν μηδὲν αὐτοὺς ἠδικηκότα, ἑαυτοὺς ἀπατῶντες τῷ νομίζειν, ὅτι καὶ παρὰ τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ δυνήσονταί τι κατ' αὐτοῦ; Τοῦτο δ' ἦν ἀνθρώπων μὴ προθεμένων τὸν Θεὸν ἐνώπιον αὐτῶν.

Ἐγράφη δὲ ταῦτα, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, *εἰς νουθεσίαν ἡμῶν*, ὡς ἂν μιμηταὶ γιγνοίμεθα τῶν ἁγίων, εἴποτε τοῖς ὁμοίοις περιπίπτοιμεν. Οὐκ ἔστι γὰρ ὅτε πάντες οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν οὐχὶ διώκονται, καὶ μὴ μισοῦνται μῖσος ἄδικον ὑπὸ τῶν τὸν ἐναντίον αἱρουμένων βίον. Καὶ ἀναγκαῖά γε ἡμῖν τὰ προκείμενα εἰς διδασκαλίαν· ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ δίκην ἐπῳδῆς ἑαυ- B τοῖς ἐπᾴδοιμεν τὰς τοιαύτας φωνὰς ἀναπέμποντες τῷ Θεῷ, ἐπειδὰν ἐχθροῖς περιπεσόντες ἐπιβουλευοίμεθα ὑπ' αὐτῶν, καὶ διαβαλλοίμεθα, καὶ κινδυνεύοιμεν· πεπεισμένοι οὐκ ἀργὰ ἔσεσθαι τὰ ῥήματα τῆς προσευχῆς, τὰ μεγάλα δὲ συμβαλοῦνται ἡμῖν, ὥσπερ οὖν καὶ αὐτοῖς τοῖς πρώτοις εὐξαμένοις. Αὐτίκα γοῦν εὐξάμενος ταῦτα ὁ Δαυῒδ, παραχρῆμα ἐπηκόου ἔτυχε τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀξιοῦται τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας. Ἤδη γὰρ μέλλων ἁλίσκεσθαι καὶ ταῖς τοῦ Σαοὺλ χερσὶ παραδίδοσθαι, παραδόξως ἐκ Θεοῦ σώζεται, ἀγγελίας τὸν Σαοὺλ ἀπαγαγούσης ἐφ' ἑτέρας ἀσχολίας κατὰ τὴν παρατεθεῖσαν ἱστορίαν. Διὸ ἑξῆς φησιν· *Ἰδοὺ γὰρ ὁ Θεὸς βοηθεῖ μοι, Κύριος ἀντιλήπτωρ τῆς ψυχῆς μου. Ἀποστρέψει τὰ κακὰ τοῖς ἐχθροῖς μου, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου ἐξολόθρευσον αὐτούς.* C *Διάψαλμα.* Τὸ διάψαλμα μεταβολὴν εἰργάσατο τῆς διανοίας. Τὰ μὲν γὰρ ὡς ἐν προσευχῇ ἀνεπέμπετο τῷ Θεῷ· τὰ δὲ προφητικῶς ἐπιλέγει, τὰ θεσπίζοντα σωτηρίαν μὲν τῷ εὐξαμένῳ, πτῶσιν δὲ τοῖς ἐχθροῖς, ἀφ' ὧν ῥυσθῆναι ηὔξατο. Ταῦτ' οὖν ἐξ ἁγίου Πνεύματος προφητεύει, τὰ μὲν περὶ αὐτὸν σημαίνων ἐν τούτοις· *Ἰδοὺ γὰρ ὁ Θεὸς βοηθεῖ μοι, Κύριος ἀντιλήπτωρ τῆς ψυχῆς μου*· τὰ δὲ περὶ τῶν ἐναντίων αὐτῷ, ἤτοι περὶ τῶν Ζιφαίων τῶν διαβεβληκότων αὐτὸν πρὸς τὸν Σαοὺλ, ἢ καὶ νοητῶν τινων ἢ καὶ ἀφανῶν ἐχθρῶν τῶν διαφθονουμένων αὐτοῦ τῇ κατὰ Θεὸν προκοπῇ, καὶ διὰ τοῦτο συσκευαζομένων αὐτὸν, ἐν τῷ, *Ἀποστρέψει τὰ κακὰ τοῖς ἐχθροῖς μου, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου ἐξολόθρευσον αὐτούς.* Κατὰ δὲ D τὸν Σύμμαχον· *Ἀνταποδώσει*, φησὶ, *κακὰ τοῖς ἀποτειχίζουσί με, ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου ἀποσιώπησον αὐτούς.* Καὶ ὅρα εἰ μὴ συμφωνεῖ ταῦτα τῇ ἱστορίᾳ. Ἐπειδήπερ οἱ Ζιφαῖοι βουλόμενον αὐτὸν κρύπτεσθαι παρ' αὐτοῖς, ὥσπερ ἀπογυμνοῦντες καὶ ἀποτειχίζοντες, διέβαλλον πρὸς τὸν Σαοὺλ, λόγοις διαβολικοῖς κατ' αὐτοῦ χρώμενοι· διόπερ αὐτοὺς, ὡς εἰκὸς, αἰνιττόμενος ἔλεγεν· *Ἀνταποδώσει κακὰ τοῖς ἀποτειχίζουσί με, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου ἀποσιώπησον αὐτούς.* Καλὴ γὰρ αὐτοῖς ἡ σιωπὴ, ἵνα μὴ τοιαύταις χρῶνται κατ' ἐμοῦ διαβολαῖς. Σφόδρα δὲ καταλλήλως τὸν Θεὸν ἀντιλήπτορα, ἢ *ὑπέρεισμα*, κατὰ τὸν Σύμμαχον, ὠνόμασε τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς. Ἐπειδὴ

[91] I Cor. x, 11

γὰρ ἀνωτέρω οἱ κραταιοὶ ἐζήτουν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, A οὐχ οὕτως ἐπιβουλεῦσαι αὐτοῦ τῷ σώματι προῃρημένοι, ὡς τῇ ψυχῇ· εἰκότως καὶ αὐτὸς τὸν Κύριον ἀντιλήπτορα τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ὠνόμαζεν. Ἔμελε γὰρ αὐτῷ οὐδὲν τοῦ σώματος, οὐδὲ τῶν ἐκτὸς ὑπαρχόντων, οὐδὲ τῆς προσκαίρου ταύτης ζωῆς, μόνης δὲ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς.

Ἑκουσίως θύσω σοι, ἐξομολογήσομαι τῷ ὀνόματί σου, Κύριε, ὅτι ἀγαθόν. Διὰ τῶν πρώτων δέησιν καὶ ἱκετηρίαν ἀναπέμψας τῷ Θεῷ, καὶ τὴν δικαιολογίαν αὐτοῦ ἐκθέμενος, ἐν τοῖς δευτέροις, πληρωθεὶς τοῦ πνεύματος, θεσπίζει τά τε περὶ αὐτὸν μέλλοντα ἔσεσθαι, τά τε τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ συμβησόμενα· εἶθ' ἑξῆς καὶ ἀκολούθως ἐν τῷ τρίτῳ μέρει θυσίας καὶ εὐχαριστίας ἀνύσειν ἐπαγγέλλεται τῷ Θεῷ ἐφ' οἷς εὖ πέπονθεν. Ὡς γὰρ δὴ διασωθεὶς καὶ τῆς τῶν B ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς ἠλευθερωμένος, οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ὄλεθρον τῶν ἐχθρῶν ἐπιδὼν, θύειν καὶ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ὑπισχνεῖται· καὶ ταῦτα προλέγει θεσπίζων πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως. Ὅτε γὰρ οἱ Ζιφαῖοι ἐλθόντες πρὸς τὸν Σαοὺλ εἶπον· *Ἰδοὺ Δαυὶδ κέκρυπται παρ' ἡμῖν·* ἀρχὴν ἔτ' ἐχούσης τῆς κατ' αὐτῶν ἱστορίας καὶ τῶν Ζιφαίων ἄρτι διαβεβληκότων αὐτὸν, τότε δὴ τὰ τέλη τῶν πραγμάτων αὐτὸς θεσπίζει, τὰ ὕστερόν ποτε γενησόμενα προλαμβάνων ὡς ἤδη γεγονότα. Διό φησιν· *Ὅτι ἐκ πάσης θλίψεως ἐῤῥύσω με, καὶ ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμός μου.* Ταῦτα γὰρ ὕστερον μέν ποτε γέγονεν· ὅμως δὲ προγνώσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὡς ἤδη αὐτὰ γεγονότα ἀπαγγέλλει, καὶ ἐπ' αὐτοῖς εὐχαριστεῖ, καὶ θύσειν ἐπαγ- C γέλλεται, καὶ ἐξομολογήσεσθαι τῷ Κυρίῳ, λέγων· *Ἑκουσίως θύσω σοι.* Ὁ δὲ Ἀκύλας, *Ἐν ἑκουσιασμῷ*, φησὶ, *θυσιάσω σοι.* Ἐπειδὴ γὰρ ἄοικος καὶ ἄπολις καὶ ἀνέστιος ὢν, ἐν ταῖς ἐρήμοις ἐποιεῖτο τὰς διατριβὰς, καινὸν ἐξεῦρε τρόπον θυσίας. Τίς δ' ἦν οὗτος; *Ἐν ἑκουσιασμῷ*, φησὶ, *θυσιάσω σοι.* Ἀρκεῖ γὰρ ἡ ἑκουσιότης καὶ ἡ προαίρεσις, δι' ἧς ἀναπέμψω σοι τὴν θυσίαν. Οὐ γὰρ ἠγνόει τὸν Θεὸν παραιτούμενον μὲν τὰς δι' αἱμάτων καὶ ζώων σφαγῆς θυσίας, λογικὴν δὲ θυσίαν τὴν δι' αἰνέσεως ἀσπαζόμενον, ἅτε προμεμαθηκὼς τὸ, *Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ Κυρίῳ τὰς εὐχάς σου.* Ταύτην οὖν, φησὶν, ἑκουσίως θύσω σοι τὴν θυσίαν, αὐτὸ τὸ ἐπ' ἐμοὶ ἑκούσιον καὶ τὸ θέλημά μου D καὶ τὴν ἐμὴν προαίρεσιν ἀνατιθεὶς σοι, τήν τε εὐχαριστίαν αὐτὴν ἀντὶ θυσίας σοι προσφέρων. Διὸ συνάπτει ἑξῆς λέγων· *Ἐξομολογήσομαι τῷ ὀνόματί σου, Κύριε, ὅτι ἀγαθόν·* σαφέστατα ἐπὶ τοῦ παρόντος τῆς ἐξομολογήσεως ἀντὶ εὐχαριστίας παραλαμβανομένης. Ἐφ' οἷς γὰρ ἐκ πάσης θλίψεως ἐῤῥύσθη, καὶ ἐν τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμὸς αὐτοῦ, ἐπὶ τούτοις εὐχαριστίας ἀναπέμπει, καὶ τὰς τοῦ ἑκουσιασμοῦ θυσίας ἐπαγγέλλεται ἀποδώσειν τῷ Θεῷ.

que ita corpori insidias struere cogitabant, ut animæ; merito ipse Dominum susceptorem animæ suæ nuncupavit. Nihil quippe de corpore neque de rebus extra positis sollicitus erat, neque de temporanea hac vita: sed de anima tantum.

VERS. 8, 9. *Voluntarie sacrificabo tibi, confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.* Cum prioribus verbis obsecrationem et supplicationem Deo emisisset, ac disceptationem suam exposuisset; secundis, quæ sibi, quæ inimicis suis eventura erant spiritu plenus vaticinatur: deinde consequenter tertio loco hostias et gratiarum actiones se Deo pro beneficiis persoluturum pollicetur. Nam ut ereptus et ab inimicorum insidiis liberatus; neque ob id solum, sed quia inimicorum exitium prospiciebat, se immolaturum et confessionem nomini Domini editurum promittit: atque hæc vaticinans ante rerum eventum prædicit. Nam cum Ziphæi ad Saulem accedentes dixerunt: *Ecce David absconditus est apud nos;* cum res in historia enarratæ incipèrent, et dum adhuc Ziphæi ipsum calumniarentur, tunc ipse rerum exitum vaticinatur; quæ postea eventura erant quasi jam facta prævertens Quare ait: *Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, et super inimicos meos despexit oculus meus.* Hæc quippe post hæc gesta sunt; sed tamen Spiritus sancti præscientia, ut jam edita nuntiat, de iisque gratias agit, ac sacrificaturum confessionemque Deo emissurum pollicetur, dicens: *Voluntarie sacrificabo tibi;* Aquila vero ait: *Sponte sacrificabo tibi.* Quia enim sine domo, sine urbe, sine lare, in desertis agebat, novum sacrificii modum excogitavit. Quisnam ille erat? *Sponte*, inquit, *sacrificabo tibi.* Sufficit quippe voluntas et propositum, quo tibi sacrificium offeram. Non ignorabat siquidem, Deum cruentas et animalium nece oblatas hostias abnuere, rationale vero sacrificium laudis approbare; utpote qui jam edidicisset illud: *Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua* [82]. Hanc, inquit, voluntarie tibi hostiam sacrificabo, ipsam voluntatem, propositum et consilium meum tibi apponens; ac gratiarum actionem pro hostia tibi offerens. Quare deinde subdit: *Confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.* Apertissime autem in præsenti confessio pro gratiarum actione accipitur. Quia enim ex omni tribulatione ereptus est, et super inimicos suos despexit oculus ipsius, gratiarum actiones emittit, et voluntaria sacrificia se redditurum Deo pollicetur.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΕΝ ΥΜΝΟΙΣ, ΣΥΝΕΣΕΩΣ, ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΝΔ'.

Ἐνώτισαι, ὁ Θεὸς, τὴν προσευχήν μου, καὶ μὴ ὑπερίδῃς τὴν δέησίν μου. Ὡς μὲν πρὸς τὴν ἱστο-

I. IN FINEM, IN HYMNIS, INTELLECTUS DAVIDI LIV.

VERS. 2-6. *Exaudi, Deus, orationem meam, et ne despexeris deprecationem meam.* Secundum hi-

[82] Psal. XLIX, 14.

storiæ rationem hæc videntur a Davide dicta fuisse quo tempore fugiens a facie Saulis in deserto sedes habebat. In sequentibus itaque ait : *Ecce elongavi fugiens, et mansi in solitudine.* Quoniam vero Saul usque ad mortem ipsi insidiatus est cum administris suis, dixisse videtur ex persona propria : *Contristatus sum in exercitatione mea, et conturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris. Quoniam declinaverunt in me iniquitatem, et in ira molesti erant mihi.* Hæc sane quidem Davidis personæ coaptare, non abs re esset; at non ea quæ post subjungit : *Quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate die ac nocte : circumdabit eam super muros ejus, et iniquitas et labor in medio ejus. Et non defecit de plateis ejus usura et dolus. Quoniam si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem utique*, et cætera. Quam civitatem significare velit, in qua hæc visa sint, quæ vidisse se commemorat, non potest quis ex historia expiscari. Quis vero ille quem sic alloquitur; *Tu vero homo unanimis, dux meus et notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos?* Si enim, inquit, hæc, inimico inferente, mala perpessus essem; aut si quis odio me habere professus designasset, nil mirum esset. Nunc autem neque infensus neque inimicus mihi, sed consors et amicus, imo vero unanimis, et dux a me constitutus, communi mensa dignatus, et fortasse, qui una mecum ingressus in domum Dei et orationis consors erat, taliane adversum me aggredi ausus es? Hæc autem propria persona dicere Davidem, non video qua ratione constare possit. Neque enim Saul unanimis ipsi aut amicus erat; sive secundum Symmachum, *unius moris*. Quænam morum similitudo fuerit inter duorum vitam, qui tantum inter se differunt? Sed neque unanimis Davidi unquam fuit Saul, neque legitur uspiam in historia, ipsos cum consensu in domo Dei ambulasse. Sed liquet Saulem semper Davidi aperte inimicum fuisse; jure ergo fugiebat et abscondebat se ab illo, quasi a manifesto inimico cavens sibi. Sed etiam quæ de memorata urbe feruntur, nequaquam Davidis historiæ conveniant. In qua enim civitate illam, quam dicit, iniquitatem vidit et contradictionem, non die solum, sed etiam nocte; laborem item et dolorem, iniquitatem et usuram ex plateis ejus non deficientem? Nam urbs quidem Saulis, Rama dicebatur esse; domicilium ejus, Gabee, cum nondum Jerusalem Israeli subdita esset, sed ad allophylos pertineret.

Quod autem videatur David diras imprecari dicens : *Veniat mors super illos, et descendant in infernum viventes*, quam affinitatem habeat cum præclara illa ejus celebrataque virtute, qua dixisse scribitur : *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam ab inimicis meis inanis?* Nam tales imprecationes in hostes edere, non injuriarum immemoris Davidis fuerit. Qui, ut in historia narratur, semper Saulem in honore et pretio habuit, ut ne auderet quidem ipsi manus inferre, etiam cum illum in pote-

A ρίαν, δόξειεν ἂν τὰ προκείμενα εἰρῆσθαι τῷ Δαυῒδ καθ' οὓς ἀπεδίδρασκε χρόνους, φεύγων ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ, ἐν ταῖς ἐρήμοις τὰς διατριβὰς ποιούμενος. Λέγει δ' οὖν ἑξῆς προϊών· *Ἰδοὺ ἐμάκρυνα φυγαδεύων, καὶ ηὐλίσθην ἐν τῇ ἐρήμῳ.* Καὶ ἐπειδὴ μέχρι θανάτου ἐπεβούλευεν αὐτῷ Σαοὺλ καὶ οἱ συμπράττοντες αὐτῷ, εἶπεν ἂν ἐξ οἰκείου προσώπου καὶ τὸ, *Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, καὶ ἐταράχθην ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ. Ὅτι ἐξέκλιναν ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν, καὶ ἐν ὀργῇ ἐνεκότουν μοι.* Ταῦτα μὲν οὖν ἁρμόσαι τῷ τοῦ Δαυῒδ προσώπῳ οὐ δυσχερές· οὐ μὴν καὶ τὰ ἑξῆς, ἐν οἷς ἐπιλέγει· *Ὅτι εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει ἡμέρας καὶ νυκτός· κυκλώσει αὐτὴν ἐπὶ τὰ τείχη αὐτῆς, καὶ ἀνομία καὶ κόπος ἐν μέσῳ* B *αὐτῆς. Καὶ οὐκ ἐξέλιπεν ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς τόκος καὶ δόλος. Ὅτι, εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ποίαν γὰρ πόλιν βούλεται σημαίνειν, ἐφ' ἧς ταῦτα τεθέαται, ἅ φησιν ἑωρακέναι, οὐκ ἂν ἔχοι τις ἀπὸ τῆς ἱστορίας εἰπεῖν. Τίς δὲ οὗτος ἦν ᾧ προσεφώνει λέγων· *Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ἡγεμών μου καὶ γνωστέ μου, ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανάς μοι ἐδέσματα;* Εἰ μὲν γὰρ ὑπ' ἐχθροῦ ταῦτ' ἔπασχον, φησὶν, ἢ εἰ μῖσος ὁμολογῶν τις ἔχειν πρός με ταῦτ' ἐποίει, οὐδὲν ἦν θαυμαστόν· νυνὶ δὲ οὔτε μισῶν οὔτε ἐχθρὸς, συνήθης δὲ ὢν καὶ φίλος, ἰσόψυχός τε καὶ ἡγεμὼν ὑπ' ἐμοῦ καθεσταμένος, κοινῆς τε τραπέζης ἀξίωμα ἔχων, ἴσον μιᾶς τε καὶ τῆς αὐτῆς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ εἰσόδου μοι καὶ C εὐχῆς κεκοινωνηκὼς, τοιαῦτα εἰς ἐμὲ τετόλμηκας; Ταῦτα δὲ τὸν Δαυῒδ λέγειν ἐξ οἰκείου προσώπου, οὐκ οἶδ' εἴ τινα ἔχοι λόγον. Οὔτε γὰρ Σαοὺλ ἰσόψυχος αὐτοῦ ἢ φίλος, ἢ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, *ὁμότροπος* ἦν. Ποία γὰρ ὁμοιοτροπία γένοιτ' ἂν ἐν τοῖς ἑκατέρων βίοις πάμπολυ διαλλάττουσιν; Ἀλλ' οὐδὲ ἰσόψυχος πώποτε γέγονε τῷ Δαυῒδ ὁ Σαοὺλ, οὐδὲ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἱστοροῦνται πώποτε πεπορευμένοι ἐν ὁμονοίᾳ. Προφανῶς δ' ἐχθρὸς ὁ Σαοὺλ τοῦ Δαυῒδ πάντοτε φαίνεται γεγονώς· ἔφευγε δ' οὖν αὐτὸν εἰκότως, καὶ ἐκρύπτετο, ὡς φανερὸν ἐχθρὸν φυλαττόμενος. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ περὶ τῆς εἰρημένης πόλεως ἐφαρμόσαι ἄν τις τῇ κατὰ τὸν Δαυῒδ ἱστορίᾳ. Ἐν ποίᾳ γὰρ εἶδε πόλει ἥν φησιν ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν, οὐ μόνον ἡμέρας, ἀλλὰ καὶ νυκτὸς, κόπον τε καὶ πόνον, ἀδικίαν τε καὶ D τόκον ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς μὴ ἐκλείποντα; Ἡ μὲν γὰρ πόλις τοῦ Σαοὺλ ἐλέγετο εἶναι ἡ Ῥαμὰ, τὸ δ' οἰκητήριον αὐτοῦ ἡ Γαβεὲ, οὔπω τῆς Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ τῷ Ἰσραὴλ γενομένης, ἀλλ' ἔτι ἀλλοφύλων οὔσης.

Τὸ δ' ἐπαρᾶσθαι δοκεῖν τὸν Δαυῒδ, καὶ λέγειν· *Ἐλθέτω θάνατος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ καταβήτωσαν εἰς ᾅδου ζῶντες*, ποίαν ἔχοι συμφωνίαν πρὸς τὸ σεμνολόγημα τῆς ὑμνουμένης αὐτοῦ ἀρετῆς, ἐφ' ἧς λέγων ἀναγέγραπται· *Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακὰ, ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός;* τὸ γὰρ τοιαύτας ἀρὰς κατεύχεσθαι τῶν ἐχθρῶν, οὐκ ἂν εἴη τοῦ ἀνεξικάκου Δαυῒδ, ὃς πάντοτε τιμῶν καὶ σέβας ἔχων τοῦ Σαοὺλ, ὡς μηδὲ τολμᾷν ἐπιβάλλειν αὐτῷ χεῖρας, ὅτε καί ποτε ὑποχείριον αὐ-

τὸν εἴληφεν, ἐξ αὐτῆς δείκνυται τῆς ἱστορίας. Καὶ A προϊὼν δὲ ἐπιλέγει· *Ἡπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτοῦ ὑπὲρ ἔλαιον, καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες.* Τίνα οὖν ἂν τις ἔχοι δεῖξαι τὸν ταῦτα τῷ Δαυῒδ πεποιηκότα; Ἐξ ὧν ἁπάντων ἡγοῦμαι μὴ χώραν ἔχειν ἀναφέρεσθαι τὰ προκείμενα ἐπὶ τὸ τοῦ Δαυῒδ πρόσωπον· προφητικῇ δὲ οἶμαι δυνάμει λελέχθαι αὐτὰ, καὶ ἐπὶ μόνον τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν συνίστασθαι πεπληρωμένα, ὅτε, κατὰ τὸ αὐτὸ συναχθέντες οἱ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἄρχοντες ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, συνέδριον ἐποιήσαντο καὶ σκέψιν, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν· ἐν ᾧ οἱ μὲν θάνατον αὐτοῦ κατεψηφίσαντο· ἕτεροι δὲ ἀντέλεγον, ὡς ὁ Νικόδημος λέγων· *Μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κατακρίνει τὸν ἄνθρωπον, εἰ μή τι ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ;* Ταῦτ' οὖν προφητικῶς τὸ Πνεῦμα τὸ B ἅγιον ἀποθεσπίζει διὰ τῶν προκειμένων λέγον· *Ὅτι εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει ἡμέρας καὶ νυκτός.* Σαφῶς δὲ καὶ ἡ τοῦ Εὐαγγελίου γραφὴ μαρτυρεῖ τῇ προφητείᾳ, ἐπὶ τὸν προδότην Ἰούδαν ἐκλαβοῦσα τὸ, *Εἰ ὁ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν· καὶ εἰ ὁ μισῶν με, ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλοῤῥημόνησεν, ἐκρύβην ἂν ἀπ' αὐτοῦ. Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε,* καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ ἡ σύμφρασις τῶν λόγων οὐκ ἄλλως πεπληρῶσθαι ἀποδείκνυται ἢ διὰ τῶν εἰς τὸν Σωτῆρα πεπραγμένων, ἥ τε μαρτυρία τῆς εὐαγγελικῆς παραθέσεως ἐπὶ τὸν προδότην ἀναφέρει τὸ προλεχθὲν μέρος τοῦ ἀναγνώσματος· ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ ἡμᾶς ἐπὶ τὸν καιρὸν τοῦ Σωτηρίου πάθους τὴν παροῦσαν ἐκλαβεῖν προφητείαν, δεῖξαί τε ἕκαστα τῶν ἐν ταύτῃ φερομένων ἐν καιρῷ τῆς κατὰ C τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῆς τέλους τετυχηκότα. Τὰ μὲν οὖν τῆς προγραφῆς καὶ νῦν ἡμᾶς ἐπὶ σύνεσιν διεγείρει τῶν ἐμφερομένων, καὶ εἰς τὸ τέλος δὲ παραπέμπει, διὰ τὸ ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος δι' ἔργων αὐτὰ πεπληρῶσθαι. Εἴρηται δὲ καὶ *ἐν ὕμνοις*· ἢ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *ἐν ψαλμοῖς*· ἢ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, *διὰ ψαλτηρίων*· ἐπειδὴ τὸ τέλος τοῦ πάθους τοῦ Σωτηρίου ὕμνων καὶ ψαλτηρίων, καὶ ᾠδῶν μετεῖχε τῆς τε ἀναστάσεως αὐτοῦ ἕνεκα καὶ τῆς σωτηρίας τῶν δι' αὐτῆς λελυτρωμένων. Καὶ τοιαῦτα μὲν τὰ τῆς προγραφῆς.

Τὰ δὲ τῆς προφητείας παρακαλεῖ τὸν Θεὸν ἐνωτίσασθαι τοῦ λέγοντος, καὶ τοῦτ' αὐτῷ πρῶτον παρασχεῖν· εἶτα δεύτερον, γνῶναι τὴν διὰ τῆς προσευχῆς ἀναπεμπομένην δέησιν καὶ ἱκετηρίαν, μὴ ὑπεριδεῖν D τε αὐτήν· καὶ τρίτον, τὴν κατάστασιν θεάσασθαι τοῦ τὴν προσευχὴν ἀναπέμποντος, καὶ οὕτως αὐτὸν καταξιῶσαι τῆς ἑαυτοῦ ἀκοῆς· διὸ ἐπιλέγει· *Πρόσχες μοι καὶ εἰσάκουσόν μου.* Ὥσπερ γὰρ δυσωπεῖ τὸν Θεὸν ἑαυτὸν δεικνὺς ὁ τὴν προσευχὴν ἀναπέμπων, καὶ λέγων τῷ Θεῷ· *Πρόσχες μοι*· τὴν δὲ ἑαυτοῦ κατάστασιν παρίστησι καὶ ἑξῆς λέγων· *Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, καὶ ἐταράχθην ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ, καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ.* Τὴν γὰρ λύπην ἑαυτοῦ δείκνυσι τῷ Θεῷ καὶ τὴν ταραχὴν, καὶ ἣν φησιν ἀδολεσχίαν, καὶ ὡς ἄξια τῆς ἑαυτοῦ θεωρίας. Διὸ, τούτοις, φησὶν, πρόσχες, ὅπως ἐλυπήθην, ὅπως ἐταράχθην, ὅπως ἀδολεσχίας πεπλήρωμαι· ἀποδεξάμενός τε ταῦτα, ἐπάκουσόν μου. Λέγει δὲ

A state habuit. Et in sequentibus addit : *Molliti sunt sermones ejus super oleum, et ipsi sunt jacula.* Quemnam proferre quis valeat qui hæc in Davidem egerit? Ex quibus omnibus æstimo non posse ad Davidis personam hæc referri; sed prophetica vi arbitror dicta esse, et in uno Salvatore et Domino nostro completa, quando Judaicæ gentis principes, Hierosolymæ in unum congregati, consessum ac consilium inierunt, quomodo eum perderent : in quo alii quidem capitis damnabant; alii obsistebant, ut Nicodemus qui dicebat : *Nunquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso* [92]*?* Hæc itaquè prophetice Spiritus sanctus hisce verbis vaticinatur, *Quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate die ac nocte.* Aperte porro Evangelii scri- B ptura prophetiam asserit, hæc de proditore Juda accipiens, *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique : et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo unanimis*, et cætera. Quoniam ergo verborum seriem non alio modo, quam in admissis contra Salvatorem facinoribus, impletam esse comprobatur; atque evangelicæ sententiæ testimonium memoratam lectionis partem ad proditorem refert; consentaneum sane fuerit nos quoque de tempore Salutaris passionis hanc prophetiam accipere, atque commonstrare singula ibi allata, tempore insidiarum contra Salvatorem nostrum, finem accepisse. Inscriptionis itaque verba jam ad intelli- C gentiam dictorum nos provocant, atque ad finem remittunt, quia hæc in consummatione sæculi ipso opere perfecta sunt. Dictum vero est, *in hymnis;* sive, secundum Aquilam, *in psalmis;* sive, secundum Symmachum, *per psalteria*, quia finis passionis Salutaris, propter resurrectionem ac redemptorum salutem, hymnis, psalteriis et canticis celebratur. Et hæc quidem de inscriptione.

Quod prophetiam vero spectat, rogat Deum, uti se loquentem exaudiat, et hoc primum sibi conferat; secundo, ut attendat obsecrationi ac supplica- D tioni ab se per orationem emissæ, nec eam despiciat; tertio, orantis affectum consideret, et ita dignetur aurem præbere, quare sic claudit, *Intende mihi et exaudi me.* Nam qui orationem effundit, quasi Deo sese conspiciendum præbens, obsecrat et ait ipsi, *Intende mihi :* statumque suum postea declarat dicens : *Contristatus sum in exercitatione mea, et conturbatus sum a voce inimici, et a tribulatione peccatoris.* Nam dolorem suum Deo exhibet necnon conturbationem, et eam quam vocat exercitationem, utpote quæ digna sint conspectibus ejus. Quare, his, inquit, intende, quomodo contristatus sim, quomodo conturbatus, et exercitatione repletus : atque his acceptatis, exaudi me. Hæc porro Spiritu divino afflatus propheta dicit, futu-

[92] Joan. VII, 51.

ros Judæorum contra Filium Dei ausus quasi jam præsentes prospiciens : quibus confusus et turbatus, dolore et angustia, quam exercitationem vocat, repletur degebat. Contristatus ergo, conturbatus, exercitatione et angustia plenus erat ob facinora, quæ mox recenset dicens : *Vidi iniquitatem et contradictionem in civitate*, et cætera, quæ postea opere completa sunt. Prævertens igitur in Spiritu sancto propheta, contristabatur, conturbabatur, exercitabatur, dolore plenus in eos qui talia aggressuri erant. Quamobrem Deum status sui inspectorem esse rogat dicens : *Exaudi, Deus, orationem meam, et ne despexeris deprecationem meam : intende mihi et exaudi me.* In hac conditione rerum positus, sic deinde precabatur : *Præcipita, Domine, et divide linguas eorum.* Queis rogat eorum contra Salvatorem concordiam dissipari, superbiam et arrogantiæ tumorem deprimi, ne ipse attereretur, et mala eorum augerentur. Cum porro rationi consentanea postularet, supplicabat ne despiceretur; sed etiam dolore, perturbatione, exercitatione replebatur, dicens, *A voce inimici et a tribulatione peccatoris*, inimici scilicet et peccatoris populi : nam spiritui prophetico molestiam inferebant qui talia audebant. Deinde subjungit : *Quoniam declinaverunt in me iniquitatem, et in ira molesti erant mihi*, quæ contra Salvatorem gesta sunt ut propria sibi ascribens. Atque ex Salvatoris persona possunt cum alia dici, tum illud : *Quoniam declinaverunt in me iniquitatem, et in ira molesti erant mihi;* sive, secundum Symmachum, *Quoniam inscripserunt contra me impietatem, et cum ira contrarii fuere mihi. Cor meum conturbatum est in me, et formido mortis cecidit super me*, et cætera. Hæc omnia passum se confitetur propheta, quod spiritu prophetico prævidisset, memoratam postea civitatem iniquitate, contradictione, labore, dolore et injustitia repletam; atque unanimem illum et notum Salvatori, pari atque inimici et hostes animo instructum. Suam enim his de rebus commiserationem Deo declarat, atque rationi consentaneam perturbationem quam patiebatur, de qua superius dicebat : *Contristatus sum in exercitatione mea, et conturbatus sum;* et jam rursum : *Cor meum conturbatum est in me;* secundum Aquilam vero ait, *Cor meum parturivit in visceribus meis;* secundum vero Symmachum, *Cor meum exagitabatur intra me.* Sed etiam formido mortis cecidit super eum, id est, Salutaris mortis, ob quam, Propheta humana cogitatione commotus, sive ob mortem animarum, quæ pro tali ausu perituræ erant, timore replebatur. Imo vero timor et tremor, ob pietatis eminentiam, cecidit super prophetam, cum videret Dilectum Dei talia ab impiis patientem. Tenebræ autem contexerunt eum, sive, secundum Aquilam, *convolutio;* aut, secundum Symmachum, *horror*, utpote qui horrenda ac tenebris digna contra Salvatorem gesta cerneret. Hæc porro dicta eorum exemplo, quæ nobis in somniis contingunt, intelligas. Nam plerumque somniantes,

potestatem hanc? et in qua potestate hæc facis [87]? Etenim cum nos et templum et populum omnem sub imperio habeamus, quis tu es, et cur talia audes? Hujusmodi ergo verborum causa hic dicitur: *Et comprehendantur in superbia sua: et de exsecratione et mendacio annuntiabuntur*. Pro quo Symmachus interpretatus est: *Comprehendantur cum superbia sua, exsecrationem et mendacium loquentes.* Postea subjicit: *In consummatione, in ira consummationis, et non erunt:* cujus loco iterum Symmachus clarius his verbis interpretatur: *Consumma in furore, absume ut non sint.* Hæc Spiritus propheticus non diras imprecans iis qui hæc passuri erant, sed tantum quæ futura sunt vaticinans, prænuntiat; eam enim mentem ejus esse sententia præfert. Ob delictum oris eorum, et sermonem labiorum ipsorum comprehendentur in superbia sua, et comprehendentur exsecrationem et mendacium loquentes; eruntque in consummatione et in ira, quæ absumet eos ita ut non ultra exsistant. Secundum Aquilam vero dicitur, *Confice in ira, absume, et non exsistent;* similiter, secundum Symmachum, *Consumma in furore, absume, ut non sint.* His porro vaticinatur, eos qui talia sunt ausi in memorata civitate non ulterius mansuros, ac cultum illum divinum, antiquitus in civitate servatum, finem habiturum, necnon constitutum ibi regnum, omniaque prius ipsis a Deo collata bona; videlicet prophetarum præsentiam, angelorum conspectus, ac reliquam, qua dignabatur eos, inspectionem. Quæ sane finem per illatam ipsis iram sortita sunt. Quod autem hac de re dicatur illud, *confice in furore, absume ut non sint*, ex sequenti dicto palam. Quid illud est? *Et scient quia Deus Jacob dominabitur finium terræ.* Nam si de ipsa gente de ipsisque viris illud, *confice in furore, absume ut non sint*, dictum fuisset; quomodo jam confecti, nec ultra exsistentes, scire possent quia Deus dominabitur finium terræ? cur superius dictum fuisset, *ne occidas eos?* siquidem illud, *ne occidas eos*, contrarium videretur his verbis, *confice in furore, absume ut non sint.* Verum non hic dicitur, *confice eos;* sed indefinite, *confice in furore, absume ut non sint*, subintelligendo scilicet ac supplendo illud, ut non sint quales prius erant, et ut non exsistant pari atque olim apud Deum honore: quo sublato, et amotis iis quæ olim possidebant, nudi relicti, a superbiæ sublimitate dejecti, in omnes gentes dispersi, ipsis operibus agnovere, eum ipsum qui olim Deus Jacob vocabatur, dominari, non ultra Jacobo nec Israeli, sed omnibus finibus terræ. Deum vero Jacob hic opportune memoravit, Christum significans. Ipse namque erat qui in specie ac forma hominis patriarchæ Jacob visus est, quando quidam homo luctabatur cum eo, nomenque ipsius mutavit, dicens: *Non ultra vocabitur nomen tuum Jacob, sed Israel nomen tuum erit: quo-*

A *ὑπερηφανίας αὐτῶν*. Ὑπερήφανοι γάρ τινες ὄντες καὶ ἀλαζόνες, οὐκ ἔφερον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν παῤῥησίαν. Διὸ μετὰ πολλῆς ὑπερηφανίας προσελθόντες ἔλεγον αὐτῷ· *Τίς σοι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην; καὶ ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς;* Ἡμῶν γὰρ κρατούντων τοῦ ἱεροῦ καὶ τοῦ παντὸς ἔθνους ἀρχόντων, σὺ τίς ὢν καὶ πόθεν τὰ τοιαῦτα τολμᾷς; Τούτων οὖν ἕνεκα τῶν λόγων ἐνταῦθα εἴρηται· *Καὶ συλληφθήτωσαν ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ αὐτῶν· καὶ ἐξ ἀρᾶς καὶ ψεύδους διαγγελήσονται·* ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε· *Συλληφθήτωσαν μετὰ τῆς ὑπερηφανίας αὐτῶν, ἀρὰν καὶ ψεῦδος λαλοῦντες*. Εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγει· *Ἐν συντελείᾳ, ἐν ὀργῇ συντελείας, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξωσιν*. Ἀνθ' οὗ πάλιν ὁ Σύμμαχος λευκότερον ἀπέδωκε φήσας· *Συντέλεσον* B *ἐν θυμῷ, ἀνάλωσον ἵνα μὴ ὦσι*. Ταῦτα δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ προφητικὸν οὐκ ἐπαρώμενον τοῖς ταῦτα μέλλουσι πείσεσθαι προαναφωνεῖ, τὰ δὲ συμβησόμενα προαγορεῦον, τῆς διανοίας τοιοῦτον παριστώσης νοῦν. Διὰ τὴν ἁμαρτίαν τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ διὰ τὸν λόγον τῶν χειλέων αὐτῶν συλληφθήσονται ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ αὐτῶν, καὶ συλληφθήσονται ἀρὰν καὶ ψεῦδος λαλοῦντες· γενήσονταί τε ἐν συντελείᾳ καὶ ἐν ὀργῇ ἀναλισκούσῃ αὐτοὺς ὡς μηκέθ' ὑπάρχειν. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται· *Τέλεσον ἐν χόλῳ, τέλεσον, καὶ οὐχ ὑπάρξουσιν*. Ὥσπερ οὖν καὶ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Συντέλεσον ἐν θυμῷ, ἀνάλωσον, ἵνα μὴ ὦσι*. Θεσπίζει δὲ διὰ τούτων ὁ λόγος μηκέτι ὑπάρχειν ἐν τῇ προλεχθείσῃ πόλει τοὺς C τὰ τοιαῦτα τετολμηκότας· τέλος δὲ λαβεῖν λοιπὸν τὴν πάλαι σπουδαζομένην ἐν τῇ πόλει λατρείαν καὶ τὴν ἐν αὐτῇ συνεστῶσαν βασιλείαν, καὶ πάντα τὰ πρότερον αὐτοῖς ὑπάρχοντα ἐκ Θεοῦ ἀγαθὰ, προφητῶν δηλαδὴ παρουσίας, καὶ ἀγγέλων ἐπιφανείας καὶ τὴν λοιπὴν ἐπισκοπήν· ἃ δὴ ἀληθῶς τέλους ἔτυχε διὰ τῆς ἐπενεχθείσης αὐτοῖς ὀργῆς. Ὅτι δὲ περὶ τούτων λέλεκται τὸ, *Συντέλεσον ἐν θυμῷ, ἀνάλωσον, ἵνα μὴ ὦσι*, δῆλον ἀπὸ τοῦ λεγομένου ἑξῆς. Τί δὲ ἦν τοῦτο; *Καὶ γνώσονται, ὅτι ὁ Θεὸς δεσπόζει τοῦ Ἰακὼβ τῶν περάτων τῆς γῆς*. Εἰ γὰρ περὶ αὐτοῦ ἐλέγετο τοῦ ἔθνους καὶ περὶ αὐτῶν τῶν ἀνδρῶν τό· *Συντέλεσον ἐν θυμῷ, ἀνάλωσον, ἵνα μὴ ὦσι*, πῶς, συντελεσθέντες, καὶ μηκέθ' ὑπάρχοντες, ἐδύναντο γινώσκειν, ὅτι ὁ Θεὸς δεσπό- D ζει τῶν περάτων τῆς γῆς; πῶς δὲ καὶ ἀνωτέρω ἐλέγετο· *Μὴ ἀποκτείνῃς αὐτούς*, ἔδοξε γὰρ ἂν ἐναντίον εἶναι τὸ, *Μὴ ἀποκτείνῃς αὐτοὺς*, τῷ, *Συντέλεσον ἐν θυμῷ, ἀνάλωσον, ἵνα μὴ ὦσιν*. Ἀλλ' οὐκ εἴρηται ἐνταῦθα, *Συντέλεσον αὐτούς*· ἀλλ' ἀορίστως, *Συντέλεσον ἐν θυμῷ, ἀνάλωσον, ἵνα μὴ ὦσιν*, ἐπινοούντων ἡμῶν καὶ προσυπακουόντων ἔξωθεν τὸ, ἵνα μὴ ὦσιν ὁποῖοι καὶ ἦσαν πρότερον, καὶ ἵνα μὴ ὑπάρχωσιν ἐν ᾗ ἐτύγχανον πάλαι παρὰ τῷ Θεῷ τιμῇ· ἧς ἀφαιρεθείσης αὐτῶν, καὶ τῶν πάλαι ὑπαρχόντων αὐτοῖς ἀρθέντων, γυμνοὶ καταλειφθέντες καὶ κατενεχθέντες ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς ὑπερηφανίας αὐτῶν, διασκορπισθέντες τε εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ἔγνωσαν

[87] Luc xx, 2.

αὐτοῖς ἔργοις, ὅτι ὁ πάλαι Θεὸς Ἰακὼβ χρηματίζων, A οὗτος αὐτὸς δεσπόζει οὐκέτι τοῦ Ἰακὼβ, οὐδὲ τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς. Θεὸν δὲ Ἰακὼβ καὶ νῦν εὐκαίρως ὠνόμασε, τὸν Χριστὸν δηλώσας· αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ ἐν ἀνθρώπου σχήματί τε καὶ μορφῇ τῷ πατριάρχῃ Ἰακὼβ ὀφθεὶς, ὅτε ἐπάλαιεν ἄνθρωπος μετ' αὐτοῦ. Μετονομάζει τε αὐτὸν λέγων· *Οὐκέτι κληθήσεται τὸ ὄνομά σου Ἰακὼβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου· ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατός.* Αὐτὸς οὖν ἐκεῖνος ὁ τῷ Ἰακὼβ χρηματίσας Θεὸς τῶν περάτων τῆς γῆς ἄρξει κυριολογούμενος παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, δεσπότης τε καὶ Κύριος ὀνομαζόμενος. Ἅπερ ἵνα ὀφθαλμοῖς παραλάβωσιν οἱ ἀρνησάμενοι αὐτὸν, ἀναγκαίως προείρηται· *Μὴ ἀποκτείνῃς αὐτοὺς, μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ λαοῦ μου·* καὶ B ἐνταῦθα· *Καὶ γνώσονται, ὅτι δεσπόζει τῶν περάτων τῆς γῆς ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων, καὶ κυκλώσουσι πόλιν.* Εἰς βεβαίωσιν τῶν προλεχθέντων δευτεροῖ τὸν λόγον, ἐπαναλαβὼν τὴν αὐτὴν προφητείαν, θεσπίζει τε, ὅτι οὐκ ἀφανισθήσονται ἐξ ἀνθρώπων οὐδὲ ἀποκτανθήσονται, ἐπιστρέψουσι δὲ, τουτέστιν, εἰς συναίσθησιν ἐλεύσονται ὀψέ ποτε καὶ ἑσπέραν· *Λιμώξουσί τε ὡς κύων·* ἢ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *Ὀχλάσουσιν ὡς κύων·* ἢ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Θορυβηθήσονται ὡς κύνες, καὶ περικυκλώσουσι πόλιν.* Ταῦτα δὲ καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐθεσπίζετο· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἀνεφέρετο ἑξῆς ἡ αἰτία ἐν τῷ, *Ἰδοὺ ἀποφθέγξονται τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ ῥομφαία ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν, καὶ δι' ἁμαρτίαν στόματος αὐτῶν, καὶ λόγον χειλέων αὐτῶν·* C ἐνταῦθα δὲ μετὰ τὸ, *Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν, καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων, καὶ κυκλώσουσι πόλιν,* ἐπενήνεκται· *Αὐτοὶ διασκορπισθήσονται τοῦ φαγεῖν· ἐὰν δὲ μὴ χορτασθῶσι καὶ γογγύσουσιν.* Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· *Ἀνακαμπτέτωσαν εἰς ἡμέραν, θορυβείτωσαν ὡς κύνες, περιερχόμενοι πόλιν ῥεμβόμενοι, ἵνα μὴ ἀχόρταστοι αὐλισθῶσι.* Διασκορπισθέντες γοῦν εἰς πάντα τὰ ἔθνη δίκην κυνῶν λιμωττόντων ζητοῦσι τοῦ φαγεῖν· μὴ εὑρίσκοντες δὲ τροφὴν λογικὴν, ἐκλείπουσιν. Εἰ δὲ καί ποτε ἀπὸ ψιλῆς τῶν θείων Γραφῶν ἀναγνώσεως μεταλάβοιεν τροφῆς, ὅμως, οὐδενὸς στεῤῥοῦ μεταλαμβάνοντες οὔτε ζωοποιοῦ ἄρτου ἀπογευόμενοι, ἀχόρταστοι διαμένουσι· μὴ χορταζόμενοι δὲ, καταγογγύζουσιν, ὥσπερ οὖν κατεγόγγυσάν ποτε ἐπὶ τῆς ἐρήμου. Τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ποιεῖν σύνηθες. Διὸ πρὸς ἡμᾶς φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Μηδὲ γογγύζητε, καθὼς τινὲς αὐτῶν ἐγόγγυσαν, καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ τῶν ὄφεων.*

A *niam prævaluisti cum Deo, et cum hominibus potens eris* [88]. Is ipse igitur qui Deus Jacob vocabatur, finibus terræ dominabitur, apudque omnes gentes Dominus princepsque vocabitur. Quod ut oculis percipiant ii qui ipsum abnegarunt, necessario præmissum fuit illud : *Ne occidas eos, nequando obliviscantur populi mei;* hic vero, *Et scient quia Deus Jacob dominabitur finium terræ. Convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canis, et circuibunt civitatem.* Nimirum ad confirmationem eorum, quæ supra dixerat, sermonem repetit, eamdemque prophetiam resumit, ac vaticinatur eos, non de medio hominum tollendos, neque occidendos, sed reversuros, id est ad sensum tandem et vespere redituros. *Et famem patientur ut canis;* B sive, secundum Aquilam, *tumultuabuntur ut canis;* aut, secundum Symmachum, *turbabuntur ut canes, et circuibunt civitatem.* Hæc porro superius quoque prænuntiabantur : sed ibi postea causa subjungitur his verbis : *Ecce loquentur in ore suo, et gladius in labiis eorum, et propter delictum oris eorum, et sermonem labiorum ipsorum;* hic vero post illud, *convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canis, et circuibunt civitatem,* adjicitur, *ipsi dispergentur ad manducandum : si vero non fuerint saturati, et murmurabunt.* Pro quo Symmachus hac ratione interpretatus est : *Deflectantur in die, tumultuentur ut canes circumeuntes civitatem vagabundi, ne insatiati pernoctent.* Dispersi itaque in omnes gentes, instar canum famelicorum escam quæri- C tant : ac non reperto rationabili cibo, deficiunt. Quod si quando ex nuda divinarum Scripturarum lectione cibum capiant; attamen neque firmum neque vivificum panem degustantes, insatiati manent : non saturati vero, murmurant, quemadmodum olim in deserto murmurarunt. Nam id ipsis in more fuit. Quare sic nos Apostolus alloquitur : *Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, et a serpentibus perierunt* [89].

Ἐγὼ δὲ ᾄσομαι τὴν δύναμίν σου, καὶ ἀγαλλιάσομαι τῷ πρωῒ τὸ ἔλεός σου· ὅτι ἐγενήθης ἀντιλήπτωρ μου καὶ καταφυγή μου ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου. Βοηθός μου, σοὶ ψαλῶ, ὅτι Θεὸς ἀντιλήπτωρ μου εἶ, ὁ Θεός μου τὸ ἔλεός μου. D Ταῦτα μὲν οὖν οἱ ἐπαναστάντες μοι πείσονται· ἐγὼ δὲ τὴν δύναμίν σου τοῦ ἐμοῦ Πατρὸς ᾄσομαι. Λέγεται δὲ ταῦτα ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος προφητικῷ πνεύματι, ὡς καὶ ἐν ἑτέροις ἐλέγετο ἐξ αὐτοῦ· *Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. Καὶ ἀγαλλιάσομαι δὲ,* φησὶ, *τῷ πρωῒ τὸ ἔλεός σου·* ὅπερ ὁ Σύμμαχος

D VERS. 17, 18. *Ego autem cantabo fortitudinem tuam, et exsultabo mane misericordiam tuam, quia factus es susceptor meus, et refugium meum in die tribulationis meæ. Adjutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es, Deus meus misericordia mea.* Hæc itaque patientur qui insurrexerunt in me. Ego vero tuam Patris mei misericordiam cantabo. Quæ prophetico spiritu ex persona Salvatoris dicuntur; ut et alibi ex ejusdem persona dicebatur : *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te* [90]. *Et exsultabo,* inquit, *mane misericordiam tuam :* quod ita Symmachus interpre-

[88] Gen. xxxii, 28. [89] I Cor. x, 10. [90] Psal. xxi, 23.

tatus est, *et celebrabo diluculo misericordiam tuam.* His porro cultum in Ecclesia ejus, Dominica die per totum orbem diluculo celebrari solitum, prophetice indicat. Nam cum dicitur, *in medio Ecclesiæ laudabo te*, locus significatur in quo se Patrem celebraturum Christus pollicebatur; his autem verbis, *et celebrabo diluculo misericordiam tuam*, tempus declaratur quo paternam misericordiam per omnes gentes effusam Unigenitus ejus per populum suum, de illa gaudens exsultansque, celebrat. Et hæc, inquit, omnia reddam tibi : *quia factus es susceptor meus et refugium meum in die tribulationis meæ.* His quippe omnibus a Patre beneficiis ornatus, jure celebrabo misericordiam tuam, egoque ipse tibi psallam, *quia factus es susceptor meus, Deus meus et misericordia mea.* Ex inferioribus quippe nemo porrigere mihi manum poterat : sed tu solus Pater, qui supra me es. Quare me abs te pendere fateor, virtutem cantabo tuam, teque unum susceptorem ac refugium mihi ascribam. Hæ porro Salvatoris voces fuerint, queis pietatem erga Patrem suum omnes edoceat.

A ἡρμήνευσε· *Καὶ ὑμνήσω κατ' ὄρθρον τὸ ἔλεός σου.* Σημαίνει δὲ διὰ τούτου προφητικῶς τὴν κατ' ὄρθρον καὶ καθ' ἑκάστην πρωίαν τῆς ἀναστασίμου ἡμέρας καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ συντελουμένην λατρείαν. Ἐν μὲν γὰρ τῷ λέγεσθαι, *Ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε*, ὁ τόπος ἐδηλοῦτο καθ' ὃν ὑμνήσειν τὸν Πατέρα ὁ Χριστὸς ἐπηγγέλλετο· ἐν δὲ τῷ, *Καὶ ὑμνήσω κατ' ὄρθρον τὸ ἔλεός σου*, ὁ χρόνος παρίσταται, ἐν ᾧ τὸ ἔλεος τὸ πατρικὸν τὸ εἰς πάντα χυθὲν τὰ ἔθνη ὁ Μονογενὴς αὐτοῦ διὰ τοῦ ἰδίου λαοῦ ὑμνεῖ χαίρων καὶ ἀγαλλιώμενος ἐπὶ τούτῳ. Καὶ ταῦτα δὲ πάντα ἀποδώσω σοι, φησίν· *ὅτι ἐγενήθης ἀντιλήπτωρ μου καὶ καταφυγή μου ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου.* Τούτων γὰρ ἁπάντων παρὰ τοῦ Πατρὸς τυχὼν, εἰκότως κατ' ὄρθρον ὑμνήσω τὸν ἔλεόν σου,
B καί σοι ψαλῶ αὐτὸς ἐγώ· *ὅτι γέγονάς μου ἀντιλήπτωρ, καὶ Θεός μου καὶ ἔλεός μου.* Οὐδεὶς γὰρ τῶν ὑποβεβηκότων οἷός τε ἦν ἐμοὶ ὀρέγειν χεῖρα ἢ σὺ μόνος ὁ ὑπὲρ μὲ Πατήρ. Διὸ καί σοῦ ἀνηρτῆσθαι ὁμολογῶ, καὶ τὴν δύναμίν σου ᾄσομαι, ἀντιλήπτορα καὶ καταφυγὴν ἐμαυτοῦ σὲ μόνον ἐπιγραφόμενος. Εἶεν δ' ἂν αὗται αἱ φωναὶ τοῦ Σωτῆρος, διδάσκοντος τοὺς πάντας εὐσεβεῖν εἰς τὸν αὐτοῦ Πατέρα.

1. 2. IN FINEM, PRO IIS QUI IMMUTABUNTUR, IN TITULI INSCRIPTIONEM IPSI DAVID IN DOCTRINAM, CUM SUCCENDIT MESOPOTAMIAM SYRIÆ ET SYRIAM SOBAL, ET CONVERSUS JOAB PERCUSSIT VALLEM SALINARUM DUODECIM MILLIA LIX.

Vers. 3-6. « Deus, repulisti nos et destruxisti nos, iratus es, et misertus es nobis. » Hic quoque sermo in tituli inscriptionem est, quæ tamen non eodem quo priores tempore pronuntiata fuit. Illæ quippe superstite Saule, necdum regnante Davide, prolatæ sunt. Prima scilicet, « cum tenuerunt eum Allophyli in Geth [91]; » secunda, « cum fugeret a facie Saulis in speluncam [92]; » postrema, « cum misit Saul et custodivit domum ejus, ut interficeret eum [93]. » Hanc autem post Saulis obitum, cum jam regnum teneret, exactoque jam regni tempore bene multo, numine afflatus David edidit. Quod ipse titulus indicat his verbis : « Cum succendit Mesopotamiam Syriæ, et Syriam Sobal, et conversus Joab percussit vallem Salinarum duodecim millia. » Historiam autem invenies in secundo libro Regnorum sic descriptum : « Et percussit David Adrazar filium Jaab regem Soba, cum profectus est ut manum imponeret ad fluvium Euphratem, et præripuit illi David mille currus, et septem millia equorum, et viginti millia peditum. Et enervavit David omnes currus, et reservati sunt ei ex ipsis centum currus. Venit quoque Syria Damasci in auxilium Adrazar regi Soba. Et percussit Syro viginti duo millia virorum. Et posuit David præsidium in Syria Damasci. Et factus est Syrus in servum Davidi ferens tributa. Servavitque Dominus David in omnibus ad quæcunque profectus est [94]. » Sub hæc autem pau-

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΩΘΗΣΟΜΕΝΟΙΣ ΕΙΣ ΣΤΗΛΟΓΡΑΦΙΑΝ, ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΕΙΣ ΔΙΔΑΧΗΝ, ΟΠΟΤΕ ΕΝΕΠΥΡΙΣΕ ΤΗΝ ΜΕΣΟΠΟΤΑΜΙΑΝ ΣΥΡΙΑΣ, ΚΑΙ ΤΗΝ ΣΥΡΙΑΝ ΣΩΒΑΛ, ΚΑΙ ΑΠΕΣΤΡΕΨΕ ΙΩΑΒ ΚΑΙ ΕΠΑΤΑΞΕ ΤΗΝ ΦΑΡΑΓΓΑ ΤΩΝ ΑΛΩΝ ΔΩΔΕΚΑ ΧΙΛΙΑΔΑΣ ΝΘ'.

« Ὁ Θεὸς, ἀπώσω ἡμᾶς καὶ καθεῖλες ἡμᾶς, ὠργίσθης
C καὶ ᾠκτείρησας ἡμᾶς. » Εἰς στηλογραφίαν μέν ἐστι καὶ ὁ παρὼν λόγος, οὐ μὴν κατὰ τοὺς αὐτοὺς εἴρηται χρόνους ταῖς πρὸ αὐτῆς. Ἐκεῖναι μὲν γὰρ ἔτι ζῶντος Σαοὺλ καὶ πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι τὸν Δαυῒδ ἐλέχθησαν· ἡ μὲν πρώτη, « ὁπότε ἐκράτησαν αὐτὸν οἱ Ἀλλόφυλοι ἐν Γέθ· » ἡ δὲ δευτέρα, « ἐν τῷ ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον· » ἡ δὲ τελευταία, « ὅτε ἀπέστειλε Σαοὺλ καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ, τοῦ θανατῶσαι αὐτόν. » Τὴν δὲ μετὰ χεῖρας μετὰ τὸν θάνατον Σαοὺλ, τὴν ἀρχὴν ἤδη τῆς βασιλείας διέπων, πολύν τε ἐν αὐτῇ χρόνον διαγενόμενος, ὁ Δαυῒδ θεσπίζει. Τοῦτο δὲ ἐπισημαίνεται ἡ προγραφὴ φάσκουσα· « Ὁπότε ἐνεπύρισε τὴν Μεσοποταμίαν Συρίας, καὶ τὴν Συρίαν Σωβὰ, καὶ ἐπέστρεψεν Ἰωὰβ, καὶ ἐπά-
D ταξε τὴν φάραγγα τῶν Ἀλῶν δώδεκα χιλιάδας. » Εὕροις δ' ἂν τὴν ἱστορίαν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Βασιλειῶν, ἐν ᾗ γέγραπται· « Καὶ ἐπάταξε Δαυῒδ τὸν Ἀδραζὰρ υἱὸν Ἰαὰβ βασιλέα Σωβὰ, πορευομένου αὐτοῦ ἐπιστῆσαι τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ποταμὸν Εὐφράτην. Καὶ προκατελάβετο Δαυῒδ τῶν αὐτοῦ χίλια ἅρματα, καὶ ἑπτὰ χιλιάδας ἱππέων, καὶ εἴκοσι χιλιάδας ἀνδρῶν πεζῶν. Καὶ παρέλυσε Δαυῒδ πάντα τὰ ἅρματα, καὶ ὑπελείπετο αὐτῷ ἐξ αὐτῶν ἑκατὸν ἅρματα. Καὶ παραγίνεται Συρία Δαμασκοῦ βοηθῆσαι τῷ Ἀδραζὰρ βασιλεῖ Σωβά. Καὶ ἐπάταξε τῷ Σύρῳ εἴκοσι δύο χιλιάδας ἀνδρῶν. Καὶ ἔθετο Δαυῒδ φρουρὰν ἐν Συρίᾳ τῇ κατὰ Δαμασκόν. Καὶ ἐγένετο ὁ Σύ

[91] Psal. LV, 1. [92] Psal. LVI, 1. [93] Psal. LVIII, 1. [94] II Reg. VIII, 3-6.

ρος τῷ Δαυῒδ εἰς δούλους φέροντας ξένια. Καὶ ἔσωσε Κύριος τὸν Δαυῒδ ἐν πᾶσιν οἷς ἐπορεύετο. » Τούτοις ἑξῆς μετὰ βραχέα ἐπιλέγεται· « Καὶ ἐβασίλευσε Δαυῒδ ἐπὶ Ἰσραήλ· καὶ ἦν Δαυῒδ ποιῶν κρῖμα καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ πάντα τὸν λαὸν αὐτοῦ. Καὶ Ἰωὰβ υἱὸς Σαρουΐας ἐπὶ τῆς στρατείας. » Καὶ αὖθις μεθ' ἕτερα εἴρηται· « Καὶ ἀπέστειλαν οἱ υἱοὶ Ἀμμὼν, καὶ ἐμισθώσαντο τὴν Συρίαν Ῥοὼβ καὶ τὴν Συρίαν Σοβὰλ εἴκοσι χιλιάδας πεζῶν, καὶ τὸν βασιλέα Μαχαὰ χιλίους ἄνδρας, καὶ Εἰστὼβ ιβ' χιλιάδας ἀνδρῶν. Καὶ ἤκουσε Δαυῒδ, καὶ ἀπέστειλε τὴν δύναμιν, τοὺς δυνατούς. Καὶ ἐξῆλθον υἱοὶ Ἀμμὼν, καὶ παρετάξαντο πόλεμον παρὰ τῇ θύρᾳ τῆς πύλης Συρίας Σωβὰ καὶ Ῥοὼβ καὶ Εἰστώβ. Καὶ εἶδεν Ἰωὰβ, ὅτι ἐγενήθη πρὸς αὐτὸν ἀντιπρόσωπον τοῦ πολέμου ἐκ τοῦ κατὰ πρόσωπον· καὶ ἐπέλεξεν ἐκ πάντων τῶν νεανίσκων Ἰσραὴλ, καὶ παρετάξαντο ἐξεναντίας Συρίας, » καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς. Οἷς ἑξῆς ἐπιφέρεται· « Καὶ εἶδον οἱ δοῦλοι Ἀδραζὰρ, ὅτι ἔπταισεν ἔμπροσθεν Ἰσραὴλ, καὶ ηὐτομόλησαν μετὰ Ἰσραὴλ, καὶ ἐδούλευσαν αὐτοῖς. » Διὰ τούτων ἡ ἱστορία καὶ τοῦ Εὐφράτου καὶ τῆς Σωβὰλ καὶ τῆς Συρίας καὶ τοῦ Ἰωὰβ, καὶ τῶν ιβ' χιλιάδων ἐμνημόνευσε, καὶ ὡς τῶν πολεμίων ἁπάντων περικρατὴς γέγονεν ὁ Δαυῒδ· ὅπως τε ὁ ἀρχιστράτηγος αὐτοῦ Ἰωὰβ, παραταξάμενος τοῖς ἀλλοφύλοις, ὑποχειρίους αὐτοὺς εἰλήφει. Αὐτοὺς δὴ οὖν ἐκείνους, καθ' οὓς ταῦτα ἐπράττετο, σημαίνει ἡ μετὰ χεῖρας στηλογραφία. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον τὰ τῆς προγραφῆς οὕτως ἔχει· « Ἐπινίκιον ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν τοῦ ταπεινόφρονος καὶ ἀμώμου τοῦ Δαυῒδ, εἰς διαδοχὴν, ὁπότε, ἐμπρήσας τὴν Συρίαν τῆς Μεσοποταμίας, καὶ τὴν Συρίαν Σωβὰλ, καὶ ἀνέστρεψε Ἰωὰβ, καὶ ἐπάταξε τὸν Ἐδὼμ ἐν τῇ φάραγγι τοῦ Ἀλὸς ιβ' χιλιάδας. » Δηλοῖ δὲ ὁ χρόνος εἰρῆσθαι τὰ προκείμενα, ἐν τῷ διαπρέπειν καὶ τὰ μεγάλα κατορθοῦν βασιλεύοντα τὸν Δαυῒδ, πρὸ τῆς κατὰ τὴν Βηθσαβεὲ ἱστορίας, ὅτε καλῶς αὐτῷ τὰ πράγματα προὐχώρει εὐδοκιμοῦντι παρὰ τῷ Θεῷ καὶ παρὰ τοῖς πᾶσιν· ὡς μαρτυρεῖσθαι, ὅτι ἦν ποιῶν κρῖμα καὶ δικαιοσύνην ἐν τῷ Ἰσραήλ. Ἀλλὰ γὰρ ἄξιον ἐν τούτοις ἀπορῆσαι, πῶς, ἐν τοιαύτῃ τυγχάνων καταστάσει, ἀρχόμενος τῆς στηλογραφίας φάσκει· « Ὁ Θεὸς, ἀπώσω ἡμᾶς καὶ καθεῖλες ἡμᾶς. » Καὶ μὴν τρόπαια κατ' ἐχθρῶν ἀνίστη, καὶ νίκας κατὰ πολεμίων ᾕρητο· δέον οὖν ἐπὶ τούτοις ᾠδὰς ἐπινικίους ᾄδειν, θύειν τε εὐχαριστήρια τῷ Θεῷ. Ὁ δὲ τούτων μὲν οὐδὲν πράττει, τἀναντία δὲ ἀπολοφύρεται λέγων· « Ὁ Θεὸς, ἀπώσω ἡμᾶς καὶ καθεῖλες ἡμᾶς, ὠργίσθης, καὶ ᾠκτείρησας ἡμᾶς. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « καὶ ᾠκτείρησας ἡμᾶς, » « καὶ περιήγαγες ἡμᾶς, » ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις, « καὶ περιεκύκλωσαν ἡμᾶς· » ὁ δὲ Ἀκύλας, « θυμωθεὶς μετέστρεψας ἡμῖν. » Εἶτα ἐπιλέγει ἑξῆς· « Ἔδειξας τῷ λαῷ σου σκληρά· ἐπότισας ἡμᾶς οἶνον κατανύξεως. » Ταῦτα δὲ ἀκατάλληλα καὶ ἀνάρμοστα δόξαι ἂν εἶναι τοῖς ἐν τῇ προγραφῇ δηλουμένοις. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἀσκόπως ἡγοῦμαι τὴν προγραφὴν εἰς τὸ τέλος ἡμᾶς ἀναπέμπειν, καὶ

A cis interjectis additur : « Et regnavit David in Israel : faciebat quoque David judicium et justitiam omni populo suo. Joab autem filius Sarviæ erat super exercitum. » Rursumque postea dicitur : « Et miserunt filii Ammon, et conduxerunt mercede Syriam Roob et Syriam Sobal, viginti millia peditum, et a rege Machaa mille viros, et Istob duodecim millia virorum. Quod cum audisset David, misit exercitum et fortes [viros]. Et egressi sunt filii Ammon, et direxerunt aciem ad januam portæ Syriæ Soba et Roob et Istob. Videns autem Joab quod esset sibi prælium ex adverso et a tergo, elegit ex omnibus juvenibus Israel, et instruxit aciem contra Syriam [95-96], » et cætera. Quibus deinde subjungitur : « Et viderunt servi Adrazar quod cecidisset

B a facie Israel, et transfugerunt ad Israel, et servierunt ipsis [97]. » His historia, Sobal, Syriam, Joab et duodecim millia memorat, narratque Davidem inimicos omnes debellasse, ac ducem exercitus ejus Joab instructa contra allophylos acie, ipsos captivos egisse. Eosdem itaque his attritos cladibus indicat præsens tituli inscriptio. Secundum Symmachum autem sic titulus habet : « Triumphale pro floribus humilis et inculpati Davidis, ad doctrinam, cum incensa Syria Mesopotamiæ, et Syria Sobal, reversus Joab percussit Edom in valle Salis duodecim millia. » Ex temporis porro nota deprehenditur hæc dicta fuisse, cum David regnans prospere ageret, resque magnas perpetraret, ante Bersabee historiam; cum probe et ex voto res ipsi cederent,

C ipseque Deo et omnibus spectabilis esset; ita ut, Scriptura teste, faceret judicium et justitiam in Israel. Verum hic quæstionem movere consentaneum est, cur in tali conditione rerum, sic tituli inscriptionem ordiatur : « Deus, repulisti nos et destruxisti nos. » Atqui post tropæa de hostibus erecta, et victoriam de inimicis partam, oportuit hac de re triumphalia cantica emittere, Deoque in gratiarum actionem immolare. At ille nihil præstat hujusmodi; imo vero res adversas deplorat his verbis : « Deus, repulisti nos et destruxisti nos, iratus es, et misertus es nobis. » Pro illo autem, « et misertus es nobis, » Symmachus, « et circumduxisti nos, » interpretatus est; quinta vero editio, « et

D circumdederunt nos; » Aquila, « iratus convertisti nobis. » Subdit post hæc : « Ostendisti populo tuo dura : potasti nos vino compunctionis. » Hæc porro videri possint inconcinne dicta, nec congruere cum iis quæ in titulo notantur. Sed æstimo titulum non sine prævio scopo nos ad finem remittere, nec sine causa, « pro iis qui immutabuntur, » inscriptum esse, atque sermones istos tituli inscriptionem vocatos fuisse. Nam « in finem » dicitur, quia ea, quæ in vaticinio feruntur, in consummatione sæculorum implenda sunt. Necessario additur, « pro iis qui immutabuntur, » propter immutationem illius temporis rebus inferendam. Siquidem cum hæc dice-

[95-96] II Reg. x, 6-9. [97] ibid. 19.

rentur, allophylos vincebat Israel, inimicisque superior erat. Sed futurum tempus erat, quo mutationem rerum subiret, inimicisque subditus esset. Quare sic habet titulus : « In finem, pro iis qui immutabuntur ; » Symmachus vero, « pro floribus ; » Aquila, « super lilia. » Sicut enim lilia agri et fenum, ad breve quidem tempus speciosa esse videntur, sed repente immutantur et corrumpuntur ; sic res populi tunc florentes, brevi immutandæ erant. Quare in doctrina sua Servator ait : « Considerate lilia agri [98] ; » ac rursum : « Quod si fenum agri, quod hodie est, et cras in clibanum mittitur [99] ; » imo etiam : « Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos feni. Exsiccatum est fenum, et flos decidit ; Verbum autem Domini manet in æternum [1] ; » quibus propheta secundum reliquos interpretes hæc addit : « Vere fenum populus, exsiccatum est fenum, decidit flos [2], » Judaicam gentem nec obscure significans. Eadem ipsa jam Spiritus sanctus per Davidem testificatur, præmissa illa populi futura inversione et mutatione. Quare secundum Aquilam dictum est, « Super lilia testimonii ; » secundum Symmachum autem, « Pro floribus testimonium ; » secundum LXX vero Interpretes, « Pro iis qui immutabuntur, in tituli inscriptionem : » quæ magnam habeant cum dictis in præcedenti psalmo affinitatem. Nam ille populi abjectionem indicavit his verbis : « Convertentur ad vesperam et famem patientur ut canes, et circuibunt civitatem [3], » et cætera. Quibus hæc de vocatione gentium subjungit : « Et tu, Domine Deus virtutum, Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes. » Tituli vero inscriptionem in præsenti ut et alias Aquila, « humilis, perfecti Davidis ; » Symmachus vero, « humilis Davidis et inculpati, » interpretati sunt. Nam cippo digna erat tanti regis modestia. Cum enim tot bella feliciter gessisset, et populos usque ad Mesopotamiam subegisset vectigalesque fecisset, consuetum servabat morem, quo exornatus erat cum a Saule pelleretur, ac perfugus in desertis ageret. Nam tunc quoque, ut humilis, perfectus, humiliter sentiens et inculpatus, æternis cippis a divina Scriptura dignatus est. Nunc autem cum regnans tot inimicos invaderet, omniumque divitias colligeret, in eodem affectu perseverabat ; quare et tituli inscriptione et spiritu prophetico dignatus est.

A « τοῖς ἀλλοιωθησομένοις » ἐπιγράφειν, καὶ στηλογραφίαν τοὺς λόγους ἀποκαλεῖν. « Εἰς » μὲν γὰρ « τὸ τέλος, » διὰ τὸ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων μέλλειν πληροῦσθαι τὰ προφητευόμενα, εἴρηται· πρόσκειται δὲ, « τοῖς ἀλλοιωθησομένοις, » ἀναγκαίως διὰ τὴν μέλλουσαν διαλήψεσθαι ἀλλοίωσιν τὴν κατάστασιν τῶν τότε πραγμάτων. Ὅτε μὲν γὰρ ταῦτ' ἐλέγετο, ἐκράτει τῶν ἀλλοφύλων ὁ Ἰσραὴλ, καὶ τῶν πολεμίων κρείττων ἐτύγχανεν. Ἔμελλε δὲ ἄρα καιρῷ τινι ἀλλοίωσιν ὑπομένειν, καὶ ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς γίνεσθαι. Διό φησιν ἡ προγραφή· « Εἰς τὸ τέλος τοῖς ἀλλοιωθησομένοις· » ὁ δὲ Σύμμαχος, « Ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν· » ὁ δὲ Ἀκύλας, « Ἐπὶ κρίνων. » Ὡς γὰρ τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ καὶ ὁ χόρτος δοκεῖ μέν τινα πρὸς βραχὺ φαίνεσθαι ὡραῖα, ὅσον δὲ οὔπω μεταβάλλει καὶ φθείρεται· οὕτως καὶ B τὰ πράγματα τοῦ λαοῦ, ἀνθοῦντα τότε, ἔμελλεν ὅσον οὔπω μεταβάλλειν. Διὸ καὶ ὁ Σωτὴρ ἐν ταῖς διδασκαλίαις ἔλεγε· « Καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ· » καὶ πάλιν· « Εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον· » ἀλλὰ καὶ, « Πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα αὐτῆς ὡς ἄνθος χόρτου. Ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσε· τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα· » οἷς ὁ Προφήτης κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς προστίθησι λέγων· « Ἀληθῶς χόρτος ὁ λαός· ἐξηράνθη ὁ χόρτος, ἐξέπεσε τὸ ἄνθος, » ἀκαλύπτως τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ὑπηλιώσας. Αὐτὰ δὴ οὖν ταῦτα καὶ νῦν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ Δαυῒδ μαρτύρεται, προαναφωνοῦν τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι τοῦ λαοῦ ἀλλοίωσιν καὶ μεταβολήν. Διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται, « Ἐπὶ κρίνων C μαρτυρίας· » κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, « Ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν μαρτυρία· » κατὰ δὲ τοὺς Ἑβδομήκοντα, « Τοῖς ἀλλοιωθησομένοις εἰς στηλογραφίαν. » Πολλὴν δὲ ἀκολουθίαν ἔχοι ἂν πρὸς τὰ ἐν τῷ πρὸ τούτου λελεγμένα. Ἐπεὶ κἀκεῖνος τὴν τοῦ ἔθνους ἀποβολὴν ἐδήλου λέγων· « Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν, καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων, καὶ κυκλώσουσι πόλιν, » καὶ τὰ ἐπιφερόμενα. Οἷς ἑξῆς περὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν ἔφασκε· « Καὶ σὺ, Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, πρόσχες τοῦ ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη. » Τὴν δὲ στηλογραφίαν καὶ νῦν ὡς καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὁ μὲν Ἀκύλας, « ταπεινοῦ τελείου τοῦ Δαυῒδ· » ὁ δὲ Σύμμαχος, « ταπεινόφρονος τοῦ Δαυῒδ καὶ ἀμώμου, » ἡρμήνευσαν. Στήλης γὰρ ἦν ἀξία ἡ τοῦ τοσούD του βασιλέως μετριοφροσύνη. Τοσούτων γὰρ πολέμων περιγενόμενος, καὶ τοὺς μέχρι τῆς Μέσης τῶν ποταμῶν ὑποτάξας, ὑποφόρους τε αὐτοὺς καταστησάμενος, ἐν τῷ οἰκείῳ διέμενεν ἤθει, ἐν ᾧ καὶ ὅτε ἠλαύνετο ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, καὶ τὰς ἐρήμους φεύγων κατῴκει, διέπρεπε. Καὶ τότε γὰρ ὑπὸ τῆς θείας Γραφῆς, ὡς ταπεινὸς τέλειος, ἢ ταπεινόφρων καὶ ἄμωμος στηλῶν αἰωνίων ἠξιοῦτο· καὶ νῦν δ' ὅτε βασιλεύων τοσούτοις ἐπεξῄει πολεμίοις, καὶ τὸν ἁπάντων συνῆγε πλοῦτον, ἐπὶ τῆς αὐτῆς διέμενε προαιρέσεως· διὸ στηλογραφίας ἠξιοῦτο, καὶ πνεύματος ἠξιοῦτο προφητικοῦ.

Observes porro velim hoc tempore, cum Israel regnante Davide, usque ad Mesopotamiam imperium obtineret, ac vectigalia a finitimis gentibus acciperet, promissionem Dei ad Abraham factam opere completam esse, qua pollicitus erat se daturum semini ejus totam terram a flumine Ægypti usque ad

Ἐπιτήρει δὲ ὅπως κατὰ τοῦτον τοῦ χρόνου ὁ Ἰσραὴλ, βασιλεύοντος Δαυῒδ, μέχρι τῆς Μέσης τῶν ποταμῶν ἐκράτει, καὶ φόρους παρὰ τῶν πέριξ ἐθνῶν ἐλάμβανε, τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίας τῆς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ εἰς ἔργα χωρούσης· δι' ἧς ἐπηγγέλλετο δώσειν τῷ σπέρματι αὐτοῦ πᾶσαν τὴν γῆν ἀπὸ τοῦ πο-

[98] Matth. vi, 28. [99] ibid. 30. [1] Isa. xl, 6-8. [2] ibid. 7. [3] Psal. lviii, 7.

ταμοῦ Αἰγύπτου, μέχρι τοῦ ποταμοῦ Εὐφράτου· ἃ A δὴ βασιλεύοντος τοῦ Δαυῒδ ἔργοις ἐπληροῦτο· τοῦτο γοῦν καὶ ἡ παρατεθεῖσα ἱστορία τῆς Βασιλειῶν γραφῆς ἐμαρτύρει. Ἀλλὰ γὰρ φωτισθεὶς ὁ προφήτης ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, θεσπίζει τὰ ἐν τοῖς μέλλουσι χρόνοις συμβησόμενα. Τίνα δὲ ἦν ταῦτα διδάσκει λέγων· « Εἰς τὸ τέλος τοῖς ἀλλοιωθησομένοις. » Εἶθ' ἑξῆς προϊὼν ἐπάγει· « Ὁ Θεὸς, ἀπώσω ἡμᾶς καὶ καθεῖλες ἡμᾶς, » καὶ τὰ ἑξῆς· οἷς μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· « Ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ· ἀγαλλιάσομαι καὶ διαμεριῶ Σίκιμα, καὶ τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω, » καὶ τὰ ἑξῆς. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων τοῦ Θεοῦ διαλλαγὰς πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους. Ὁ Θεὸς γὰρ, φησὶν, ἐλάλησε, καὶ λαλήσας ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ τῷ Γαλαὰδ καὶ τῷ Μανασσῇ, καὶ τῷ Ἐφραῒμ, καὶ τῷ Ἰούδᾳ, συμπεριλαμβάνει τὸν Μωὰβ B καὶ τὴν Ἰδουμαίαν καὶ πάντας τοὺς λοιποὺς ἀλλοφύλους. « Μωὰβ » γὰρ, φησὶ, « λέβης τῆς ἐλπίδος μου· » ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκε, « Μωὰβ λέβης ἀμεριμνίας μου· » ὁ δὲ Ἀκύλας, « Μωὰβ λέβης λουτροῦ μου. » Εἶτα περὶ τῆς Ἰδουμαίας αὐτὸς ἐπαγγέλλεται λέγων· « Ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐκτενῶ τὸ ὑπόδημά μου· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐπιβήσομαι τῷ ὑποδήματί μου. » Καὶ τοιαῦτα μὲν ἐπαγγέλλεται τῷ Μωὰβ καὶ τῇ Ἰδουμαίᾳ. Περὶ δὲ τῶν ἀλλοφύλων πάλιν ὁ αὐτὸς ἐπιλέγει· « Ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν· » ἢ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν· « Ἐπ' ἐμὲ Φυλιστιαία (*sic*) ἡταιρήσατο· » κατὰ δὲ τὸν Θεοδοτίωνα, « Ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ἐφιλίασαν. » Αὐτὰ δὲ ταῦτα τοῖς αὐτοῖς ῥήμασι, καὶ αὐταῖς C λέξεσι καὶ ἐν τῷ ρζʹ εἴρηται ψαλμῷ, ἐν ᾧ καὶ κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα φιλιάσειν τῷ Θεῷ οἱ ἀλλόφυλοι θεσπίζονται. Γέγραπται γοῦν καὶ ἐν ἐκείνῳ· « Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου. Ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐπιβαλῶ τὸ ὑπόδημά μου, ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ἐφιλίασαν. » Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ἀλλοφύλων διῆλθε. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐκ προσώπου τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ ἡ προφητεία πάλιν ἐπάγει φάσκουσα· « Οὐχὶ σὺ ὁ Θεὸς ὁ ἀπωσάμενος ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν; » Ἃ δὴ ὅμοια γένοιτ' ἂν τοῖς κατὰ τὴν ἀρχὴν λελεγμένοις ἐν τῷ, « Ὁ Θεὸς, ἀπώσω ἡμᾶς καὶ καθεῖλες ἡμᾶς· » δι' ὧν σαφῶς ἑαυτοὺς μὲν ἀπεῶσθαι λέγουσι καὶ καθαιρεῖσθαι, μὴ ἔχειν τε τὸν Θεὸν βοηθὸν ἐν ταῖς ἑαυτῶν δυνάμεσι· τοὺς δὲ ἀλλοφύλους καθόλου μὲν πάντας φίλους γεγονέναι τῷ Θεῷ, ἰδίως δὲ τὸν D Μωὰβ λέβητα αὐτοῦ τῆς ἐλπίδος, ἢ λέβητα τοῦ λουτροῦ αὐτοῦ, ἢ τῆς ἀμεριμνίας αὐτοῦ γεγονέναι· τὴν δὲ Ἰδουμαίαν τοῦ ὑποδήματος τοῦ Θεοῦ κατηξιῶσθαι. Ταῦτ' οὖν τῷ Πνεύματι τῷ θείῳ φωτισθεὶς ὁ Δαυῒδ, κοινοποιεῖ τὸν λόγον ὡς ἐκ προσώπου τοῦ παντὸς λαοῦ καί φησιν· « Ὁ Θεὸς, ἀπώσω ἡμᾶς καὶ καθεῖλες ἡμᾶς· » ἢ, κατὰ τὸν Σύμμαχον· « Ὁ Θεὸς, ἀπεβάλου ἡμᾶς, καὶ διέκοψας ἡμᾶς· » σαφῶς ἀποβολὴν καὶ ἀποκοπὴν αὐτῶν δηλώσας. Εἶτ' ἐπιλέγει· « Ὠργίσθης, καὶ ᾠκτείρησας ἡμᾶς· » κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, « Θυμωθεὶς μετέστρεψας ἡμᾶς· » κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, « Ὠργίσθης, καὶ περιήγαγες ἡμᾶς· » κατὰ δὲ τὴν πέμπτην ἔκδοσιν, « Καὶ περιήγαγες ἡμᾶς. » Ταῦτα δὲ μᾶλλον τῶν λόγων ἢ τῶν πραγμάτων ἔκβασις παρίστησι.

A Euphratem; quod Davide regnante revera contigit, ut allata Regnorum historia testificabatur. Ad hæc etiam Spiritu sancto illustratus Propheta, vaticinatur ea quæ futuro post tempore eventura sunt. Quænam autem illa essent, his verbis docet, « In finem pro iis qui immutabuntur. » In sequentibus vero infert, « Deus, repulisti nos et destruxisti nos, » et cætera. Quibus postea subjungit, « Deus locutus est in sancto suo, exsultabo et dividam Sichima, et convallem Tabernaculorum dimetiar, » et reliqua. His porro significat Dei reconciliationem cum alienigenis. Deus enim, ait, locutus est, ac in sancto suo locutus ad Galaad, Manassen, Ephraim et Judam; Moab et Idumæam ac reliquos omnes alienigenas una complectitur. Nam « Moab, inquit, le- B bes spei meæ; » pro quo Symmachus edidit, « Moab lebes securitatis meæ; » Aquila vero, « Moab lebes lavacri mei. » Deinceps de Idumæa hæc ipse pollicetur, « In Idumæam extendam calceamentum meum; » sive secundum Symmachum, « In Idumæam conscendam calceamento meo. » Et hæc quidem Moab et Idumææ pollicetur. De alienigenis rursum adjicit, « Mihi alienigenæ subditi sunt; » sive secundum Aquilam, « Mihi Philisthæa amica fuit; » secundum Theodotionem autem, « Mihi alienigenæ amici facti sunt. » Hæc porro ipsis verbis et vocibus in CVII psalmo dicta sunt, in quo secundum LXX Interpretes, amicos Dei futuros alienigenas in vaticinio fertur. Scriptum itaque est in illo: C « Moab lebes spei meæ. In Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ amici facti sunt [a]. » Et hæc quidem de alienigenis enarravit. Sub hæc autem ex persona Judaici populi prophetia rursum adjicit: « Nonne tu, Deus, qui repulisti nos, et non egredieris in virtutibus nostris [b]? » Quæ similia sunt iis quæ ab initio dicta fuere, « Deus, repulisti nos et destruxisti nos: » queis perspicue se repulsos et destructos fuisse narrant, neque Deum in virtutibus, sive in exercitibus suis opitulantem habere: alienigenas vero generatim omnes amicos Dei effectos esse; Moab vero speciatim lebetem spei ejus, seu lebetem lavacri ejus, vel securitatis ejus esse; Idumæamque calceamento Dei dignatam fuisse. Hæc illustratione Spiritus divini D edoctus David, quasi ex persona totius populi, dicit, « Deus, repulisti nos et destruxisti nos; » sive, secundum Symmachum: « Deus, abjecisti nos, et abscidisti nos, » abjectionem et abscissionem manifeste significans. Subjungit postea, « Iratus es, et misertus es nobis; » secundum Aquilam vero, « Iratus avertisti nos; » secundum Symmachum, « Iratus es, et circumduxisti nos; » secundum quintam editionem, « Et circumduxisti nos. » Hæc porro eventus rerum plus quam verba declarat.

[a] Psal. CVII, 10. [b] ibid. 12.

Post Salvatoris itaque nostri adventum, quando invasit eos ira in finem, hæc omnia passi, repulsi, destructi et abjecti sunt; abscissi item et circumducti, in omnesque gentes dispersi. Sed etiam, « commovisti, inquit, terram et conturbasti eam, quia sexcenta ibi mala inerant; in terra dico eorum, scilicet Jerusalem, ubi regia et sanctuarium, ubi omnia in lege veneranda persolvebantur: sive etiam in tota illorum regione; sive in animabus eorum tropice terra nuncupatis. Quæ omnia confertim ob improba eorum facinora, commota et conturbata sunt. Attamen rogat Propheta in sequentibus : « Sana contritiones ejus, quia commota est. » A proprio namque loco et situ commota et concussa prædicta terra, contritionibus et ruinæ suberat. Quare sub hæc additur : « Ostendisti populo tuo dura : » et vino compunctionis potat illos; sive secundum Aquilam, « vino soporis; » sive secundum Symmachum, « vino jactationis. » Ac dicere licet, divinarum Scripturarum verbum, quo eorum in Christum incredulitas arguitur, vinum esse compunctionis, eorum conscientia per prophetias de Christo, necnon per præsentem rerum conditionem, ac per conversionem gentium compuncta et vulnerata. Hæc quippe, etiamsi non fucati videantur esse, eorum conscientiam pungunt, feriunt, et ad sensum suæ erga Salvatorem et Dominum nostrum infidelitatis adducunt. Sed illis quidem hæc eventura esse vaticinatur. Iis autem qui ad Christum Dei conventuri, ejusque salutem suscepturi sunt, hæc postea annuntiat : « Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus; » secundum Aquilam vero, « Dedisti metuentibus te signum, ut significentur a facie firmitatis; » secundum Symmachum autem, « Dedisti metuentibus te signum, ut fugiant a facie sagittarum. » Si illi, de quibus superius, hoc signo notati fuissent, non repellendi, nec destruendi, nec iræ tradendi erant. Sed quia signum illud salutare recipere noluerunt, jure in hæc inciderunt. At qui timent Dominum, (sic eos qui credunt ex gentibus, ut plerumque demonstravimus, Scriptura solet appellare,) accepto signo, illoque usi, ac in vultu obsignati, locum invenerunt fugiendi a facie arcus, nullo spiritualium et invisibilium inimicorum ipsos, ob signum cum illis tum antiquis inditum, ferire audente. Moyses siquidem domorum limina sanguine agni paschalis obsignari Israelitis præcepit, ut exterminator averteretur [e]. In Ezechiele itidem, cum evertenda urbs esset, dixisse scribitur Deus ei, qui tunc temporis podere induebatur : « Transi per mediam civitatem Jerusalem, et da signa super frontes virorum gementium et dolentium super cunctis iniquitatibus quæ fiunt in medio ipsorum [f]. » Deinde aliis dicitur : « Ite in civitatem post eum, et percutite : ne parcatis oculis vestris, neque misereamini senem et adolescentem, parvulos, et virginem, et

[e] Exod. xii, 7. [f] Ezech. ix, 4.

A Μετὰ γοῦν τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν πάντα ταῦτα πεπόνθασιν, ὅτε ἔφθασεν ἐπ' αὐτοὺς ὀργὴ εἰς τέλος, ἀπώσθησάν τε καὶ καθηρέθησαν καὶ ἀπεβλήθησαν· διεκόπησάν τε καὶ περιήχθησαν διασκορπισθέντες εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Ἀλλὰ καὶ « συνέσεισας, φησὶ, τὴν γῆν, καὶ συνετάραξας αὐτὴν, » διὰ τὸ μυρία κακὰ ἐν αὐτῇ γίγνεσθαι· λέγω δὲ τῇ αὐτῶν γῇ, ἤτοι τῇ Ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾗ καὶ τὸ βασίλειον, καὶ τὸ ἁγίασμα, καὶ πάντα τὰ σεμνὰ τοῦ νόμου συνετελεῖτο· ἢ καὶ πάσῃ αὐτῶν τῇ χώρᾳ, ἢ καὶ ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν τροπικῶς γῆν ὠνομασμέναις. Ἃ δὴ πάντα ἀθρόως διὰ τὰς παρανόμους αὐτῶν πράξεις συνεσείσθη καὶ συνεταράχθη. Ὅμως δ' οὖν ἱκετεύει ὁ προφήτης λέγων ἑξῆς· « Ἴασαι τὰ συντρίμματα αὐτῆς, ὅτι ἐκινήθη. » Κινηθεῖσα γὰρ καὶ σαλευθεῖσα τῆς οἰκείας μονῆς καὶ στάσεως ἡ προλεχθεῖσα γῆ, συντρίμματα καὶ κατάγματα ἐκτήσατο. Διόπερ ἑξῆς ἐπιλέγεται· B « Ἔδειξας τῷ λαῷ σου σκληρά· » καὶ ποτίζει δὲ αὐτοὺς οἶνον κατανύξεως· ἢ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « οἶνον καρώσεως· » ἢ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, « οἶνον σάλου. » Καὶ ἔστι γε εἰπεῖν τὸν ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν λόγον, ἐλεγκτικὸν ὄντα αὐτῶν τῆς εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ἀπιστίας, οἶνον ὑπάρχειν κατανύξεως, νυττομένης αὐτῶν καὶ τιτρωσκομένης τῆς συνειδήσεως ἀπὸ τῶν περὶ τοῦ Σωτῆρος προφητειῶν· ἔξ αὐτῶν τε τῶν περιεχόντων αὐτοὺς πραγμάτων καὶ ἐκ τῆς τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφῆς. Ταῦτα γὰρ, κἂν ἀπροσποίητα εἶναι δοκῶσιν, ὅμως τὴν συνείδησιν αὐτῶν τιτρώσκει, πλήττοντα καὶ εἰς συναίσθησιν αὐτοὺς ἄγοντα τῆς εἰς C τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν ἀπιστίας. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν τοιαῦτα μέλλειν ἔσεσθαι θεσπίζει. Τοὺς δὲ μέλλοντας προστρέχειν τῷ Χριστῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δι' αὐτοῦ σωτηρίαν παραδέχεσθαι, εὐαγγελίζεται ἑξῆς λέγων· « Ἔδωκας τοῖς φοβουμένοις σε σημείωσιν τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου. » Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν· « Ἔδωκας, φησὶ, τοῖς φοβουμένοις σε σύσσημον, τοῦ σημειοῦσθαι ἀπὸ προσώπου βεβαιότητος· » κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· « Ἔδωκας τοῖς φοβουμένοις σε σημεῖον, εἰς τὸ ἐκφυγεῖν ἀπὸ προσώπου τοξεύματος. » Εἰ μὲν οὖν ἦσαν καὶ οἱ διὰ τῶν ἔμπροσθεν δεδηλωμένοι τῷ σημείῳ τούτῳ, οὐκ ἂν ἀπώσθησαν, οὐδ' ἂν καθηρέθησαν, οὐδ' ἂν τῇ ὀργῇ παρεδόθησαν· ἀλλ' ἐπεὶ μὴ ἠβουλήθησαν καταδέξασθαι τὸ σωτήριον σημεῖον, εἰκότως τούτοις περιπεπτώκασιν. Οἱ δέ γε D φοβούμενοι τὸν Κύριον (οὕτω δὲ εἴωθε καλεῖν ὁ λόγος τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντας, ὡς πολλάκις διὰ πλειόνων ἐδείξαμεν), λαβόντες τὸ σημεῖον χρησάμενοί τε αὐτῷ, καὶ κατὰ τοῦ προσώπου σφραγιζόμενοι, εὕραντο φυγὴν ἀπὸ προσώπου τόξου, μηδενὸς νοητοῦ καὶ ἀοράτου πολεμίου βάλλειν αὐτοὺς τολμῶντος διὰ τὸ ἐπικείμενον αὐτοῖς σημεῖον καὶ τοῖς παλαιοῖς δεδομένον. Μωϋσῆς μὲν γὰρ τὰς φλιὰς τῶν οἴκων τῶν Ἰσραηλιτῶν αἵματι τοῦ προβάτου τοῦ Πάσχα κατασημαίνεσθαι διετάξατο εἰς ἀποτροπὴν τοῦ ὀλοθρευτοῦ· καὶ ἐν τῷ Ἐζεκιὴλ δὲ, μελλούσης ἀφανίζεσθαι τῆς πόλεως, ἀναγέγραπται ὁ Θεὸς εἰρηκὼς πρὸς τὸν ἐνδεδυμένον τὸν ποδήρη, ὅστις ποτ' ἦν· « Δίελθε μέσην τὴν πόλιν

τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ δὸς τὰ σημεῖα ἐπὶ τὰ μέτωπα τῶν ἀνδρῶν τῶν καταστεναζόντων καὶ τῶν κατοδυνωμένων ἐπὶ πάσαις ταῖς ἀνομίαις ταῖς γινομέναις ἐν μέσῳ αὐτῶν. » Εἶθ' ἑτέροις ἐλέχθη· « Πορεύεσθε εἰς τὴν πόλιν ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ κόπτετε· μὴ φείδεσθε τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, καὶ μὴ ἐλεήσητε πρεσβύτερον καὶ νεανίσκον, καὶ νήπια καὶ παρθένον, καὶ γυναῖκας ἀποκτείνατε εἰς ἐξάλειψιν· ἐπὶ δὲ πάντας ἐφ' οὓς ἐστι τὸ σημεῖον μὴ ἐγγίσητε, καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἄρξασθε. » Ὁρᾷς ὅπως οἱ μὲν ἀπώλοντο· οἱ δὲ τὸ σημεῖον ἐπὶ τοῦ μετώπου φέροντες διεσώζοντο; τοιοῦτοί τινες ἦσαν καὶ οὓς ἡ παροῦσα στηλογραφία παρίστησι λέγουσα· « Ἔδωκας τοῖς φοβουμένοις σε σημείωσιν τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου· » οὐ γὰρ τῷ Ἰσραὴλ, φησὶν, ἔδωκας, ἀλλὰ τοῖς φοβουμένοις σε. Ὅτι δὲ ἔθος ἐστὶ τῇ προφητείᾳ φοβουμένους τὸν Κύριον καλεῖν τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγοντας, πολλάκις ἀπεδείξαμεν, καθὼς προείρηται. Ὥσπερ οὖν ἀπὸ προσώπου τοῦ ὀλοθρευτοῦ διέφυγόν ποτε οἱ ἐν Αἰγύπτῳ τὰς πληγὰς, χρήσαντες τῷ σημείῳ τοῦ αἵματος, τὸν αὐτὸν τρόπον εἰς ἀποτροπιασμὸν τοῦ πολεμίου καὶ ἐχθροῦ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, τοῦ τοξεύειν καὶ καταβάλλειν αὐτὰς ἐπὶ τὴν τῆς εἰδωλολατρείας πλάνην εἰωθότος, δέδοται τὸ λεγόμενον ἐνταῦθα σημεῖον τοῖς φοβουμένοις τὸν Κύριον.

« Ὅπως ἂν ῥυσθῶσιν οἱ ἀγαπητοί σου, σῶσον τῇ δεξιᾷ σου, καὶ ἐπάκουσόν μου. » Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα μέχρι τοῦ τέλους καὶ ὁ ρζ' περιέχει ψαλμός. Ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς προκειμένοις τὰ προλεχθέντα ἀποβολὴν ἐδήλου τοῦ Ἰσραήλ· τοῦ ρζ' τὰ πρὸ τούτου, « ὅπως ἂν ῥυσθῶσιν οἱ ἀγαπητοί σου » καὶ τῶν ἐπιφερομένων, σαφῆ κλῆσιν ἐθνῶν θεσπίζει. Προειπὼν γὰρ ὁ λόγος ἐν τῷ ρζ', « Ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ὁ Θεὸς, ἑτοίμη ἡ καρδία μου· ᾄσομαι καὶ ψαλῶ. Ἐξεγέρθητι, ἡ δόξα μου, ἐξεγέρθητι, ψαλτήριον καὶ κιθάρα, ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου, » ἐπιφέρει· « Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς, Κύριε, ψαλῶ σοι ἐν ἔθνεσιν· ὅτι μέγα ἐπάνω τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός σου, καὶ ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν. Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς, ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου. » Εἶτ' ἐπιλέγει τὰ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας προκειμένα λόγῳ· « Ὅπως ἂν ῥυσθῶσιν οἱ ἀγαπητοί σου, σῶσον τῇ δεξιᾷ σου, καὶ ἐπάκουσόν μου, » καὶ τὰ λοιπὰ συμφώνως τοῖς προκειμένοις. Σφόδρα δὲ ἐθαύμασα τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν οἰκονομίαν· ἀπὸ γὰρ δύο στηλογραφιῶν ἕνα ψαλμὸν πεποίηκε, τὸν ρζ'. Τὰ μὲν γὰρ πρῶτα, ἐν οἷς ἐλέγετο· « Ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ὁ Θεὸς, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀπὸ τῆς τοῦ νς' στηλογραφίας τοῦ Δαυῒδ ἐξελὼν, ἐν ᾗ καὶ αὐτῇ λέλεκτο· ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ὁ Θεὸς, ἑτοίμη ἡ καρδία μου· ᾄσομαι καὶ ψαλῶ, » καὶ τὰ ἐπιλεγόμενα δ' ἑξῆς συμφώνως τοῖς ἐν τῷ ρζ' μέχρι τοῦ· « Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς, ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου· » τὰ δὲ δεύτερα τὰ ἀπὸ τοῦ, « Ὅπως ἂν ῥυσθῶσιν οἱ ἀγαπητοί σου, σῶσον τῇ δεξιᾷ σου καὶ ἐπάκουσόν μου, » σὺν τοῖς μέχρι τέλους ἐπενηνεγμένοις ἀπὸ τῆς μετὰ χεῖρας στηλογραφίας, διδάσκοντος ἡμᾶς θείου Πνεύματος μίαν καὶ τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἐμφέρεσθαι ἐν ἀμφοτέροις. Ἐν μὲν γὰρ τῷ νς' ἐξομολογήσασθαι τῷ Κυρίῳ ἐν λαοῖς καὶ ψάλλειν αὐτῷ ἐν ἔθνεσιν εὐηγγελίζετο· ἐν δὲ τῷ μετὰ χεῖρας ἀποβολὴν σημαίνει τοῦ Ἰσραὴλ,

mulieres occidite ad internecionem : ad eos autem super quos est signum ne accedatis, et a sanctis meis incipite [8]. » Viden' quo pacto alii quidem occisi; ii vero qui signum in fronte ferrent servati fuerint? Tales ii erant, quos hæc tituli inscriptio indicat his verbis : « Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus. » Non enim ait, Israeli dedisti, sed timentibus te. Quod autem prophetiæ consuetum sit timentes Dominum vocare eos ex gentibus, qui ad Deum confugerunt, plerumque demonstravimus, uti supra dictum est. Quemadmodum igitur exterminatoris plagas, signo sanguinis usi, fugiebant qui in Ægypto erant [9], eadem ratione ad avertendum humanarum animarum hostem et inimicum, qui solet eas telis impetere, et in idololatriæ errorem deducere, signum hic memoratum metuentibus Dominum collatum est.

Vers. 7. « Ut liberentur dilecti tui, salvum fac dextera tua, et exaudi me. » Hæc et sequentia ad finem usque cvii item psalmus complectitur. Sed in præsenti quæ præmissa sunt, abjectionem Israelis; quæ isthæc verba psalmi cvii, « ut liberentur dilecti tui, » et sequentia præcedunt, vocationem gentium manifeste vaticinantur. Nam cum in psalmo cvii dixisset, « Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, cantabo et psallam. Exsurge, gloria mea, exsurge, psalterium et cithara, exsurgam diluculo [10], » adjicit : « Confitebor tibi in populis, Domine, psallam tibi in gentibus : quoniam magna est super cœlos misericordia tua, et veritas tua usque ad nubes. Exaltare super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua [11]. » Deinde adjicit ea quæ in præsenti feruntur : « Ut liberentur dilecti tui, salvum fac dextera tua, et exaudi me [12], » et cætera præsentibus similia. Admodum vero mirari subit Spiritus sancti dispensationem : ex duabus namque tituli inscriptionibus unum psalmum concinnavit, scilicet cvii. Priora enim, quæ sic habent : « Paratum cor meum, Deus, » et cætera, ex tituli inscriptione Davidis lvi exsumpsit, in qua item dictum fuerat : « Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, cantabo et psalmum dicam [13], » et quæ sequuntur, iis quæ in cvii feruntur similia, usque ad illud, « Exaltare super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua [14] : » posteriora autem ab illo, « Ut liberentur dilecti tui, salvum fac dextera tua, et exaudi me, » cum iis quæ ad finem usque habentur, ex præsenti tituli inscriptione mutuatus est; docente nos Spiritu divino unam eamdemque in utroque sententiam ferri; nam in lvi se confiteri Domino in populis et psallere ipsi in gentibus annuntiabat; in præsenti autem Judæorum abjectionem significat, ut in præmissis docetur. Ac post

[8] Ezech. ix, 5, 6. [9] Exod. xii, 7. [10] Psal. cvii, 2, 3. [11] ibid. 4-6. [12] ibid. 7. [13] Psal. lvi, 8. [14] ibid. 10.

prima illa, queis indicabatur abjectio prioris populi, signumque metuentibus ipsum conferendum esse; intermedio diapsalmate, orationem Deo Spiritus sanctus emittit dicens: « Ut liberentur dilecti tui, salvum fac dextera tua, et exaudi me. » Ita vero supplicat rogans, ut, sua usus dextera, Deus eripiat salvosque faciat dilectos suos; neque simpliciter ita supplicat, « Salvum fac, » sed adjicit, « dextera tua, » primo ut eripiat, secundo ut salvum faciat. Dilectos autem Dei nullos noverat, nisi homines qui ad imaginem ejus facti sunt. Quamvis enim in peccata lapsi, attamen ob substantiam animæ spiritualem et rationabilem, dilecti Dei vocantur. Deum itaque, mentione dilectorum suorum facta, placare conatur, rogatque ut a spiritualibus inimicis et hostibus eripiantur, atque ereptos, dextera sua salute donet. Dexteram autem Dei quam dixeris esse, nisi Christum tropice sic vocatum? Ut enim alias virtus et sapientia, justitia et sanctificatio et redemptio dictus est; sic jam dextera vocatus fuerit, quia dextera et salutaria omnibus hominibus procuraturus erat.

A ὥσπερ οὖν ἐδίδασκε τὰ προλεχθέντα. Καὶ δὴ μετὰ τὰ πρῶτα, δι' ὧν ἐδηλοῦτο ἡ ἀποβολὴ τοῦ προτέρου λαοῦ, τό τε σημεῖον τὸ τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν δοθησόμενον, ἑξῆς μέσου διαψάλματος παρεντεθέντος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εὐχὴν ἀναπέμπει τῷ Θεῷ φάσκον· « Ὅπως ἂν ῥυσθῶσιν οἱ ἀγαπητοί σου, σῶσον τῇ δεξιᾷ σου, καὶ ἐπάκουσόν μου. » Ἱκετεύει δὲ ταῦτα δεόμενον, ὅπως, τῇ αὐτοῦ χρησάμενος δεξιᾷ ὁ Θεὸς, ῥύσηται καὶ σώσῃ τοὺς ἀγαπητοὺς αὐτοῦ· καὶ οὐχ ἁπλῶς ἱκετεύει, « Σῶσον, » ἀλλὰ « τῇ δεξιᾷ ἑαυτοῦ » πρῶτον μὲν ῥύσασθαι, ἔπειτα σῶσαι. Ἀγαπητοὺς δὲ τοῦ Θεοῦ οὐδ' ἄλλους ἠπίστατο ἢ τοὺς κατ' εἰκόνα τὴν αὐτοῦ πεποιημένους ἀνθρώπους. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ὑποπεπτώκασι τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλ' ὅμως διὰ τὴν (1) ψυχῆς οὐσίαν νοερὰν οὖσαν καὶ λογικὴν, ἀγαπητοὶ εἴρηνται τοῦ Θεοῦ. B Δυσωπεῖ τοίνυν ὁ λόγος τὸν Θεὸν διὰ τῆς μνήμης τῶν ἀγαπητῶν αὐτοῦ, παρακαλεῖ τε ῥύσασθαι αὐτοὺς ἀπὸ νοητῶν τε ἐχθρῶν καὶ πολεμίων· ῥυσάμενόν τε σῶσαι αὐτοὺς διὰ τῆς ἑαυτοῦ δεξιᾶς. Δεξιὰν δὲ τοῦ Θεοῦ τίνα ἂν τις εἴποι ἢ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ τροπικῶς οὕτως ὠνομασμένον, Ὡς γὰρ ἀλλαχοῦ δύναμις καὶ σοφία λέλεκται, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις, οὕτω καὶ νῦν δεξιὰ χρηματίσειεν ἄν· ἐπειδὴ τὰ δεξιὰ καὶ σωτήρια πᾶσιν ἀνθρώποις προξενήσειν ἔμελλεν.

VERS. 8, 9. « Deus locutus est in sancto suo, » et cætera. Cum precatus Spiritus sanctus esset ut liberarentur dilecti Dei, nihil cunctatus Deus respondet his verbis: « Exaltabor et dividam Sichimam. » Hæc per Verbum suum, quasi per interpretem locutum Deum audiens Spiritus sanctus, hæc ipsa nos edocet; quare ait, « Deus locutus est in sancto suo. » Sanctum porro Dei, qui formam servi accepit, non ignorabant olim dæmones: quamobrem clamabant, « Scimus te quis sis, Sanctus Dei [15]. » Imo vero in LXXXVIII psalmo dictum est: « Semel juravi in sancto meo, si David mentiar [16]. » Quemadmodum enim pater in filio dilecto, sic universorum Deus in Filio jurat. Hic igitur etiam « Deus locutus est in sancto suo; » sive, secundum Aquilam, « Deus locutus est in sanctificato suo. » Quandonam id impletum est, nisi cum in novissimo dierum locutus est nobis in Filio? Quid autem locutus est nisi hæc quæ sequuntur, « Exsultabo et dividam Sichima? » In CVII itaque dictum est, « Exaltabor, et dividam Sichima [17]; » idque ex re admodum, quia in eodem dictum antea fuit, « Exaltare super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua [18]. » Ad illud enim, « exaltare, » hoc reponitur, « exaltabor; » hic vero ad illud, « Salvum fac dextera tua, » et ad illud, « Ut liberentur dilecti tui, » de dilectorum suorum salute gaudens sic respondet, « Exsultabo; » sive, secundum Aquilam, « Gloriabor; » sive, secundum Symmachum, « Gloriabor et distribuam Sichima. » Hæc autem portio olim Josepho ex prærogativa quadam deputata fuit: ob quam olim altum sapiebant Judæi, nunc vero gens Samaritanorum. Ea autem ipsa est Sichima

Vers. 7, 8. « Dies super dies regis adjicies, anni ejus usque in diem generationis et generationis ejus permanebunt in æternum in conspectu Dei. Misericordiam et veritatem ejus quis requiret? » Cum antea dixisset, « Quoniam tu, Deus, exaudisti orationes meas, » per transgressionem adjecit illud, « Dies super dies regis adjicies. » Exaudi, inquit, orationes meas, dies super dies mihi adjecisti; in medio autem interposita est timentium nomen Domini mentio, quia prophetia ipsis quoque hæreditatem promisit. Hæreditas autem illa æterna vita erat, quæ his significatur, « Dies super dies regis adjicies. » Magna itaque postulanti regi Davidi, pollicetur Deus per Spiritum sanctum, se dies super dies ipsi adjecturum, et annos ejus in diem generationis et generationis. Hanc enim ipsi promisit hæreditatem : quod et in xx psalmo declaratur his verbis : « Domine, in virtute tua lætabitur rex. Desiderium cordis ejus tribuisti ei [50]; » et postea : « Vitam petiit a te, et tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum et in sæculum sæculi [51]. » Quia enim cœlestium percupidus, et bona quæ penes te sunt concupiscens, precatus est; exaudisti eum, inquit, et cum exaudisses, « desiderium cordis ejus tribuisti ei, et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. » Quæ illa con-

[46] Rom. II, 10. [47] Matth. v, 3. [48] Matth. XIX, 29. [49] Psal. XV, 5, 6. [50] Psal. XX, 2. [51] ibid. 5.

cupiscentia ejus, quæ petitio labiorum ejus sit, sub hæc docet his verbis : « Vitam petiit a te, et tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum et in sæculum sæculi. » In præsenti igitur eodem modo precatus David est, et preces ejus exauditæ sunt : exauditus hanc consecutus est promissionem, qua dicitur : « Dies super dies regis adjicies, annos ejus usque in diem generationis et generationis ; » sive, secundum Symmachum, « dies diebus regis adjicies, annos ejus in quantum generatio et generatio : habitabit in æternum in conspectu Dei : misericordia et veritas circummuniet ipsum. » Hæc omnia adipiscetur qui dicere potuit : « A finibus terræ ad te clamavi, dum anxiaretur cor meum. » Nam hujusmodi profectus condignum fructum accipiet, vitam æternam. Cum dicitur autem, « Anni ejus usque in diem generationis et generationis, » significatur Davidem non solum tempore vitæ suæ memorandum esse, sed per singulas generationes ; sive per duas generationes, queis subindicatur populus ex circumcisione, et Ecclesia ex gentibus. Quanto igitur tempore prima illa generatio divinas legit Scripturas, Davidem in memoria retinet ; secunda vero generatio, quæ electa ex omnibus gentibus est, similiter nunquam finem facit Davidem memorandi, quia ejus in ore versatur liber generationis Jesu Christi filii David. Id itaque subindicatur his verbis, « Anni ejus usque in diem generationis et generationis. » Et hanc quidem penes homines diuturnitatem obtinebit. Apud Deum autem, inquit, nunquam peribit ; sed immortalem atque in infinitum durantem nactus vitam, « permanebit in æternum in conspectu Dei. » Quomodo autem durare possit et Dei vitæ coæquari hominum vita, sub hæc docet his verbis : « Misericordiam et veritatem ejus quis requiret ? » Quod apertius interpretatus Symmachus est dicens : « Misericordia et veritas circummuniet ipsum ; » similiter Aquila, « Misericordia et veritas servabunt eum. » Hæc ipsis immortalitatis causa, nempe Dei misericordia et veritas : quarum consors religiosus quivis homo, quasi sale conditus, in æternam vitam servabitur. Neque enim quod similis Deo secundum substantiam sit, ideo similiter vivet ; sed quia a misericordia Dei et a veritate ejus conservatur.

VERS. 9. « Sic psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi, ut reddam vota mea de die in diem. » Hæc cum Spiritus sanctus Davidis animæ inspirasset, quasi a magistro sic edoctus, fide sermonem obsignat hæc vociferans : « Sic psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi. » Nec simpliciter ait, « Psallam nomini tuo in sæculum sæculi, » sed addita voce, « Sic. » Sic quomodo ? nisi ut Spiritus sanctus docuit superius his verbis, « Misericordia et veritas circummuniet ipsum. » Sic enim misericordia tua et veritate tua circummunitus et servatus, psallam nomini tuo in sæculum sæculi. Confido enim misericordia et veritate

A ἐστέρησας αὐτόν. » Τίς δὲ ἦν ἡ ἐπιθυμία αὐτοῦ, καὶ τίς ἡ αἴτησις τῶν χειλέων αὐτοῦ, διδάσκει ἑξῆς λέγων· « Ζωὴν ᾐτήσατό σε, καὶ ἔδωκας αὐτῷ μακρότητα ἡμερῶν εἰς αἰῶνα καὶ εἰς αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. » Καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος τοίνυν παραπλησίως ἐκείνοις ηὔξατο Δαυΐδ, καὶ εὐξάμενος εἰσηκούσθη· εἰσακουσθείς τε ταύτης ἔτυχε τῆς ἐπαγγελίας, δι' ἧς εἴρηται· « Ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας βασιλέως προσθήσεις· τὰ ἔτη αὐτοῦ ἕως ἡμέρας γενεᾶς καὶ γενεᾶς· » ἤ, κατὰ τὸν Σύμμαχον· « Ἡμέρας ταῖς ἡμέραις τοῦ βασιλέως προσθήσεις, ἔτη αὐτοῦ, ἐφ' ὅσον γενεὰ καὶ γενεά· οἰκήσει αἰωνίως ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ· Ἔλεος καὶ ἀλήθεια περιφράξει αὐτόν. » Τούτων δὲ πάντων τεύξεται ὁ δυνηθεὶς εἰπεῖν· « Ἀπὸ τῶν πτερύγων τῆς γῆς πρὸς σὲ ἐκέκραξα ἐν τῷ ἀκηδιᾶσαι τὴν καρδίαν μου. »
B Τῆς γὰρ τοιαύτης προκοπῆς καρπὸν ἐπάξιον λήψεται τὴν αἰώνιον ζωήν. Φάσκων δὲ ὁ λόγος, « Τὰ ἔτη αὐτοῦ ἕως ἡμέρας γενεᾶς καὶ γενεᾶς, » σημαίνει, ὡς ἄρα ἔσται ὁ Δαυΐδ μνημονευόμενος οὐ καθ' ὃν μόνον ἐδίου χρόνον, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑκάστην γενεὰν, ἢ κατὰ δύο τινὰς γενεὰς, αἰνιττομένου τοῦ λόγου τόν τε ἐκ περιτομῆς λαὸν καὶ τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν. Ἐφ' ὅσον γοῦν χρόνον ἡ γενεὰ ἡ πρώτη τοῖς θείοις ἐντυγχάνει γράμμασι, φέρει διὰ μνήμης τὸν Δαυΐδ· καὶ ἡ δευτέρα δὲ γενεὰ ἡ τῆς ἐξ ἁπάντων ἐθνῶν ἐκλογῆς ὡσαύτως τοῦ Δαυΐδ οὔποτε διαλείπει μνημονεύουσα, διὰ τὸ φέρειν ἀνὰ στόμα τὴν βίβλον τῆς γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ Δαυΐδ. Τοῦτο οὖν ᾐνίξατο φήσας ὁ λόγος· « Τὰ ἔτη αὐτοῦ ἕως ἡμέρας γενεᾶς καὶ γενεᾶς. » Καὶ ἐν μὲν ἀνθρώποις ταύτης τεύξεται τῆς
C μακρότητος· παρὰ δὲ αὐτῷ τῷ Θεῷ οὔποτε, φησὶν, ἀπολεῖται· ἀθανάτου δὲ καὶ εἰς ἄπειρον διαρκούσης ζωῆς τυχὼν, « διαμενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. » Πῶς δὲ διαρκεῖν καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ ζωῇ συμπαρεκτείνεσθαι ἀνθρώπου φύσις οἵα τε ἂν εἴη, διδάσκει ἑξῆς φάσκων· « Ἔλεος καὶ ἀλήθειαν τίς ἐκζητήσει αὐτοῦ ; » Ὅπερ σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· « Ἔλεος καὶ ἀλήθεια περιφράξει αὐτόν· » καὶ ὁ Ἀκύλας ὁμοίως, « Ἔλεος καὶ ἀλήθεια διατηρήσουσιν αὐτόν. » Ταῦτα γὰρ τῆς ἀθανασίας αὐτῷ ἔσται αἴτια, τὸ τοῦ Θεοῦ Ἔλεος καὶ ἀλήθεια· ὧν μεταλαμβάνων πᾶς ὁ θεοφιλὴς, ὥσπερ ἀπὸ ἁλῶν ἁλιζόμενος, φυλαχθήσεται εἰς αἰώνιον ζωήν. Οὐ γὰρ δὴ ὁμοίως τῷ Θεῷ πεφυκὼς τὴν οὐσίαν,
D ὁμοίως αὐτῷ ζήσεται, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ἐλέους τοῦ Θεοῦ καὶ ὑπὸ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ διακρατούμενος.

« Οὕτως ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, τοῦ ἀποδοῦναί με τὰς εὐχάς μου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. » Ταῦτα τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῇ τοῦ Δαυΐδ ὑφηγησαμένου ψυχῇ, μαθὼν ὥσπερ παρὰ διδασκάλου τὰ λεχθέντα, ἐπισφραγίζεται τῇ πίστει τὸν λόγον ἀναφωνῶν καὶ λέγων· « Οὕτω ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· » οὐχ ἁπλῶς δὲ, « Ψαλῶ, φησὶ, τῷ ὀνόματί σου εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, » ἀλλὰ μετὰ προσθήκης τῆς, « Οὕτω. » Πῶς δὲ οὕτω ; ἀλλ' ὡς προεδίδαξε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον φῆσαν· « Ἔλεος καὶ ἀλήθεια περιφράξει αὐτόν. » Οὕτω γὰρ ὑπὸ τοῦ σοῦ ἐλέους καὶ ὑπὸ τῆς σῆς ἀληθείας περιφραττόμενος καὶ διατηρούμενος, ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου εἰς τὸν

αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Τεθάρσηκα γὰρ ζωῆς αἰωνίου τεύξεσθαι καὶ ἀθανασίας τῆς παρὰ σοὶ διὰ τὸν σὸν ἔλεον καὶ διὰ τὴν σὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' οὐ διὰ τὰς ἐμὰς ἀρετάς. « Οὕτως οὖν ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, τοῦ ἀποδοῦναί με τὰς εὐχάς μου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Ἀποδιδοὺς τὰς εὐχάς μου καθ' ἑκάστην ἡμέραν. » Οὐδεπώποτε γὰρ ἀπολείψομαι τοῦ μὴ ἀποδιδόναι τὰς ἐμὰς ἐπαγγελίας, ὥσπερ ὀφειλὰς διηνεκεῖς καὶ ἐμοὶ σωτηρίους. Ταύτας γὰρ διατελέσω καὶ εἰς τὸν ἄπειρον αἰῶνα ἀποδιδούς. Οὐδὲ γὰρ ἀργὸς καὶ ἄπρακτος ἔσομαι κατ' ἐκείνην τὴν αἰώνιον ζωήν, τὴν δὲ πρέπουσαν καὶ ὀφειλομένην ἀποδιδοὺς τῷ Θεῷ κἀκεῖ πρᾶξιν διατελέσω. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ ὀφειλομένη καὶ αὐτῷ πρέπουσα διηνεκὴς εὐχαριστία (1).

A tua, non mea virtute, me vitam æternam, et eam quæ apud te est immortalitatem adepturum. « Sic » itaque « psallam nomini tuo in sæculum sæculi, ut reddam vota mea de die in diem; » sive secundum Symmachum, « Reddens vota mea singulis diebus. » Nunquam sane desinam promissis stare, quasi perpetuis mihique salutaribus debitis. Illa enim vel per infinita sæcula reddere perseverabo. Siquidem non otiosus, non opere vacuus in illa æterna vita ero; sed congruentem debitamque Deo ibi operam præstabo. Hæc quippe est debita et ipsi congruens perpetua gratiarum actio.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΥΠΕΡ ΙΔΙΘΟΥΜ ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΞΑ'.

« Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; παρ' αὐτῷ γὰρ τὸ Σωτήριόν μου. » Ὁ μὲν προκείμενος ψαλμὸς εἴρηται μὲν τῷ Δαυΐδ, πρόκειται δὲ τῇ ἐπιγραφῇ, « ὑπὲρ Ἰδιθούμ· » διδάσκοντος ἡμᾶς τοῦ λόγου, ὡς ἄρα ὁ Δαυΐδ, ὑπὲρ τοῦ Ἰδιθοὺμ συντάξας τὸν ψαλμὸν, παρέδωκεν αὐτῷ μελετᾷν, καὶ ἀντὶ ἐπῳδῆς χρῆσθαι εἰς θεραπείαν, συμφορᾶς τινος ἐπισυμβάσης αὐτῷ. Καὶ ὁ λ' δὲ καὶ η' ἐπεγέγραπτο, « Εἰς τὸ τέλος, τῷ Ἰδιθοὺμ, ᾠδὴ τοῦ Δαυΐδ· » ἐν ᾧ καὶ αὐτῷ ὁμοίως διδασκαλίαν παρεδίδου ὁ Δαυΐδ τῷ Ἰδιθοὺμ διὰ τὴν αὐτὴν, οἶμαι, κατάστασιν. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ λέλεκται· « Οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον. Ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον, φονεύεσθε πάντες ὑμεῖς; » ἐν δὲ τῷ λη'· « Ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου, ἐκωφώθην καὶ ἐταπεινώθην, καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν, καὶ τὸ ἄλγημά μου ἀνεκαινίσθη· » καὶ πάλιν· « Ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνομιῶν μου ῥῦσαί με· ὄνειδος ἄφρονι ἔδωκάς με. » Καὶ θέα τίνα τρόπον ἐμφαίνει δι' ἀμφοτέρων ἐν πειρασμῷ τινι ἐξητάσθαι καὶ δεινὰ πεπονθέναι· διὸ ταύτας προσίετο τὰς φωνάς. Καὶ ἐν μὲν τῷ μετὰ χεῖρας ψαλμῷ προϊὼν φησι· « Πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ψευδεῖς υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγοῖς, τοῦ ἀδικῆσαι αὐτοὶ ἐκ ματαιότητος ἐπὶ τὸ αὐτό· » καὶ ἐν ἐκείνῳ δὲ ὁμοίως εἴρητο· « Πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος ζῶν· καὶ πάλιν· « Πλὴν μάτην πᾶς ἄνθρωπος· » ἅπερ οὐδὲν ἂν διαφέροι τοῦ· « Πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, αὐτοὶ ἐκ ματαιότητος ἐπὶ τὸ αὐτό. » Ἔτι πρὸς τούτοις ἐν τῷ λη' εὕροις ἂν εἰρημένον τό· « Μέντοιγε ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος. Πλὴν μάτην ταράσσονται. Θησαυρίζει, καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει αὐτά. » Σύμφωνα δὲ τούτοις εἴη ἂν καὶ τὰ μετὰ χεῖρας λεγόμενα ἐν τούτοις· « Μὴ ἐλπίζετε ἐπὶ ἀδικίαν, καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθεῖτε· πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε τῇ καρδίᾳ. » Καὶ σὺ δ' ἂν, ἐπὶ σχολῆς ἐκ παραλλήλου τὰς ἐν ἀμφοτέροις τοῖς δηλωθεῖσι ψαλμοῖς ἐγκειμένας λέξεις παραθεὶς ἀλλήλαις, εὕροις ἂν μιᾶς καὶ τῆς

B IN FINEM, PRO IDITHUM PSALMUS DAVID LXI.

VERS. 2, 3. « Nonne Deo subjecta erit anima mea? ab ipso enim Salutare meum. » Hic psalmus Davidi quidem dictus est, inscriptioni porro additur, « pro Idithum. » Quibus edocemur, Davidem cum pro Idithum psalmum adornasset, ipsi tradidisse ad meditandum; ut eo, accidente calamitate, quasi incantamento uteretur ad medelam. Item XXXVIII inscriptus est: « In finem, ipsi Idithum, canticum Davidis. » In quo similiter David doctrinam ipsi Idithum in pari rerum, ut arbitror, conditione tradidit. Nam hic dicitur: « Non movebor amplius. Quousque irruitis in hominem? interficitis universi vos. » In XXXVIII autem: « Cum consisteret pec-
C cator adversum me, obmutui et humiliatus sum, et silui a bonis, et dolor meus renovatus est [52]; » et rursum, « Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobrium insipienti dedisti me [53]. » Animadverte porro, quo pacto in utroque se in tentatione constitutum et gravia passum significet; qua de causa hasce protulit voces. Et in præsenti quidem psalmo deinceps ait: « Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris, ut injuriam faciant ipsi de vanitate in idipsum: » in illo autem similiter dicebatur: « Verumtamen universa vanitas, omnis homo vivens [54]: » ac iterum, « Verumtamen vane omnis homo [55]; » quæ in nullo differant ab hisce: « Verumtamen vani filii hominum, ipsi ex vanitate in idipsum. » Ad hæc in
D XXXVIII dictum deprehendas: « Verumtamen in imagine pertransit homo. Verumtamen vane conturbantur. Thesaurizat, et ignorat cui congregabit ea [56]; » quibus consona fuerint hæc in præsenti dicta: « Nolite sperare in iniquitate, et rapinam nolite concupiscere: divitiæ si affluant, nolite cor apponere. » Quod si tu per otium dicta in utroque psalmo posita adversum contuleris, eamdem spectare sententiam deprehendes. David itaque ipsi Idithum accidente tentatione, et fortasse lapsu, hanc

[52] Psal. XXXVIII, 2, 3. [53] ibid. 9. [54] ibid. 6. [55] ibid. 12. [56] ibid. 7-9.

(1) Post hæc sequitur catalogus titulorum Eusebii in undecim sequentes psalmos hoc ritu, Σχολικῆς ἐξηγήσεων εἰς τοὺς ὑποτεταγμένους ψαλμούς, εἰς τὸν ξα', ἐν ᾧ ἐστι διδασκαλία θεραπευτική, et sic tituli cujusque, usque ad οα', ut initio editi sunt, afferuntur.

doctrinam medelæ opportunam tradidisse videtur; A ut sese reciperet, et a lapsu revocaret. In XXXVIII quidem ipsum instituebat, ut sese cohortaretur, ac secum colloquia misceret diceretque: « Dixi: Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me, obmutui et humiliatus sum et silui a bonis, et dolor meus renovatus est [57], » et cætera. In quibus adest et illud: « Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me, opprobrium insipienti dedisti me. Obmutui et non aperui os meum, quoniam tu fecisti [58]; » ac rursus: « Amove a me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defeci [59]. » Hæc et similia ut diceret ac Deo tales orationes emitteret, in illo psalmo instituebatur Idithum; in hoc autem similiter eidem viro auctor est David B ut colloquia secum misceat ac dicat: « Nonne Deo subjecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum? » Queis significat se vacillasse, ac quamdam perturbationem animæ passum esse. Quia igitur ingruentibus tentatoribus tantillum animo fractus est, id animadvertens, non ut ille qui dicebat, « Mei autem pene moti sunt pedes [60]; » sed ut vere motus, necessario ad hæc dicenda instituitur: « Non movebor amplius; » sive secundum Aquilam, « Fallar multum; » secundum quintam editionem dicitur etiam, « Non movebor amplius. » Consonat autem doctrinæ præsentis sententia prophetiæ dicenti: « Væ qui detrahunt peccata ut funiculo longo, et quasi plaustri loro buculæ, iniquitates [61]; » atque illi: « Nunquid qui cadit, non resurget, et C qui avertitur non revertetur? Quare avertitur aversione impudenti? dicit Dominus [62]. « Hæc quippe omnia docent eum qui semel lapsus sit, ut in peccato non maneat, neque despondeat animum, neque tentationis fluxui sese dedititium præbeat. Quare necessario edocetur Idithum ad sui medelam hæc proferre: atque primo ad magnum Servatorem et animarum medicum confugere; deindeque animam suam non hominibus, neque terrorem incutientibus subjicere; sed unum magnum judicem et Deum ob oculos ponere, ipsique soli animam subjicere suam, liberamque ipsam ab omni extraneo metu statuere. Quamobrem ait: « Nonne Deo subjecta erit anima mea? » et cætera. Hic rursum salutare Hebraica voce, et ipsissimis elementis, D queis salutaris nostri Jesu nomen scribitur.

A αὐτῆς ἐχομένας διανοίας. Ὁ τοίνυν Δαυῒδ ἔοικε τῷ Ἰδιθοὺμ πειρασμῷ τινι πεπτωκότι, τάχα που καὶ ὀλισθήματι, διδασκαλίαν θεραπευτικὴν παραδεδωκέναι· ὅπως ἂν λάβοι ἑαυτὸν, καὶ ἀνακτήσοιτο τοῦ συμβάντος αὐτῷ πταίσματος. Ἐδίδασκε γοῦν αὐτὸν ἐν μὲν τῷ λη' ἑαυτῷ παραινεῖν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν διαλέγεσθαι καὶ λέγειν· « Εἶπα· Φυλάξω τὰς ὁδούς μου, τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν ἐν γλώσσῃ μου. Ἐθέμην τῷ στόματί μου φυλακὴν, ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐνώπιόν μου. Ἐκωφώθην, καὶ ἐταπεινώθην, καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν, καὶ τὸ ἄλγημά μου ἀνεκαινίσθη, » καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς. Ἐν οἷς ἦν καὶ τὸ, « Ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνομιῶν μου ῥῦσαί με· ὄνειδος ἄφρονι ἔδωκάς με. Ἐκωφώθην καὶ οὐκ ἤνοιξα τὸ στόμα μου, ὅτι σὺ ἐποίησας· » καὶ πάλιν· « Ἀπόστησον ἀπ' B ἐμοῦ τὰς μάστιγάς σου. Ἀπὸ τῆς ἰσχύος τῆς χειρός σου ἐγὼ ἐξέλιπον. » Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐδιδάσκετο λέγειν καὶ τῷ Θεῷ τοιαύτας εὐχὰς ἀναπέμπειν ὁ Ἰδιθοὺμ ἐν ἐκείνῳ· καὶ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας δὲ ὡσαύτως τὸν αὐτὸν ἄνδρα ὁ Δαυῒδ διδάσκει ἑαυτῷ προσδιαλέγεσθαι καὶ λέγειν· « Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου. » Σημαίνει σεσαλεῦσθαι αὐτὸν, καί τινα ταραχὴν τῇ ψυχῇ πεπονθέναι. Ἐπεὶ τοίνυν, τῶν πειραζόντων ἐπιθεμένων αὐτῷ, γέγονέ τις αὐτῷ ἀτονία, ᾔσθετό τε ἑαυτοῦ οὐ κατὰ τὸν εἰρηκότα· « Ἐμοῦ δὲ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες, » ἀλλὰ καὶ ἀληθῶς σαλευθέντος· ἀναγκαίως διδάσκεται λέγειν· « Οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον· » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· « Σφαλήσομαι πολλήν· » καὶ κατὰ τὴν πέμπτην δὲ ἔκδοσιν C εἴρηται· « Οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον. » Σύμφωνος δ' ἂν εἴη ὁ νοῦς τῆς προκειμένης διδασκαλίας τῇ φασκούσῃ προφητείᾳ· « Οὐαὶ οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας· » καὶ τῷ, « Μὴ ὁ πίπτων οὐχ ἀνίσταται, καὶ ὁ ἀποστρέφων οὐχ ἀναστρέφει; Ἵνα τί ἀποστρέφεται ἀποστροφὴν ἀναιδῆ, λέγει Κύριος; » Πάντα γὰρ ταῦτα διδάσκει τὸν ἅπαξ ἡμαρτηκότα μὴ παραμένειν τῷ ἁμαρτήματι, μηδὲ ἀπογινώσκειν ἑαυτὸν, μηδὲ ἔκδοτον παρέχειν τῷ τοῦ πειρατηρίου ῥεύματι. Διὸ ἀναγκαίως διδάσκεται ὁ Ἰδιθοὺμ ἐπᾴδειν ἑαυτῷ, καὶ τὰ προκείμενα λέγειν· καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τὸν μέγαν Σωτῆρα καὶ τῶν ψυχῶν ἰατρὸν καταφεύγειν· ἔπειτα ὑποτάττειν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, μηκέτι ἀνθρώποις, μηδὲ τοῖς ἐκφοβοῦσιν· ἕνα D δὲ μόνον πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενον τὸν μέγαν κριτήν τε καὶ Θεὸν, αὐτῷ μόνῳ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὑποτάττειν, ἐλευθεροῦν τε αὐτὴν παντὸς ἀλλοτρίου φόβου. Διό φησιν· « Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; » καὶ τὰ ἑξῆς. Πάλιν δὲ κἀνταῦθα τὸ σωτήριον Ἑβραϊκῇ φωνῇ διὰ τῶν αὐτῶν στοιχείων, δι' ὧν γράφεται τὸ τοῦ σωτηρίου ἡμῶν Ἰησοῦ ὄνομα, φέρεται.

Hæc legens quispiam opportune quærat: Quid causæ est quod cum duo tantum sint « pro Idithum, » vel secundum Aquilam, « de Idithum, » inscripti, ii tamen non consequenter, sed longo intervallo dissiti jaceant (1). Hujus rei causam, cum

Εὐλόγως δέ τις ζητήσειε τούτοις ἐντυγχάνων· Τί δήποτε μόνων δύο ὄντων τῶν « ὑπὲρ τοῦ Ἰδιθοὺμ, » ἢ « περὶ τοῦ Ἰδιθοὺμ » κατὰ τὸν Ἀκύλαν εἰρημένων, οὔτ' ἐφεξῆς ἀλλήλοις κεῖνται ἀμφότεροι, μακρὰν δ' ἀπεσχοινισμένοι τυγχάνουσι. Τὴν δὲ τούτων αἰτίαν ἐν

[57] Psal. XXXVIII. 2-3. [58] ibid. 9, 10. [59] ibid. 11, 12 [60] Psal. LXXII, 2. [61] Isa. V, 18. [62] Jer. VIII, 4, 5.

(1) Hæc enarratio ex tricesimo octavo psalmo excidit.

τοῖς εἰρημένοις ἡμῖν εἰς τὸν λη', γραμματικαῖς ἀποδείξεσι παρεστήσαμεν. Ἀλλὰ καὶ τίς ἦν ὁ Ἰδιθοὺμ, ἤδη πρότερον ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ δεδηλώκαμεν, τὴν ἀπὸ τῶν Παραλειπομένων ἱστορίαν παραθέμενοι· δι' ἧς ἐδείκνυτο εἷς τῶν ἐκλελεγμένων εἰς τὸ αἰνεῖν τὸν Θεὸν γεγονώς. Γέγραπται γοῦν· « Καὶ κατέλειπον ἐκεῖ ἐναντίον τῆς κιβωτοῦ τῆς Διαθήκης Κυρίου τὸν Ἀσὰφ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ λειτουργοὺς ἐναντίον τῆς κιβωτοῦ. » Καὶ ἑξῆς εἴρηται· « Αἱμὰν καὶ Ἰδιθοὺμ, καὶ οἱ λοιποὶ ἐκλεγέντες ἐπ' ὀνόματος τοῦ αἰνεῖν τὸν Κύριον, ὅτι εἰς αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ· » καὶ πάλιν· « Μετ' αὐτῶν Αἱμὰν καὶ Ἰδιθοὺμ, σάλπιγγές τε καὶ κύμβαλα τοῦ ἀναφωνεῖν, καὶ ὄργανα τῶν ᾠδῶν τοῦ Θεοῦ, υἱοὶ Ἰδιθοὺμ εἰς τὴν πύλην· » καὶ αὖθις· « Καὶ ἔστησεν ὁ βασιλεὺς Δαυῒδ καὶ οἱ ἄρχοντες τῆς δυνάμεως εἰς τὰ ἔργα τοὺς υἱοὺς Ἀσὰφ καὶ Αἱμὰν, καὶ Ἰδιθοὺμ, τοὺς ἀποφθεγγομένους ἐν κινύρᾳ καὶ ἐν νάβλαις καὶ ἐν τυμπάνοις. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « τοὺς ἀποφθεγγομένους, » ὁ μὲν Ἀκύλας, « τῶν προφητῶν, » ὁ δὲ Σύμμαχος, « τῶν προφητευσάντων διὰ λύρας, » ἐξέδωκεν· ὥστε προφήτας χρὴ νομίζειν γεγονέναι τοὺς δηλουμένους. Καὶ αὖθις ἑξῆς εἴρηται τῷ Ἰδιθούμ· « Υἱοὶ Ἰδιθοὺμ, Γοδολείας καὶ Σουρεὶ καὶ Αἰείας, καὶ Σεδείας, καὶ Ματθίας, ἓξ μετὰ τὸν πατέρα αὐτῶν Ἰδιθοὺμ ἐν κινύραις ἀνακρουόμενοι. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « ἐν κινύραις ἀνακρουόμενοι, » πάλιν ὁ Ἀκύλας, « κιθάρᾳ προφητεύων· » ὁ δὲ Σύμμαχος, « διὰ λύρας τοῦ προφητεύοντος, » ἐξέδωκεν. Οὐκοῦν καὶ ὁ Ἰδιθοὺμ εἷς ἦν τῶν προφητευόντων διὰ λύρας· διὸ καὶ εἰκότως εἴποι ἄν τις, ἐντεῦθεν ὁρμώμενος, μὴ τὸν Δαυῒδ συντάξαι τὸν ψαλμὸν, καὶ δεδωκέναι τῷ Ἰδιθοὺμ, μηδὲ τὸν Ἰδιθοὺμ ὑποπεπτωκέναι τῷ πειρασμῷ, καὶ θεραπείας δεδεῆσθαι τῆς παρὰ τοῦ Δαυΐδ. Μηδὲ γὰρ τὴν Γραφὴν ὑπαίτιόν που τὸν Ἰδιθοὺμ εἰσάγειν· ἀλλ' ἔμπαλιν μᾶλλον τὸν Δαυῒδ πειρασμῷ περιπεπτωκέναι διδάσκειν. Διὸ καὶ φῆσαι ἂν εἰκότως, προφήτην ὄντα τὸν Ἰδιθοὺμ, τοὺς ἐν ἀμφοτέροις τοῖς προδηλωθεῖσι ψαλμοῖς λόγους συντάξαι, καὶ τῷ Δαυῒδ παραδεδωκέναι, ὡς ἂν ὠφελοῖτο καὶ θεραπεύοιτο ἐξ αὐτῶν ἐπὶ τοῖς αὐτῷ συμβεβηκόσι. Δοκεῖ δέ πως ταύτῃ τῇ διανοίᾳ συμβάλλεσθαι καὶ ὁ Σύμμαχος, τὴν προγραφὴν τοῦτον ἑρμηνεύσας τὸν τρόπον· « Ἐπινίκιος διὰ Ἰδιθοὺμ ᾠδὴ εἰς Δαυΐδ. » Καὶ μήποτε μετὰ τὸ σφάλμα τὸ ἐπισυμβὰν τῷ Δαυῒδ ἐπὶ τῇ τοῦ Οὐρίου γυναικὶ, μηκέτι οἵου τε αὐτοῦ κατὰ τὸ παλαιὸν προφητεύειν, πολλῶν δὲ πειρασμῶν ἐπανισταμένων αὐτῷ καὶ συμφορῶν ἐπαλλήλων, ὁ Ἰδιθοὺμ, Πνεύματι ἁγίῳ συντάξας τοὺς προκειμένους λόγους, ὥσπερ τινὰ φάρμακα ψυχῆς θεραπευτικὰ ἐπιδίδωσιν αὐτῷ, εἰς τὸ παραμυθεῖσθαι ἐκ τῆς ἐν αὐτοῖς διδασκαλίας; Καὶ δὴ δυσὶν ἐκδοχαῖς ἐπιβάλλοντες εἰς τὰ προκείμενα τοῖς ἐντυγχάνουσι, θατέρας αὐτῶν τὴν αἵρεσιν καταλείψομεν.

A de xxxviii ageretur, grammaticis demonstrationibus allatis descripsimus. Sed etiam quis esset Idithum, jam eodem in psalmo declaravimus, allata ad hanc rem Paralipomenon historia; qua demonstratur eum e numero delectorum ad Deum laudibus celebrandum fuisse. Scriptum itaque est[63]: « Et reliquerunt ibi coram arca Testamenti Domini Asaph et fratres ejus, ut ministrarent in conspectu arcæ[63]; » ac deinceps dicitur: « Æman et Idithum et reliqui ex nomine electi ad laudandum Dominum: quoniam in æternum misericordia ejus[64]; » ac rursum: « Cum ipsis Æman et Idithum, tubæ et cymbala ad pulsandum, et instrumenta canticorum Dei: filii Idithum in porta[65]; » ac iterum: « Et statuit rex David et principes exercitus ad ministeria filios
B Asaph et Æman et Idithum, vociferantes cinyra, nablis et cymbalis[66]. » Pro illo autem, « vociferantes, » Aquila, « prophetas, » Symmachus vero, « prophetantes lyra, » ediderunt; ita ut memorati viri prophetæ reputandi sint. Rursumque fertur de Idithum: « Filii Idithum, Godolias, Suri, Æeas Sedeas et Matthias, sex post patrem suum Idithum, cinyris concrepantes. » Pro illo autem, « cinyris concrepantes, » Aquila rursum, « cithara prophetans; » Symmachus vero, « lyra prophetantis, » edidit. Idithum ergo e numero prophetantium lyra fuit; quamobrem jure quis, hinc argumentum mutuatus, dixerit, Davidem nec composuisse psalmum, nec ipsi Idithum tradidisse: neque Idithum
C in tentationem delapsum, ut medelam a Davide acciperet opus habuisse. Neque enim Scriptura uspiam ipsum Idithum reum inducit; imo potius Davidem in tentationem lapsum esse docet. Quare congruenter dicatur, ipsum Idithum, utpote prophetam, memoratos duos psalmos composuisse, et Davidi tradidisse, ut ex iis utilitatem ac remedium in accidentibus malis perciperet. Huic porro sententiæ conferre Symmachus videtur, qui titulum hac ratione interpretatus est: « Triumphale per Idithum, canticum in Davidem. » Num forte post lapsum Davidis erga Uriæ uxorem, cum nondum posset pristino more prophetare, multæque tentationes, calamitatesque frequentes instarent, Idithum Spiritu sancto afflatus hos ab se compositos ser-
D mones, quasi remedia ad medelam animæ parata, ipsi tradidit, ut eorum doctrina solatium acciperet? Sane cum ad præsens argumentum duas sententias legentibus attulerimus, utram velint amplecti, per nos licebit.

« Ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον, φονεύετε πάντες ὑμεῖς; ὡς τοίχῳ κεκλιμένῳ καὶ φραγμῷ ὠσμένῳ. » Ἐμφαίνει διὰ τούτων μὴ ἕνα μόνον πειρασμὸν ὑπομεμενηκέναι ὁ Δαυῒδ, μηδ' ὥσπερ μίαν πληγὴν εἰληφέναι ὑπὸ τῶν ἀντιπάλων· ὡς δὲ ἐπὶ μακρῷ χρόνῳ τυπτόμενος, καὶ καρτερῶς ὑπομένων τὰς ἐπαγομέ-

VERS. 4, 5. « Quousque irruitis in hominem, interficitis universi vos, tanquam parieti inclinato et maceriæ depulsæ. » His declarat David se non unam perpessum tentationem, neque uno ab adversariis velut vulnere confossum, sed diuturno tempore percussum, ac inflictas plagas patienter

[63] I Paral. xvi, 37. [64] ibid. 41. [65] ibid. 42. [66] I Paral. xxv, 1.

ferentem, cædentes talibus dictis compellare: « Quousque irruitis in hominem? » sive, secundum Aquilam, « Quousque insidiamini? » vel, secundum Symmachum, « Quousque in vanum laborabitis? » Exinde insidiatorum arguens propositum, infert: « Interficitis universi vos. » Homicidæ, inquit, estis: neque contra athletam quasi adversarii statariam pugnam ad exercitationem committitis; sed occidendi studio in me irruitis, et ut auxilio vacuum, ut murum jam inclinatum et maceriem depulsam, aggredimini. Nam quasi nemine circumvallante aut muniente, animamque meam tutante, ita irruitis. Quousque igitur hæc frustra tentabitis, neque cessabitis, scientes invenisse me præsidium, custodem ac servatorem? Quare fidenter dixi: « Nonne Deo subjecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Nam et ipse Deus meus et Salvator meus, susceptor meus, non movebor amplius. Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere, cucurrerunt in siti, ore suo benedicebant, et corde suo maledicebant. Diapsalma. » Priora quidem sive David sive Idithum sese alloquens dixit; secunda inimicos compellans protulit; tertia ex propositis verbis nos edocent quo consilio insidias ipsi pararint conjuratores. Quocirca dicit: « Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere. » Omnia quippe eorum molimina, omne consilium, non alio spectabant, quam ut me ab honore quo apud Deum gaudebam deturbarent, et pristina mea gloria spoliarent. Hinc consilio inito ut honorem ac pretium mihi auferrent, cucurrerunt in siti, meam cernere perniciem sitientes. Pro illo autem, « in siti, « Aquila, « in fallacia; » Symmachus vero, « in mendacio; » quinta editio, « in falso; » et alia item editio, « in dolo, » interpretati sunt. Verisimile itaque est in nostra quoque lectione positum primo fuisse, « in mendacio, » ita ut diceretur, « cucurrerunt in mendacio; » id est, inimici et insidiatores mei, non duce veritate, sed cum sese totos mendacio tradidissent, cursum et studium suum contra me direxerunt: sed sequentibus temporibus lapsu graphico, pro illo, ἐν ψεύδει, id est « in mendacio, » ἐν δίψει, id est « in siti » positum fuisse. Quomodo autem insidiatores illi currerent in mendacio, sub hæc explicat dicens: « Ore suo benedicebant et corde suo maledicebant. » Cum fallacia mollibus utebantur dictis, ut me inescarent et ab illa cum Deo statione deturbarent: quare benedicere videbantur in facie, meque laudare et approbare; sed mens eorum intus maledictionibus replebatur, queis me honore depellere et in maledictum dejicere satagebant. His autem docemur, quotquot Dei hominibus insidiantur, nihil aliud curare, quam ut ipsos eo, qui apud Deum est, honore exuant.

Vers. 6-9. « Verumtamen Deo subjecta esto, anima mea, quoniam ab ipso patientia mea. Nam ipse Deus meus et Salvator meus: susceptor meus

A νας αὐτῷ πληγάς, φάσκειν τοῖς τύπτουσιν· « Ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον; » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· « Ἕως τίνος ἐπιβουλεύετε; » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· « Ἕως τίνος ματαιοπονήσετε; » Εἶτα τὴν προαίρεσιν τῶν ἐπιβουλευόντων αὐτῷ διελέγχων φησί· « Φονεύετε πάντες ὑμεῖς. » Φονευταὶ γάρ ἐστε, φησί· καὶ οὐχ ὥσπερ ἀνταγωνισταὶ πρὸς ἀθλητὴν ἱστάμενοι μέχρι γυμνασίου ποιεῖσθαι τὴν ἅμιλλαν· ἀλλὰ φονικῇ προαιρέσει ἐπιτίθεσθέ μοι, καὶ ἐπιτίθεσθε ὡς ἀβοηθήτῳ, καὶ ὡς ἤδη κεκλιμένῳ τοίχῳ καὶ φραγμῷ ὠσμένῳ. Ὡς γὰρ μηδενὸς περιφράττοντος μηδὲ περιτειχίζοντος καὶ τὴν ἐμὴν φρουροῦντος ψυχὴν, οὕτως ἐπιτίθεσθε. Ἕως οὖν πότε ταῦτα ματαιοπονήσετε, καὶ οὐχὶ παύσεσθε λοιπὸν, γνόντες, ὅτι εὗρον τὴν ἐμαυτοῦ φυλακὴν, καὶ τὸν ἐμαυτοῦ φρουρὸν καὶ Σωτῆρα; B Διὸ ἐθάρσησα φάναι· « Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου. Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου καὶ Σωτήρ μου, ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον. Πλὴν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι, ἔδραμον ἐν δίψει· τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο. Διάψαλμα. » Τὰ μὲν πρῶτα αὐτὸς ἑαυτῷ ἤτοι Δαυῒδ, ἢ Ἰδιθοὺμ διείλεκται· τὰ δὲ δεύτερα πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἀπετείνατο· τὰ δὲ τρίτα διὰ τῶν προκειμένων ἡμᾶς διδάσκει, τίποτε βουλευόμενοι οἱ ἐπιβουλεύοντες αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν κατεσκεύαζον. Διό φησι· « Πλὴν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι.. » Ἡ γὰρ πᾶσα σκέψις αὐτῶν καὶ ἡ βουλὴ οὐδὲν ἕτερον, φησὶν, ἢ καταβαλεῖν με τῆς παρὰ τῷ Θεῷ τιμῆς, καὶ γυμνῶσαι τῆς δόξης ἧς εἶχον C πρότερον ἐσπούδαζον. Εἶτα βουλευσάμενοι ταύτην μου τὴν τιμὴν περιελεῖν, ἔδραμον ἐν δίψει τὴν ἐμὴν ἀπώλειαν θεάσασθαι διψῶντες. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « ἐν δίψει, ἐν διαψεύσματι, » ὁ Ἀκύλας· ὁ δὲ Σύμμαχος, « ἐν ψεύσματι· » ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις, « ἐν ψεύδει· » καὶ πάλιν ἑτέρα ἔκδοσις, « ἐν δόλῳ, » ἡρμήνευσαν. Εἰκὸς οὖν καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ἀναγνώσει κεῖσθαι μὲν πρότερον τὸ, « ἐν ψεύδει, » ἵν' ᾖ τὸ λεγόμενον· « Ἔδραμον ἐν ψεύδει· » τουτέστιν οἱ ἐχθροί μου καὶ οἱ ἐπιβουλεύοντες, οὐ σὺν ἀληθείᾳ τὸν κατ' ἐμοῦ δρόμον καὶ τὴν κατ' ἐμοῦ σπουδὴν ἐποιοῦντο, ὅλους δὲ αὐτοὺς τῷ ψεύδει παραδόντες· σφάλμα δὲ γραφικὸν γεγονέναι ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα συνέβη χρόνοις, ὥστε ἀντὶ τοῦ, « ἐν ψεύδει, ἐν δίψει » γραφῆναι. Πῶς δὲ D ψευδόμενοι οἱ ἐπιβουλεύοντες ἔδραμον, διερμηνεύει λέγων ἑξῆς· « Τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο. » Ἀπατῶντες γὰρ, λόγοις γλυκέσιν ἐχρῶντο πρὸς τὸ καθελκῦσαί με καὶ καταβαλεῖν τῆς παρὰ τῷ Θεῷ στάσεως· διὸ εὐλογεῖν ἐδόκουν καὶ ἐπαινεῖν με, καὶ ἀποδέχεσθαι εἰς πρόσωπον· τὰ δὲ τῆς διανοίας αὐτῶν πεπλήρωτο καταρῶν, δι' ὧν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι, καὶ κατάρᾳ με ὑποβαλεῖν. Διδασκόμεθα δὲ διὰ τούτων ὅτι δὴ πάντες οἱ τοῖς τοῦ Θεοῦ ἀνθρώποις ἐπιβουλεύοντες οὐδὲν ἕτερον σπουδάζουσιν ἢ τῆς παρὰ τῷ Θεῷ τιμῆς γυμνῶσαι αὐτούς.

« Πλὴν τῷ Θεῷ ὑποτάγηθι, ἡ ψυχή μου, ὅτι παρ' αὐτοῦ ἡ ὑπομονή μου. Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου καὶ Σωτήρ μου, ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ μεταναστεύσω. »

Ἀρχόμενος μὲν ἔλεγεν· « Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; » ὥσπερ ἐνδοιάζων ἔτι· ἐνταῦθα δὲ ἀποφατικῶς, βεβαιωθεὶς ἐκ τῶν εἰρημένων, τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ ἐπιθαρσῶν παρακελεύεται· διό φησι πρὸς αὐτήν· « Πλὴν τῷ Θεῷ ὑποτάγηθι, ἡ ψυχή μου. » Καὶ ἀνωτέρω μὲν ἔλεγε· « Παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου· » ἐνταῦθα δέ· « Ὅτι παρ' αὐτοῦ ἡ ὑπομονή μου. » Ὅμοιον δ' ἂν εἴη τοῦτο τῷ φήσαντι· « Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με. » Οὐ γὰρ παρ' ἐμαυτοῦ κέκτημαι τὴν ἰσχὺν, ἀλλὰ παρὰ τοῦ ἐνδυναμοῦντός με· καὶ ἐνταῦθα, « Ἡ ὑπομονή μου » οὐκ ἐξ ἐμῆς, φησὶν, ἀρετῆς καὶ δυνάμεως συνέστηκεν, ἀλλὰ παρὰ τῆς αὐτοῦ χάριτος· « Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου καὶ Σωτήρ μου· » διόπερ ὡς Θεός μου καὶ Σωτήρ μου παρέχει μοι τὴν ὑπομονήν. Εἶτ' ἀνωτέρω μὲν ἔχεις τὸ, « Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου καὶ Σωτήρ μου, ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ μεταναστεύσω· » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ τὸν Σύμμαχον, « οὐ σφαλήσομαι. » Πολλὴ δὲ διαφορὰ τοῦ φάσκοντος, « οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον, » καὶ τοῦ λέγοντος, « οὐ σφαλήσομαι, » καὶ, « οὐ μεταναστεύσω. » Τὸ μὲν γὰρ ἐδήλου σαλεύεσθαι μὲν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πλεῖον· ἐνταῦθα δὲ ἄρνησίς ἐστι παντελὴς τοῦ πταίσματος. « Ἐπὶ τῷ Θεῷ τὸ σωτήριόν μου καὶ ἡ δόξα μου, Θεὸς τῆς βοηθείας μου, καὶ ἡ ἐλπίς μου ἐπὶ τῷ Θεῷ. » Καὶ ἐνταῦθα τὸ « Σωτήριον » ὁ Ἰησοῦς τῇ Ἑβραϊκῇ φωνῇ ὠνόμασται, καὶ τοῖς χαρακτῆρσι τοῖς αὐτοῖς ἐγγέγραπται. Ὥσπερ δὲ ὁ θεῖος Ἀπόστολος περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λέγων ἔγραφε· « Δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον διὰ πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι· » καὶ πάλιν· « Ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον· καὶ αὐτὸς ἐστιν ἱλασμὸς ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· » τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐνταῦθα λέλεκται· Ἐπὶ τῷ Θεῷ τὸ σωτήριόν μου καὶ ἡ δόξα μου, καὶ ἡ βοήθειά μου καὶ ἡ ἐλπίς μου. Ὡς εἰ λευκότερον τὸ σημαινόμενον ἀπὸ τῆς Ἑβραϊκῆς φωνῆς ἐτέθειτο ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ, οὕτως ἂν περιεῖχεν· Ἰησοῦς τὸ σωτήριόν μου ἐν τῷ Θεῷ τυγχάνων, καὶ ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, αὐτός ἐστιν ἡ δόξα μου καὶ ὁ φύλαξ μου, καὶ ὁ Θεὸς τῆς βοηθείας μου, καὶ ἡ ἐλπίς μου ἡ ἐν τῷ Θεῷ. Ταῦτα γὰρ πάντα ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐστὶ τοῖς εἰς αὐτὸν ἐλπίζουσι. Διὸ καὶ κατὰ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται· « Ἐπὶ Θεῷ σωτήριόν μου καὶ δόξα μου, στερεὸς κράτους μου, ἐλπίς μου ἐν Θεῷ. Ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν, πᾶσα συναγωγὴ λαῶν· ἐκχέατε ἐνώπιον αὐτοῦ τὰς καρδίας ὑμῶν. Ὁ Θεὸς βοηθὸς ἡμῶν. Διάψαλμα. » Μνημονεύσας τοῦ Σωτηρίου, συνεῖδεν, ὅτι οὐ μόνον αὐτοῦ θεραπευτικὸν ἔσται, κοινὸν δὲ γενήσεται ἀγαθόν· διὸ ἐπ' αὐτὸ συγκαλεῖ τοὺς πάντας, φιλαυτίαν μὲν ἐκτρεπόμενος, φιλανθρωπίαν δὲ καὶ τὴν πρὸς τοὺς πέλας ἀγάπην ἐνδεικνύμενος. Προσκαλεῖται τοίνυν ὡς ἐπὶ σωτήριον λιμένα φάσκων· « Ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν, πᾶσα συναγωγὴ λαῶν· » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « Ἀμεριμνᾶτε ἐν αὐτῷ ἐν παντὶ καιρῷ, λαός. » Ἀμεριμνῶντας δὲ ἐν αὐτῷ καὶ ἐλπίζοντας, ἐξαπλοῦν προσήκει τοὺς λογισμοὺς

A non emigrabo. » Initio quidem ac si adhuc ambigeret dicebat : « Nonne Deo subjecta erit anima mea? » Hic vero, ex iis quæ animæ suæ revelata fuerant firmatus, absolute ac fidenter præcipit : quare sic eam alloquitur, « Verumtamen Deo subjecta esto, anima mea. » Ac superius dixerat : « Ab ipso enim salutare meum; » hic vero, « Quoniam ab ipso patientia mea. » Simile autem id fuerit dicto hujusmodi : « Omnia possum in eo qui me confortat [67]. » Non enim a meipso fortitudinem obtineo, sed ab eo qui me confortat, et hic ait : « patientia mea » non ex virtute et potestate mea constat, sed ab ejus gratia prodit : « Nam et ipse Deus meus et Salvator meus; » quapropter ut Deus meus et Salvator meus patientiam mihi suppeditat. Rursumque superius illud habes, « Nam B et ipse Deus meus et Salvator meus, susceptor meus, non emigrabo; » sive, secundum Aquilam et Symmachum, « non fallar. » Multum interest discriminis inter illud, « non movebor amplius, » et illud, « non fallar, » et « non emigrabo. » Nam illud quidem indicabat moveri quidem ipsum, sed non multum; at hic cujusvis lapsus negatio est. « In Deo salutare meum et gloria mea, Deus auxilii mei, et spes mea in Deo est. » Hic quoque « salutare » Hebraica lingua Jesus dictus, atque ipsis characteribus descriptus est. Quemadmodum autem divinus Apostolus de Salvatore nostro hæc scripsit : « Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu : quem pro- C posuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius [68]; » ac rursum : « Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Deum, Jesum Christum justum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris [69], » sic et hoc loco dicitur, In Deo salutare meum et gloria mea, et auxilium meum et spes mea. Ita ut si Hebraicæ vocis significatum clarius in interpretatione positum fuisset, sic haberet : Jesus salutare meum in Deo exsistens, et in sinu Patris, ipse est gloria mea, custos meus, et Deus auxilii mei et spes mea, quæ in Deo est. Nam Dei Verbum horum omnium loco est sperantibus in se. Quare et secundum Aquilam dictum est : « In Deo salutare meum, et gloria mea, firmus fortitudini- D meæ, spes mea in Deo. Sperate in eo omnis synagoga populorum : effundite coram illo corda vestra. Deus adjutor noster. Diapsalma. » Postquam salutare memoravit, agnovit non solum sibi medelam allaturum, sed commune bonum futurum esse : quare ad ipsum omnes evocat, eversoque amore proprio, humanitatem et proximorum dilectionem exhibet. Quasi ergo ad salutarem portum invitat his verbis : « Sperate in eo, omnis congregatio populorum, » sive, secundum Aquilam, « Secure agite in ipso, omni tempore, populus. » Secure porro agentes ac sperantes in ipso par est cogitationes ipsi aperire, et animæ morbos tanquam medico pa-

[67] Philipp. IV, 13. [68] Rom. III, 24 25. [69] I Joan. II, 12.

tefacere. Quamobrem subjungit : « Effundite coram illo corda vestra. Deus adjutor noster. » Adjutorem, inquit, habentes nihil subducatis, nec quidpiam in mente occultetis, sed expansis animæ receptaculis, absconditas ibi cogitationes revelate : ipsique, utpote qui omnia curare possit, vos concredite.

VERS. 10. « Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris, ut injuriam faciant ipsi ex vanitate in idipsum. » In XXXVIII quoque dicebatur : « Verumtamen universa vanitas, omnis homo vivens [70]; » ac rursum : « Verumtamen vane conturbantur [71]; » et : « Verumtamen in imagine pertransit homo [72]. » Hic quoque similia dicuntur : queis edocemur in uno Servatore spem ponere, ipsumque nobis adjutorem ascribere, quandoquidem omnes filii hominum, etiamsi principes videantur esse, quamvis multum in mundo valeant, vani sunt; sive, secundum Symmachum, « vapor, » brevi futuri « tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ [73]. » Hinc Salomon patris usu et exemplo, « Vanitas vanitatum, omnia vanitas [74], » et similia scripsit. Mendaces porro duobus modis sunt filii hominum; altero quia procul a veritate aberrantes falsa loquuntur; altero quia fraudibus mendaciisque credulos sibi in errorem deducunt. Quare talibus sese credere non expedit : mentiri quippe solent, neque est in ipsis veritas; sed etiam stateræ animæ ipsorum nihil justum, æquabile nihil habent; sed cum alio inclinentur, juri contraria peragunt. His ergo iniquis stateris suis vanitatem administrant, veritatem ejusque Deum aversati : quare non convenit se ipsis concredere; sed eum solum, qui Salvator dicitur, adjutorem ascribere.

VERS. 11. « Nolite sperare in iniquitate, et rapinam nolite concupiscere; divitiæ si affluant, nolite cor apponere. » In XXXVIII quoque psalmo affinia hisce dicuntur : « Verumtamen vane conturbantur. Thesaurizat, et ignorat cui congregabit ea [75]. » Quia igitur qui thesauros in terra recondit, et pecunias multas colligit, in vanum congregat; neque enim iis ipse prorsus fruetur, cum sternutamento citius ex hac vita auferendus sit, neque probe sciat qui ipsi hæres futurus sit : quid vane conturbatur ? Multi itaque, sive propemodum omnes, sese deceperunt, cum filiis et charioribus amicis se divitias relicturos sperarent; sed quod futurum esset ignorabant, aberrabantque a scopo. Ii profecto vane turbantur dum thesauros condunt, ignorantes quis congregabit eos. Quare convenit non sperare in iniquitatem, et in res iniquitate partas; neque si divitiæ fluminis instar affluant, ideo erigi. Quod si quando de divitiis bonam spem sumere e re fuerit, de divitiis, inquam, ex æquo et bono partis a Deoque præbitis; iis, heus! vos

A καὶ τῆς ψυχῆς ἀπογυμνοῦν αὐτῷ ὥσπερ ἰατρῷ τὰ πάθη. Διὸ ἐπιλέγει· « Ἐχχέατε ἐνώπιον αὐτοῦ τὰς καρδίας ὑμῶν. Ὁ Θεὸς βοηθὸς ἡμῶν. » Ἔχοντες γάρ, φησί, βοηθὸν, μηδὲν ὑποστέλλεσθε, μηδέ τι ἐν ταῖς διανοίαις ὑμῶν ὑποκρύπτετε, ἀναπετάσαντες δὲ τὰ ταμιεῖα τῆς ψυχῆς, τοὺς ἐν αὐτῇ κρυπτομένους λογισμοὺς ἀνακαλύπτετε, ὡς ἂν μόνῳ ἀγαθῷ καὶ δυνατῷ τὰ πάντα ἰᾶσθαι ἑαυτοὺς ἐμπιστεύοντες.

« Πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ψευδεῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγῷ, τοῦ ἀδικῆσαι αὐτοὶ ἐκ ματαιότητος ἐπὶ τὸ αὐτό. » Καὶ ἐν τῷ λη' ἐλέγετο· « Πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος ζῶν. » Καὶ πάλιν· « Πλὴν μάτην ταράσσονται· » καὶ, « Μέντοιγε ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος. » Κἀνταῦθα συμφώνως ἐκείνοις λέλεκται τὰ προκείμενα· δι' ὧν B διδασκόμεθα ἐπὶ μόνον τὸν Σωτῆρα ἐλπίζειν, κἀκεῖνον βοηθὸν ἐπιγράφεσθαι· ἐπειδὴ πάντες οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, κἂν ἄρχοντες εἶναι δοκοῖεν, κἂν πολλὰ δυνάμενοι κατὰ τὸν βίον, μάταιοι· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « ἀτμὸς, » μετ' ὀλίγον ἐσόμενοι « ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. » Ἐντεῦθεν ὁ Σολομὼν ὠφεληθεὶς τὸν πατέρα, « Ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης, » καὶ ὅσα τοιαῦτα ἔγραφε. Ψευδεῖς δέ εἰσι κατὰ δύο τρόπους οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων· καθ' ἕνα μὲν ψευδολογοῦντες καὶ μακρὰν τῆς ἀληθείας ἀπεῤῥιμμένοι· κατὰ θάτερον δὲ ἀπάταις καὶ ψευδολογίαις πλανῶντες τοὺς πιστεύοντας αὐτοῖς. Διὸ οὐ προσήκει τοῖς τοιούτοις ἑαυτοὺς ἐκδιδόναι· ψεύδεσθαι γὰρ εἰώθασι, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν C αὐτοῖς ἀλήθεια· ἀλλὰ καὶ ζυγοὶ τῆς αὐτῶν ψυχῆς οὐδὲν δίκαιον οὐδὲ ἰσόῤῥοπον περιέχουσιν· ἑτεροκλινεῖς δὲ ὄντες, τἀναντία τῷ δικαίῳ πράττουσι. Τούτοις οὖν τοῖς ἀδίκοις αὐτῶν ζυγοῖς τὴν ματαιότητα περιέπουσι, τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸν ταύτης Θεὸν ἀποστρεφόμενοι· διὸ οὐ προσήκει αὐτοῖς ἐμπιστεύειν· μόνον δὲ τὸν λεχθέντα Σωτῆρα βοηθὸν ἐπιγράφεσθαι.

« Μὴ ἐλπίζετε ἐπὶ ἀδικίαν, καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθεῖτε· πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίᾳ. » Καὶ ἐν τῷ λη' συγγενῶς τούτοις ἐλέγετο· « Πλὴν μάτην ταράσσονται. Θησαυρίζει, καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει αὐτά. » Ἐπεὶ τοίνυν ὁ θησαυρίζων ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πολλὰ χρήματα συνάγων, εἰς μάταιον συνάγει· οὔτε γὰρ ἐξ ἅπαντος αὐτὸς αὐτῶν ἀπολαύσει, πταρμοῦ τάχιον τοῦ βίου μεθιστάμενος, D οὔτε ὁποῖον ἕξει διάδοχον ἀκριβῶς πέπεισται· τί καὶ θορυβεῖται μάτην; Πολλοὶ γοῦν ἢ καὶ σχεδὸν οἱ πάντες σφᾶς αὐτοὺς ἠπάτησαν, υἱοῖς μὲν καὶ φιλτάτοις τὸν αὐτῶν πλοῦτον καταλιπεῖν προσδοκήσαντες, ἀγνοήσαντες δὲ τὸ μέλλον καὶ ἀστοχήσαντες τοῦ σκοποῦ. Μάτην οὖν ταράττονται ἀληθῶς θησαυρίζοντες, καὶ οὐ γινώσκοντες τίς συνάξει αὐτά. Διὸ προσήκει μὴ ἐλπίζειν ἐπὶ ἀδικίαν καὶ τὰ ἐξ ἀδικίας ποριζόμενα, μηδὲ πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ ποταμηδὸν φερόμενος, ἐπαίρεσθαι. Εἰ δὲ προσήκει καὶ διὰ πλούτου ποτὲ ἀγαθήν τινα πορίζεσθαι ἐλπίδα, δικαίῳ χρησάμενοι πλούτῳ τῷ ἐκ Θεοῦ πολλάκις παρεχομένῳ· καὶ ζυγοῖς ὀρθοῖς καὶ ἰσοστασίοις, δεξιαῖς, ὦ οὗτοι, χρήσασθε πράξεσι,

[70] Psal. XXXVIII, 6. [71] ibid. 12. [72] ibid. 7. [73] Psal. I, 4. [74] Eccle. I, 2. [75] Psal. XXXVIII, 7.

θησαυρίζοντες ἑαυτοῖς θησαυροὺς ἐν οὐρανοῖς, καὶ σπείροντες ἐν εὐλογίαις κατὰ τὸ λελεγμένον· « Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησι, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. » Αὕτη γὰρ μόνη ἐλπὶς ἀγαθή· ἄλλως δὲ προσήκει μὴ ἐλπίζειν ἐπὶ ἀδικίαν, μηδὲ ἐπὶ τοῖς ἐξ ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας συναγομένοις χρήμασι μέγα φρονεῖν· ἀλλὰ καὶ εἰ συμβαίη ποτὲ εὐροεῖν ἡμῖν τὰ πράγματα, καὶ ἀκωλύτως φέρεσθαι πανταχόθεν τὸν πλοῦτον ποταμοῦ δίκην ῥέοντα, καὶ ὅθεν οὐκ ἄν τις ἀδικήσειε, φορᾷ τινι ἀδοκήτῳ φερόμενον, μὴ πάντως ἐκ Θεοῦ τοῦτο γίνεσθαι καὶ νόμιζε, μηδὲ μακάριζε σεαυτὸν ἀπατώμενος τῇ διανοίᾳ καὶ προστιθέμενος ὡς ἀγαθῷ τῷ πλούτῳ. Γίνωσκε δὲ, ὅτι ῥευστῆς ὢν φύσεως, ὥσπερ ῥέων φέρεται, οὕτω καὶ ἀποῤῥεῖ· οὐδὲν δὲ βέβαιον οὐδὲ στεῤῥὸν καὶ ἀσφαλὲς κεκτημένος. Θαυμαστῶς δὲ τῷ τῆς ῥοῆς ὀνόματι κέχρηται, « Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, » φήσας· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· « Πλοῦτος, φησὶν, ἐὰν καρποφορῇ, μὴ τάσσετε τὴν καρδίαν. » Ἀλλ' ἐπὶ τίνα δεῖ τάσσειν τὴν καρδίαν καὶ τίνι προστίθεσθαι, εἴρηται πολλάκις ἐν τῷ, « Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; » καὶ πάλιν· « Πλὴν τῷ Θεῷ ὑποτάγηθι ἡ ψυχή μου· αὐτὸς γὰρ Θεός μου καὶ Σωτήρ μου καὶ ἀντιλήπτωρ μου· » καὶ, « Ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν, πᾶσα συναγωγὴ λαοῦ. » Οὐκοῦν, ἔχοντες τὸν μέγαν πλοῦτον καὶ τὸν ἀληθινὸν θησαυρὸν, μὴ ἐλπίσωμεν ἐπὶ τῷ ματαίῳ καὶ ῥευστῷ καὶ ἀδίκῳ πλούτῳ· μάταιοι γὰρ ἀληθῶς πάντες οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ ἐπὶ τούτῳ πεποιθότες.

« Ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς, δύο ταῦτα ἤκουσα· ὅτι τὸ κράτος τοῦ Θεοῦ, καὶ σοὶ, Κύριε, τὸ ἔλεος· ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. » Τοσαῦτα προπαιδεύσας ὁ λόγος, ἀκολούθως τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίας ὑπομιμνήσκει· ὡς ἂν, ταύτην πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενοι, μήτε τῇ ἀδικίᾳ μήτε τοῖς ἁρπάγμασι, μήτε τῷ προσκαίρῳ καὶ τυφλῷ πλούτῳ ἑαυτοὺς ἐπιδίδωμεν. Οὐ γὰρ ἅπαξ μόνον περὶ τῆς κρίσεως ὁ Θεὸς διεστείλατο, ἀλλὰ καὶ δεύτερον. Καὶ ταῦτα, φησὶν, αὐτὸς ἐγὼ ἤκουσα ἀκριβῶς, τὸν νοῦν ἐπιστήσας τοῖς δυσὶ τούτοις παραγγέλμασιν. Ἅπαξ γὰρ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐγὼ δύο ταῦτα ἤκουσα· ἐλάλησε γὰρ καὶ διὰ προφητῶν, ἐλάλησε καὶ διὰ ἀποστόλων· καὶ τὸν ἕνα λόγον τὸν ἅπαξ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ὁρισθέντα καὶ διὰ παλαιᾶς Διαθήκης καὶ διὰ τῆς καινῆς ἤκουσα. Τίς δὲ ἦν οὗτος, ἀλλ' « Ὅτι τὸ κράτος τοῦ Θεοῦ καὶ σοὶ, Κύριε, τὸ ἔλεος, » καὶ, « Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ; » Ἔλεος δὲ, φησὶ, καὶ κράτος· τὸ μὲν κράτος πρὸς τὸ τιμωρεῖσθαι καὶ ταπεινοῦν τοὺς ἀφηνιῶντας, τὸ δὲ ἔλεος πρὸς τὸ σώζειν τοὺς εἰς αὐτὸν ἠλπικότας. « Ἴδε οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν, » φησὶν ὁ Ἀπόστολος· ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας ἀποτομίαν διὰ τοῦ κράτους, ἐπὶ δὲ σὲ χρηστότης διὰ τοῦ ἐλέους. Ταῦτ' εἰπὼν, ἄνω τὸ πρόσωπον ἀνατείνας, προσφθέγγεται τῷ Θεῷ λέγων· « Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. » Καὶ ὁ Ἀκύλας δὲ τὰ προκείμενα τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· « Ἐλάλησεν ὁ Θεὸς, καὶ δεύτερον ἐπήκουσα· ὅτι ἡ ἰσχὺς τοῦ

A cum justa statera et bilance ad bona opera utimini, thesaurizantes vobis thesauros in cœlis, et seminantes in benedictionibus, ut dictum est : « Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum [76]. » Hæc sola bona spes est; alias vero non convenit sperare in iniquitate, neque de divitiis ex rapina et avaritia collectis altum sapere; imo si quando contigerit res nostras prospere cedere, ac divitias fluminis instar accedentes, sine ullius injuria, inexspectato quodam fluxu ad te deferri; ne ex Deo id provenire putaveris; neque ideo, cogitatione deceptus, divitiisque quasi bonis hærens, te beatum prædicaveris. Scitoque illas, fluidæ naturæ cum sint, ut fluxu feruntur, pari modo defluere, teque nihil firmum, stabile, soli-
B dumve possidere. Mirum autem in modum fluxus nomine est usus : « Divitiæ si affluant, » inquit; vel, secundum Symmachum, « Divitiæ si fructum pariant, inquit, ne apponite cor. » Cuinam vero cor ordinare et apponere opus sit, plerumque dictum est in illo, « Nonne Deo subjecta erit anima mea? » ac rursum : « Verumtamen Deo subjecta esto, anima mea : ipse enim Deus meus et Salvator meus et susceptor meus, » et, « Sperate in eo omnis congregatio populi. » Cum itaque magnas divitias verumque thesaurum obtineamus, ne spem ponamus in vanis, fluxis et iniquis divitiis. Nam vani vere sunt omnes filii hominum, qui hisce confidunt.

VERS. 12, 13. « Semel locutus est Deus, duo
C hæc audivi, quia potestas Dei est, et tibi, Domine, misericordia : quia tu reddes unicuique juxta opera sua. » Cum tanta ad nostram institutionem præmissa fuissent, consequenter de justo Dei judicio verba facit, ut illud præ oculis statuentes, neque injustitiæ, neque rapinis, neque temporaneis cæcisque divitiis nos dedamus. Neque enim semel tantum de judicio Deus præcepta dedit, sed etiam secundo : Et hæc ego sedulo audivi, inquit, animoque hæc duo præcepta consideravi. Semel quippe Deus locutus est; sed ego hæc duo audivi : locutus namque est per prophetas, locutus per apostolos : atque sermonem illum unum semel, cum per Vetus tum per Novum Testamentum a
D Deo pronuntiatum, audivi. Quis ille erat, nisi « quia potestas Dei est, et tibi, Domine, misericordia; » et, « quia tu reddes unicuique juxta opera sua? » Misericordia, ait, et potestas; potestas ad ulciscendum et humiliandum effrenes homines; misericordia ad salvos faciendos sperantes in se. « Vide ergo bonitatem et severitatem Dei [77], » inquit Apostolus : severitatem in lapsos per potestatem suam; erga te vero bonitatem per misericordiam. Postquam hæc dixerat, erecto sursum vultu Deum sic alloquitur : « Quia tu reddes unicuique juxta opera sua. » Aquila etiam hæc sic interpretatus est : « Locutus est Deus, et secundo audivi, quia

[76] Psal. CXI, 9. [77] Rom. XI, 22.

fortitudo Dei, et tibi, Domine, misericordia. Tu vero redde singulis viris secundum opera sua. »

1. PSALMUS DAVIDI, CUM ESSET IN DESERTO (1) JUDÆÆ LXII.

VERS. 2, 3. « Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. » Cum fugeret David, accessit ad Achimelech sacerdotem; hinc ad Achus regem Geth; inde vero in Massepha Moab. Gad autem propheta, qui aderat, auctor est ipsi ut ne ultra apud allophylos moras trahat. Quare inde profectus, in deserto Judææ habitat, de quo tempore hæc Scriptura enarrat: « Et morabatur David in deserto Masseneth in angustiis, et sedes habebat in deserto in monte Ziph. Et quærebat eum Saul omnibus diebus, et non tradidit eum Dominus in manus ejus [78]. » In hoc rerum statu, hunc psalmum adornat, notato per titulum tempore. Quare dictum est, « Psalmus Davidi, cum esset in deserto Judææ. » E re autem fuerit hic rursum observare, non ex serie historiæ et temporum, ordinem psalmorum constitutum, sed valde permista tempora esse. Nam historia primo recenset, Saulem nuntios misisse in domum David, qui interficerent eum, et Melchol uxorem ejus demisisse eum per fenestram; Psalmorum vero scriptura eam rem in LVIII memorat. Deinde historia Scripturæ narrat venisse Davidem in Noba ad Achimelech sacerdotem; sed Psalmorum liber hanc rem gestam meminit in XXXIII psalmo. Rursumque scriptura Regnorum ait: « Et abiit David inde, et venit, et salvatus est in spelunca Odollam [79]; » liber autem Psalmorum hujus negotii in LVI mentionem facit. Sub hæc iterum scriptura Regnorum Doec memorat, quo pacto scilicet Achimelech sacerdotem apud Saulem calumniatus sit; at Psalmorum liber in LI hoc tempus commemorat. Agnita porro David ipsius Doec calumnia, fugit et in desertum Judææ se contulit, quo tempore hunc quem tractamus psalmum adornavit. Et scriptura quidem Regnorum post præsentis, scilicet LXII psalmi tempus, quædam gesta commemorat, v. g. ut Ziphæi David apud Saulem calumniati sunt; de quibus Psalmorum liber, in LIII, mentionem habet, cujus titulus est: « In finem, in hymnis, intellectus David, cum venissent Ziphæi, et dixissent ad Saul, Ecce David absconditus est apud nos. » Et LV inscriptus est: « Quando tenuerunt eum Allophyli in Geth. » Illud autem Regnorum scriptura in postrema historiæ parte reponit. Viden' quo pacto prima postrema, et postrema prima constituantur? Quod si secundum temporum seriem digesti fuissent, primus statuendus erat LVIII, secundus XXXIII, tertius deinde LVI, quartus LI, et consequenter quintus LXII, sextus LIII, ac postremus omnium LV. Post mortem vero Saulis primum psallit LIX, cum percussit Joab vallem Salinarum, cepitque duodecim millia hominum Moabitarum; » L vero postea,

[78] I Reg. XXIII, 14.15. [79] I Reg. XXII, 1.

(1) Græc. et Vulg. *Idumææ*.

A Θεοῦ, καὶ σοί, Δέσποτα, τὸ ἔλεος. Σὺ δὲ ἀπόδος κατὰ ἄνδρα ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. »

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΕΝ ΤΩ ΕΙΝΑΙ ΑΥΤΟΝ ΕΝ ΤΗ ΕΡΗΜΩ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΞΒ'

texisti me a conventu malignantium, a multitudine operantium iniquitatem.» Cum jam enim præteritorum experimentum ceperim, nunquam ea oblivisci possim; sed semper memoria tenens, grato semper animo sum. Sed tamen jam idem abs te auxilium postulo. Secundum reliquos autem interpretes una eademque servatur verbi expostulatio, unaque sermonis sententia: nam apud Symmachum dicitur: «Exaudi, Deus, vocem mei invocantis, a terrore inimici circummunies vitam meam: abscondes me a moliminibus malignorum, a perturbatione operantium iniquitatem.» Non enim quasi de præteritis, sed quasi de futuris, omnia dicta sunt, ac similiter secundum reliquos interpretes.

VERS. 4-7. «Qui exacuerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum, rem amaram; ut sagittent in occultis immaculatum. Subito sagittabunt eum, et non timebunt.» Etiamsi David salutarem adventum tempore prævertérit, evangelicas tamen disciplinas, magistro Spiritu divino, non ignorabat; sed salutare illud eloquium probe noverat: «Nolite timere ab iis qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere[**]:» quare militaris aciei multitudinem, ac omni genere armorum hastisque instructos homines non reformidabat; sed illos quidem, utpote qui sine sudore et labore immanem illum Goliath prostravisset, despiciebat; eos autem pertimescebat, quos hisce verbis antea subindicavit: «Qui exacuerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum, rem amaram.» Viden' quæ describat inimicorum arma? Supra vero dicebatur: «Filii hominum dentes eorum arma et sagittæ, et lingua eorum gladius acutus[1].» Hæc autem dixisse scribitur, «cum fugeret a facie Saulis in speluncam[2].» A verborum sane similitudine videntur illa eodem tempore scripta esse, quo hæc, quæ jam tractamus, de iis et similibus dicta fuere. Sed etiam «quando misit Saul, et custodivit domum ejus, ut eum interficeret[3],» de iisdem iterum similes proferebat voces dicens: «Ecce loquentur in ore suo, et gladius in oribus eorum[4].» Sed hæc quidem ibi; in his vero de quibus nunc sermo, inimicos suos, a quorum metu eripi precabatur, exacuisse ait ut gladium linguas suas, sive secundum reliquos interpretes, «sicut machæram;» imo intenderunt arcum suum, secundum LXX Interpretes, in re amara: per rem quippe amaram justum sagittis confodere tentabant; secundum Symmachum autem, «impleverunt, inquit, arcum suum verbo amaro.» Nam qui Davidem apud Saulem criminabantur, vere amari erant, dulcedine affecti nulla: qualis erat Doec, quales Ziphæi et iis similes. Quin et quivis sermo impius, amarus; ut et divinus, dulcis et suavis fuerit. Quare dictum est:

[**] Matth. x, 28. [1] Psal. LVI, 5. [2] ibid. 1. [3] Psal. LVIII, 1. [4] ibid. 8.

« Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus [5]. » Sævi porro arcus et vere acuti gladii impiorum heterodoxorum, qui simplicium animas sagittis impetunt, gladiisque suis eas trucidant. Sapientes quoque hujus sæculi, fucatis et sophisticis verbis utentes, multas animas sustulerunt. Opus ergo nobis ferventi oratione, ut ab iis omnibus eripiamur. Ii vero in primis qui supra memorati sunt, simplicem et rudem hominem sagittis conficere satagunt; quare dictum est : « Intenderunt arcum, rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum. » Inculpatum hic immaculatum vocat, his indicans sycophantiam contra eos, qui nihil injuriæ intulissent, paratam. Pro illo autem, « immaculatum, » Aquila, « simplicem, » interpretatus est. Nam ii simplicem et nequitiæ expertem sagittis confodere maxime satagunt : quare infert, « Subito sagittabunt, eum et non timebunt. » Nam tempus observantes, confertim et inopinanter immaculatum, sive simplicem, aut innocentem invadunt. Quare ad homines iis similes rescribens Apostolus, ait : « Timeo autem, ne sicut serpens Evam seduxit, ita corrumpantur sensus vestri et excidant a simplicitate, quæ est in Christo [6]. » Eum quippe cujus anima circummunita fuerit, dejicere nunquam valeant ii qui supra memorati sunt, « qui exacuerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum, rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum; » sive, « ut sagittent in occultis simplicem. Subito sagittabunt eum, et non timebunt. » At vide quo pacto dicat, sagittabunt eum, non me qui talia profero; sed simplicem, id est rudem et innocentem, et adhuc parvulum, ut quis dixerit, ex eorum numero de quibus Servator hæc docuit : « Ne contemnatis unum ex pusillis qui sunt in Ecclesia mea [7]; » et : « Si quis scandalizaverit unum ex pusillis, expedit ei ut demergatur in mare [8]. » Neque enim hic magnum hominem scandalizari Servator inducit, sed eum, qui in Ecclesia pusillus sit; ut hoc in loco simplicem dicit. Inimici ergo magnos et qui apud Deum sapientes sunt, adoriri non audent, sed simplices et innocentes maxime venantur. Quamobrem David cum inimicos memorasset, ad quos præsertim irrepere soleant declaravit.

« Firmaverunt sibi sermonem nequam : narraverunt ut absconderent laqueos. » Postquam tropice inimicos gladios suos exacuere et arcus intendere dixerat, jam apertius qui sit gladius, qualis arcus, enarrat his verbis : « Firmaverunt sibi sermonem nequam. » Non enim sermonem a Deo mutuati sunt; sed postquam sibi ipsis confinxerunt et commenti sunt, hunc firmaverunt. Tales sunt sycophantæ, et quotquot falsas, quas sibi confinxerunt et commenti sunt, sententias firmare et stabilire satagunt. Deinde vero ubi sermonem illum nequam, quem sibi firmaverant, pravum esse adverterunt,

A τούτοις παραπλήσιοι. Ἀλλὰ καὶ πᾶς ἄθεος λόγος πικρὸς ἂν εἴη, ὥσπερ ὁ θεῖος, χρηστὸς καὶ γλυκύς. Διὸ εἴρηται· « Γεύσασθε, καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. » Δεινὰ δὲ τόξα καὶ μάχαιραι ὡς ἀληθῶς ὀξεῖαι αἱ τῶν ἀθέων ἑτεροδόξων, τῶν τὰς ἀκεραίους ψυχὰς κατατοξευόντων, καὶ ταῖς ἑαυτῶν ῥομφαίαις κατασφαττόντων αὐτάς. Καὶ οἱ σοφοὶ δὲ τοῦ αἰῶνος τούτου, τὸν ἀπατηλὸν καὶ σεσοφισμένον λόγον προβαλλόμενοι, πολλὰς ἀνεῖλον ψυχάς. Εὐχῆς οὖν ἡμῖν δεῖ συντεταμένης, πρὸς τὸ ῥυσθῆναι τούτων ἁπάντων. Μάλιστα δὲ οἱ προλεχθέντες τὸν ἁπλοῦν καὶ ἀφελῆ κατατοξεύειν πειρῶνται· διὸ λέλεκται· « Ἐνέτειναν τόξον, πρᾶγμα πικρὸν, τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον. » Καὶ τὸν ἀναίτιον δὲ ἄμωμον καλεῖ, τὴν κατὰ τῶν μηδὲν ἠδικηκότων ὑπογράφων συκο-
B φαντίαν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « ἄμωμον, ἁπλοῦν, » ἡρμήνευσεν ὁ Ἀκύλας. Τὸν γὰρ ἁπλοῦν καὶ ἀπειρόκακον μάλιστα κατατοξεύειν οἱ τοιοῦτοι πειρῶνται· διὸ ἐπιλέγει· « Ἐξάπινα κατατοξεύσουσιν αὐτὸν, καὶ οὐ φοβηθήσονται. » Καιροφυλακοῦντες γὰρ οὗτοι, ἀθρόως καὶ ἀπροσδοκήτως ἐπέρχονται τῷ ἀμώμῳ, ἢ τῷ ἁπλῷ καὶ ἀκεραίῳ. Διὸ γράφων που ὁ Ἀπόστολος πρὸς τοὺς τοιούτους φησί· « Φοβοῦμαι μή πως, ὡς ὁ ὄφις ἐξηπάτησεν Εὔαν, φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς ἐν Χριστῷ. » Τὸν γὰρ πεφραγμένον τὴν ψυχὴν οὐκ ἂν ποτε δύναιντο καταβαλεῖν οἱ προλεχθέντες, « οἵτινες ἠκόνησαν ὡς ῥομφαίαν τὰς γλώσσας αὐτῶν, καὶ ἐνέτειναν τόξον, πρᾶγμα πικρὸν, τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον· » ἢ, « τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἁπλοῦν. Ἐξάπινα κατατο-
C ξεύσουσιν αὐτὸν, καὶ οὐ φοβηθήσονται. » Καὶ ὅρα τίνα τρόπον κατατοξεύσουσιν αὐτόν φησιν, ἀλλ' οὐκ ἐμὲ τὸν ταῦτα λέγοντα· τὸν δὲ ἁπλοῦν, τουτέστι τὸν ἀφελῆ καὶ ἀκέραιον, καὶ ἔτι μικρὸν, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐξ ἐκείνων ὄντα περὶ ὧν ὁ Σωτὴρ ἐδίδασκε λέγων· « Μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ μου· » καὶ, « Ὅστις ἐὰν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν, συμφέρει αὐτῷ βληθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν. » Σκανδαλιζόμενον γὰρ κἀκεῖ ὁ Σωτὴρ οὐ μέγαν εἰσάγει, ἀλλὰ τὸν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ μικρὸν, ὥσπερ ἐνταῦθα τὸν ἁπλοῦν. Οἱ τοίνυν ἐχθροὶ οὐδὲ τολμῶσι προσιέναι τοῖς μεγάλοις, οὐδὲ τοῖς παρὰ Θεῷ σοφοῖς· τοὺς δὲ ἁπλοῦς καὶ ἀκεραίους μάλιστα θηρεύουσι. Διόπερ ὁ Δαυΐδ, μνημονεύσας τῶν ἐχθρῶν, καὶ περὶ τίνας μάλιστα εἰλεῖσθαι εἰώθασιν οὗτοι παρέστησεν.

D « Ἐκραταίωσαν ἑαυτοῖς λόγον πονηρόν· διηγήσαντο τοῦ κρύψαι παγίδας. » Τροπικῶς διὰ τῶν ἔμπροσθεν τοὺς τῆς ψυχῆς ἐχθροὺς τὴν ῥομφαίαν αὐτῶν ἀκονῆσαι καὶ τὰ τόξα ἐντεῖναι προειπὼν, σαφέστερον διὰ τῶν προκειμένων τίς ἦν ἡ ῥομφαία, καὶ τί τὸ τόξον παρίστησιν εἰπών· « Ἐκραταίωσαν ἑαυτοῖς λόγον πονηρόν. » Οὐ γὰρ παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβόντες λόγον, ἀλλ' ἑαυτοῖς πλασάμενοι καὶ συνθέντες, τοῦτον ἐκράτυναν. Τοιοῦτοι δέ εἰσιν οἱ συκοφάνται, καὶ οἱ κρατύνειν καὶ βεβαιοῦν πειρώμενοι ἃς ἑαυτοῖς ἀνεζωγράφησαν καὶ ἀνεπλάσαντο ψευδοδοξίας. Εἶτα δὲ τὸν πονηρὸν λόγον ὃν ἑαυτοῖς ἐκράτυναν ὁρῶντες

[5] Psal. xxxiii, 9. [6] II Cor. xi, 3. [7] Matth. xviii, 10. [8] Ibid. 6.

σαθρὸν, οὐ γυμνὸν αὐτὸν προβάλλονται, ἀλλὰ περιβάλλουσιν ἔξωθεν παγίσι, κρύπτοντες διά τινων σοφισμάτων καὶ παραλογισμῶν τὴν κατὰ τῶν ἐπιβουλευομένων συσκευήν· οὕτω γὰρ ἄληπτοι καὶ ἀθήρατοι ἔσεσθαι ὑπολαμβάνουσι. Διὸ « εἶπαν » ἐν ἑαυτοῖς· « Τίς ὄψεται αὐτούς; » καὶ, « ἐξερεύνησαν ἀνομίας. » Οὐδὲν γὰρ ὠφέλιμον ἀπὸ τοῦ θείου νόμου ζητήσαντες εὗρον· ἀλλ' ἀνομίας ἑαυτοῖς ἐπενόησαν. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, « ἐξερεύνησαν ἀνομίας σύμπαντες· » καὶ ἐπὶ τούτοις πολλὰ ζητήσαντες καὶ μυρία παρ' ἑαυτοῖς ἐπινοήσαντες, μηδὲν δὲ ἀληθὲς ἐπὶ τέλει εὑρόντες, ἐξέλιπον, πλέον οὐδὲν ἀπὸ τῆς πολλῆς ἐρεύνης κτησάμενοι. Διὸ λέλεκται· « Ἐξέλιπον ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσεις. » Τοσούτους τινὰς διέγραψεν ὁ Δαυῒδ τοὺς ἐχθροὺς καὶ πολεμίους, ἐξ ὧν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ῥυσθῆναι ηὔχετο, ἐξερευνητικούς τινας, καὶ ζητητικοὺς ἀνομίας. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι ψυχῆς ἀληθῶς ἂν εἶεν φονευταί· διὸ δὴ μάλιστα Θεὸν βοηθὸν ἐπὶ τῶν τοιούτων ἀνεκαλεῖτο, τοὺς αἰσθητοὺς πολεμίους καὶ τοὺς τοῖς σώμασι παρατατττομένους ἐπ' οὐδενὶ λόγῳ τιθέμενος.

« Προσελεύσεται ἄνθρωπος ἐν καρδίᾳ βαθείᾳ, καὶ ὑψωθήσεται ὁ Θεός. Βέλος νηπίων, » καὶ τὰ ἑξῆς. Οἱ μὲν τῆς ψυχῆς πολέμιοι, λόγοις πονηροῖς ἑαυτοὺς περιφράξαντες, καὶ τὰς ἑαυτῶν ἐγκρύψαντες παγίδας, ἀνομίας τε ἐξερευνῶντες, καὶ διὰ τούτων τὰς ἑαυτῶν ῥομφαίας ἀκονήσαντες, καὶ ταῖς ἑαυτῶν γλώσσαις ἐντείναντες τόξα, τὸν ἄμωμον, ἢ τὸν ἁπλοῦν καὶ ἀκέραιον περιῄεσαν ζητοῦντες, ὅπως ἀνέλωσιν αὐτοῦ τὴν ψυχήν· ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν ὁ Θεὸς ῥύσεται. Τῶν γὰρ μικρῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ οἱ ἄγγελοι διὰ παντὸς ὁρῶσι τὸ πρόσωπον τοῦ ἐν οὐρανοῖς Πατρός. Προσελεύσεται δέ τις αὐτοῖς ἄνθρωπος, ἀληθῶς ἀνὴρ τέλειος καὶ φορῶν τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ πεποιημένον, ὃς, ἐν καρδίᾳ βαθείᾳ πεφραγμένος, ἀκατάπληκτος αὐτοῖς παρατάξεται, πάντας τε αὐτοὺς καταλύσει, ὡς ὑψωθῆναι καὶ δοξασθῆναι δι' αὐτοῦ τὸν Θεὸν, καὶ πάντων ἐκείνων τὰ βέλη ἐλεγχθῆναι ἄτονα καὶ ἀσθενῆ, ὡς νηπίων λογισθῆναι βέλη τὰς πληγὰς αὐτῶν, καὶ τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐπ' αὐτοὺς ἐξασθενῆσαι. Τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, ὁ παρατασσόμενος τοῖς προλεχθεῖσιν ἐν καρδίᾳ βαθείᾳ· ὡς δέχεσθαι μὲν αὐτὸν τὰς πληγὰς καὶ τὰ διὰ σοφισμάτων βέλη, γελᾷν δὲ αὐτὰ καὶ τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι, ὡς ὑπὸ νηπίων ἀτόνων κατ' αὐτοῦ πεμπόμενα. Εἶτα καὶ ἐπιλυόμενος αὐτῶν τὰ σοφίσματα, τὰς γλώσσας αὐτῶν καὶ τοὺς λόγους ἐξασθενοῦντας ἐλέγξει. Βαθεῖα δὲ καρδία ἡ μὴ ἐξ ἐπιπολῆς ἔχουσα τὰ μαθήματα, μηδὲ ἐν τῷ προφορικῷ λόγῳ σεμνυνομένη, ἀλλ' ἔνδον ἐν αὐτῇ τοὺς τῆς πίστεως θεμελίους ἐρριζωμένους. Ἀκολούθως τοίνυν λογικούς τινας πολεμίους τὴν γλῶτταν ἀκονήσαντας, καὶ τόξα τοῖς χείλεσιν ἐντείνοντας ὑποστησάμενος, ἀντιτάττει αὐτοῖς ἄνθρωπον Θεοῦ καρδίαν βαθεῖαν κεκτημένον· καὶ τὸν μὲν Θεὸν διὰ τούτου δοξαζόμενον, ἐκείνους δὲ ἡττωμένους καὶ ἀσχημονοῦντας.

« Ἐταράχθησαν πάντες οἱ θεωροῦντες αὐτοὺς, καὶ ἐφοβήθη πᾶς ἄνθρωπος. » Ἀκόλουθον ἦν, τῶν δοκήσει σοφῶν ἀνατραπέντων καὶ τῶν τῆς ψυχῆς πολε-

A non nudum proferunt, sed laqueis extrinsecus clam circumsepiunt, sophismatibus cavillisque quas parant ipsis insidias occultantes, ita se capi et deprehendi non posse opinantur. Quare « dixerunt » in seipsis : « Quis videbit eos ? » et, « scrutati sunt iniquitates. » Nihil quippe utilitatis in divina lege perquisierunt vel invenerunt ; sed iniquitates sibi excogitarunt ; sive, secundum Symmachum, « scrutati sunt iniquitates universi : » ac cum hæc multum perquisivissent, et infinita excogitassent, cum nihil veri tandem reperirent, defecerunt, nihil aliud ex tanta perscrutatione referentes. Quare dictum est : « Defecerunt scrutantes scrutinia. » Hujusmodi hostes et inimicos descripsit David, e quorum manibus animam eripi suam precabatur : erant scili- B cet ii perscrutantes et perquirentes iniquitatem. Nam qui tales sunt, vere animæ interfectores habeantur : quare Deum contra hujusmodi hostes adjutorem invocabat ; cum sensiles inimicos, qui contra corpora aciem instruent, nihili faceret.

Vers. 8, 9. « Accedet homo in corde alto, et exaltabitur Deus. Sagittæ parvulorum, » etc. Inimici quidem animæ verbis sese malignis circummunientes, laqueos suos occultantes, iniquitates perscrutantes, iisque gladios suos exacuentes, linguisque suis intendentes arcus, immaculatum, simplicem et innocentem undequaque perquirebant, ut ejus animam interficerent. At illum Deus eripiet ; angeli namque pusillorum in Ecclesia semper vident faciem Pa- C tris qui in cœlis est. Accedet autem homo quispiam ad eos, vir vere perfectus, eumque ferens qui ad imaginem Dei factus est, qui alto corde munitus, imperterritus contra eos aciem instruet, ipsosque omnes dissipabit, ita ut ejus opera Deus exaltetur et gloria afficiatur, eorumque omnium sagittæ infirmæ debilesque comprobentur, ac plagæ eorum pro sagittis parvulorum reputentur, et linguæ eorum in ipsis infirmentur. Hujusmodi enim ille homo Dei est, qui corde alto contra memoratos homines aciem instruit, ut plagas ipse, et sagittas sophismatibus paratas excipiat ; ipsasque, utpote a parvulis infirmis emissas, irrideat ac pro nihilo habeat. Sub hæc postquam eorum sophismata solve- D rit, linguas et sermones eorum infirmos comprobabit. Cor autem altum est, quod disciplinas non quoad superficiem tantum obtinet, neque in prolatitio sermone gloriatur ; sed quod intus fidei fundamenta radicata habet. Consequenter igitur postquam rationabiles quosdam inimicos linguam exacuentes, et labiis tela vibrantes induxerat, hominem Dei alto corde instructum ipsis opponit, Deumque ejus opera gloria celebratum, illosque abjectos ac turpiter agentes effert.

Vers. 10. « Conturbati sunt omnes qui videbant eos, et timuit omnis homo. » Consentaneum erat, eversis iis qui sibi sapientes videbantur, inimi-

cisque aliisque ab homine Dei confutatis, eos qui in sapientia hujus sæculi non ita conspicui erant conturbari. Nam cum illi quoque in numero eorum qui victi fuerant computarentur, et ipsi quoque athei et impii essent; cæterum utpote malitia ipsis impares, fortiores seipsis devictos cernentes, conturbantur. Quare dictum est : « Conturbati sunt omnes qui videbant eos. » At Dei homo, et omnes ejus amici, qui per unum victoriam de inimicis retulerunt, Deum tunc magis timuerunt, « et annuntiaverunt opera Dei, » et justificationes ejus intellexerunt. Etiamsi enim homo videretur, et alto corde putaretur inimicos debellasse; a prudentibus tamen ut Deus auctor victoriæ cognoscebatur. Quare ii opera Dei annuntiabant, et præclara ejus in hominum gratiam gesta facinora celebrabant. Hi itaque, ut spectatores, de victoria triumphatoris Deum laudibus efferebant. Ipse autem victor « lætabitur in Domino, et sperabit in eo. » Neque enim de seipso magnum sentiet, neque de victoria efferetur, sed divino gaudio et lætitia replebitur, utpote qui victoris Dei minister fuerit. Hoc porro lætante, omnes recti corde laudabuntur, ipsi quoque unius opera ceu victores effecti. Nam totus ordo totumque corpus sanctorum laudem consequetur, quia, secundum S. Apostolum, uno membro gloriam referente, omnia membra in gloriæ partem veniunt.

IN FINEM, PSALMUS CANTICI DAVID LXIV.

Vers. 2, 3. « Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddetur votum in Jerusalem. » Prophetiam complectitur eorum quæ in finem eventura erant; quapropter inscribitur « In finem. » Quænam autem illa essent, deinde aperit his verbis : « Ad te omnis caro veniet. » Non jam solum Judaicus populus, sed omnis caro, id est, totum hominum genus. Sic enim solet Scriptura homines omnes indicare, qui olim carnales terrenique erant. Quare in lege dicitur : « Corrupit omnis caro viam suam [9]; » ac rursum : « Non permanebit spiritus meus in hominibus his, quia carnes sunt [10]. » Sed tunc quidem omnis caro incusabatur; nunc vero ad Deum ventura dicitur. Quamobrem qui post Davidem fuit Joel propheta, omni carni pulcherrima vaticinatur dicens : « Effundam de spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt [11]. » Idipsum quoque declarat Isaias dicens : « Videbit omnis caro salutare Dei [12]. » Salutare porro Dei ab omni carne cognoscendum quid aliud fuerit, quam Christus Dei, ut plerumque demonstravimus? Hoc itaque salutare omnibus hominibus, qui olim carnales erant, revelatum iri in vaticinio enuntiatur. Jure ergo præsens psalmus, idipsum significans, promissionem obsignat cum ait : « Ad te omnis caro veniet. » Sub hæc autem clarius sententiam effert cum addit : « Exaudi nos, Deus, salutaris noster, spes omnium finium terræ,

A μίων ἀπελεγχθέντων ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ· τοὺς μὴ οὕτω δεινοὺς ἐν σοφίᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου ταράττεσθαι. Τῆς γὰρ μερίδος ὄντες τῶν ἡττωμένων, ἄθεοι καὶ αὐτοὶ καὶ δυσσεβεῖς· πλὴν ὡς ἐν κακίᾳ τῆς ἐκείνων δεινότητος ἐλάττους, ὁρῶντες νενικημένους τοὺς ἑαυτῶν βελτίους, ταράττονται. Διὸ λέλεκται· « Ἐταράχθησαν πάντες οἱ θεωροῦντες αὐτούς. » Ὅ γε μὴν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος καὶ πάντες οἱ τούτῳ φίλοι, διὰ τοῦ ἑνὸς τὰ κατ' ἐχθρῶν βραβεῖα ἀράμενοι, μειζόνως τὸν Θεὸν ἐφοβήθησαν, « καὶ ἀνήγγειλαν τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, » καὶ τὰ δικαιώματα αὐτοῦ συνῆκαν. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ἄνθρωπος ἐδόκει, καὶ καρδίᾳ βαθείᾳ τὴν τῶν πολεμίων ἀνατροπὴν πεποιῆσθαι, ἀλλὰ τοῖς συνετοῖς ἐγνωρίζετο, αὐτὸς ὢν ὁ Θεὸς ὁ τῆς νίκης αἴτιος. Διὸ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἀπήγγελλον, B ὑμνοῦντες αὐτοῦ τὰ δι' ἀνθρώπων κατορθώματα. Οὗτοι μὲν οὖν, ὥσπερ θεαταὶ, τὸν Θεὸν δοξάζοντες ἐπὶ τῇ νίκῃ τοῦ νενικηκότος διετέλουν. Αὐτὸς δὲ ὁ νικητὴς « εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐλπιεῖ ἐπ' αὐτόν. » Οὐ γὰρ ἐφ' ἑαυτῷ μέγα φρονήσει, οὐδ' ἐπὶ τῇ νίκῃ ἐπαρθήσεται· χαρᾶς δὲ θείας καὶ εὐφροσύνης πληρωθήσεται, ὡς ὑπουργὸς καὶ διάκονος τοῦ νικοποιοῦ Θεοῦ γεγονώς. Τούτου δὲ εὐφραινομένου, πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ ἐπαινεθήσονται, διὰ τοῦ ἑνὸς καὶ αὐτοὶ ὥσπερ νικηταὶ ἀποδειχθέντες. Ὅλον γὰρ τὸ τάγμα καὶ τὸ σῶμα τῶν ἁγίων ἐπαίνου τεύξεται· ἐπειδὴ, δοξαζομένου μέλους ἑνὸς, συνδοξάζεται πάντα τὰ μέλη, κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΩΔΗΣ. ΞΔ'.

C « Σοὶ πρέπει ὕμνος, ὁ Θεὸς, ἐν Σιὼν, καὶ σοὶ ἀποδοθήσεται εὐχὴ ἐν Ἱερουσαλήμ. » Προφητείαν περιέχει μελλόντων εἰς τὸ τέλος ἀπαντήσεσθαι πραγμάτων· διὸ ἐπιγέγραπται· « Εἰς τὸ τέλος. » Τίνα δὲ ταῦτα, διδάσκει ἑξῆς λέγων, « Πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει. » Οὐκέτι γὰρ μόνον τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, ἀλλὰ καὶ πᾶσα σὰρξ, τουτέστι πᾶν γένος ἀνθρώπων. Οὕτως γὰρ εἴωθεν ὁ Λόγος πάντας ἀνθρώπους σημαίνειν τοὺς πάλαι σαρκίνους καὶ γεώδεις. Διὸ καὶ ἐν τῷ νόμῳ λέλεκται· « Διέφθειρε πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ· » καὶ πάλιν· « Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας. » Ἀλλὰ τότε μὲν πᾶσα σὰρξ κατηγορεῖτο· νῦν δὲ ἥξειν πρὸς τὸν Θεὸν λέγεται. Διὸ καὶ μετὰ τὸν Δαυῒδ Ἰωὴλ, προφήτης γενόμενος, τὰ κάλλιστα πάσης D σαρκὸς θεσπίζει λέγων· « Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν. » Ἀλλὰ καὶ ὁ Ἡσαΐας ταὐτὸν παρίστησιν εἰπών· « Ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. » Σωτήριον δὲ Θεοῦ πάσῃ σαρκὶ γνωσθησόμενον τί ποτε ἦν ἄρα, ἢ ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, καθὼς πολλάκις ἀπεδείξαμεν; Τοῦτο οὖν τὸ σωτήριον πᾶσιν ἀνθρώποις τοῖς πάλαι σαρκίνοις ἀποκαλυφθήσεσθαι προεφητεύετο. Εἰκότως οὖν καὶ ὁ μετὰ χεῖρας ψαλμὸς, τοῦτο αὐτὸ σημαίνων, ἐπισφραγίζεται τὴν ἐπαγγελίαν διὰ τοῦ φάναι· « Πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει. » Ὑποκαταβὰς δὲ, σαφέστερον ἑρμηνεύει τὴν διάνοιαν ἐπιλέγων· « Ἐπάκουσον ἡμῶν, ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς

[9] Gen. vi, 12. [10] Ibid. 3. [11] Joel. ii, 28. [12] Isa. lii, 10.

A πάντων των περάτων τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν· » καὶ ἔτι σαφέστερον ἐπιλέγει· « Καὶ φοβηθήσονται οἱ κατοικοῦντες τὰ πέρατα ἀπὸ τῶν σημείων σου. » Τὸ γὰρ φοβηθῆναι πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὰ πέρατα ἀπὸ τῶν σημείων τοῦ Θεοῦ ἀγαθῶν ἦν καὶ σοφίας ἀρχή· ἐπείπερ « ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου. » Διὰ δὴ ταῦτα « Εἰς τὸ τέλος » προγέγραπται ὁ ψαλμός· καὶ ἔστιν ᾠδῆς ψαλμὸς, ἐπινίκιον ὕμνον εἰς τὸν Σωτῆρα τῶν ἐθνῶν περιέχων. Ἐφ' οἷς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἀνυμνεῖ φάσκον· « Σοὶ πρέπει ὕμνος, ὁ Θεὸς, ἐν Σιών. » Τίνα γὰρ ἐχρῆν ἄλλον ἐπὶ τῇ πάντων ἀνθρώπων σωτηρίᾳ ὑμνεῖσθαι ἢ τὸν παντὸς αἴτιον ἀγαθοῦ; Διδάσκει δὲ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα τοὺς προσιόντας ἐξ ἐθνῶν μόνῳ τῷ Θεῷ λέγειν· « Σοὶ πρέπει ὕμνος· » ὡς ἂν κατεγνωκότας ἑαυτῶν, **B** ὅτε μὴ πρέποντας ὕμνους ἀνέπεμπον τῇ πολυθέῳ πλάνῃ. Πρέπει δὲ ὕμνος τῷ Θεῷ οὐ πᾶς, ἀλλ' ὁ ἐν Σιὼν ἀναπεμπόμενος, δηλαδὴ ὁ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ. Σιὼν μὲν γάρ ἐστιν ἀληθινὴ ἡ ἐπουράνιος Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸ ἐπουράνιον ὄρος τοῦ Θεοῦ· περὶ οὗ διδάσκων ὁ Ἀπόστολος ἔλεγε· « Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς· » καὶ πάλιν· « Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν. » Αὕτη ἂν εἴη ἡ ἀληθὴς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἡ κυρίως ἀναδειχθεῖσα Σιὼν, ἐφ' ἧς καὶ βασιλεύειν λέλεκται ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ὥσπερ οὖν διδάσκει λέγων αὐτὸς ἐν β' ψαλμῷ· « Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ἐπὶ Σιὼν **C** ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ. » Ἡ αὐτὴ δ' ἂν εἴη ἡ καταγγελλομένη τοῖς τὸ Εὐαγγέλιον παραδεχομένοις βασιλεία οὐρανῶν. Εἰκὼν δ' ἐκείνης ἡ ἐπὶ γῆς γένοιτ' ἂν Ἐκκλησία· ὁμωνύμως καὶ αὐτὴ καλουμένη ποτὲ μὲν Σιὼν, ποτὲ δὲ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἄλλοτε θυγάτηρ Σιὼν, ἢ θυγάτηρ Ἱερουσαλήμ. Οὕτω γοῦν αὐτὴν οἱ προφῆται θεσπίζοντες ἀνηγόρευον. Ὁ τοίνυν ὕμνος ὁ ἐν τῇ Σιὼν, ἤτοι τῇ ἐπουρανίῳ, ἢ καὶ τῇ ἐπὶ γῆς Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ ᾀδόμενος, πρέποι ἂν μόνος τῷ ὑμνουμένῳ Θεῷ. Πᾶσα δὲ ἡ ἐκτὸς τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ λεγομένη θεολογία, εἴτε παρὰ τοῖς Ἑλλήνων σοφοῖς, εἴτε παρὰ τοῖς ἀθέοις ἑτεροδόξοις, ἀπρεπὴς ἂν εἴη. Τῶν γὰρ παρ' Ἕλλησι σοφῶν οἱ μὲν εἰς ἀθεότητα παντελῆ καταπεπτώκασιν, οἱ δὲ τὴν πολύθεον πλάνην **D** ἐσέμνυναν. Τῶν δὲ ἀθέων αἱρεσιωτῶν οἱ μὲν πλείστας καὶ ἐναντίας ἀρχὰς ὑπεστήσαντο, οἱ δὲ πονηραῖς καὶ φαύλαις δυνάμεσι τὴν τοῦ παντὸς διοίκησιν ἀνατεθείκασιν. Ἤδη δὲ καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων παῖδες, ἀνθρωπόμορφον καὶ ἀνθρωποπαθῆ τὸν Θεὸν, τῷ μὴ νοεῖν τὰς Γραφὰς, εἰσάγοντες· ἀλλὰ καὶ μυρία ἔκτοπα καὶ ταπεινὰ μυθολογοῦντες, μακρὰν ἀποπεπτώκασι τοῦ πρέποντος ὕμνου. Μόνοι δὲ οἱ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τὸν πρέποντα ὕμνον παρ' αὐτοῦ δεδιδαγμένοι τοῦ Σωτῆρος ἐπαξίως τὸν Πατέρα θεολογοῦσιν· ὃ δὴ παρίστησι διὰ τῆς μετὰ χεῖρας φάσκων ᾠδῆς· « Σοὶ πρέπει ὕμνος, ὁ Θεὸς, ἐν Σιών. » Ἀπρεπὴς δὲ ὕμνος λεχθείη ἂν ὁ δαίμοσι πονηροῖς καὶ πνεύ-

et eorum qui in mari sunt longe : » imo apertius subjungit : « Et timebunt qui habitant terminos a signis tuis. » Nam quod omnes qui habitabant terminos terræ timerent a signis Dei, id bonorum et sapientiæ initium erat : siquidem « initium sapientiæ timor Domini [13]. » His de causis « In finem » psalmus inscribitur : estque psalmus cantici, triumphalem hymnum in Servatorem gentium complectens. Et ob eam rem Spiritus sanctus Deum, qui supra omnia est, celebrat dicens : « Te decet hymnus, Deus, in Sion. » Quem enim alium pro omnium hominum salute celebrari oportuit, nisi omnis boni auctorem? Docet autem idem Spiritus eos qui ex gentibus accedunt soli Deo dicere debere : « Te decet hymnus, » quasi sese damnantes, quod multorum numinum errori indecenter hymnos emisissent. Deum autem hymnus decet, non quivis, sed qui in Sion, videlicet qui in Ecclesia ejus emittitur. Nam vera Sion est cœlestis Jerusalem, et cœlestis mons Dei : de quo Apostolus hæc docuit : « Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem, et multorum millium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in cœlis [14]; » ac rursum : « Illa autem quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra [15]. » Hæc sane fuerit vera Jerusalem, et quæ proprie Sion comprobata est, in qua regnare dicitur Salvator et Dominus noster, ut ipse docet in secundo psalmo : « Ego autem constitutus sum rex super Sion montem sanctum ejus [16]. » Id ipsum autem fuerit regnum cœlorum, quod accipientibus Evangelium annuntiatur. Imago autem illius fuerit Ecclesia quæ in terra est : quæ pari nomine modo Sion, modo Jerusalem, aliquando filia Sion, aliquando filia Jerusalem vocitatur. Sic itaque illam prophetæ vaticinantes appellabant. Hymnus igitur qui in Sion, illa scilicet cœlesti, sive in Ecclesia Dei quæ in terra est, canitur, solus celebrando Deo conveniat. Omnis vero quæ extra Ecclesiam Dei theologia dicitur, sive apud Græcorum sapientes, sive apud impios heterodoxos, indecens dici possit. Nam Græci sapientes, alii in nullius Dei cultum penitus lapsi sunt; alii multorum numinum errorem celebrarunt. Impii autem hæretici, alii plurima et contraria principia constituerunt; alii pravis malisque virtutibus universi administrationem ascripsere. Jam vero ipsi Judæi, humanam formam humanosque affectus, quod Scripturas non intelligunt, Deo affingunt : imo vero infinita absurda abjectaque fabulantes, ab hymno qui deceat longe prolapsi sunt. Ii vero soli qui in Ecclesia Dei decentem hymnum ab ipso Servatore edocti sunt, condignam divinamque de Patre doctrinam efferunt; quod in præsenti cantico declaratur his verbis : « Te decet hymnus, Deus, in Sion. » Indecens porro hymnus dicatur, qui malignis dæmonibus impurisque spiritibus emittitur : indecens item qui soli, lunæ, astris

[13] Psal. cx, 10. [14] Hebr. xii, 22. [15] Galat. iv, 26. [16] Psal. ii, 6.

cæterisque mundi partibus ab iis canitur, qui eadem inter deos annumerant. Longe turpior vero et admodum indecorus est, qui impuris lascivisque canticis de amatoriis deorum historiis confingitur. Solus autem speciosus ac decens hymnus ille dicatur, qui soli Conditori, Opifici ac Regi universorum emittitur, cui etiam vota reddere, atque id non extra Ecclesiam ejus præstare convenit. Quare secundum LXX Interpretes dicitur : « Et tibi reddetur votum in Jerusalem. » Votum autem solet divina Scriptura vocare promissionem, quam quis Deo dederit, quando scilicet resipiscere vitamque suam divinæ philosophiæ addicere, sive etiam ex bonis suis quidpiam consecrare, sive aliud quodvis promissum vitæ, quæ secundum Deum est, consentaneum ac probum edere constituerit. Quare dictum alicubi fuit : « Si votum feceris, ne tardes reddere : melius quippe est non vovere, quam vovere et non reddere [17]. » Decet igitur in primis universorum Opificem et Servatorem hymnis celebrare ; deinde vero divinis hisce laudibus consentanea opera edere, bonaque promissa dare. Postquam vero et hymnum et vota ipsi reddiderimus, tunc cum ea quæ penes nos sunt impleverimus, fidenter agemus ; ita ut dicamus :—« Exaudi orationem. » Hic porro accurate προσευχῆς non εὐχῆς dictum ; nam εὐχή promissionem significat, προσευχή vero supplicationem ac deprecationem, quam Spiritus sanctus pro nobis edebat, congruentem deprecationem Deo offerens ac dicens : « Exaudi orationem. » Quorumnam orationem exaudias ? Id deinde declarat, gentium vocationem vaticinans, dum ait : « Ad te omnis caro veniet. » Spiritus vero sanctus pro omni carne precabatur, ut omnis caro postquam ad Deum conversa fuerit, ipsumque invocaverit, propitium illum inveniat. Quamobrem non dixit : « Exaudi orationem meam ; » sed : « Exaudi orationem, ad te omnis caro veniet ; » ac si clarius dixisset : Quia futurum est ut omnis caro, et totum genus humanum a multorum deorum errore secedat, et ad te solum verum Deum convertatur, hymnos canat tibi, vota reddat, orationes et supplicationes effundat, exaudi orationem eorum.

VERS. 4. « Verba iniquorum prævaluerunt super nos, et impietatibus nostris tu propitiaberis. » Consequenter admodum, postquam de omni carne dixerat, hæc intulit, quæ omnis prædictæ carnis confessionem complectuntur. Itaque quotquot ex omnibus gentibus, quæ olim carnales erant, a superstitione gradum revocarunt, a Spiritu divino docentur confiteri quantis olim in malis complicati fuerint, atque proprias impietates commemorare. Quare ait : « Verba iniquorum prævaluerunt super nos, et impietatibus nostris tu propitiaberis. » Hæc sane quasi ex persona omnis memoratæ carnis valde consequenter dicta fuerint. Quia vero canti-

A μασιν ἀκαθάρτοις ἀναπεμπόμενος· ἀπρεπὴς δέ ἐστι καὶ ὁ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις καὶ τοῖς λοιποῖς τοῦ κόσμου μέρεσιν ὑπὸ τῶν ταῦτα θεοποιούντων ᾀδόμενος. Καὶ ἔτι μᾶλλον αἰσχίων καὶ ἀπρεπέστατος ὁ δι' αἰσχρῶν καὶ ἀκολάστων ᾀσμάτων τοῖς περὶ θεῶν ἐρωτικοῖς διηγήμασιν ἀναπλαττόμενος. Μόνος δ' ἐκεῖνος ὡραῖος λεχθείη ἂν καὶ εὐπρεπὴς ὕμνος, ὁ τῷ μόνῳ Ποιητῇ καὶ Δημιουργῷ καὶ Βασιλεῖ τῶν ὅλων Θεῷ ἀναπεμπόμενος, ᾧ καὶ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι προσήκει, καὶ τοῦτο ποιεῖν μὴ ἐκτὸς τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ. Διὸ λέλεκται κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα· « Καὶ σοὶ ἀποδοθήσεται εὐχὴ ἐν Ἱερουσαλήμ. » Εὐχὴν δὲ σύνηθες τῇ θείᾳ Γραφῇ καλεῖν τὴν ἐπαγγελίαν, ἣν ἂν ἐπαγγέλληταί τις τῷ Θεῷ, ἤτοι σωφρονεῖν ταξάμενος καὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον ἀναθεῖναι τῇ κατὰ Θεὸν B φιλοσοφίᾳ, ἢ τῶν κτημάτων ἀφιερῶσαί τι, ἢ τάξασθαί τινα σεμνὴν ἐπαγγελίαν πρέπουσαν τῷ κατὰ Θεὸν βίῳ. Διὸ λέλεκταί που· « Ἐὰν εὔξῃ εὐχὴν, μὴ χρονίσῃς ἀποδοῦναι· ἀγαθὸν τὸ μὴ εὔξασθαι, ἢ τὸ εὔξασθαι καὶ μὴ ἀποδοῦναι. » Πρέπει τοίνυν πρῶτα μὲν ἐπαξίως τὸν τῶν ὅλων Ποιητὴν καὶ Σωτῆρα ἀνυμνεῖν· ἔπειτα δι' ἔργων ἀκόλουθα πράττειν τῇ θεολογίᾳ ἐν ἀγαθαῖς ἐπαγγελίαις. Ἐπειδὰν δὲ καὶ τὸν ὕμνον πρεπόντως καὶ τὰς εὐχὰς ἀποδῶμεν αὐτῷ, τηνικαῦτα, ὡς ἂν τὰ παρ' ἑαυτῶν πεπληρωκότες, παῤῥησίας μεθέξομεν· ὥστε λέγειν· « Εἰσάκουσον προσευχῆς. » Ἀκριβῶς δ' ἐνταῦθα προσευχῆς, ἀλλ' οὐκ εὐχῆς εἴρηται· ἡ μὲν γὰρ ἐπαγγελίαν ἐδήλου· ἡ δὲ προσευχὴ δέησιν καὶ ἱκετηρίαν, ἣν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον C ὑπὲρ ἡμῶν ἐποιεῖτο, πρέπουσαν ἱκετηρίαν προσαγαγὸν τῷ Θεῷ καὶ λέγον· « Εἰσάκουσον προσευχῆς. » Τίνων δὲ προσευχῆς εἰσάκουσον; Παρίστησιν ἑξῆς, τῶν ἐθνῶν τὴν κλῆσιν θεσπίζον· διό φησι· « Πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει. » Ὑπερηύχετο δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πάσης σαρκὸς, ἵν' ἐπειδὰν ἐπιστραφῇ πᾶσα σὰρξ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἐπικαλῆται αὐτὸν, τύχοι αὐτοῦ ἐπηκόου. Διὸ οὐκ εἶπεν· « Εἰσάκουσον τῆς ἐμῆς προσευχῆς· » ἀλλ'· « Εἰσάκουσον προσευχῆς, πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει· » ὡσεὶ σαφέστερον ἔλεγεν· Ἐπειδὴ μέλλει πᾶσα σὰρξ καὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων ἀναχωρεῖν μὲν τῆς πολυθέου πλάνης, ἐπιστρέφειν δὲ ἐπὶ σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, ὕμνους τέ σοι ἀναπέμπειν καὶ εὐχὰς ἀποδιδόναι, προσευχάς τε καὶ ἱκετηρίας ποιεῖσθαι, εἰσάκουσον τῆς αὐτῶν προσευχῆς.

D « Λόγοι ἀνόμων ὑπερεδυνάμωσαν ἡμᾶς, καὶ ταῖς ἀσεβείαις ἡμῶν σὺ ἱλάσῃ. » Σφόδρα ἀκολούθως μετὰ τὰ περὶ πάσης σαρκὸς λελεγμένα, ἐπενήνεκται τὰ προκείμενα τῆς ὠνομασμένης πάσης σαρκὸς ἐξομολόγησιν περιέχοντα. Οἱ γοῦν ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν τῶν πάλαι σαρκίνων τῆς δεισιδαίμονος πλάνης ἐπιστρέψαντες διδάσκονται ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος ὁμολογεῖν ἐν ὁποίοις ποτὲ κακοῖς γεγόνασι, τῶν τε οἰκείων ἀσεβημάτων μνημονεύειν. Διό φησι· « Λόγοι ἀνόμων ὑπερεδυνάμωσαν ἡμᾶς, καὶ ταῖς ἀσεβείαις ἡμῶν σὺ ἱλάσῃ. » Ταῦτα μὲν οὖν λεγόμενα ἐκ προσώπου τῆς ἀποδοθείσης πάσης σαρκὸς πολλὴν ἂν ἔχοι ἀκολουθίαν. Ἐπεὶ δὲ « τοῦ Δαυῒδ » ἐπιγέγραπται ἡ ᾠδὴ

[17] Eccle. v, 3, 4.

τοῦ ψαλμοῦ, ζητήσειεν ἄν τις, πότε τὸν Δαυῒδ ἢ τοὺς A σὺν αὐτῷ λόγοι ἀνόμων ὑπερεδυνάμωσαν· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « κατεδυνάστευσαν· » ποίας δὲ καὶ ἀσεβείας ἐκτήσατο ὁ τοσοῦτος τοῦ Θεοῦ προφήτης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἐπείπερ, « τὰς ἀσεβείας ἡμῶν σὺ ἱλάσῃ, » φησίν. Ἀλλὰ γὰρ, ὡς ἀποδεδώκαμεν, προφητικῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως μνημονεῦσαν, καὶ φῆσαν· « Πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει, » ἀκολούθως τὴν ἐξομολόγησιν αὐτῶν διαγράφει, ἐξ αὐτῶν προσώπου φάσκον· « Λόγοι ἀνόμων ὑπερεδυνάμωσαν ἡμᾶς, » τουτέστι κρείττους ἡμῶν γεγόνασι καὶ δυνατώτεροι ἡμῶν οἱ τῶν ἀνόμων λόγοι. Ἄνομοι δὲ πάντες ἦσαν οἱ πρῶτοι συστησάμενοι τὴν τῶν εἰδώλων θεοποιίαν· λόγοι τε αὐτῶν οἱ διὰ ποιητῶν καὶ τῶν σοφῶν τοῦ αἰῶνος τούτου περὶ τῆς πολυθέου πλάνης ἐν συγγράμμασι καταβεβλημένοι. Ἀλλ' B οὗτοι μὲν « κατεδυνάστευσαν ἡμῶν, » κατὰ τὸν Σύμμαχον· σὺ δ' οὐχ ὑπερεῖδες ἡμᾶς, Δέσποτα· ἱλάσω δὲ τὰς ἀσεβείας ἡμῶν, καταπέμψας ἡμῖν τὸν ἱλασμὸν, δι' οὗ κατέστης ἡμῖν ἵλεως, ὑπερβὰς ἡμῶν τὰς ἀσεβείας. Τίς δέ ἐστιν ὁ ἱλασμὸς, διδάσκει λέγων ὁ Ἀπόστολος περὶ τοῦ Σωτῆρος· « Ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον διὰ πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι· » καὶ πάλιν· « Αὐτὸς ἱλασμός ἐστιν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· οὐχ ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὅλου τοῦ κόσμου. »

« Μακάριος ὃν ἐξελέξω καὶ προσελάβου, κατοικήσει ἐν ταῖς αὐλαῖς σου. » Οἱ ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέψαντες, τὰς ἑαυτῶν ἀσεβείας ἐξομολογησάμενοι, C καὶ ὡς κατηξιώθησαν τοῦ ἱλασμοῦ, προκοπὴν ἐπιδείκνυνται, καὶ ψυχῆς ὠφέλειαν πολλὴν, γνῶσιν ἀνειληφέναι διδάσκοντες τοῦ ἀληθῶς μακαρίου. Πάλαι μὲν γὰρ τὸν θνητὸν βίον καὶ τὴν πρόσκαιρον ζωὴν μόνην εἰδότες, πάντως που ἐμακάριζον τοὺς ταύτης ἀπολαύοντας, τέλος ἡδονὴν ὁριζόμενοι, καὶ πλούτους, καὶ τὴν ἐν σώματι τρυφήν· νῦν δ' ὅτε τετυχήκασι τοῦ ἱλασμοῦ, καὶ τὰς ἑαυτῶν ἀσεβείας ἀπεκαθήραντο, γνῶσιν ἀνειλήφασι τοῦ ἀληθῶς μακαρίου· καὶ τοῦτον εἶναί φασι τὸν ὑπὸ Θεοῦ ἐκλεγόμενον καὶ τῆς ὑπ' αὐτοῦ προσλήψεως κατηξιωμένον· διό φασι· Πάντες ἡμεῖς τῆς κλήσεως κατηξιώμεθα οἱ πάλαι ὄντες σάρξ· ἀλλ' ἴσμεν, ὅτι πολλοὶ μὲν κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. Εἰκότως οὖν ὡς ἂν σπάνιον μακαρίζομεν τὸν ἐκλεκτόν. Τίς δέ ἐστιν D οὗτος ἀλλ' ἢ ὁ ἀφορισθεὶς τῶν πολλῶν καὶ ἀναληφθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ; Καὶ πῶς γὰρ οὐ μακάριος ἀληθῶς ὁ τοιοῦτος, ὁπότε, τῶν δύο τούτων τυχὼν, λέγω δὲ τῆς ἐκλογῆς καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ προσλήψεως, ἑτέρου κρείττονος καταξιωθήσεται; κατοικήσει γὰρ ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ. Καὶ ταύτην λοιπὸν τὴν μονὴν εὑρὼν καὶ τὴν ἀνάπαυλαν, ἐνταῦθα στηριχθήσεται· τὸ τέλος ἀγαθὸν τοῦτο ἀπολαύων, οὗ τυχεῖν καὶ ἄλλος ηὔχετο προφήτης ὁ εἰπών· « Ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου. » Αὐλαὶ δὲ τοῦ Κυρίου εἰσὶν αἱ κατ' οὐρανὸν μοναὶ, περὶ ὧν εἴρηται ἐν Εὐαγγελίῳ· « Πολλαὶ μοναὶ

cum psalmi, « Davidis » inscriptum est; opportune quæratur quandonam in Davidem aut suos verba iniquorum prævaluerunt; sive secundum Symmachum, « dominati sunt : » queis vero impietatibus cum tantus ille Dei propheta, tum socii ejus addicti fuerint, siquidem ait, « impietatibus nostris tu propitiaberis. » Verum, uti jam tradidimus, cum Spiritus sanctus gentium vocationem prophetice commemoret ac dicat : « Ad te omnis caro veniet, » earum confessionem consequenter describit, ac ex earum persona dicit : « Verba iniquorum prævaluerunt super nos, » id est, verba iniquorum superiora ac potentiora nostris fuerunt. Iniqui autem fuere, qui primi idola inter deos computarunt : verba porro eorum sunt, quæ a poetis et sapientibus hujus sæculi de multorum numinum errore scriptis consignata sunt. Sed ii quidem « dominati sunt nobis, » secundum Symmachum; tu vero non despexisti nos, Domine, sed propitiatus impietatibus nostris, misisti propitiationem nobis, qua impietates prætergressus nostras, placatus evasisti. Quæ porro sit illa propitiatio, docet Apostolus de Servatore dicens : « Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius [18]; » ac rursum : « Ipse propitiatio est pro peccatis nostris : non pro nostris autem tantum, sed pro totius mundi [19]. »

VERS. 5-9. « Beatus quem elegisti et assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis. » Qui ex omnibus gentibus conversi sunt, impietates confessi suas, ut propitiatione dignati, profectum animæque utilitatem multam, illius qui vere beatus est notitia instructi, exhibent. Olim namque cum mortalem tantum et temporaneam vitam nossent, qui ea fruerentur beatos omnino prædicabant, voluptatem, divitias, corporis delicias pro fine constituentes. Nunc vero propitiationem nacti, depositisque impietatis sordibus, illius qui vere beatus est cognitionem adepti sunt, huncque esse dicunt, quem Deus assumere et eligere dignatus est : quare aiunt : Nos omnes vocatione digni habiti sumus, qui olim caro eramus : sed scimus multos vocatos, paucos electos esse : jure igitur electum, utpote qui perrarus sit, beatum prædicamus. Quis ille est, nisi qui ex multis segregatus et a Deo assumptus est? Ecqui non vere beatus sit qui hujusmodi est, quando duo hæc a Deo consecutus, electionem scilicet et assumptionem, alio præstantiore dignabitur? nam inhabitabit in atriis Dei. Et hac inventa mansione et quiete, istic confirmabitur, fineque bono fruetur, quem nancisci rogabat alius propheta dicens : « Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini [20]. » Atria vero Domini sunt cœlestes mansiones, de quibus dicitur in Evangelio : « Apud Patrem mansiones multæ [21]. » Is itaque ex gentibus, qui olim caro erat, sed jam mutatus, homo Dei effectus est, eum qui segregatus et jam electus

[18] Rom. III, 25. [19] I Joan. II, 2. [20] Psal. LXXXIII, 3. [21] Joan. XIV, 2.

est beatum prædicat; utpote qui a Deo assumptus et in atria cœlestis Jerusalem translatus fuerit. « Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, mirabile in justitia. » Qui supra memorati sunt, bona cœlestia, queis prædictus vir beatus dignus habitus est, consequi peroptantes, aiunt: « Replebimur in bonis domus tuæ. » Cœlestem enim illam Dei domum, cujus in atriis is qui jam electus fuit constitutus est, probe norunt. Quamobrem precantur, se quoque opportuno tempore cœlestia illa bona consequi. Quod si domus Dei Ecclesia ejus sit secundum Apostolum, qui ait: « Ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis [22]; » jure dicunt: Beatus ille jam tuam consecutus est electionem; nos vero, qui nondum tales sumus, sed adhuc induti [carne], gaudemus quod jam hic constituti, bonis domus tuæ fruamur, divinis scilicet sermonibus, sapientiæ disciplinis, et sancti Spiritus charismatibus, queis domus Dei exornatur: « Alii enim per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, alii fides in eodem Spiritu, alii dona curationum, alii genera linguarum [23], » et alia quæ divinus Apostolus enumeravit. Hoc se itaque apparatu instruunt qui meliora concupiscunt. Deinde quia domus Dei mentionem fecerunt, consequenter edocent quænam illa sit dicentes: « Sanctum est templum tuum, mirabile in justitia. » Hæc enim domus Dei erat, sanctum templum ejus. Templum autem sanctum Dei intelligas, non murorum tectorumque fabricam, sed illud quod jam ex electis animabus constituitur. Sancti, lapides vivi sunt; domumque spiritualem ad sanctum sacrificium destinatam, cœtum religiosorum hominum esse sacer Apostolus docuit his verbis: « Vos autem omnes domus Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos [24]. » Hæc autem cum dixit, affinia locutus est dictis præsentibus: « Sanctum est templum tuum, mirabile in justitia. » Sicut enim sensibilium templorum structura in admiratione plerumque est, quod ea studiosa varietate exædificata sint; aurea quippe tecta et anaglyphis ornata concinnant elegantiæ studentes, columnis atque marmoribus ædificia exornant: eodem modo templum Dei quod sanctum est (et hoc sane ipsi primum et quidem pulcherrimum bonum adest), externo ornatu circumfulget, videlicet sapientia illa Dei varietate distincta, justitia et reliquis virtutibus, Spiritus item sancti donis varie illustratum, ita ut in stuporem et admirationem se contemplantes conjiciat. Quamobrem qui ut in eo sedes haberent digni habiti sunt, læti dicunt: « Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, mirabile in justitia. » Observes porro velim hæc

A παρὰ τῷ Πατρί. » Ὁ τοίνυν ἐξ ἐθνῶν πάλαι μὲν ὢν σάρξ, μεταβαλὼν δὲ καὶ γενόμενος Θεοῦ ἄνθρωπος, μακαρίζει τὸν ἐξαίρετον καὶ ἤδη ἐκλεκτόν· ὡς ἂν προσληφθέντα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ παραληφθέντα εἰς τὰς αὐλὰς τῆς ἐπουρανίου Ἱερουσαλήμ. « Πλησθησόμεθα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ οἴκου σου· ἅγιος ὁ ναός σου, θαυμαστὸς ἐν δικαιοσύνῃ. » Οἱ προλεχθέντες, τυχεῖν εὐχόμενοι καὶ αὐτοὶ τῶν ἐπουρανίων ἀγαθῶν, ὧν ἠξίωται ὁ προειρημένος μακάριος, φασίν· « Πλησθησόμεθα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ οἴκου σου. » Ἔγνωσαν γὰρ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ τὸν ἐπουράνιον, οὗ ἐν ταῖς αὐλαῖς ὁ ἤδη ἐκλεκτὸς κατατέτακται. Διὸ ἱκετεύουσι καιρῷ ποτε καὶ αὐτοὶ τυχεῖν τῶν ἐπουρανίων ἀγαθῶν. Εἰ δὲ καὶ οἶκος Θεοῦ ἡ Ἐκκλησία αὐτοῦ ἐστι κατὰ τὸν Ἀπόστολον φήσαντα· « Ἵνα
B ἴδῃς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας· » εἰκότως φασίν, ὅτι Ὁ μὲν μακάριος ἤδη τῆς παρὰ σοὶ τετύχηκεν ἐκλογῆς· ἡμεῖς δὲ οἱ μηδέπω τοιοῦτοι, ἔτι δὲ περιβεβλημένοι ἀγαπῶμεν ἐντεῦθεν ἤδη τῶν ἐν τῷ οἴκῳ σου ἀγαθῶν ἀπολαύοντες, λόγων δηλαδὴ θείων καὶ τῶν τῆς σοφίας μαθημάτων τε καὶ χαρισμάτων τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οἷς κεκόσμηται ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ· « Ὧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως, ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι· ἄλλῳ χαρίσματα ἰαμάτων, ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσσῶν, » καὶ ὅσα ἄλλα κατέλεξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Ἐν τούτοις οὖν ἑαυτοὺς παρασκευάζουσιν οἱ τῶν κρειττόνων ἐφιέμενοι. Εἶτ' ἐπειδὴ περὶ οἴκου
C Θεοῦ ἐμνημόνευσαν, ἀκολούθως ὁποῖος οὗτος τυγχάνει διδάσκουσι λέγοντες· « Ἅγιος ὁ ναός σου, θαυμαστὸς ἐν δικαιοσύνῃ. » Οὗτος γὰρ ἦν ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ, ὁ ἅγιος αὐτοῦ νεώς. Νεὼν δὲ ἄκουε τοῦ Θεοῦ ἅγιον οὐ τοίχων καὶ ὀρόφων οἰκοδομήματα, ἀλλὰ τὸν ἐκ ψυχῶν ἐκλεκτῶν συνεστῶτα ἤδη. Λίθοι ζῶντες οἱ ἅγιοι, καὶ οἶκος πνευματικὸς εἰς ἱεράτευμα ἅγιον τὸ σύστημα τῶν θεοσεβῶν εἶναι ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος ἐδίδαξεν εἰπών· « Ὑμεῖς δὲ πάντες οἶκος Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν· εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός· ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς. » Τοῦτο δὲ εἰπών, συνῳδὰ τῷ μετὰ χεῖρας ἐδίδασκε λόγῳ φάσκοντι· « Ἅγιος ὁ ναός σου, θαυμαστὸς ἐν
D δικαιοσύνῃ. » Ὡς γὰρ τῶν αἰσθητῶν ναῶν θαυμάζεται πολλάκις ἡ κατασκευὴ διὰ φιλοκάλου πολυτελείας γενομένη· χρυσόροφα γοῦν καὶ διάγλυφα τεκταίνουσι, φιλοκαλοῦντες, ὕλῃ τε κιόνων καὶ μαρμάρων κατακοσμοῦσι τὰς οἰκοδομάς· τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ τοῦ Θεοῦ νεὼς ἅγιος ὤν, καὶ τοῦτο πρῶτον κάλλιστον ἀγαθὸν κεκτημένος, τὸν ἔξωθεν περιβέβληται κόσμον, πολυποικίλῳ σοφίᾳ Θεοῦ, δικαιοσύνῃ τε καὶ ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς, τοῖς τε τοῦ ἁγίου Πνεύματος χαρίσμασι πεποικιλμένος, ὡς ἔκπληξιν ἐμποιεῖν καὶ θαῦμα παρέχειν τοῖς ὁρῶσιν. Ὅθεν οἱ καταξιούμενοι τῆς ἐν αὐτῷ διατριβῆς χαίροντές φασι· « Πλησθησόμεθα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ οἴκου σου· ἅγιος ὁ ναός

[22] I Tim. III, 15. [23] I Cor. XII, 8, 9. [24] I Cor. III, 16, 17.

σου, θαυμαστὸς ἐν δικαιοσύνῃ.» Τήρει δὲ ὅπως ταῦτα κατὰ τοὺς χρόνους ἐλέγετο τοῦ Δαυΐδ, καθ' οὓς ὁ αἰσθητὸς ὑπὸ Σολομῶνος οὐδέπω κατεσκεύαστο νεώς· δεικνύντος ἐναργῶς τοῦ λόγου, ὅτι ὁ ἀληθῶς ναὸς τοῦ Θεοῦ οὐχ ὁ ἐκ λίθων ἀψύχων ᾠκοδομημένος ἦν, ἀλλ' ὁ ἀποδοθεὶς ἡμῖν κατὰ τὴν ἀποστολικὴν μαρτυρίαν. Καὶ ἄλλως δὲ καθ' ἑτέραν ἐκδοχήν, ἐπειδὴ ἀνωτέρω ἐμακάρισαν τὸν ἐκλεγέντα καὶ ἀναληφθέντα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, κατοικήσαντά τε ἤδη ἐν ταῖς αὐλαῖς αὐτοῦ ταῖς ἐπουρανίοις, εἰκότως καὶ αὐτοὶ τέως μένοντες κλητοί, εὐχόμενοι δὲ ἐκλεκτοὶ γενέσθαι καὶ τῶν αὐτῶν ἐπουρανίων μονῶν καταξιωθῆναι, ἐλπίδας ἀγαθὰς ἑαυτοῖς ὑπογράφουσιν, ἱκετεύοντες τυχεῖν τοῦ αὐτοῦ ἐπουρανίου οἴκου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἀγαθῶν. Εἶθ' ὡς μεμαθηκότες ὁποῖός ἐστιν ὁ ἐπουράνιος τοῦ Θεοῦ οἶκος, ἑρμηνεύουσι τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ φάσκοντες· «Ἅγιος ὁ ναός σου, θαυμαστὸς ἐν δικαιοσύνῃ.» Ναὸς δὲ ἐπουράνιος καὶ ἀληθῶς ἐπάξιος τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ κατοικῶν ἐπινοεῖται ὁ τῶν ὅλων Θεός, τίς ἂν γένοιτο, ἢ ὁ μονογενὴς αὐτοῦ Λόγος, εἰς ὃν εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατοικῆσαι; Οὗτος οὖν ἀληθῶς θαυμαστός ἐστιν ἐν δικαιοσύνῃ· ἐπειδὴ γέγονεν ἡμῖν αὐτὸς σοφία ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις.

«Ἐπάκουσον ἡμῶν, ὁ Θεὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν.» Ὁ μὲν δὴ ἐκλελεγμένος ὑπὸ σοῦ καὶ ἀναληφθεὶς εἰς τὸν ἐπουράνιον ναὸν μακάριος ἀληθῶς καὶ τρισμακάριος· ἡμεῖς δὲ ἐν ἐπαγγελίαις ὄντες τῶν προλεχθέντων ἀγαθῶν, ἐλπίσι τε ἀνηρτημένοι, ἤδη ποτὲ τούτων τυχεῖν εὐχόμεθα· διὸ παρακαλοῦμεν λέγοντες· «Ἐπάκουσον ἡμῶν, ὁ Θεὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν·» ἐπακούσας δὲ, μακαρίους γενέσθαι καταξίωσον, καὶ ἡμᾶς προσλαβόμενος, καὶ ἐκλεξάμενος καὶ κατοικίσας ἐν ταῖς αὐλαῖς σου· ἵν' ἐκεῖ γενόμενοι πλησθῶμεν τῶν ἀγαθῶν τοῦ οἴκου σου. Ἀγαθὰ δὲ τοῦ ἐπουρανίου οἴκου, ὁποῖα ἄν τις νοήσειεν, ἢ οἷα ὁ θεῖος Ἀπόστολος διέγραψεν εἰπών· «Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν;» Ἐπάκουσον τοίνυν ἡμῶν, ὁ Θεὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, καὶ ἐπακούσας καταξίωσον καὶ ἡμᾶς τῶν ἀγαθῶν τοῦ οἴκου σου. Ταῦτα διδάσκονται λέγειν οἱ πάλαι ὄντες σάρκες, τῆς δὲ τοῦ Θεοῦ κλήσεως κατηξιωμένοι. Ἐπικαλοῦνται δὲ εὐκαίρως ἐν τούτοις τὸν ἑαυτῶν Σωτῆρα, ὃν καὶ ἀνωτέρω ἱλασμὸν ὠνόμασαν εἰπόντες, «καὶ τὰς ἀνομίας ἡμῶν σὺ ἱλάσῃ.» Καὶ ἐνταῦθα δὲ τὸν Σωτῆρα ἡ Ἑβραϊκὴ Γραφὴ τούτοις ἐγγράφει τοῖς χαρακτῆρσι, δι' ὧν καὶ ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ Ἰησοῦς γράφεται. Τοῦτον δὲ αὐτὸν τὸν Σωτῆρα καὶ τὸν ἱλασμόν, «ἐλπίδα πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακρὰν» ὀνομάζουσιν, ἄντικρυς παριστῶντες μηδὲν ταῦτα πρὸς Ἰουδαίους· οὐ γὰρ μόνοις αὐτοῖς, πᾶσι δὲ τοῖς ἔθνεσι τὴν τοῦ Σωτῆρος χάριν εὐαγγελίζεσθαι, οἷς γνώμην Θεοῦ καὶ ἐπιστήμην θεσπίζουσιν· ὡς μηκέτι τὰς ἐλπίδας ἀναρτᾷν ἐπὶ τοὺς πάλαι νομιζομένους αὐτῶν θεούς, ἀλλ' ἐπὶ

A Davidis tempore dicta fuisse, quo templum illud sensibile a Salomone nondum excitatum fuerat: sicque clare docetur, verum Dei templum, non illud esse quod ex inanimatis lapidibus structum erat, sed quod ex apostolico testimonio designavimus. Secundum aliam vero interpretationem, quia electum et assumptum a Deo, qui jam in cœlestibus ejus atriis habitat, beatum prædicaverunt; jure et ipsi qui vocati permanent, atque electi esse, et cœlestibus mansionibus donari peroptant, bonam sibi spem ascribunt, eamdem domum cœlestem ejusque bona consequi rogantes. Deinde, utpote qui edidicerint qualis illa cœlestis Dei domus sit, ejus virtutem post explicant dicentes: « Sanctum est templum tuum, mirabile in justitia. » Templum B autem cœleste ac vere Deo dignum in quo habitare universorum Deus intelligitur, quid aliud fuerit, quam unigenitum ejus Verbum, in quo placitum est omnem plenitudinem deitatis inhabitare? Hoc itaque vere mirabile est in justitia; utpote quod factum sit nobis sapientia a Deo, justitia, sanctificatio et redemptio.

« Exaudi nos, Deus Salvator noster, spes omnium finium terræ, et eorum qui in mari sunt longe. » Qui abs te electus, et in cœleste illud templum assumptus est, vere beatus et ter beatus: nos autem qui in prædictorum bonorum promissionibus et in C spe versamur, jam hæc ipsa consequi precamur: quare his verbis rogamus: « Exaudi nos, Deus Salvator noster: » postquam autem exaudieris, concede etiam nobis ut beati efficiamur, qui nos antea assumptos et electos habitare fecisti in atriis tuis; ut ibi constituti impleamur bonis domus tuæ. Bona vero cœleatis domus quænam esse putaveris, nisi quæ Apostolus his verbis descripsit: « Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se [28]? » Exaudi itaque nos, Deus Salvator noster, et postquam exaudieris, nos bonis domus tuæ dignare. Hæc dicere edocentur, qui cum olim caro essent, Dei vocatione donati sunt. Opportune autem hisce verbis Servatorem invocant suum, quem D superius propitiationem appellaverunt, cum dicerent, « et impietatibus nostris tu propitiaberis. » Hic quoque Hebraica Scriptura Salvatorem ipsis characteribus effert, queis Salvator noster Jesus scribitur. Eumdem porro Servatorem et propitiationem ita quoque vocant, « Spem omnium finium terræ et eorum qui in mari sunt longe, » palam declarantes hæc nihil ad Judæos pertinere: neque enim ipsis tantum, sed etiam omnibus gentibus Servatoris gratiam, ut et notitiam scientiamque Dei annuntiandam vaticinantur, ita ut non ultra in suis olim vocatis diis, sed in eo solo qui Servator eorum effectus est, spem reponant. « Præparans

[28] I Cor. II, 9.

montes in virtute sua, accinctus potentia. » Pro illo, « præparans montes, » Symmachus, « fundasti montes, » interpretatus est. Hic porro divina de Servatore doctrina inducenda est. Tu enim, inquit, es spes omnium finium terræ, qui et hæc et illa virtute tua magna condidisti. Primo quidem præparasti montes in virtute tua, accinctus potentia : deinde conturbasti profundum maris, et sonum fluctuum ejus mitigasti : postea per hæc conturbasti gentes. His vero gestis magnam utilitatem perceperunt qui habitant terminos. Te quippe noverunt, et timuerunt a signis tuis, ita ut nullam ulterius præter te spem ob oculos ponerent. Quare supra dictum est : « Spes omnium finium terræ. » Ii enim qui terminos terræ incolunt hic prænuntiatur futurum esse ut timeant Deum a signis ejus, ut dicitur : « Et timebunt qui habitant terminos a signis tuis. » Quænam signa illa erant, quæ cum viderent qui habitabant terminos timuerunt Deum in ipsumque sperarunt, superius docuit his verbis : « Præparans montes in virtute sua, accinctus potentia, qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus. » Quis sustinebit ? « Turbabuntur gentes. » Hæc videntes qui habitant terminos, timuerunt a signis ejus. His porro significatur spirituum malignorum, qui olim contra Dei scientiam erigebantur, abjectio et depulsio, ac diabolicæ aciei clades, principatuum videlicet, potestatum, rectorum mundi et spiritualium nequitiæ : quæ quidem olim gentibus terram incolentibus dominabantur, et humanæ vitæ mare commiscebant et conturbabant, ita ut deorum religionem, omnibus universum orbis elementum incolentibus emitterent. Omnia vero per salutarem Dei adventum de medio sublata et eversa sunt. His similia alius quoque propheta hisce verbis vaticinatur : « Audite, populi omnes, qui habitatis in ipsa : et erit Deus vobis in testimonium, Dominus de domo sancta sua. Quia ecce Dominus, Dominus descendet de loco suo, et conscendet super excelsa terræ. Et conteret montes subtus se, et valles liquescent sicut cera a facie ignis propter impietatem Jacob : hæc omnia et propter peccatum domus Israel [26]. » In XVII item psalmo, qui ejusdem Domini descensum ex cœlis in terram complectitur, dictum est : « Et commota est et contremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt et commota sunt, quoniam iratus est eis Dominus [27]. » His porro descensus Domini, id est Dei Verbi, significatur; deindeque occultarum et invisibilium potestatum, quæ olim in sublime erigebantur, et ab omnibus gentibus colebantur, ruina, abjectio et dissipatio, quæ in ejus ad homines descensu contigit. Quare in præsenti dicitur : « Præparans montes in virtute sua, accinctus potentia. » Potentia enim accinctus, fortitudine scilicet sua, prædictos montes nondum quidem prorsus

A μόνον τὸν αὐτῶν γενόμενον Σωτῆρα. « Ἑτοιμάζων
ὄρη ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, περιεζωσμένος ἐν δυναστείᾳ. »
Ἀντὶ τοῦ, « ἑτοιμάζων ὄρη, ἥδρασας ὄρη, » ὁ Σύμ-
μαχος ἡρμήνευσεν. Ἐπάξει δὲ ὁ λόγος τὰς περὶ τοῦ
προλεχθέντος Σωτῆρος θεολογίας. Σὺ γὰρ εἶ, φησὶν,
ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς ὁ τάδε καὶ
τάδε τῇ σαυτοῦ δυνάμει μεγαλουργήσας. Πρῶτον μὲν
A terribilis in consiliis super filios hominum.» Et his gentes alloquebantur. Nunc igitur ipsi eosdem compellant his verbis: «Venite, et audite, et narrabo.» Quinam, venite? deinde infert: «Omnes qui timetis Deum:» quos supra modo omnem terram nuncupaverant, modo omnes gentes. Eosdem enim in præsenti declarant, cum timentes Deum compellant. Plerumque in aliis commonstravimus, eos ex gentibus qui piam colunt religionem, timentes Dominum Scripturam appellare solere. Quoniam igitur prædicatio evangelica commentario eget, se ejus interpretationem tradituros necessario gentibus pollicentur, dicentes: «Venite, audite, et narrabo.» Hæc porro quasi ex uno ore proferunt propter consummationem: omnes quippe B in Christo consummati unum effecti sunt. Et hoc Spiritus sanctus quasi ex uno apostolico choro gentibus loquens vaticinatur; ac pollicetur se declaraturum quanta fecerit Deus animæ ipsorum. Olim quidem: dicebant, «Venite et videte opera Dei, qui aliquando convertit mare in aridam, et in flumine pertransierunt pede.» Nunc autem non vetera ulterius, sed ea quæ novam spectant historiam tradunt, gesta sua, necnon a Deo sibi collata beneficia narrantes. Quare dicunt: «Quanta fecit animæ meæ;» deinde promissis stantes narrationem ordiuntur. Quæ narratio illa? «Ad ipsum, inquit, ore meo clamavi, et exaltavi sub lingua mea.» Nam quia Dei erga se beneficia recensuerunt, quomodo scilicet igne examinati et probati sint, quomodo in ærumnis positi eas sustinuerint, quo pacto transierint per ignem et aquam, et ingressi sint in refrigerium; quod non hæc omnia sibi frustra divina gratia contulerit; sed isthæc sibi maxime ad martyrium profuerint, necessario edocent. Primo quidem, aiunt, nunquam finem precandi ipsum et clamandi fecimus. Neque tamen alta et sonora voce clamabamus, sed «sub lingua,» intus clamores nostros comprimentes. Noveramus quippe Deum vel tacentes audire, esseque clamores non lingua sed mente prolatos, ac ineffabili virtute ad Deum emissos. Idipsumque a Servatore docetur his verbis: «Intra in cubiculum tuum, et clauso ostio ora: et Pater tuus qui videt D in abscondito, reddet tibi [62].» Sic igitur hic loquuntur: «Ad ipsum ore meo clamavi et exaltavi sub lingua mea;» secundum Symmachum vero: «Ipsum, aiunt, ore meo invocavi, et exaltata est confestim anima mea.» Sed non tantum orationibus, precibus et supplicationibus ad Deum emissis vacavimus; sed ipsis operibus iniquitatem omnem aversati sumus; ita ut ne quidem respicere illam voluerimus, aut quidpiam iniquum vel animo cogitare. Nam si quid simile cogitassemus, non digni eramus qui exaudiremur. Quamobrem aiunt: «Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiat Dominus.» Quia ergo tali mente prædi-

[62] Matth. vi, 6.

tus tales orationes fundebat, jure dicit « Propter ea exaudivit Deus, et attendit voci deprecationis meæ. » Et hæc in causa erant cur Deus post tot tentationes, eduxerit nos in refrigerium. Pro quibus omnibus debitum gratiarum actionis hymnum Deo emittentes, totum sermonem hoc ceu sigillo concludunt : « Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam et misericordiam suam a me. » Hæc porro omnia chorus apostolicus ex unius persona, benedictionem, laudem et gratiarum actionem pro omnibus supra memoratis Deo offerens, post tot prolatos sermones obsignavit.

1. IN FINEM IN HYMNIS PSALMUS CANTICI. LXVI.

Vers. 2, 3. « Deus misereatur nostri et benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. » Præsens quoque psalmus, evangelicus cum sit, eidem ac præcedens hæret sententiæ; quare « ad finem » et ipse remittit, atque « canticum psalmi » inscribitur; quia ille quoque psalmus cantici esse dicebatur. Fortasse vero ideo neuter eorum cujus sint sermones in titulo declarat, quod manifestum sit quænam personæ in utroque loquentes inducantur. Etenim gentium præcones, sive apostoli Servatoris nostri, in utroque assumuntur. Qui statim ab exordio in præsenti psalmo nec occulte acclamant in terra et in omnibus gentibus salutare Dei, et viam ejus cognosci precantes, deinde aiunt : « Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes. Lætentur et exsultent gentes. » Quem sermonem secundo ad vaticinii firmitatem repetunt. Chorus igitur apostolicus, qui prius dixerat : « Jubilate Deo, omnis terra[84]; » et rursum : « Omnis terra adoret te[85]; » iterumque : « Benedicite, gentes, Deum nostrum[86]; » in præsenti psalmo similiter, animadvertens magno sibi opus esse ad faustum evangelicæ prædicationis exitum Dei auxilio, quasi sibi accinendo sic precatur : « Deus misereatur nostri et benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. » Nos quippe nihil dicimus esse, nihil posse fatemur, cum viles homines, simplices, pauperes et hominum postremi simus. Ipse vero Deus, qui nos in salutis gentium ministros adlegit, primo quidem misereatur nostri, nostræ scilicet infirmitatis commiseratione moveatur; deinde aliquid adjiciat quod confortare valeat; id est, ut benedicat nobis, benedictione sane spirituali; quo illius gratia in nos impleatur, ut par est, hujusmodi benedictio : « Crescite, et multiplicamini, et replete terram, et dominamini illius[87]. » Hæc enim a principio in mundi exortu dicta sunt : quæ Judæi non alio quam corporeo more, per multiplicationem impleta putant. Nos autem gnari animæ quoque prolem esse atque discipulos esse magistrorum filios, hujusmodi benedictionem consequi precamur, ut crescamus et multiplicemur multitudine

A τας ἀνέπεμπεν, εἰκότως φησί· « Διὰ τοῦτο εἰσήκουσεν ὁ Θεὸς καὶ προσέσχε τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου. » Καὶ ταῦτα ἦν τὰ αἴτια δι' ἃ ἐξήγαγεν ἡμᾶς εἰς ἀναψυχὴν μετὰ τοὺς τοσούτους πειρασμούς. Ἐφ' οἷς ἅπασι τὸν ὀφειλόμενον εὐχαριστήριον ὕμνον ἀναπέμποντες τῷ Θεῷ, ἐπισφράγισμα τοῦ παντὸς ποιοῦνται λόγου φάσκοντες· « Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἀπέστρεψε τὴν προσευχήν μου, καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀπ' ἐμοῦ. » Ταῦτα δὲ πάντα ὁ χορὸς ὁ ἀποστολικὸς ἐξ ἑνὸς προσώπου μετὰ πάντας τοὺς προλεχθέντας λόγους ἐπεσφραγίσατο, εὐλογίαν καὶ δοξολογίαν καὶ εὐχαριστίαν ἐπὶ πᾶσι τοῖς προλεχθεῖσιν ἀναπέμπων τῷ Θεῷ.

1. ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΕΝ ΥΜΝΟΙΣ ΨΑΛΜΟΣ ΩΔΗΣ. ΞϚ'.

« Ὁ Θεὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς καὶ εὐλογήσαι ἡμᾶς, ἐπι-
B φάναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς. » Καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς εὐαγγελικὸς ὢν, τῆς αὐτῆς ἔχεται τῷ πρὸ αὐτοῦ διανοίας· διόπερ « εἰς τὸ τέλος » παραπέμπει καὶ αὐτὸς, « ᾠδῇ » τε « ψαλμοῦ » ἐπιγέγραπται· ἐπεὶ κἀκεῖνος ψαλμὸς ᾠδῆς ἐλέγετο εἶναι. Μήποτε δὲ τὸ τίνος εἶεν λόγοι οὐδέτερος αὐτῶν ἐν τῇ προγραφῇ παρίστησι διὰ τὸ ἐναργὲς τῶν προφητικῶς εἰσηγμένων ἐν αὐτοῖς προσώπων. Οἱ κήρυκες γοῦν τῶν ἐθνῶν, οἱ ἀπόστολοι δηλαδὴ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἐν ἑκατέρῳ παρελήφθησαν. Αὐτίκα γοῦν καὶ διὰ τῶν προκειμένων ἀκαλύπτως ἀναβοῶσιν ἐν τῇ γῇ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τό τε σωτήριον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ γνωσθῆναι εὐχόμενοι· εἶθ' ἑξῆς· « Ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ, ὁ Θεὸς, ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ πάντες. Εὐφρανθήτωσαν καὶ ἀγαλλιάσθωσαν
C ἔθνη. » Καὶ αὖθις δευτεροῦσι τὸν λόγον εἰς βεβαίωσιν τῶν θεσπιζομένων. Ὁ χορὸς τοίνυν ὁ ἀποστολικὸς, ὁ διὰ τῶν ἔμπροσθεν εἰρηκώς· « Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ, πᾶσα ἡ γῆ· » καὶ αὖθις· « Πᾶσα ἡ γῆ προσκυνησάτωσαν· » καὶ πάλιν· « Εὐλογεῖτε, ἔθνη, τὸν Θεὸν ἡμῶν· » καὶ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας ὁμοίως, ὁρῶν, ὅτι πολλῆς δεῖται συνεργίας Θεοῦ εἰς κατόρθωσιν τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, ὥσπερ κατεπᾴδων ἑαυτῷ δι' εὐχῆς φησιν· « Ὁ Θεὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς καὶ εὐλογήσαι ἡμᾶς, ἐπιφάναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς. » Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἑαυτοὺς τὸ μηθὲν εἶναί φαμεν, καὶ τὸ μηδὲν δύνασθαι ὁμολογοῦμεν, εὐτελεῖς ὄντες καὶ ἰδιῶται, πένητές τε καὶ πάντων ἔσχατοι ἀνθρώπων· αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς βουληθεὶς ἡμᾶς ὑπηρέτας γενέσθαι τῆς
D τῶν ἐθνῶν σωτηρίας, πρῶτον μὲν οἰκτειρήσειεν ἡμᾶς, οἶκτον ἡμῶν λαβὼν τῆς ἀσθενείας· εἶτα προσθείη τι τὸ δυνάμενον ἡμᾶς δυναμῶσαι· τοῦτο δὲ ἦν τὸ εὐλογῆσαι ἡμᾶς· εὐλογίᾳ δὴ πνευματικῇ, ὡς ἂν καὶ εἰς ἡμᾶς πληρωθείη πρεπόντως τῇ αὐτοῦ χάριτι ἡ φάσκουσα εὐλογία· « Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. » Ταῦτα μὲν γὰρ καὶ πάλαι κατ' ἀρχὰς ἐπὶ τῆς κοσμοποιίας εἴρητο· ἐνομίσθη τε Ἰουδαίοις οὐκ ἄλλως ἢ σωματικῶς μόνως διὰ τῆς πολυτελείας πληροῦσθαι. Ἡμεῖς δὲ, εἰδότες, ὡς ἔστι καὶ ψυχῆς ἔκγονα, διδασκάλων τε παῖδες οἱ μαθητευόμενοι, τοιαύτης ἀξιοῦμεν τυχεῖν εὐλογίας, ὡς ἂν αὐξηθείημεν καὶ πληθυνθείημεν πλή-

[84] Psal. LXV, 1. [85] ibid. 4. [86] ibid. 8. [87] Gen. I, 28.

θει τῶν μαθητευομένων, μυριάσι τε τῶν δι' ἡμῶν σωζομένων, ὡς ἂν εἴπειν· « Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ. » Οὕτως οὖν ὁ Θεὸς οἰκτειρῆσαι ἡμᾶς πρότερον, εἶτ' οἰκτειρήσας εὐλογῆσαι ἡμᾶς. Τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλως ἔσται, εἰ μὴ ἐπιφάναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, ὥστε καὶ ἡμᾶς εἰπεῖν· « Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε. » Τὸ δὲ ἐπιλεγόμενον ἑξῆς, « καὶ ἐλεῆσαι ἡμᾶς, » μὴ κείμενον μήτε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, μήτε ἐν τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς, ἀναγκαίως ὠβέλισται. Τῶν δὲ προλεχθέντων εὐχόμεθα τυχεῖν, ἵνα δυνηθῶμεν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ γνωστὴν ποιῆσαι ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Διὸ λέλεκται· « Τοῦ γνῶναι ἐν τῇ γῇ τὴν ὁδόν σου. » Τίς δὲ ἡ γῆ καὶ τίς ἡ ὁδὸς τοῦ Θεοῦ; Γῆ μὲν πάντες οἱ τὴν γῆν οἰκοῦντες ἄνθρωποι καὶ πάντα τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη· ὁδὸς δὲ τοῦ Θεοῦ ὁ θεοσεβὴς βίος· οὗ τὸ τέλος πρὸς αὐτὸν ἄγει τὸν Θεόν, ὡς ἐπὶ μητρόπολιν ἀγαθῶν. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ σωτήριος λόγος εἴη ἂν ὁδὸς τοῦ Θεοῦ. Διὸ ἑξῆς ὥσπερ διερμηνεύων τὴν διάνοιαν ἐπιλέγει· « Ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τὸ σωτήριόν σου. » Ὅπως οὖν δυνηθῶμεν ἐν πάσῃ τῇ γῇ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς τὴν γῆν οἰκοῦσι τὴν ὁδόν σου καὶ τὸ σωτήριόν σου, ταὐτὸν γάρ ἐστι, γνωστὸν ποιῆσαι, οἰκτείρησον ἡμᾶς, ὁ Θεός, καὶ εὐλόγησον ἡμᾶς, καὶ τὸ πρόσωπόν σου ἐπίφανον ἐφ' ἡμᾶς, ἵνα πληρωθέντες φωτὸς ἐκ τοῦ προσώπου σου, καταλάμψωμεν πάντας ἀνθρώπους. Εἰ γὰρ μὴ ταῦθ' ἡμῖν ὑπάρξειεν, οὐδέν ἐσμεν ἡμεῖς πρὸς τὴν τοῦ τηλικούτου πράγματος κατόρθωσιν.

« Ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοί, ὁ Θεός, ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ πάντες. Εὐφρανθήτωσαν. » Τὰ μὲν πρῶτα ἑαυτοῖς ἐπηύξαντο οἱ τῶν ἐθνῶν κήρυκες· τὰ δὲ προκείμενα τοῖς τὸ δι' αὐτῶν κήρυγμα παραδεξαμένοις. Καὶ δὴ καὶ πρῶτον μὲν αὐτοῖς ἐξομολογήσεως ἐνδοθῆναι χώραν εὔχονται, ὅπως τὰ πρότερα ἑαυτῶν πλημμελήματα καὶ τὰς ἐν εἰδωλολατρείᾳ δυσσεβείας ἀπορρύψωνται διὰ τῆς ἐξομολογήσεως· δεύτερον καθαρθέντας αὐτοὺς τυχεῖν εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως τῆς παρὰ τῷ Θεῷ ἱκετεύουσι. Διὸ πρῶτον φασίν· « Ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοί, ὁ Θεός. » Ἀλλ' ἐπεὶ συνέβαινε μήπω συνεῖναι ἡμᾶς ποίους εἰρήκασι λαούς· ἐπεὶ καὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀθροίσματα καὶ λαοὺς ἐκέκτητο· ἀναγκαίως, ἵνα νοήσωμεν ποίων ἐμνημόνευσαν λαῶν, δευτεροῦσι τρανοῦντες τὴν διάνοιαν ἐν τῷ λέγειν· « Ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ πάντες. » Μήποτε δὲ διὰ τῶν προτέρων τοὺς παρὰ Ἰουδαίοις λαοὺς αἰνίττονται, ὑπὲρ αὐτῶν πρῶτον τὴν εὐχὴν ἀναπέμψαντες, διὰ δὲ τῶν δευτέρων τοὺς ἐξ ἐθνῶν λαούς; Ὅπερ ἵνα γνώριμον γένηται τοῖς ἐντυγχάνουσι, διασαφεῖ φάσκων ὁ λόγος· « Εὐφρανθήτωσαν καὶ ἀγαλλιάσθωσαν ἔθνη. » Ἐπειδὴ δὲ δὶς τό, « ἐξομολογησάσθωσάν σοι, » εἴρηται, ὅρα μήποτε τὸ μὲν πρῶτον ἐδήλου τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων τὴν ὁμολογίαν, τὸ δὲ δεύτερον, τὴν ἐφ' οἷς ἔτυχον ἀγαθοῖς εὐχαριστίαν. Λαμβάνεται γὰρ ἡ ἐξομολόγησις καὶ ἐπὶ εὐχαριστίας. Οὕτω γοῦν ὁ Σωτὴρ

[88] Ephes. I, 3. [89] Psal. IV, 7. [90] Matth. XI, 25.

A discipulorum, atque infinito eorum qui per nos salutem obtinebunt numero, ut dicamus : « Benedictus Deus qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo[88]. » Sic ergo Deus primum misereatur nostri, deinde misertus benedicat nobis. Id porro nequaquam eveniet, nisi illuminet vultum suum super nos : ita ut et nos dicamus : « Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine[89]. » Quod sequitur porro, « et misereatur nostri, » cum neque in Hebraico, neque in reliquis interpretibus legatur, obelo, ut consentaneum erat, notatum est. Ideo autem jam memorata assequi rogamus, ut viam ejus in universa terra notam facere valeamus. Quare dicitur : « Ut cognoscamus in terra viam tuam. » Quænam terra illa ? quæ via Dei ? Terræ B nimirum sunt omnes homines terram incolentes et gentes universum orbem occupantes; via autem Dei, est religiosa vita, cujus finis ad ipsum Deum, ceu ad quamdam bonorum metropolim deducit. Ipseque salutaris sermo via Dei fuerit. Quamobrem sub hæc velut sententiam explicans adjicit : « In omnibus gentibus salutare tuum. » Ut itaque valeamus in omni terra et in omnibus gentibus terram incolentibus viam tuam et salutare tuum, nam idem ipsum est, notum facere, miserere nostri, Deus, et benedic nobis, vultumque tuum illumina super nos; ut lumine vultus tui repleti, omnes homines illustremus. Atenim nisi hæc nobis adfuerint, nihil ad tantam rem perficiendam sumus.

C VERS. 4-8. « Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes. Lætentur. » Priora quidem sibi præcones gentium postularunt; hæc vero iis qui prædicationem suam exceperunt. Et primo ipsis confessionis locum dari precantur, ut per confessionem pristina delicta et idololatriæ impietatem abstergant. Secundo rogant ut purgati lætitiam et exsultationem a Deo consequantur. Quare primo dicunt : « Confiteantur tibi populi, Deus. » Sed quia nondum nobis notum erat, qui populi indicarentur ; nam ipsa quoque Judaica gens cœtus et populos habuit ; ut sciamus quibus de populis agatur, necessario repetunt, mentemque suam declarant his verbis : « Confiteantur tibi populi omnes. » D Num forte per priores illos, Judæorum populos subindicant, pro illisque orationem primo emittunt; per secundos autem, gentium populos? Quod ut legentibus planum fiat, his verbis declaratur : « Lætentur et exsultent gentes. » Quoniam vero bis illud, « confiteantur tibi, » dictum est; perpende num primum pristinorum delictorum confessionem significet; secundum vero, gratiarum pro collatis bonis actionem. Nam confessio etiam pro gratiarum actione usurpatur. Sic enim Servator gratias agit dicens : « Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ[90]. » Post primam vero et secundam confessionem, jam tertio pro gentibus illis confessis pre-

cantur. Quibus verbis? « Lætentur et exsultent gentes. » Qua vero de causa, deinde docet sic loquens : « Quoniam judicabis populos in æquitate ; » populos autem non aliquos, aliis dimissis ; sed omnes, ut demonstratum superius est : qui gnari insuper se abs te ductum iri, ut viam sibi a nobis indicatam perambulent, jure lætitia et exsultatione replebuntur. Pro illo autem, « et exsultent, » Aquila, « et laudabunt ; » Symmachus vero, « et benedicant, » interpretati sunt. « Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes : terra dedit fructum suum. » De bonis promissis tuis lætabundus Spiritus sanctus, iisdem vocibus insistit, quasi de communi universorum hominum salute delectatus. Quare bis terve resumit, neque vult a salutari et evangelico cantico secedere. Rursum itaque ait : « Confiteantur tibi populi, Deus. » Quod sane maximum erat miraculum, quia Judæi quidem universorum Dei cultum a patribus edocti, in idololatriæ errorem frequenter proruebant. Populi autem per orbem universi, qui a multis retro sæculis errori dediti erant, eousque mores immutabunt, ut non solum te omnium Deum agnoscant; sed etiam ediscant tibi duplici jam tradito more confiteri : quod ut eveniat jam vaticinium matura; ut æternarum promissionum oculati testes simus. Hæc porro sic accipienda sunt, ut possint ex prophetarum persona dici ; ita ut quæ ante diapsalma sunt, apostolorum personæ conveniant ; quæ vero secundum diapsalma ponuntur, prophetarum choro, qui ea quæ nos videmus, ipsi quoque conspicere flagitabant, et tamen non viderunt secundum Salvatoris vocem [91]. Deinde dicitur : « Terra dedit fructum suum ; » sive, secundum Symmachum : « Terra dabit proventum suum. » Vere namque fructus secundum terræ naturam est, nosse universorum Deum, eosque queis in illa habitare concessum est, debitas ipsi confessiones et gratiarum actiones emittere. Nam ea de causa terræ elementum conditum est, ut qui in illa versarentur, pietatis fructus proferrent; sed ob primi hominis prævaricationem dictum est : « Maledicta terra in operibus tuis. In dolore comedes ipsam omnibus diebus vitæ tuæ. Spinas et tribulos germinabit tibi [92]. » At non erat hic fructus terræ secundum naturam ; sed prædictio malitiæ quæ præter naturam in ea pullulatura erat. Nam præter naturam spinæ et tribuli oborti sunt propter prævaricationem non solum primi hominis. sed etiam eorum qui post illum in impietatem prolapsi sunt. Quia in principio quando dixit Deus : « Germinet terra herbam feni, seminantem semen, secundum genus et similitudinem, et lignum fructiferum ferens fructum, cujus semen in ipso sit secundum genus super terram [93]; » nusquam mentio spinarum ac tribulorum est; neque terra isthæc produxisset, nisi hominibus inobsequentiæ subsecuta ultio esset. In malitiæ ergo, quæ homini-

A ηὐχαρίστει λέγων· « Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς. » Μετὰ δὲ τὴν πρώτην καὶ δευτέραν ἐξομολόγησιν ἐπεύχονται τοῖς ἔθνεσι τοῖς ἐξομολογησαμένοις τὰ τρίτα. Τίνα δὲ ταῦτα; « Εὐφρανθήτωσαν καὶ ἀγαλλιάσθωσαν ἔθνη. » Καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν, ἑξῆς διδάσκει λέγων· « Ὅτι κρινεῖς λαοὺς ἐν εὐθύτητι, » καὶ ὅτι λαούς, οὐ τινὰς μὲν, τινὰς δὲ οὔ· ἀλλὰ πάντας κατὰ τὰ ἔμπροσθεν δεδηλωμένα. Ἔτι δὲ γνόντα, ὅτι ὁδηγηθήσεται ὑπὸ σοῦ πρὸς τὸ βαδίσαι τὴν ὁδὸν τὴν ὑφ' ἡμῶν αὐτοῖς γνωριζομένην, εἰκότως εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως πλησθήσεται. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « καὶ ἀγαλλιάσθωσαν, » « καὶ αἰνέσουσιν » ὁ Ἀκύλας· ὁ δὲ Σύμμαχος, « καὶ εὐφημείτωσαν, » ἡρμήνευσαν. « Ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ, ὁ Θεὸς, ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ πάν-
B τες· γῆ ἔδωκε τὸν καρπὸν αὐτῆς. » Ἐπὶ ταῖς χρησταῖς καὶ ἀγαθαῖς ἐπαγγελίαις εὐφραινόμενον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ταῖς αὐταῖς ἐνδιατρίβει φωναῖς, ὥσπερ ἐντρυφῶν τῇ κοινῇ πάντων ἀνθρώπων σωτηρίᾳ. Διὸ ἐπαναλαμβάνει δεύτερον καὶ τρίτον, καὶ οὐ βούλεται ἀναχωρεῖν τοῦ σωτηρίου καὶ εὐαγγελικοῦ ᾄσματος. Πάλιν οὖν φησιν· « Ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ, ὁ Θεός. » Ὃ δὴ μέγιστον ἦν θαῦμα, ὅτι Ἰουδαῖοι μὲν, ἐκ πατέρων τὸν τῶν ὅλων Θεὸν σέβειν δεδιδαγμένοι, συνεχῶς ἐξετραχηλίζοντο ἐπὶ τὴν πλάνην τῆς εἰδωλολατρείας· λαοὶ δὲ πάντες οἱ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐκ τοῦ μακροῦ αἰῶνος πεπλανημένοι εἰς τοσαύτην ἥξουσι μεταβολὴν, ὡς μὴ μόνον ἐπιγνῶναί σε τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, ἀλλὰ καὶ ἐπιστήμην ἀναλαβεῖν τοῦ ἐξομολογεῖσθαί σοι κατὰ τὸν ἀποδο-
C θέντα διττὸν τρόπον· ὅπερ ἵνα γένηται ἤδη ποτὲ, τάχυνον τὰ τῆς προφητείας, ἵνα αὐτόπται τῶν αἰωνίων ἐπαγγελιῶν γενοίμεθα. Ἀκουστέον δὲ τῶν προκειμένων ὡς δυναμένων καὶ ἐκ προσώπου τῶν προφητῶν λέγεσθαι· ὥστ' εἶναι τὰ μὲν πρὸ τοῦ διαψάλματος, ἁρμόζοντα τῷ προσώπῳ τῶν ἀποστόλων, τὰ δὲ μετὰ τὸ διάψαλμα, τῷ χορῷ τῶν προφητῶν, οἵτινες ἐπεθύμουν ἰδεῖν ἃ ἡμεῖς βλέπομεν, καὶ οὐκ εἶδον κατὰ τὴν σωτήριον φωνήν. Ἑξῆς τούτοις εἴρηται· « Γῆ ἔδωκε τὸν καρπὸν αὐτῆς· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· « Γῆ δώσει τὴν φορὰν αὐτῆς. » Καρπὸς γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ κατὰ φύσιν τῆς γῆς ἐστι τὸ γνωρίζειν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, καὶ τὰς ὀφειλομένας αὐτῷ ἐξομολογήσεις καὶ εὐχαριστίας ἀναπέμπειν τοὺς οἰκεῖν
D αὐτὴν ἐπιτραπέντας. Ἐπὶ τοῦτο μὲν γὰρ κατεσκεύασται τὸ τῆς γῆς στοιχεῖον, ἐπὶ τὸ τοὺς ἐν αὐτῇ τὰς διατριβὰς ποιουμένους εὐσεβείας προσφέρειν καρπούς· διὰ δὲ τὴν τοῦ πρώτου ἀνδρὸς παράβασιν ἐλέχθη· « Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου. Ἐν λύπαις φάγῃ αὐτὴν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου· ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι. » Ἀλλ' οὐκ ἦν οὗτος ὁ κατὰ φύσιν καρπὸς τῆς γῆς· πρόῤῥησις δὲ τῆς μελλούσης φύειν ἐν αὐτῇ παρὰ φύσιν κακίας. Παρὰ φύσιν γὰρ αἱ ἄκανθαι καὶ τρίβολοι διὰ τὴν παράβασιν ὑποστᾶσαι οὐ μόνον τοῦ πρώτου ἀνθρώπου, ἀλλὰ καὶ τῶν μετ' αὐτὸν ἠσεβηκότων· ἐπεὶ κατ' ἀρχὰς, ὅτε εἶπεν ὁ Θεός· « Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην

[91] Luc. x, 24. [92] Gen. iii, 17. [93] Gen. i, 11.

χόρτου· σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς· » οὐδαμῇ μνήμη γέγονεν ἀκανθῶν οὐδὲ τριβόλων· οὐδ' ἂν ἔφυσε ταῦτα ἡ γῆ, εἰ μὴ τὰ τῆς παρακοῆς ἐπηκολούθησεν ἀνθρώπῳ. Τῆς γοῦν ὕστερον ἐπισυμβάσης ἀνθρώποις κακίας εἰκόνες ἐφύησαν ἄκανθαι καὶ τρίβολοι. Ὅθεν ἵνα ταῦτα ἀπόληται, πῦρ ἦλθε βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν ὁ Σωτήρ. Καὶ δὴ τοῦ σωτηρίου λόγου δίκην πυρὸς τὰς ἀκάνθας καὶ τοὺς τριβόλους ἀφανίζοντος, νεωθεῖσα τῆς κακίας ἡ ψυχὴ, τὸν προσήκοντα αὐτῇ καὶ κατάλληλον καρπὸν ἀποδίδωσι. Διόπερ λαοὶ μὲν πάντες ἐξομολογοῦνται· ἔθνη δὲ ἐπὶ τῆς γῆς ὁδηγοῦνται. Τούτοις τε ἀκολούθως, ἐπενήνεκται τό· « Γῆ ἔδωκε τὸν καρπὸν αὐτῆς. Εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν, εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός. Καὶ φοβηθήτωσαν αὐτὸν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Εἴτε οἱ ἀπόστολοι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, εἴτε οἱ παλαιοὶ τοῦ Θεοῦ προφῆται (ἑκατέρῳ γὰρ τάγματι ἐφαρμόζει τὰ λεγόμενα), εὔχονται τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐλογίας τυχεῖν, ἧς καὶ ἀνωτέρω τὴν διάνοιαν παρεστήσαμεν, δεικνύντες ὅπως τὸ, « Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς, » ἐπὶ τούτων ἐπληροῦτο πνευματικῶς. Πάρεστι γοῦν ἔργῳ παραλαβεῖν, ὡς ἡ σύμπασα γῆ τῆς ἐκείνων διαδοχῆς ἐπληρώθη. Αἵ τε καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἱδρυθεῖσαι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἐκκλησίαι, καὶ οἱ καθ' ἑκάστην μυρίανδροι λαοὶ τῆς εὐλογίας αὐτῶν ἐμφαίνουσι τὰ ἀποτελέσματα. Πρεπόντως δὲ αὐτοῖς τὸ, « Ὁ Θεὸς ἡμῶν, » ἐν τῷ, « Εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν· » ὡς ἂν πάτριον κεκτημένοι τὸ τοῦ Θεοῦ αὐτῶν γνώρισμα. Ἀλλ' ἑξῆς ἐπισυνάπτουσιν ἀορίστως λέγοντες τὸ, « Εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός· » ὡς μηκέτι μόνων αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν δι' αὐτῶν σωθησομένων Θεὸν ὄντα. Καὶ μετὰ πάντα τὸ συμπέρασμα τῆς ὅλης προφητείας ἐπισφραγίζονται λέγοντες· « Καὶ φοβηθήτωσαν αὐτὸν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Ἐπειδὴ γὰρ « ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου, » ἀναγκαίως ὥσπερ εἰσαγωγὴν τῆς θεοσεβείας τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἐγγενέσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις τοῖς καὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων τῆς γῆς οἰκοῦσιν ἐπεύχονται· ὃ δὴ καὶ ἐπληροῦτο μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θεοφάνειαν, μεθ' ἣν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Περὶ τούτων δὲ τῶν περάτων τῆς γῆς καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐλέγετο· « Ἐπάκουσον ἡμῶν, ὁ Θεὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν.

A bus postea inhæsit, imaginem, spinæ et tribuli suborti sunt. Quamobrem, ut hæc dispereant, ignem in terram missum Servator venit. Et sane salutari verbo ignis instar spinas et tribulos absumente, renovata anima malitiam exuens, convenientem sibi et consentaneum fructum profert. Quapropter populi omnes confitentur; gentes vero in terra diriguntur. Ad hæc autem consequenter infertur illud: « Terra dedit fructum suum. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, et metuant eum omnes fines terræ. » Sive apostoli Servatoris nostri, sive prisci illi Dei prophetæ (nam utrique ordini hæc dicta competunt), Dei benedictionem consequi precantur, cujus mentem supra declaravimus, cum illud, « Crescite et multiplicamini et replete terram, et dominamini illius [94], » B in ipsis spiritualiter completum esse probaremus. Licet igitur vel ex gestis rebus intelligere, universam terram eorum successione repletam esse. Ecclesiæ namque Servatoris nostri per universam terram fundatæ, et innumeri per singulas earum populi, benedictionem ipsorum completam exhibent. Ipsis porro convenit illud, « Deus noster, » in hoc dicto expressum, « Benedicat nos Deus, Deus noster; » utpote qui paternam Dei sui cognitionem obtineant. Verum deinde illud adjiciunt: « Benedicat nos Deus; » utpote qui non ipsorum tantum, sed etiam eorum omnium, qui per eos salutem nacturi sunt, Deus sit. Post hæc omnia autem totius C prophetiæ complementum obsignant his verbis: « Et metuant eum omnes fines terræ. » Quandoquidem enim « initium sapientiæ timor Domini [95], » necessario precantur, ut timor, quasi initiatio ad piam religionem, omnibus hominibus, etiam extrema terræ incolentibus, ingeratur. Quod post divinum Salvatoris nostri adventum impletum est: post illum enim in omnem terram exivit sonus apostolorum ejus, et in fines orbis terræ verba eorum. De his quoque terræ finibus superius dicebatur: « Exaudi nos, Deus Salvator noster, spes omnium finium terræ, et eorum qui in mari sunt longe [96]. »

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΨΑΛΜΟΣ ΩΔΗΣ ΞΖ'.

« Ἀναστήτω ὁ Θεὸς, καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, καὶ φυγέτωσαν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ οἱ μισοῦντες αὐτόν. » Οἱ μὲν πρὸ τοῦ μετὰ χεῖρας τρεῖς ἐφεξῆς τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν προεφώνουν· ὧν ὁ μὲν ξδ' « Ψαλμὸς ᾠδῆς » ἐπεγέγραπτο « Τῷ Δαυΐδ· » ὁ δ' ἑπόμενος « Ὠδὴ ψαλμοῦ· » ὁ δὲ τρίτος « Ἐν ὕμνοις ψαλμὸς ᾠδῆς. » Εἰκότως τοιγαροῦν καὶ ὁ μετὰ χεῖρας, εὐαγγελικὸς ὢν καὶ αὐτὸς, καὶ οὐ περὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ Σωτῆρος αὐτοῦ προφητείαν περιέχων, « εἰς τὸ τέλος

D IN FINEM DAVIDI, PSALMUS CANTICI. LXVII.

VERS. 2-4. « Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, et fugiant qui oderunt eum a facie ejus. » Tres psalmi ante præsentem consequenter positi, vocationem gentium prænuntiabant: e quibus LXIV « Psalmus cantici Davidi » inscriptus erat; sequens vero, « Canticum psalmi; » tertius « In hymnis psalmus cantici. » Jure itaque præsens psalmus cum evangelicus item sit, ac non solum de vocatione gentium, sed etiam de ipso Servatore prophetiam contineat, « in finem Davidi, » atque « psalmus cantici, » perinde atque superio

[94] Gen. I, 28. [95] Psal. CX, 10. [96] Psal. LXIV, 6.

res, inscriptus est. Par erat enim sermones bonorum promissa complectentes, non modo psalmos, sed una psalmos cantici, et cantica psalmi vocari, atque « in finem » remittere; quia ea quæ in horum vaticiniis feruntur, diuturnis post temporibus in consummatione sæculi perficienda erant. Hic quoque psalmus a Spiritu prophetico ex persona apostolorum pronuntiatus est. Sicut ergo in præcedentibus orabant, Deum sibi ad evangelicam prædicationem adjutorem evocantes; eodem quoque modo in præsenti ulterius progressi dicunt: « Benedictus Dominus quotidie; prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum: » et iterum: « Manda, Deus, virtuti tuæ, confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis. » Vides enim quomodo precentur, ut Deus sibi prosperum iter paret, seque confirmet, ut Evangelii cursum sine obice perficiant. Evangelicam item prædicationem aperte memorant dicentes: « Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa. » Imo quibusnam Evangelium prædicaturi essent vaticinantur his verbis: « Venient legati ex Ægypto, Æthiopia porriget manum suam Deo. » Clare enim hisce verbis Ægyptiis Evangelium annuntiant, idololatras subindicantes: ex Ægypto namque idololatria ortum accepit. Quinetiam Æthiopiam Deo manum porrigere suam dicunt, extrema terræ significantes. Deinde vero omnia regna terræ confertim advocant, hocque ritu universas gentes significant. Ut autem ea quæ in vaticinio ferebantur, nunc tandem opere perficerentur, in ipso principio Spiritus sanctus per Davidem preces emittit dicens: « Exsurgat Deus et dissipentur inimici ejus. » Pergraves enim inimici Dei jam olim in omnes terræ habitatores tyrannidem exercebant, maligni videlicet dæmones, qui multiplicum numinum errorem in universum orbem induxerant. Nemo porro erat qui mala propelleret, non vir sapiens, non justus, non propheta, imo nec quispiam ex angelis et sanctis spiritibus, sive ex cœlestibus divinisque virtutibus. Quapropter Deum rogat ut exsurgat, et ex regio throno suo excitetur. Nam Dei providentia tunc cessare, vacare et ceu quiescere dicitur, cum ex divitiis bonitatis, et ex patientia longanimitateque sua peccantes et erga se impie agentes tolerat; moveri autem et excitari dicitur, cum peccatores aggressus ulciscitur. Ut igitur memorati hostes finem facerent dominandi hominibus, Deo supplicat ut exsurgat seseque concitet ad ultionem, ut qui olim in unum congregati erant, et improbam mutuo concordiam inierant, eam scilicet quæ diabolicam idololatriam spectabat, dissiparentur procul dispersi. Ii vero inimici Dei erant, eumque oderant, qui aerem terræ eminentem replebant, et improbitatem illam multiplicis erroris fovebant, impii nempe quidam et athei dæmones. Qui Deo vel tantum commovente se, et ad facinorum ultionem sese excitante, primo quidem dissipati et alii procul aliis dispersi, deinde in fugam versi sunt, ac postea sicut deficit fumus defecerunt, et sicut liquescit cera

A τῷ Δαυῒδ » ἐπιγέγραπται, καὶ « ψαλμὸς ᾠδῆς » ὁμοίως τοῖς πρὸ αὐτοῦ. Ἔδει γὰρ τοὺς τῶν ἀγαθῶν ἐπαγγελτικοὺς λόγους μὴ μόνον ψαλμοὺς, ἀλλ' ὁμοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ψαλμοὺς ᾠδῶν καὶ ᾠδὰς ψαλμῶν ὀνομάζεσθαι καὶ « εἰς τὸ τέλος » ἀναπέμπειν· ὡς ἂν μακροῖς ὕστερον χρόνοις ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος μελλόντων πληροῦσθαι τῶν ἐν αὐτοῖς θεσπιζομένων. Λέλεκται δὲ καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος ἐκ προσώπου τῶν ἀποστόλων. Ὥσπερ οὖν διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐπηύχοντο ἑαυτοῖς ἀνακαλούμενοι Θεὸν συνεργὸν εἰς τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις οἱ αὐτοὶ προϊόντες, φασίν· « Εὐλογητὸς Κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν· κατευοδώσει ἡμῖν ὁ Θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν· » καὶ πάλιν· « Ἔντειλαι, ὁ Θεὸς, τὴν δύναμίν σου· δυνάB μωσον, ὁ Θεὸς, τοῦτο ὃ κατειργάσω ἡμῖν. » Ὁρᾷς γὰρ ὅπως κατευοδωθῆναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ δυναμωθῆναι εἰς τὸ ἀκωλύτως τὸν δρόμον τοῦ Εὐαγγελίου τελειῶσαι εὔχονται. Μέμνηνται δὲ σαφῶς καὶ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος λέγοντες· « Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ· » ἀλλὰ καὶ τίσιν ἤμελλον κηρύττειν τὸ Εὐαγγέλιον θεσπίζουσιν ἐν οἷς φασιν· « Ἥξουσι πρέσβεις ἐξ Αἰγύπτου· Αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ Θεῷ. » Σαφῶς γὰρ διὰ τούτων Αἴγυπτον εὐαγγελίζονται, τοὺς εἰδωλολάτρας αἰνιττόμενοι· ἐπεὶ ἐξ Αἰγύπτου κατήρξατο ἡ εἰδωλολατρεία. Ἀλλὰ καὶ τὴν Αἰθιοπίαν προφθάσαι χεῖρα αὐτῆς τῷ Θεῷ φασι, τὰ ἔσχατα τῆς οἰκουμένης δηλοῦντες. Εἶθ' ἑξῆς τὰς βασιλείας τῆς C γῆς πάσας ἀθρόως συγκαλοῦσι, τῶν ἐθνῶν ἁπάντων τοῦτον σημαινομένων τὸν τρόπον. Ἵνα δὲ τὰ διὰ τῶν λόγων προφητευόμενα ἤδη ποτὲ καὶ δι' ἔργων χωρήσῃ, ἀρχόμενον τὸ Πνεῦμα τὸ προφητικὸν, διὰ τοῦ Δαυῒδ εὐχὴν ἀναπέμπει λέγον· « Ἀναστήτω ὁ Κύριος, καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ. » Δεινοὶ γὰρ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ κατετυράννουν πάλαι πρότερον τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων, οἱ τὴν πολύθεον πλάνην καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης συστησάμενοι πονηροὶ δαίμονες. Οὐδεὶς τε ἦν ἐπαμύνων τοῖς κακοῖς, οὐ σοφὸς ἀνὴρ, οὐ δίκαιος, οὐ προφήτης· ἀλλ' οὐδὲ ἀγγέλων τις ἢ πνευμάτων ἁγίων, ἢ τῶν κατ' οὐρανὸν θείων δυνάμεων. Διὸ δὴ αὐτὸν ἀναστῆναι τὸν Θεὸν, καὶ τοῦ βασιλικοῦ διεγερθῆναι θρόνου παρακαλεῖ. Ἠρεμεῖν μὲν καὶ ἡσυχάζειν καὶ ὥσπερ διαναπαύεσθαι τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ D προνοίας λέγεται, ἐπειδὰν τῷ πλούτῳ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῇ μακροθυμίᾳ φέρῃ τοὺς ἁμαρτάνοντας καὶ εἰς αὐτὸν ἀσεβοῦντας· τὸ δὲ κινεῖσθαι καὶ διανίστασθαι, ἐπειδὰν τὰς ἐκδικήσεις ποιῆσαι ἐπεξιὼν τοῖς ἁμαρτάνουσιν. Ἵν' οὖν ἤδη ποτὲ παύσωνται ταῖς κατὰ τῶν ἀνθρώπων δυναστείαις οἱ προλεχθέντες ἐχθροὶ, διαναστῆναι τὸν Θεὸν καὶ διεγεῖραι ἑαυτὸν εἰς ἐκδίκησιν ἱκετεύει, ὅπως οἱ πάλαι κατὰ τὸ αὐτὸ συνηγμένοι καὶ κακὴν συμφωνίαν πρὸς ἀλλήλους θέμενοι, τὴν τῆς δαιμονικῆς εἰδωλολατρείας, διασκεδασθῶσι μακρὰν ἀλλήλων γενόμενοι. Ἐχθροὶ δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ μισοῦντες αὐτὸν ἦσαν, οἱ τὸν ὑπὲρ γῆς ἀέρα πληροῦντες καὶ τὴν ἐν ἀνθρώποις πολυπλανῆ κακίαν ἐνεργοῦντες δυσσεβεῖς τινες καὶ ἄθεοι δαίμονες· οἳ, κινηθέντος αὐτοῦ μόνον τοῖ

Θεοῦ, καὶ ἐπὶ τὴν τῶν πραττομένων ἐκδίκησιν ἑαυτὸν διεγείραντος, πρῶτον μὲν ἐσκορπίζοντο μακρὰν ἀλλήλων διασκεδαννύμενοι, εἶτ' ἐχρῶντο φυγῇ· καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἐκλείπει καπνὸς ἐξέλιπον, καὶ ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς, οὕτως ἤμελλον ἀπόλλυσθαι. Νοήσεις δὲ ὅπως ὡς ἐκλείπει καπνὸς ἐξέλιπον οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, ἐπιστήσας ὡς τὸ μὲν παλαιὸν μετεσχηματίζοντο εἰς ἀγγέλους φωτὸς, αὐτὸς δὲ ὁ διάβολος καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ὅς φησιν· «Αὐτὸς γὰρ ὁ Σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός.» Οὐ μέγα οὖν εἰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται εἰς ἀγγέλους δικαιοσύνης, ἐχρησμοδότουν τε τότε κατὰ πάντα τόπον, μαντείας καὶ θεραπείας ἐπαγγελλόμενοι, ὡς τοὺς δεισιδαίμονας θύειν αὐτοῖς καθ' ὑπερβολὴν μανίας καὶ τὰ ἑαυτῶν φίλτατα. Νυνὶ δὲ ἐκείνων πάντων ἀφανισμὸς καὶ ἐρημία γέγονεν, ὡς μηδὲ μνήμην αὐτῶν ἐπιλιπέσθαι· ἐξέλιπον δὲ ὡς ἐκλείπει καπνὸς ἀποσβεσθέντος αὐτῶν τοῦ πυρός· διὸ καὶ ἀλλαχοῦ εἴρηται· «Ἀνέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ.» Ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ ὀργὴ τούτοις αὐτοῖς ἐπελθοῦσα, τὸ πῦρ αὐτῶν ᾧ κατέφλεγον τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς κατέσβεσεν· οὗ σβεσθέντος, ἀνέβη καπνός. Ἀλλὰ καὶ οὗτος ὁ καπνὸς μηκέθ' ὑποκαιόμενος, μηδὲ ἔχων ὁπόθεν ὑποστῇ, ἐκλείπει. Ἐπεὶ δὲ ὁ Θεὸς φῶς ἐστι, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία, τοῦτο τὸ φῶς τοῖς αὐτῷ φίλοις σοφίας καὶ γνώσεως, καὶ ἀληθείας μαρμαρυγὰς ἐκπέμπει, ὡς φάναι αὐτοὺς, «Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε.» Τοῖς δὲ προλεχθεῖσιν ἐχθροῖς αὐτοῦ πῦρ καταφλέγον γίγνεται. Διὸ λέλεκται ἐν ἑτέροις· «Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφοδρά·» καὶ, «Πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ φλογιεῖ πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ.» Καὶ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας οἱ ἐχθροὶ οὐ μόνον ἐκλείπειν ὡς καπνὸς, ἀλλὰ καὶ ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς, οὕτως ἐκτήκεσθαι εἴρηνται· ἐπειδήπερ αὐτοὶ ἑαυτοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ πεποιήκασιν. Ὁ γὰρ Θεὸς ἀγαπᾷ τὰ ὄντα πάντα, καὶ οὐδὲν βδελύσσεται ὧν ἐποίησεν· οὐδὲ γὰρ μισῶν τι κατεσκεύαζε· διὸ οὐδενὸς ἐχθρὸς αὐτός. Οἱ δὲ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἐχθροποιοῦντες ἑαυτοὺς, ἐπισπῶνται τὴν ἀπώλειαν· ὡς λέγεσθαι· «Ὅτι ἰδοὺ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται.» Οὕτω δὲ καὶ μισοῦσι τὸν Θεὸν οἱ τὰ ὑπ' αὐτοῦ μεμισημένα πράττοντες. Ταῦτα μὲν οὖν καθ' ἕνα λελέχθω τρόπον. Ἐπεὶ δὲ ἡ πᾶσα προφητεία εὐαγγελικὴ τυγχάνει, θέα μήποτε ταῦτα εἰς τὸν Θεὸν Λόγον ἀναφέρεται, ὃς ἦν μὲν πάλαι ἐν τοῖς κόλποις ἀναπαυόμενος τοῦ Πατρός· «Ἐν ἀρχῇ» γὰρ «ἦν ὁ Λόγος· καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος.» Καί· «Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν,» αὐτὸς ἦν ὁ Μονογενὴς τοῦ Θεοῦ ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρός. Ἐπεὶ δὲ μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μέχρι θανάτου, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰκότως τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ θεσπίζει λέγον· «Ἀναστήτω ὁ Θεὸς, καὶ διασκορπισθή-

A a facie ignis, sic et illi perituri erant. Quomodo autem sicut deficit fumus defecerint adversarii ejus, intelliges, si animadvertas qua ratione olim ipse diabolus et ministri ejus transformarentur in angelos lucis, secundum Apostolum, qui ait: «Ipse enim Satanas transformatur in angelum lucis [97].» Non magnum itaque quidpiam si ministri ejus transformarentur in angelos justitiæ, nec si tunc omnibus in locis oracula ederent, vaticinia et curationes pollicentes; ita ut superstitiosi homines per summam insaniam vel sibi charissima ipsis immolarent. Nunc vero eorum omnium ruina et desertio contigit, ita ut ne vel eorum memoria supersit: exstinctoque ipsorum igne defecerunt sicut deficit fumus. Quare alio in loco dicitur: «Ascendit fu-
B mus in ira ejus [98].» Nam ira Dei invadens ipsos, ignem ipsorum, quo animas hominum incendebant, restinxit: quo restincto, ascendit fumus. Sed ipse fumus cum ignis non subsit, nec habeat in quo subsistat, deficit. Quia vero Deus lux est, et tenebræ in eo non sunt ullæ, hæc lux amicis suis sapientiæ, scientiæ et veritatis radios emittit, ita ut dicant: «Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine [99];» inimicis autem suis supra memoratis ignis consumens est. Quare alibi dictum est: «Ignis in conspectu ejus exardescet, et in circuitu ejus tempestas valida [1];» et: «Ignis in conspectu ejus exardescet, et inflammabit omnes inimicos ejus [2].» In præsenti quoque inimici ejus non modo ut fumus deficere, sed sicut fluit cera a facie ignis,
C ita et ipsi liquescere dicuntur. Quoniam ipsi sese inimicos Dei constituerunt. Deus enim omnia quæ sunt amat, et nihil odit eorum quæ fecit: neque enim aliquid condidit quod odisset; quare nullius inimicus ipse est. Qui vero sese ab ipso longe removent, ipsiusque se inimicos efficiunt, perniciem sibi attrahunt, ita ut dicatur: «Quia ecce qui elongant se a te, peribunt [3].» Sic autem et Deum oderunt, qui perosa ipsi perpetrant. Hæc igitur uno modo dicta fuerint. Cum porro omnis prophetia evangelica sit, consideres velim num hæc ad Deum Verbum referantur, quod quidem olim in paterno sinu requiescebat: «In principio» enim «erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum [4].» Et: «Hoc erat in principio apud
D Deum [5],» ipsum erat Unigenitus Dei, qui est in sinu Patris. Quia vero formam servi accipiens, et habitu inventus ut homo, humiliavit semetipsum usque ad mortem; jure Spiritus sanctus ejus resurrectionem vaticinatur dicens, «Exsurgat Deus et dissipentur inimici:» ubi per illud, «Deus,» Deus Verbum intelligitur. Aut oratio illa de Christo hoc profert, «Exsurgat,» et ad universorum Deum emittitur; ita ut illud, «Deus,» sic accipiatur: O Deus, exsurgat Christus tuus, et dissipentur inimici ejus. Congregati namque sunt inimici ejus

[97] II Cor. XI, 14. [98] Psal. XVII, 9. [99] Psal. IV, 7. [1] Psal. XLIX, 3. [2] Psal. XCVI, 3. [3] Psal. LXXII, 27. [4] Joan. I, 1. [5] ibid. 2.

tempore passionis ipsius, quando « fremuerunt A gentes, et populi meditati sunt inania. Astiterunt reges, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus [6]. » Hosce porro omnes resurrectio Christi ex mortuis dissipavit: tuncque defecerunt ut deficit fumus, et sicut fluit cera a facie ignis. Hunc sane Christum Dei odio habuerunt, ac etiamnum oderunt, qui frequenter impia dicta, convicia et blasphema verba proferunt, ejus Ecclesiam oppugnant ac doctrinam calumniantur. Nam alias nullos reperire est qui universorum Deum oderint; neque enim ipsi athei et impii, neque maligni dæmones, neque impuri spiritus id dixerint. At Christum Dei se odio habere aperte profitentur, primo ii de quibus ipse per prophetiam ita fatur: « Locuti sunt adversum me lingua do- B losa, et sermonibus odii circumdederunt me, et expugnaverunt me gratis. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi. Et posuerunt adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea [7]; » deinde qui post illos etiam nunc in ipsum blasphema dicta proferunt. Cæterum omnes inimici ejus, et qui oderunt eum dissipati sunt et fugerunt a facie virtutis ejus, defeceruntque sicut deficit fumus, et sicut fluit cera a facie ignis. Nemo igitur ex odientibus eum impune unquam ex hac vita migravit. Sed etiam principes sacerdotum, Scribæ, Pharisæi et Sadducæi, qui insidias olim ipsi pararunt, ita defecerunt, ut neque memoria eorum ad hoc usque tempus, neque nomen apud Judæos ser- C vetur. Tunc tota eorum natio in omnes gentes dispersa dissipataque est. Insequentibus vero temporibus quotquot Ecclesiam ejus oppugnarunt, similiter et ipsi defecerunt sicut deficit fumus, et sicut fluit cera a facie ignis. Inimici ergo Christi et qui oderunt eum talia passi sunt; maximeque invisibiles et occulti inimici, maligni nempe dæmones et spiritus nequam, qui olim multorum numinum erroris auctores erant: qui post resurrectionem ex mortuis penitus dissipati sunt. Iidemque ipsi liquescentes sicut cera a facie ignis, clamabant dicentes: « Sine, quid nobis et tibi, Fili Dei? venisti ante tempus torquere nos [8]. » Nam deitatis ipsius invisibiles et occulti radii, tormenta doloresque talia dicentibus invexerunt. Dexter porro C amicorum Dei ordo quibus in Servatoris nostri resurrectione frueretur bonis, deinceps docet prophetia quæ ait: « Et justi lætentur et exsultent in conspectu Dei, delectentur in lætitia. » Quid illud sit, non simpliciter lætari et exsultare, sed in conspectu Dei et apud Deum his perfrui, divinaque voluptate gaudere, non potest pro merito enarrari.

τωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ· » Θεοῦ νοουμένου τοῦ Θεοῦ Λόγου. Ἡ τῆς εὐχῆς περὶ μὲν τοῦ Χριστοῦ λεγούσης τὸ, « Ἀναστήτω, » πρὸς δὲ τὸν Θεὸν τῶν ὅλων ἀναπεμπομένης· ἵν' ᾖ τὸ, « ὁ Θεὸς, » ἀντὶ τοῦ, ὦ Θεὲ, ἀναστήτω ὁ Χριστός σου, καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ. Συνήχθησαν μὲν γὰρ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ κατὰ τὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ καιρὸν, ὁπηνίκα « ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά. Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. » Πάντων δὲ τούτων διασκορπισμὸν ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις τοῦ Χριστοῦ κατειργάσατο· ἐξέλιπόν τε ὡς ἐκλείπει καπνὸς, καὶ ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός. Καὶ τοῦτόν γε τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ἐμίσησαν, μισοῦσί τε εἰσέτι καὶ νῦν, οἱ συνεχῶς αὐτὸν ἀθέοις λόγοις καὶ λοιδορίαις βλασφημοῦντες, τήν τε Ἐκκλησίαν αὐτοῦ πολεμοῦντες, καὶ τὴν διδασκαλίαν διαβάλλοντες. Ἄλλως γὰρ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν οὐκ ἂν εὕροι μισοῦντάς τινας· οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ οἱ ἄθεοι καὶ δυσσεβεῖς· ἀλλ' οὐδὲ οἱ πονηροὶ δαίμονες, οὐδὲ τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα τοῦτ' ἂν εἴποιεν. Τὸν δὲ Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ὁμολογουμένως ἐμίσησαν· πρῶτοι μὲν ἐκεῖνοι, περὶ ὧν αὐτὸς διὰ τῆς προφητείας ἔφασκεν· « Ἐλάλησαν κατ' ἐμοῦ γλώσσῃ δολίᾳ, καὶ λόγοις μίσους ἐκύκλωσάν με, καὶ ἐπολέμησάν με δωρεάν. Ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾷν με ἐνδιέβαλλόν με. Καὶ ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου· » ἔπειτα καὶ οἱ μετ' ἐκείνους εἰσέτι νῦν αὐτὸν βλασφημοῦντες. Πλὴν πάντες οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, καὶ οἱ μισοῦντες αὐτὸν διεσκορπίσθησαν καὶ πεφεύγασιν ἀπὸ προσώπου τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. Ἐξέλιπόν τε ὡς ἐκλείπει καπνὸς καὶ ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός. Αὐτίκα γοῦν οὐδεὶς πώποτε τῶν μεμισηκότων αὐτὸν ἀτιμώρητος διεξῆλθε τὸν βίον· ἀλλὰ καὶ οἱ πάλαι τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῷ τυρεύσαντες ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς, Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι οὕτως ἐξέλιπον, ὡς μηδὲ μνήμην αὐτῶν εἰσέτι νῦν μηδ' ὄνομα παρὰ Ἰουδαίοις σώζεσθαι. Τότε πᾶν ἔθνος αὐτῶν διασκεδασμὸν καὶ διασκορπισμὸν ὑπέμεινε εἰς πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα δὲ χρόνοις πάντες ὅσοι τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ πεπολεμήκασιν, ὁμοίως ἐξέλιπον καὶ αὐτοὶ ὡς ἐκλείπει καπνὸς καὶ ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός. Οἱ μὲν οὖν ἐχθροὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ οἱ μισοῦντες αὐτὸν τοιαῦτα πεπόνθασι, καὶ ἔτι μᾶλλον οἱ ἀόρατοι καὶ ἀφανεῖς ἐχθροὶ, πονηροὶ δαίμονες καὶ μοχθηρὰ πνεύματα, δι' ὧν τὰ τῆς πολυθέου πλάνης ἐνηργεῖτο πάλαι· ὧν παντελὴς διασκορπισμὸς μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν γέγονεν· οἱ δ' αὐτοὶ, τηκόμενοι ὡς κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς, ἐβόων λέγοντες· « Ἔα· τί ἡμῖν καὶ σοὶ, Υἱὲ Θεοῦ; Ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς. » Αἱ γὰρ τῆς θεότητος αὐτοῦ ἀόρατοι καὶ ἀφανεῖς ἀκτῖνες, βασάνους καὶ ἀλγηδόνας τοῖς ταῦτα λέγουσι παρεῖχον. Τὸ δέ γε δεξιὸν τῶν φίλων τοῦ Θεοῦ τάγμα ὁποίων ἀπέλαυεν ἀγαθῶν ἐν τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσει, ἑξῆς διδάσκει ἡ προφητεία λέγουσα· « Καὶ οἱ δίκαιοι εὐφρανθήτωσαν, ἀγαλλιάσθωσαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, τερφθήτωσαν ἐν εὐφροσύνῃ. » Ὁποῖον δέ ἐστι τὸ μὴ ἁπλῶς εὐφραίνεσθαι καὶ ἀγαλλιᾷν, ἀλλ' ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ παρὰ τῷ Θεῷ τούτων ἀπολαύειν, ἡδονῇ τε θείᾳ ἐντρυφᾷν, οὐκ ἔστιν ἐπαξίως λόγῳ διηγήσασθαι.

[6] Psal. II, 1, 2. [7] Psal. CVIII, 3-5. [8] Matth. VIII, 29.

« Ἄσατε τῷ Θεῷ, ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν. » Τὸν μὲν περὶ τῶν ἐχθρῶν καὶ μισούντων τὸν Θεὸν λόγον διὰ βραχέων ἐπετέμετο ἡ προφητεία· τὸν δὲ περὶ τῶν δικαίων ἐξαπλοῖ, ἐνδιατρίβουσα τῇ περὶ αὐτῶν μνήμῃ. Καὶ δὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παρακελεύεται τοῖς δικαίοις ᾄδειν καὶ ψάλλειν τῷ Θεῷ, ὡς ἂν διὰ τούτων μέλλουσιν ἀπολαύειν τῆς θείας εὐφροσύνης καὶ τῆς προλεχθείσης τερπωλῆς καὶ ἀγαλλιάσεως. Καὶ ἐπείπερ τῶν δύο τούτων, λέγω δὲ τοῦ ᾄδειν καὶ ψάλλειν, τὸ μὲν κρεῖττον ἦν τὸ ᾄδειν, τὸ δὲ ὑποβεβηκὸς τὸ δι' ὀργάνου ἀνακρούεσθαι, εἰκότως τὸ μὲν κρεῖττον ἀνέθηκε τῷ Θεῷ, τὸ δὲ διὰ τοῦ ὀργάνου ἐνεργεῖν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. « Ἄσατε » γάρ, φησί, « τῷ Θεῷ, καὶ ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. » Ἄδει δὲ τῷ Θεῷ ὁ δι' ὑγιῶν δογμάτων τὴν ψυχὴν πεπαιδευμένος καὶ τὰς πρεπούσας αὐτῷ θεολογίας ἐκ διανοίας κεκαθαρμένης ἀναπέμπων· ψάλλει δὲ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, ὁ διὰ τῶν τοῦ σώματος κινήσεων καὶ διὰ τῆς τῶν αἰσθητηρίων ἐνεργείας τοιαῦτα πράττων, ὡς δοξάζεσθαι δι' αὐτοῦ παρὰ τοῖς ὁρῶσι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. Ταῦτα μὲν οὖν πρῶτα παρακελεύεται τῷ τῶν δικαίων χορῷ πράττειν ὁ λόγος· ἑξῆς δὲ πρᾶγμά τι ποιεῖν ἑτέροις χρήσιμον προστάττει. Ἵνα γὰρ ἐπιβῇ ὁ Θεὸς τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ, καὶ ὅπως ἐμπεριπατήσῃ τοῖς ἐπὶ γῆς, τὴν ὁδὸν αὐτῷ λείαν καὶ ὁμαλὴν ἀπεργάζεσθαι διακελεύεται φάσκων· « Ὁδοποιήσατε· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Καταστρώσατε· » κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, « Ἀποσκολοπίσατε, » τουτέστι πᾶν σκολιὸν ἀφέλετε, καὶ πᾶν τραχὺ καταστρώσατε, ὡς ἂν γένοιτο λεία καὶ ὁμαλὴ τοῦ Θεοῦ ἡ εἰς ἀνθρώπους πορεία. Τοῦτο δὲ καὶ Ἡσαΐας ἐδήλου λέγων· « Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται. Καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἡ τραχεῖα εἰς ὁδοὺς λείας, καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. » Ἐνταῦθα δὲ οὐ πρότερον ὁδοποιεῖν κελεύει ἢ πρῶτον αὐτοὺς μαθόντας ὅπως χρὴ ᾄδειν τῷ Θεῷ καὶ ὅπως ψάλλειν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Ταῦτα γὰρ προμαθόντας καὶ ἔργοις ἐπιτελέσαντας, ἑξῆς βούλεται ὁδοποιεῖν, τουτέστι τὰς παρὰ τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς παρασκευάζειν, καθαράς τε καὶ ἑτοίμους αὐτὰς ἀπεργάζεσθαι εἰς τὴν ἐπιδημίαν τοῦ προδηλωθέντος Θεοῦ. Διό φησιν· « Ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν, Κύριος ὄνομα αὐτῷ. » Κέκληκε δὲ τὸν Κύριον ἐνταῦθα καινοτέρᾳ φωνῇ κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν λέξιν· *Ια* γὰρ αὐτὸν ὠνόμασεν· ὅθεν ὁ Σύμμαχος, « Διὰ τοῦ *Ια* ἡ ὀνομασία αὐτοῦ, » ἡρμήνευσεν· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις, « Ἐν τῷ *Ια* τὸ ὄνομα αὐτοῦ. » Ἠνίξατο δὲ τὸ ὄνομα τοῦ Σωτῆρος Ἰησοῦ διὰ τῆς πρώτης συλλαβῆς. Καὶ τοῦτον τὸν Κύριον, οὗ τὸ ὄνομά φησιν εἶναι διὰ τοῦ *Ια*, ἢ ἐν τῷ *Ια*, ἐπιβεβηκέναι ἐπὶ δυσμῶν διδάσκει· σημαίνει δὲ τὴν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ πάροδον καὶ τὴν ἔνσαρκον ἐπιδημίαν. Οὐ γὰρ τὸν ἐν μορφῇ Θεοῦ Θεὸν Λόγον γυμνὸν ἐπιδείξας φώτων δίκην ἐξήστραψε τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον, μορφὴν δὲ δούλου λαβὼν καὶ

VERS. 5, 6. « Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus, iter facite ei, qui ascendit super occasum. » Sermonem de inimicis et osoribus Dei Verbi compendio absolvit prophetia; de justis autem fusius agit, eorumque commemorationi insistit. Et sane Spiritus sanctus jubet justos cantare et psallere Deo; utpote qui his vacantes, divinam lætitiam memoratamque delectationem et exsultationem nacturi sint. Quia vero ex his duobus, nimirum ex cantu et ex psalmodia, præstabilior cantus erat, atque inferior ipsi erat instrumenti pulsatio; jure quod præstantius erat Deo addixit, instrumenti vero actionem nomini ejus. Nam inquit, « cantate Deo, et psalmum dicite nomini ejus. » Deo autem cantat, cujus anima sana doctrina instituta est, et congruentia divinaque verba ex pura conscientia ipsi transmittit; psallit vero nomini ejus, qui corporeis motibus et sensibili actione talia exhibet, quæ spectatores ad nomen Dei gloria celebrandum inducant. Hæc igitur primo jubetur justorum chorus peragere; deinde vero eidem præcipitur ut opus aliis utile perficiat. Nam ut Deus ad hominum genus accedat, et cum terrigenis perambulet, præcipit ut viam facilem atque planam ipsi muniant, dicens : « Iter facite; » sive secundum Symmachum, « Sternite; » secundum Aquilam vero, « A surculis mundate, » id est, omne tortuosum auferte, et quod asperum est, sternite, ut iter Dei ad homines planum facileque evadat. Idipsum sic Isaias declaravit [9] : « Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur. Et erunt tortuosa in viam rectam, et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare Dei. » Hic vero non prius iter facere jubet, quam edidicerint qui canendum oporteat Deo et psallendum nomini ejus. His institutos, postquam id reipsa præstiterint, iter deinde facere præcipit, id est, humanas animas præparare, purasque illas et ad ipsius Dei adventum paratas efficere. Quamobrem ait : « Iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. » Hic porro Dominum nova voce secundum Hebraicam lectionem expressit : ipsum quippe, *ia*, nuncupavit : quare Symmachus, « Per *ia* vocabulum ejus, » interpretatus est : quinta vero editio, « In *ia* nomen ejus. » Per primam autem syllabam nomen Servatoris Jesu subindicavit. Et hic est Dominus cujus nomen per *ia*, vel in *ia* dicit esse : et ascendisse eum ad occasum docet, significatque ejus in carne transitum ad homines. Neque enim cum, qui in forma Dei erat, Deum Verbum nudum exhibens lucis instar, humanum genus illustravit; sed forma servi accepta, radiisque deitatis suæ contractis, et in corpore quasi demersus, cum ad occasum usque mortalis vitæ devenisset (quam vitam divinus Apostolus tenebras vocat, dicens : « Adversus mundi rectores tenebrarum harum [10] »); sive etiam cum

[9] Isa. XL, 3-5. [10] Ephes. VI, 12.

ipsam mortem subiisset, ascendisse dicitur super A occasum. Huic igitur Domino, qui ascendit super occasum, cujus nomen Jesu per *ia* significatur, iter facite. Hæc porro apostolico choro spiritus propheticus præcipit, et illud cum alacritate et fiducia magna ipsum peragere jubet. Quamobrem deinde infert : « Et exsultate in conspectu ejus ; » sive secundum Symmachum, « Et gloriamini in facie ejus. » Aliam quoque prædicti Domini notitiam præbet dicens : « Patris orphanorum et judicis viduarum. » Nisi enim pater orphanorum et vindex judexque viduarum effici dignatus esset, nulla ipsi ratio fuisset cum humilibus terræ. At quia per humanitatis excessum dignatus est ascendere super occasum, et in tenebris orphanorum pater vocari, et viduarum patrocinio carentium, animarumque B orbarum, judex et ultor effici ; jure ad orphanos cœlestis Patris ignaros, et ad viduas animas sponso orbas viam apparari jubet. Alias quoque Providentiæ rationem hæc sententia declaraverit, docens viduas et orphanos, orbos et patrocinio carentes in mundo relinqui non sine ratione et sapientia Dei; sed ad ejus gloriam, ejusque divinæ providentiæ argumentum. Sæpe itaque orphani parentibus orbi, accuratius edocti et litteris instituti fuere, quam ii qui a parentibus educati sunt ; itemque diuturnæ vitæ et annosi exstiterunt : neque solum iis victui necessaria adfuere; imo etiam præclari et illustres evasere viri. Parique modo mulieres in viduitatis infortunium lapsæ, alacriori, feliciori ac religio- C siori vita perfunctæ sunt, quam illæ quæ in conjugio vitam egerant. Deus quippe plus orphanis prospicit, quam patres filiis; et viduarum patronus vindexque est. Quare dictum est : « Patris orphanorum et judicis viduarum. » Pro illo autem, « Qui ascendit super occasum ; » Symmachus, « Qui vehitur in inhabitata. » Inhabitatam porro vocat, alienigenarum et extranearum gentium regionem ; quæ aliis in locis desertum nuncupari solet. Ac rursus pro illo, « judicis viduarum ; » Aquila, « judicantis viduas ; » Symmachus, « ulciscentis viduas. » Apposite admodum patrem orphanorum, viduarum judicem vocat. Quia enim non omnes viduæ eodem vitæ instituto sunt, dijudicans ipse quænam se dignæ, quæ non dignæ sint, judex ea- D rum constituitur. Neque tamen pari modo orphanorum judex fuerit : æque enim illis ceu pater prospicit.

A re Dominus virtutum vocatur. Dilectus autem Dei quis fuerit, nisi Unigenitus Filius Dei, cui hæc paterna vox testificabatur: « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui [27]? » Hic itaque rex virtutum Dilecti, quemadmodum cœlestibus virtutibus beneficia sua subministrabat, sic et evangelizantibus in terra verbum dat evangelicum cum virtute multa. Ii vero ipsi, qui in terra degebant, exercitus et virtutes ejus erant. Quare secundum Symmachum dicitur, « Reges exercituum dilecti sunt, » sive dilecti evaserunt. His vero ipsis altera gratia collata est; id erat, ut dividerent spolia in speciem domus. Species quidem domus fuerint ornati et decori illi in Ecclesia Dei ordines; quorum se cupidum quispiam fatetur, dicens: « Domine, di- B lexi decorem domus tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ [28]; » ac rursum: « Unam petii a Domino, banc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ; ut videam voluptatem Domini et visitem templum ejus [29]. »

Sancta sanctorum itaque voluptas ac species domus Dei fuerint. Hi porro sunt Ecclesiæ Dei ordines, temperantia, castitate, justitia et cæteris virtutibus fulgentes. Ad talem ergo speciem spolia dividere rex virtutum militibus suis concessit. Versis enim et fugatis inimicis, occultis videlicet et invisibilibus virtutibus, de quibus superius diceba- C tur: « Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, fugiant omnes qui oderunt eum a facie ejus; » victoris regis milites spolia eorum inter se distribuerunt. Spolia autem nos eramus; totumque hominum genus, olim adversariis virtutibus subditum. Quibus repulsis Salvatoris nostri discipuli, apostoli et evangelistæ, et reliquus ejus exercitus animas, quæ olim raptæ fuerant, quasi in potestatem et ditionem suam redactas, inter se distribuerunt. Paulus siquidem ab Jerusalem et vicinis locis usque ad Illyricum, gentium spolia sortitus est: Petrus item aliarum gentium, Joannes pariter aliarum, ex reliquis apostolis singuli aliarum similiter gentium spolia obtinuere. Ex quibus spoliis excellentiora donaria ad speciem domus Dei segregarunt. D Quamobrem dictum est: « Et speciei domus dividere spolia. Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, et posteriora ejus in pallore auri. » Postquam evangelizantium virtute multa domusque ac speciei ejus, necnon spoliorum quæ in ipsa erant, queis Ecclesia Dei et ii qui in ipsa conspicui fuere subindicabantur, mentio facta est; consequenter in iis quæ jam tractamus divinitus inspiratas lectiones commemorat, nos ita compellans: « Si dormiatis inter medios cleros. » Cleri autem, sive fortes Ecclesiæ, sunt Vetus et Novum Testamentum Dei: docetque, eos qui in medio eorum versantur pennas columbæ deargentatas inventuros esse; cu-

[27] Matth. III, 17; XVII, 5. [28] Psal. XXV, 8. [29] Psal. XXVI, 4.

jus columbæ posteriora dicit esse in pallore auri. Nam cum Spiritus sanctus columba esse intelligatur, quæ verba in Veteri et Novo Testamento leguntur, secundum nudam et obviam lectionem, quasi sub alis occulta sunt, alis, inquam, deauratis, quia eloquia Domini argentum sunt igne examinatum, probatum terræ. Sensa autem in profundo abscondita, quæ memoratæ columbæ, nimirum Spiritus sancti, posterioribus comparanda, in pallore dicuntur esse, quia sententia et purissima mens sub dictione abscondita auri instar effulget. Hisque rursum nos compellat omnes, qui in domo Dei congregati sumus, quos spolia superius nuncupavit. Pro illo autem, « Si dormiatis, » Symmachus sic habet, « Si recideritis inter cleros. » Nam dormire, nunc requiescere significat. Iis igitur qui sacrorum verborum exercitationi vacant, hortatorio modo promittitur divinarum Scripturarum utilitas : nam sacrarum lectionum dictio purgata est instar argenti igne examinati, secundum hanc sententiam : « Eloquia Domini igne examinata [30] ; » ac rursum : « Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum [31]. » Sententia vero spiritualis præstans et magni pretii esse, cum dicitur, « In pallore auri, » declaratur.

A των τὴν μνήμην ποιεῖται ὡς πρὸς ἡμᾶς λέγων· « Ἐὰν κοιμηθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων. » Κλῆροι δὲ τῆς Ἐκκλησίας εἰσὶν ἥ τε Παλαιὰ καὶ ἡ Καινὴ Διαθήκη τοῦ Θεοῦ· ὧν τοὺς ἐν μέσῳ διαστρεφομένους διδάσκει πτέρυγας περιστερᾶς περιηργυρωμένας εὑρήσειν· ἧς περιστερᾶς τὰ μετάφρενα εἶναι ἐν χλωρότητι χρυσίου. Τοῦ γὰρ ἁγίου Πνεύματος περιστερᾶς νοουμένου, οἱ ἐν Παλαιᾷ καὶ Καινῇ λελαλημένοι λόγοι, κατὰ μὲν τὴν ἐπιπόλαιον ἀνάγνωσιν, πτέρυξιν ὥσπερ ἐγκεκαλυμμένοι τυγχάνουσι, καὶ πτέρυξι περιηργυρωμέναις, ἐπειδὴ τὰ λόγια Κυρίου ἀργύριόν ἐστι πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ· τὰ δὲ κατὰ βάθους ἐγκεκρυμμένα νοήματα, ἅπερ ἔοικε μεταφρένοις τῆς ἀποδοθείσης περιστερᾶς, δηλαδὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐν χλωρότητι λέγεται εἶναι, τῆς ἐγκεκρυμμένης B τῇ λέξει διανοίας καὶ τοῦ καθαρωτάτου νοῦ χρυσοῦ δίκην ἀπαστράπτοντος. Ταῦτα δὲ ἀναφωνεῖται πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ συνηγμένοις, οὓς διὰ τῶν ἔμπροσθεν σκύλα ὁ λόγος ὠνόμαζεν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « Ἐὰν κοιμηθῆτε, » κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Ἐὰν ἀναπέσητε μεταξὺ τῶν κλήρων, » εἴρηται. Τὸ γὰρ κοιμηθῆναι νῦν διαναπαύσεσθαι δηλοῖ. Τοῖς οὖν τῶν ἱερῶν ἀσκηταῖς λόγων προτρεπτικῶς ἡ προσφώνησις ἐπαγγέλλεται τὴν ἐκ τῶν θείων λόγων ὠφέλειαν· ἥ τε γὰρ λέξις τῶν ἱερῶν ἀναγνωσμάτων κεκάθαρται δίκην ἀργυρίου πεπυρωμένου, κατὰ τὸν φήσαντα λόγον· « Τὰ λόγια Κυρίου πεπυρωμένα· » καὶ πάλιν· « Τὰ λόγια Κυρίου λόγια ἁγνά, ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ, κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως· » ἥ τε διάνοια ἡ πνευματικὴ ἐξαίρετος καὶ πολυτίμητος διὰ τοῦ λέγεσθαι, « Ἐν χλωρότητι χρυσίου, » παρίσταται.

Vers. 15-17. « Dum discernit cœlestis reges super eam nive dealbabuntur in Selmon. » Pro illo, « Dum discernit cœlestis, » et cætera, sic interpretatur Symmachus : « Quando dispensavit potens regnare illam, quasi nive dealbata erat. Selmon mons Dei, mons pinguis, mons altissimus, mons pinguis : quare curiose investigantur montes excelsi ? Mons in quo desideravit Deus habitare, et Dominus habitabit in finem. » His autem docemur, cum cœlestis ille, sive cœlestium incolarum Deus, prædictam columbam regibus terræ donavit, id est, iis qui in terra regni ejus consortes fuerunt (hi porro erant prophetæ, justi et pii viri, ac discipuli et apostoli Salvatoris nostri, quibus Spiritum sanctum cœlestis ille Deus distribuit); tunc eos qui divini Spiritus donis ornati fuerant, instar nivis candidos clarosque fuisse. Quare dictum est : « Utquid suspicamini montes coagulatos ? » Objurgantur scilicet qui aliquid simile exsistere arbitrantur : addit vero qua de causa non oporteat quidvis aliud cum ipso conferre, dicens : « Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo : etenim Dominus habitabit in finem. » Nam ille solus mons est in quo Deus habitare cooptavit, et in quo Pater domicilium habet in sæcula infinita ; quare non decet alium cum illo conferre. Nam etsi de aliis dictum fuit illud, « Inhabitabo in illis et inambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus [32] ; » at non perinde in ipsis habitat et am-

C « Ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν οὐράνιον βασιλεῖς ἐπ' αὐτήν, χιονωθήσονται ἐν Σελμών. » Ἀντὶ τοῦ, « Ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν ἐπουράνιον » καὶ τὰ ἑξῆς, ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· « Ὁπότε κατεμέριζεν ὁ ἱκανὸς βασιλεύειν αὐτήν, ὡς χιονισθεῖσα ἦν. Σελμὼν ὄρος Θεοῦ, ὄρος εὐτροφίας, ὄρος ὑψηλότατον, ὄρος εὐτροφίας· εἰς τί περισπουδάζεται τὰ ὄρη τὰ ὑψηλά; Τὸ ὄρος ὅπερ ἐπόθησεν ὁ Θεὸς εἰς τὸ κατοικεῖν ἐν αὐτῷ, καὶ Κύριος κατασκηνώσει εἰς τέλος. » Διδάσκει δὲ ὁ λόγος, ὡς ἄρα κατὰ τὸν καιρὸν ἐν ᾧ ὁ ἐπουράνιος, δηλαδὴ ὁ τῶν ἐν οὐρανοῖς οἰκούντων Θεός, τὴν προλεχθεῖσαν περιστερὰν κατεμέριζε τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς βασιλεῦσι, τουτέστι τοῖς ἐν τῇ γῇ μετόχοις τῆς αὐτοῦ βασιλείας, (προφῆται δὲ ἦσαν οὗτοι, δίκαιοί τε καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρες, οἵ τε μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, οἷς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ D Θεὸς διεμέριζεν ὁ ἐπουράνιος,) χιόνος δίκην ἐλαμπρύνοντο οἱ τῶν τοῦ θείου Πνεύματος χαρισμάτων κατηξιούμενοι. Διὸ λέλεκται· « Ἵνα τί ὑπολαμβάνετε ὄρη τετυρωμένα; » Ἐπιτιμῶντος τοῦ λόγου τοῖς ἕτερόν τι νομίζουσιν ὅμοιον αὐτῷ εἶναι. Ἐπιλέγει δὲ καὶ αἰτίαν δι' ἣν οὐ προσήκει ἀντιπαραβάλλειν αὐτῷ ἕτερον· διό φησι· « Τὸ ὄρος ὃ ηὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ· καὶ γὰρ ὁ Κύριος κατασκηνώσει εἰς τέλος. » Μόνον γάρ ἐστι τοῦτο ἐν ᾧ ηὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν, καὶ ἐν ᾧ ὁ Πατὴρ κατασκηνοῖ εἰς ἀπείρους αἰῶνας· διὸ οὐ προσήκει ἕτερον ἀντιπαραβάλλειν αὐτῷ. Εἰ γὰρ καὶ λέλεκται περὶ ἑτέρων τὸ, « Ἐνοικήσω ἐν

[30] Psal. xvii, 31. [31] Psal. xi, 7. [32] Levit. xxvi, 12 ; II Cor. vi, 16.

αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μου λαός· » ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐνοικεῖ καὶ ἐμπεριπατεῖ ἐν τούτοις, ὡς ἐν τῷ αὐτοῦ ὄρει· ὁ γὰρ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ καὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρί· « καὶ ἐν αὐτῷ ηὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατοικῆσαι· » καὶ οὐ ποτὲ μὲν ᾤκησεν ἐν αὐτῷ, ἄλλοτε δὲ αὐτοῦ ἀπέστη· ἀλλ' εἰς τὸ ἄπειρον τέλος ἀεὶ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ κατοικεῖ. Αὐτὸς δέ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Διὸ καὶ Σαλμὼν (*sic*) ὠνόμασται, ὅπερ ἐστὶν Εἰρήνη· καὶ τόπος τοῦ Θεοῦ ἡ εἰρήνη λέλεκται, κατὰ τὸ, « Ἐν εἰρήνῃ ἁγίᾳ ὁ τόπος αὐτοῦ. »

A bulat, atque in monte suo : etenim Pater in Filio, et Filius in Patre, « et in ipso complacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare [33] : » neque enim modo habitavit in illo, modo recessit ab eo ; sed in infinitum ac semper Pater in Filio inhabitat. Ipse autem est pax nostra, secundum Apostolum [34]. Quare Selmon vocatur, id est, Pax ; et locus Dei pax dicitur, secundum illud, « In pace sancta locus ejus [35]. »

« Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον, χιλιάδες εὐθηνούντων· Κύριος ἐν αὐτοῖς ἐν Σινᾶ ἐν τῷ ἁγίῳ. » Ἀποδοὺς ὁ λόγος πρώτην τὴν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διδασκαλίαν διὰ τῆς περιστερᾶς, ἔπειτα τὴν περὶ τοῦ Υἱοῦ διὰ τοῦ ὄρους τοῦ Θεοῦ, καταβαίνει λοιπὸν ἐπὶ B τὰς ὑποβεβηκυίας δυνάμεις· παριστὰς, ὅτι, εἰ καὶ τὰ μάλιστα τὸ ὄρος τὸ ἀποδοθὲν τοιοῦτον τυγχάνει, ὡς ἐν αὐτῷ κατοικεῖν πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς πατρικῆς θεότητος, ἀλλ' οὐ μόνον τοῦτο κτῆμά ἐστι τοῦ Πατρὸς, ἔχει δὲ καὶ ἄλλας ὑποβεβηκυίας διακονικὰς καὶ λειτουργικὰς δυνάμεις, ἃς μυρίας οὔσας καὶ πολλὰς, τῇ τε ἀρετῇ διαφερούσας ὑφ' ἕνα ζυγὸν καταδησάμενος, ἅρμα ἑαυτῷ κατέζευξεν ὁ παμβασιλεὺς Θεὸς, ὑφ' ἡνιόχῳ τῷ Μονογενεῖ αὐτοῦ Λόγῳ. Τὸ δὲ τούτων πλῆθος καὶ Δανιὴλ ὁ προφήτης ἐν τῇ θεοπτίᾳ παρίστησι λέγων· « Μύριαι μυριάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες παρειστήκεισαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. » Ὧ συμφώνως καὶ νῦν λέλεκται· « Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον, χιλιάδες εὐθηνούντων. » Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· « Ὄχησις τοῦ Θεοῦ μυριάδων, χιλιά- C δες ἠχούντων. » Τί δὲ « ἠχούντων » ἢ πάντως που φωνὰς πλήρεις δοξολογίας καὶ θεολογίας; Οἷα καὶ τὰ σεραφεὶμ ἀναγέγραπται παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ βοῶντα καὶ λέγοντα· « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. » Ἐν ταύταις δὲ ταῖς χιλιάσι καὶ ταῖς μυριάσι ταῖς ὑπεζευγμέναις τῷ ἅρματι τοῦ Θεοῦ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος μέσος ἐμπολιτεύεται, ὥσπερ ἡνιοχῶν αὐτὰς καὶ τῷ Πνεύματι παρασκευάζων. Διὸ ἐπιλέγεται, « Κύριος ἐν αὐτοῖς. » Ποῖος δὲ Κύριος, σημαίνει προϊὼν καὶ φάσκων· « Ἐν Σιναῒ ἐν τῷ ἁγίῳ. » Αὐτὸς γὰρ ἐκεῖνος, φησὶν, ὁ Κύριος ὁ ἐν Σιναῒ τῷ ἁγίῳ ὄρει ὀφθείς· ἦν δὲ οὗτος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, δηλαδὴ τοῖς ὑπὸ τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ ἐζευγμένοις. Διὸ οὐ τῷ [יהוה] τετραγράμμῳ κέχρηται ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις, στοιχείοις δὲ κοινοῖς τὸν Κύριον πε- D ριέχει ἐν τῷ, « Κύριος ἐν αὐτοῖς. » Ἵνα γὰρ ἕτερον παραστήσῃ τοῦτον τοῦ ἀνωτέρω διὰ τοῦ τετραγράμμου σημανθέντος Θεοῦ, ὅτε μὲν « τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ » ἐλέγετο, διὰ τῶν ἀνεκφωνήτων παρ' Ἑβραίοις ἐδηλοῦτο στοιχείων· νυνὶ δὲ τοῖς κοινοτέροις χαρακτῆρσιν, οἷς καὶ ὁ παρ' ἀνθρώποις γράφεται κύριος. Ἀκριβῶς δὲ καὶ τὸν τόπον ἐπισημαίνεται τὸν « ἐν Σιναῒ, » ἵνα σημήνῃ τὸν ἐπὶ γῆς ὀφθέντα Κύριον. Σφόδρα δὲ ἀκολούθως ἐπιλέγει ἑξῆς·

VERS. 18. « Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium, Dominus in eis, in Sinai, in sancto. » Post primam traditam de Spiritu sancto doctrinam per columbæ similitudinem, deindeque de Filio per figuram montis Dei, ad inferiores demum potestates descendit ; declarans, etiamsi mons ille memoratus hujusmodi sit, ut in ipso inhabitet omnis plenitudo paternæ divinitatis, non esse tamen solam Patris possessionem ; sed ipsum alias habere administras et subditas virtutes, quas, licet infinito numero sint, atque virtute præstantes, sub uno jugo colligans omnium rex ille Deus currui adjunxit suo, aurigante Unigenito Verbo suo. Harum vero multitudinem in divina sua visione declarat Daniel, dicens : « Decies millies dena millia ministrabant ei, et millia millium astabant in conspectu ejus [36]. » Cui accinit hic locus : « Currus Dei multiplex millia lætantium. » Pro quo Symmachus sic interpretatur, « Vectura Dei denorum millium, millia sonantium. » Quid illud, « sonantium, » nisi voces laudibus divinisque sermonibus plenas emittentium? Qualia seraphim apud Isaiam clamare ac dicere scriptum est : « Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus [37]. » Inter hæc millia et dena millia, quæ Dei currui juncta sunt, medius versatur ipse Dominus, quasi aurigans ac Spiritui præparans ipsas. Quamobrem subjungitur, « Dominus in eis. » Qui sit Dominus subinde declarat his verbis, « In Sinai, in sancto. » Nam ipse, inquit, Dominus est qui in monte sancto Sinai visus est ; erat autem ille Dei Verbum, visus scilicet iis qui sub curru Dei juncti erant. Quare Hebraica lectio, non tetragrammo, sive voce quatuor litterarum utitur, sed elementa communia Dominum memorans usurpat in illo, « Dominus in eis. » Ut enim eum alium esse declararet ab eo, qui superius per nomen quatuor litterarum indicabatur, Deo, cum « currus Dei » diceretur, elementis apud Hebræos ineffabilibus usus est ; nunc vero communioribus characteribus, quibus indicatur dominus quilibet apud homines. Locum item accurate indicat, « in Sinai, » ut significaret Dominum in terra visum. Deinde consequenter admodum infert :

« Ἀνέβης εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν· ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώποις. » Αἰνίττ-

VERS. 22. « Ascendisti in altum, cepisti captivitatem, accepisti dona in hominibus. » Descensum

[33] Coloss. I, 19. [34] Ephes. II, 14. [35] Psal. LXXV, 3. [36] Dan. VII, 10. [37] Isa. VI, 3.

porro ejus subindicat cum ait, « ascendisti : » neque enim ascensurus erat, nisi prius descendisset. « Nam qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia [18]. » Quid autem fecit cum ascendisset? Captivam duxit captivitatem, et accepit dona in hominibus. Quam vero captivitatem captivam duxit, nisi prædicta spolia, quæ milites sui diviserant ? Sed etiam largiente Patre suo accepit dona in hominibus, secundum promissionem ad ipsum factam his verbis : « Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam et possessionem tuam terminos terræ. [19] » Acceptis a Patre hujusmodi donis « in hominibus, » suam constituit Ecclesiam. His subjicitur : « Etenim non credentes inhabitare ; » quod clarius interpretatus Symmachus est, « Adhuc et in non credentibus inhabitare. » Nam et illud, inquit, a Patre accepit, ut inhabitaret in eis qui olim non crediderant, et pietati in Deum contradixerant. Nam hanc quoque potestatem accepit, ut in medio non credentium inhabitaret, atque ex ipsis non credentibus dona acciperet. Postquam autem tot præcepta post prophetiam data sunt, deinceps Spiritus sanctus, quasi præclaris mirabilibusque gestis operibus, tot bonorum largitori benedicit his verbis : « Dominus Deus benedictus, benedictus Dominus quotidie. » Non ultra enim, inquit, homines malignos spiritus errore ducti colunt, sed singulis diebus et horis prædictum Dominum benedicunt. Ipse vero Dominus « prosperum iter faciet nobis, » cum ipse sit « Deus salutarium nostrorum. » Hæc vero ex persona chori apostolorum Spiritus sanctus loquitur, ut ab initio sermonis declaravimus. Quoniam igitur prosperum iter a Deo illi precabantur, ut eum adirent, uti jam antea dictum est, necessario dicunt : « Benedictus Dominus quotidie, prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. » Pro illo autem, « salutarium nostrorum, » Symmachus « Salvatoris nostri » interpretatus est ; pro quo rursum Hebraicum exemplar, Salvatoris nostri Jesu nomen commemoravit. « Deus noster, Deus salvos faciendi, et Domini Domini exitus mortis. » Hæc rursum ex persona apostolorum prophetice dicta sunt. Quia enim de Deo prius locuti sunt, consequenter in præsenti dicunt : « Deus noster, Deus salvos faciendi, et Domini Domini exitus mortis ; » sive secundum Symmachum : « Deus nobis, Deus in salutem, et Domini dominatoris exitus in mortem. » Nam cum hic solus Deus sit, is sane exitus invenit queis a morte evaderet. Quandoquidem omnis homo ad ingressum quidem mortis pervenit, nondum tamen ab eo exire potuit. Dominus autem hic memoratus, qui jam communibus elementis in Hebraico libro scribitur, cum exitus a morte aperuerit, Deus saluti cognominis effectus est. Quamobrem dicitur : « Deus noster, Deus salvos faciendi. » Quare hic ipse Jobo vaticinans dicebat : « Venisti autem in fontem maris, et in

A τεται δὲ αὐτοῦ τὴν κάθοδον, διὰ τοῦ φάναι, « ἀνέβης· » οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἀνέβη, εἰ μὴ πρότερον καταβεβήκει. « Ὁ γὰρ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. » Ἀναβὰς δὲ τί ἔπραξεν; Ἠχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, καὶ ἔλαβε δόματα ἐν ἀνθρώποις. Ποίαν δὲ αἰχμαλωσίαν ᾐχμαλώτευσεν ἢ τὰ προλεχθέντα σκῦλα, ἃ διενείμαντο οἱ αὐτοῦ στρατιῶται; Ἀλλὰ καὶ ἔλαβε δόματα ἐν ἀνθρώποις, τοῦ Πατρὸς αὐτῷ δεδωρημένου, καθ' ἣν ἐπήγγελται πρὸς αὐτὸν ἐπαγγελίαν, φήσας· « Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Ταῦτα δὲ τὰ δόματα « ἐν ἀνθρώποις » παρὰ τοῦ Πατρὸς λαβὼν, συνεστήσατο τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ. Τούτοις ἑξῆς εἴρηται· « Καὶ γὰρ ἀπειθοῦντες τοῦ κατασκη-

B νῶσαι· » ὅπερ σαφέστερον ἀπέδωκεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· « Ἔτι καὶ ἐν ἀπειθοῦσι κατασκηνῶσαι. » Καὶ τοῦτο γὰρ, φησὶ, παρὰ τοῦ Πατρὸς ἔλαβε, τὸ κατασκηνῶσαι ἐν τοῖς πάλαι ἀπειθοῦσι καὶ ἀντιλέγουσι τῇ τοῦ Θεοῦ εὐσεβείᾳ. Καὶ ταύτην γὰρ εἴληφε τὴν ἐξουσίαν, ὥστε ἐν μέσῳ τῶν ἀπειθούντων κατασκηνοῦν, ἐξ αὐτῶν τε τῶν ἀπειθούντων λαμβάνειν ἑαυτῷ δόματα. Τοσούτων δὴ μαθημάτων παραδοθέντων διὰ τῆς προφητείας, ἑξῆς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἐπὶ μεγάλοις καὶ παραδόξοις κατορθώμασιν, εὐλογεῖ τὸν τοσούτων ἀγαθῶν δοτῆρα φάσκον· « Κύριος ὁ Θεὸς εὐλογητὸς, εὐλογητὸς Κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν. » Οὐκέτι γὰρ, φησὶν, ἄνθρωποι δαίμονας πονηροὺς πεπλανημένως δοξάζουσιν, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας καὶ καθ' ἑκάστην ὥραν τὸν προδηλωθέντα Κύριον εὐλο-

C γοῦσιν. Ὁ δὲ αὐτὸς Κύριος « κατευοδώσει ἡμῖν, » αὐτὸς ὢν « ὁ Θεὸς τῶν σωτηριῶν ἡμῶν. » Λέγει δὲ ταῦτα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ προσώπου τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων, ὥσπερ οὖν καὶ ἀρχόμενοι τοῦ λόγου παρεστήσαμεν. Ἐπεὶ τοίνυν τῆς ἐκ τοῦ Θεοῦ κατευοδώσεως ἐδέοντο οὗτοι, εἰς τὸ ὁδοποιῆσαι αὐτῷ, κατὰ τὰ ἔμπροσθεν εἰρημένα, ἀναγκαίως φασίν· « Εὐλογητὸς Κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν, κατευοδώσει ἡμῖν ὁ Θεὸς τῶν σωτηριῶν ἡμῶν. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « τῶν σωτηριῶν ἡμῶν, » ὁ Σύμμαχος, « τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, » ἡρμήνευσεν· ἀνθ' οὗ τὸ Ἑβραϊκὸν πάλιν τοῦ ὀνόματος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ μέμνηται. « Ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ Θεὸς τοῦ σώζειν, καὶ τοῦ Κυρίου Κυρίου αἱ διέξοδοι τοῦ θανάτου. » Πάλιν ἐκ προσώπου τῶν ἀποστόλων προφητικῶς καὶ ταῦτα λέλεκται. Ἐπεὶ γὰρ

D ἐθεολόγησαν διὰ τῶν ἔμπροσθεν, ἀκολούθως καὶ διὰ τῶν μετὰ χεῖράς φασιν· « Ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ Θεὸς τοῦ σώζειν, καὶ τοῦ Κυρίου Κυρίου αἱ διέξοδοι τοῦ θανάτου· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· « Ὁ Θεὸς ἡμῖν Θεὸς εἰς σωτηρίαν, καὶ τοῦ Κυρίου τοῦ δεσπότου αἱ εἰς θάνατον ἔξοδοι. » Μόνος γὰρ οὗτος Θεὸς ὢν τοῦ σώζειν ἐξόδους εὕρετο τοῦ θανάτου. Ἐπειδὴ πᾶς ἄνθρωπος εἰς μὲν τὴν εἴσοδον τοῦ θανάτου ἔφθασεν, οὐκέτι δὲ καὶ διεξελθεῖν αὐτὸν δεδύνηται. Ὁ δὲ διὰ τῶν παρόντων δηλούμενος Κύριος, καὶ νῦν διὰ τῶν κοινῶν στοιχείων ἐν τῇ Ἑβραϊκῇ βίβλῳ γραφόμενος, διεξόδους ποιησάμενος τοῦ θανάτου, γέγονε Θεὸς ἐπώνυμος σωτηρίας.

[18] Ephes. iv, 10. [19] Psal. ii, 8.

Διὸ λέλεκται· « Ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ Θεὸς τοῦ σώζειν. » Διὸ καὶ τῷ Ἰὼβ ὁ αὐτὸς οὗτος χρηματίζων ἔλεγεν· « Ἦλθες δὲ ἐπὶ πηγὴν θαλάσσης· ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας. Ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου. Πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν. » Διαῤῥήδην καὶ ἐν ἐκείνοις τὴν εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ κάθοδον καὶ τὴν ἐκεῖθεν διέξοδον παριστάς, ὥσπερ οὖν καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις, οἷς ἀκολούθως τὴν τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ συντριβὴν διδάσκει λέγων· « Πλὴν ὁ Θεὸς συνθλάσει κεφαλὰς ἐχθρῶν αὐτοῦ. » Καὶ τοῦτο δὲ νοήσεις παραθεὶς τὴν ἐν ἑτέρῳ λέγουσαν φωνήν· « Σὺ ἐκραταίωσας τῇ δυνάμει σου τὴν θάλασσαν, σὺ συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος. Σὺ συνέθλασας τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος. » Διὰ γὰρ τούτων καὶ οἱ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ ἐδηλώθησαν, περὶ ὧν ἐνταῦθα λέλεκται· « Πλὴν ὁ Θεὸς συνθλάσει κεφαλὰς ἐχθρῶν αὐτοῦ. » Ἦσαν δὲ οὗτοι δράκοντες οἱ ἐν θαλάσσῃ καὶ ἐπὶ ὑγρᾶς οὐσίας νηχόμενοι, δυνάμεις δηλαδὴ ἀντικείμεναι ἐχθραὶ τοῦ Θεοῦ, τοῖς ἁλμυροῖς καὶ ῥευστοῖς τοῦ βίου κύμασιν ἐγκαλινδούμεναι. Ὅθεν καὶ ἐν τῷ Ἰὼβ ἐλέγετο· « Ἦλθες δὲ ἐπὶ πηγὴν θαλάσσης, ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας. Ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου. Πυλωροὶ δὲ ᾅδου, ἰδόντες σε, ἔπτηξαν. » Συντριβομένων γὰρ τῶν κεφαλῶν τῶν δρακόντων, ἔπτησσον οἱ πυλωροὶ τοῦ ᾅδου· διὸ καὶ φόβῳ τὰς πύλας ἤνοιγον τοῦ θανάτου τῷ τὰς κεφαλὰς τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ συνθλῶντι. Οὗτοι δὲ οἱ ἐχθροὶ τοῦ Κυρίου τὸ πάντων ἀνθρώπων κατεπάτουν γένος. Διὸ λέλεκται ἑξῆς· « Κορυφὴν τριχὸς διαπορευομένων ἐν πλημμελείαις αὐτῶν. » Τούτων γὰρ ὁ Θεὸς συνθλάσει τὰς κεφαλάς, φησί, τῶν διαπορευομένων τὰς τῶν ἀνθρώπων κεφαλάς. Ἀντὶ γὰρ τοῦ, « κορυφὴν τριχός, κορυφὴν ἔντριχον, » ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος. Κορυφὴ δὲ ἔντριχος ἡ κεφαλὴ τῶν ἀνθρώπων σημαίνεται. Τούτων οὖν αὐτῶν τῶν ἐχθρῶν ἑαυτοῦ, τῶν πρότερον τὰς τῶν ἀνθρώπων κεφαλὰς διαπορευομένων καὶ ὑπὸ τοῖς ἑαυτῶν ποσὶ καταπατούντων, ὁ τὰς διεξόδους τοῦ θανάτου πεποιημένος Θεὸς τὰς κεφαλὰς συνθλάσει. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « ἐν πλημμελείαις αὐτῶν, » ὁ Σύμμαχος, « ἐν ταῖς πλημμελείαις αὐτῆς, » ἡρμήνευσεν εἰπών· « Κορυφὴν ἔντριχον ἀναστρεφομένην ἐν ταῖς πλημμελείαις αὐτῆς. » Οὐδὲ γὰρ ἄλλως δυνατὸν ἦν τοῖς ἐχθροῖς τοῦ Θεοῦ καταπατεῖν κορυφὴν ἔντριχον, τουτέστι τὰς τῶν ἀνθρώπων κεφαλάς, εἰ μὴ ταῖς οἰκείαις πλημμελείαις καὶ ἁμαρτίαις τεταπείνωντο. Διὸ τοῖς μὴ τοιούτοις ὁ Σωτὴρ ἔλεγεν· « Ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσίν. » Τῶν γὰρ αὐτῶν μαθητῶν καὶ ἑκάστη θρὶξ τοῦ τιμιωτέρου μέρους τοῦ σώματος, ὡς ἀναγκαία καὶ κόσμῳ τοῦ παντὸς συμβαλλομένη, ἀριθμοῦ κατηξίωται θείου καὶ φυλακῆς· ὡς ἂν μὴ ξυρηθῶσι τῷ ξυρῷ τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐμπεριπατούντων καταπατούντων πᾶσαν κορυφὴν ἔντριχον τὴν ἀναστρεφομένην ἐν πλημμελείαις αὐτῆς.

A vestigiis abyssi ambulasti. Aperiuntur autem tibi timore portæ inferi. Ostiarii vero inferni videntes te conterriti sunt [40]. » Diserte in illis quoque descensum ejus in mortem et exitum inde declarans, quemadmodum et in præsentibus, postea vero consequenter inimicorum suorum contritionem docet his verbis : « Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum. » Hæc porro intelliges, si vocem alio in psalmo positam huic compares, nempe : « Tu confirmasti virtute tua mare, tu contrivisti capita draconum in aqua. Tu confregisti caput draconis. » His enim inimici Dei declarantur, de quibus hic dictum est : « Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum. » Erant autem illi dracones in mari et in humida substantia nantes, videli- B cet adversariæ potestates Dei inimicæ, in salsis et volubilibus vitæ fluctibus volutatæ. Quare in Job quoque dicebatur : « Venisti autem in fontem maris, et in vestigiis abyssi ambulasti. Aperiuntur autem tibi timore portæ inferi. Ostiarii vero inferni videntes te conterriti sunt. » Contritis namque draconum capitibus ostiarii inferni conterriti sunt : quare timore correpti portas mortis capita inimicorum suorum confringenti aperiebant. Hi vero inimici Domini universum hominum genus conculcabant. Quapropter inferius dicitur : « Verticem capilli perambulantium in delictis suis. » Horum, inquit, Deus capita confringet, perambulantium, ait, et calcantium capita hominum. Pro illo namque, « verticem capilli, » Symmachus, « verticem ca- C pillatum, » vertit. Vertex autem capillatus, ipsum hominum caput significat. Horum itaque sibi inimicorum, qui prius hominum capita terebant pedibusque suis calcabant, capita confringet Deus, qui exitus mortis effecit. Pro illo autem, « in delictis suis, » Symmachus, « in delictis ejus » interpretatus est, dicens : « Verticem capillatum revolutum in delictis ejus. » Neque enim alio modo poterant inimici Dei verticem capillatum, id est hominum capita, conculcare, nisi propriis delictis ac peccatis depressi fuissent. Quare iis qui tales non erant dicebat Servator : « Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt [41]. » Nam discipulorum capilli singuli nobilioris corporis partis, ut necessarii et ad ornatum totius D conferentes, enumeratione et custodia divina digni fuere ; ut ne raderentur novacula inimicorum, qui perambulant et conculcant omnem verticem capillatum revolutum in delictis ejus.

« Εἶπε Κύριος· Ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, ἐπιστρέψω ἐν βυθοῖς θαλάσσης. » Πάλιν κἀνταῦθα « ὁ Κύριος » οὐ διὰ τετραγράμμου παρ' Ἑβραίοις ἐκπεφώνηται, διὰ δὲ τῶν κοινοτέρων στοιχείων. Ἤδη δὲ τρίτον τοῦτον ἐδήλωσεν ἡ παροῦσα Γραφὴ ἐφιστῶσα τὸν ὡς ἂν εἴποι τις, δεύτερον Κύριον. Ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ φάσκοντι ψαλ-

VERS. 23. « Dixit Dominus, Ex Basan convertam, convertam in profundum maris. » Hic rursum « Dominus, » non illa quatuor litterarum voce apud Hebræos exprimitur, sed communioribus elementis. Jamque tertio hunc præsens scriptura nominavit, secundumque Dominum, ut quispiam dixerit,

[40] Job XXXVIII, 16, 17. [41] Matth. X, 30.

induxit. Siquidem in psalmo qui sic habet : « Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis[42], » primus per ineffabilia apud Hebræos quatuor elementa scribitur ; secundus autem, quem sui Dominum Propheta declarat dicens, « Domino meo, » aliis elementis exprimitur, queis cujusvis servi dominus significatur. Sic ergo nunc quoque jam tertio ille Dominus, qui usque ad infernum descendit, exitusque mortis paravit, vulgaribus et consuetis apud Hebræos elementis exprimitur. Quare Symmachus δεσπότην, sive *dominatorem* interpretatus est. Hic ergo Dominus, videlicet Dei Verbum, ait, « Ex Basan convertam ; » ac rursum, « Convertam ex profundo maris. » Pro illo autem, « convertam, » ac secundo, « convertam, » Symmachus sic interpretatur, « Dixit Dominus : Ex Basan revertar, et reverti faciam ex profundo maris. » Viden' quæ opera ediderit Dominus cum descendisset in profundum maris? Confregit capita draconum in aqua, necnon capillos inimicorum suorum, qui « verticem capillatum in delictis » conculcabant ; reverti fecit ex Basan et ex profundo maris animas istic olim demersas. Basan autem explicatur ignominia, in quam delapsus est Dominus per memorata elementa indicatus, qui ignominiam contempsit pre salute eorum qui istic in captivitate detenti erant. Quamobrem dicitur : « Dixit Dominus : Ex Basan convertam, convertam ex profundo maris : » deinde adjicitur : « Ut intingatur pes tuus in sanguine. » Pro quo Symmachus interpretatur. « Ut confringatur pes tuus cum sanguine, et lambat lingua canum tuorum ab unoquoque inimicorum tuorum. » Nam cum inimicos suos contereret, et capita eorum confringeret, pedem suum sanguine ex capite inimici sui fluente replebat. Quare in Isaia dicitur : « Quis est hic qui venit ex Edom, rubor vestimentorum ex Bosor[43]? » ac deinde : « Quare rubra vestimenta tua, et indumenta tua sicut calcati torcularis, plenus conculcata[44]? » Postea rogantibus ita respondet : « Calcavi ipsos in furore meo[45]. » Hic item post calcata draconum capita, dicitur : « Ut confringatur pes tuus cum sanguine, » vel, « Ut intingatur pes tuus in sanguine, et lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. » Pro quo clarius Symmachus interpretatus est dicens, « Et lambat lingua canum tuorum, ab unoquoque inimicorum tuorum. » Canes porro Domini sanguinem inimicorum ejus lambentes, quos esse dixeris, nisi gregis ipsius custodes pervigiles qui Ecclesiam ejus tuentur, sive ultrices quasdam virtutes, quæ conterendis inimicis ejus incumbunt, quæque perniciem eorum quodammodo degustare satagunt?

A μῷ· « Εἶπε Κύριος τῷ Κυρίῳ μου. Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, » διὰ τῶν ἀνεκφωνήτων παρ' Ἑβραίοις τεττάρων στοιχείων ἐγέγραπτο. Ὁ δὲ δεύτερος, ὃν ἑαυτοῦ Κύριον ὁ προφήτης ἐδήλου φάσκων, « Τῷ Κυρίῳ μου, » ἑτέροις στοιχείοις ἐδηλοῦτο, οἷς καὶ πᾶς ὁ ἐν ἀνθρώποις δούλου κύριος σημαίνεται. Οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα ἤδη τρίτον ὁ μέχρις ᾅδου καταβὰς καὶ διεξόδους θανάτου πεποιημένος Κύριος διὰ τῶν παρ' Ἑβραίοις κοινῶς γραφομένων στοιχείων ὠνόμασται. Διόπερ ὁ Σύμμαχος « δεσπότην » ἡρμήνευσεν αὐτόν. Οὗτος οὖν ὁ Κύριος, αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος δηλαδή, εἶπε· « Ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω· » καὶ πάλιν· « Ἐπιστρέψω ἐκ βυθῶν θαλάσσης. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « ἐπιστρέψω, » καὶ τοῦ δεύτερον, « ἐπιστρέψω, » ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· « Εἶπε Κύριος· Ἀπὸ Βασὰν ἐπι-
B στρέψω, καὶ ἀναστρέψαι ποιήσω ἀπὸ βυθῶν θαλάσσης. » Ὁρᾷς ὁποῖα κατορθώματα εἰργάσατο καταβὰς εἰς τοὺς βυθοὺς τῆς θαλάσσης ὁ Κύριος; συνέθλασε τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος, καὶ τὰς τρίχας τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ τῶν « τὴν ἔντριχον κορυφὴν ἐν πλημμελείαις » διαπορευομένων· ἐπιστρέψαι δὲ ἐποίει ἀπὸ Βασὰν καὶ ἀπὸ βυθῶν τῆς θαλάσσης τὰς πάλαι καταπεποντωμένας αὐτόσε ψυχάς. Βασὰν δὲ ἡρμήνευται αἰσχύνη, ἔνθα δι' ἡμᾶς κατῆλθεν ὁ διὰ τῶν εἰρημένων στοιχείων δηλωθεὶς Κύριος, αἰσχύνης καταφρονήσας ὑπὲρ σωτηρίας τῶν αὐτόθι καταδεδουλωμένων. Διὸ λέλεκται· « Εἶπε Κύριος· Ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, ἐπιστρέψω ἐκ βυθῶν θαλάσσης· » εἶθ' ἑξῆς λέλεκται· « Ὅπως ἂν βαφῇ ὁ
C ποῦς σου ἐν αἵματι. » Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν εἰπών· « Ὅπως συγκατεάξῃ ὁ ποῦς σου μετὰ αἵματος, καὶ λάψῃ ἡ γλῶσσα τῶν κυνῶν σου ἀπὸ ἑκάστου τῶν ἐχθρῶν σου. » Συντρίβων γὰρ τοὺς ἑαυτοῦ ἐχθροὺς καὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν συνθλῶν, ἐπλήρου τὸν ἑαυτοῦ πόδα αἵματος, τοῦ ἐκ τῶν κεφαλῶν τοῦ ἐχθροῦ αὐτοῦ ῥυέντος. Διὸ ἐλέγετο ἐν Ἡσαΐᾳ· « Τίς οὗτος ὁ παραγενόμενος ἐξ Ἐδὼμ, ἐρύθημα ἱματίων ἐκ Βοσόρ; » καὶ ἑξῆς· « Διὰ τί σου ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ ἐνδύματά σου ὡς ἀποπατητοῦ ληνοῦ, πλήρης πεπατημένης; » Εἶθ' ἑξῆς ἀποκρίνεται πρὸς τοὺς ἐρωτήσαντας, καί φησι· « Κατεπάτησα αὐτοὺς ἐν θυμῷ μου. » Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν μετὰ τὴν συντριβὴν τῶν κεφαλῶν τῶν δρακόντων λέλεκται· « Ὅπως ἂν συγκατεάξῃ ὁ ποῦς σου μετὰ
D αἵματος, » ἤ, « Ὅπως βαφῇ ὁ ποῦς σου ἐν αἵματι, καὶ ἡ γλῶσσα τῶν κυνῶν σου ἐξ ἐχθρῶν παρ' αὐτοῦ. » Ἀνθ' οὗ λευκότερον ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν εἰπών· « Καὶ λάψῃ ἡ γλῶσσα τῶν κυνῶν σου ἀπὸ ἑκάστου τῶν ἐχθρῶν σου. » Κύνας δὲ τοῦ Κυρίου λάπτοντας τὸ αἷμα τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ τίνας ἂν εἴποις ἢ τοὺς τὰ ποίμνια αὐτοῦ φυλάττοντας φύλακάς τινας ἐγρηγόρους, τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ φρουροῦντας, ἢ τιμωρητικάς τινας δυνάμεις ἐπεμβαινούσας τῇ συντριβῇ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ὥσπερ ἀπογεύεσθαι πειρωμένας τῆς ἀπωλείας αὐτῶν;

VERS. 25, 26. « Visi sunt ingressus tui, Deus, ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto. » Hæc consequenter præcedentibus adjiciuntur. Quia

« Ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί σου, Θεός, αἱ πορεῖαι τοῦ Θεοῦ μου, τοῦ βασιλέως μου, τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ. » Καὶ ταῦτα τοῖς προλεχθεῖσιν ἀκολούθως ἐπενήνεκται.

[42] Psal. CIX, 1. [43] Isa. LXIII, 1. [44] ibid. 2. [45] ibid. 3.

Ἐπειδὴ γὰρ τὰ θεσπιζόμενα πρὶν γενέσθαι προεθεωρεῖτο τοῖς ἁγίοις τοῦ Θεοῦ προφήταις, διὰ τοῦτό φησιν ὁ λόγος· « Ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί σου, ὁ Θεός. » Ποῖαι δὲ πορεῖαι; ἀλλὰ πρώτη μὴν ἡ κάθοδος αὐτοῦ ἡ ἐν Σινᾶ, καὶ πάλιν ἡ ἀνάβασις ἡ εἰς ὕψος, καὶ αὖθις ἡ κάθοδος ἡ ἐπὶ Βασὰν καὶ ἡ ἐκεῖθεν ἐπιστροφὴ, ἥ τε μέχρι τοῦ θανάτου κατάβασις, καὶ ἐντεῦθεν διέξοδοι αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἡ ἐκ τῶν βυθῶν τῆς θαλάσσης ἐπάνοδος; Αὗται πᾶσαι πορεῖαι ἦσαν τοῦ δηλουμένου Κυρίου, αἵτινες τοῖς τοῦ Θεοῦ προφήταις ἐθεωρήθησαν πρὶν γενέσθαι· διὸ καὶ ταῖς προφητικαῖς παρεδόθησαν Γραφαῖς. Εἰκότως οὖν εἴρηται· « Ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί σου, ὁ Θεός. » Εἶτ' ἀσφαλίζεται διδάσκων ποίου Θεοῦ αἱ πορεῖαι ἐθεωρήθησαν· διὸ ἐπιλέγει· « Αἱ πορεῖαι τοῦ Θεοῦ μου, τοῦ βασιλέως μου. » Οὐ γὰρ ἁπλῶς Θεοῦ, οὐδὲ βασιλέως, ἀλλὰ τοῦ « Θεοῦ μου. » Τοῦτο δὲ ὅμοιον τυγχάνει τῷ, « Εἶπε Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· » ὁ μὲν γὰρ πρῶτος ὁ ἐπὶ πάντων εἴη ἂν Θεός· ὁ δὲ δεύτερος Κύριος ὁ ἀκούων· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, » ἐμὸς τυγχάνει Κύριος· διὸ, « Εἶπε Κύριος τῷ Κυρίῳ μου. » Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν τὸν δεύτερον σημαίνων ὁ αὐτὸς προφήτης φησίν· « Αἱ πορεῖαι τοῦ Θεοῦ μου, τοῦ βασιλέως μου, τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ. » Ἐὰν γὰρ λέγω θεωρουμένας πορείας, μή τις νομιζέτω με λέγειν τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ· ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ μου καὶ τοῦ βασιλέως μου πορεῖαι. Ἀλλ' ἐπειδὴ « προέφθασαν ἄρχοντες ἐχόμενοι ψαλλόντων ἐν μέσῳ νεανίδων τυμπανιστριῶν. » Αὐτοὶ γὰρ οὗτοι οἱ προφθάσαντες ἄρχοντες, ἢ οἱ ᾄδοντες καὶ Πνεύματι ἁγίῳ τὸ μέλλον θεσπίζοντες, προεθεώρησαν τὰς πορείας τοῦ Θεοῦ μου καὶ τοῦ βασιλέως μου. Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ προφῆται, οἱ προφθάσαντες τοὺς μετὰ ταῦτα προελθόντας ἀποστόλους. Δύο γὰρ χορῶν τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θεολογίαν ἀνθρώποις παραδεδωκότων, ὁ μὲν προφθάσας χορὸς ἦν ὁ προφητικὸς, ὁ δὲ δεύτερος ἐπελθὼν ὁ τῶν ἀποστόλων καὶ μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος. Πλὴν ἀλλὰ ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαι τοῦ δηλωθέντος Θεοῦ· ἢ τοῖς μὲν ἀποστόλοις ἐθεωρήθησαν, οἳ καὶ ὄψει παρέλαβον τὰ πάλαι προγνώσει προπεφωνημένα. Οὗτοι μὲν οὖν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς τὰς πορείας ἐθεώρησαν τοῦ Θεοῦ· προέφθασαν δὲ αὐτοὺς ἄρχοντές τινες οὗτοι οἱ ἐχόμενοι τῶν ψαλλόντων. Σημαίνει δὲ ὁ λόγος τὸν Δαυῒδ αὐτὸν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ καὶ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἡγουμένους τοῦ λαοῦ· οἵτινες ἐχόμενοι τῶν ψαλλόντων προέφθασαν ἐν μέσῳ νεανίδων τυμπανιστριῶν. Τοιαῦται δὲ ἦσαν αἱ Ἰουδαϊκαὶ συναγωγαὶ, ἀτελεῖς καὶ εἰσέτι νεάνιδες, πλέον οὐδὲν ἐπιστάμεναι ἢ τυμπάνοις χρῆσθαι τοῖς σωματικοῖς ὀργάνοις ἐκ δορᾶς νεκρῶν ζώων κατεσκευασμένοις. Διὸ τυμπανίστριαι εἴρηνται, τῷ μηδὲν ἕτερον εἰδέναι ἢ τὰ σωματικὰ τοῦ νόμου παραγγέλματα.

« Ἐν Ἐκκλησίαις εὐλογεῖτε τὸν Θεὸν Κύριον ἐκ πηγῶν Ἰσραήλ. » Μετὰ τοὺς προθεωρήσαντας τὰς τοῦ δηλωθέντος Θεοῦ πορείας, ἀκολούθως ὁ λόγος ἑτέροις τισὶ μετὰ τοὺς πρώτους γενομένους προσφωνεῖ λέγων· « Ἐν ἐκκλησίαις εὐλογεῖτε τὸν Θεόν· »

[44] Psal. CIX, 1.

A enim quæ in vaticinio feruntur, antequam essent prævidebantur a sanctis Dei prophetis, ideo dicitur: « Visi sunt ingressus tui, Deus. » Qui ingressus, nisi primum descensus ejus in Sinai, ac rursum ascensus in altum, iterumque descensus in Basan ac regressus in altum, et rursus demissio ejus usque ad mortem, et exitus illius ex ea, ac præter hæc omnia reditus ex profundo maris? Hi omnes ingressus erant memorati Domini, qui antequam exsisterent a prophetis Dei visi sunt: quare propheticis in scriptis consignati sunt. Jure ergo dictum est: « Visi sunt ingressus tui, Deus. » Deindeque rem confirmat indicans cujusnam Dei ingressus visi fuerint; nam adjicit: « Ingressus Dei mei, regis mei. » Non simpliciter Dei, aut regis, sed
B « Dei mei. » Hoc porro simile fuerit illi, « Dixit Dominus Domino meo: » primus quippe universorum Deus fuerit; secundus vero Dominus, qui audit, « Sede a dextris meis[44], » meus Dominus est: quare, « Dixit Dominus Domino meo. » Hic igitur illum secundo loco positum ipse Propheta significans dicit: « Ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto. » Nam cum ingressus videri dico, ne quis existimet universorum Dei illos esse; sed Dei mei, regis mei ingressus sunt. Verum quia « prævenerunt principes conjuncti psallentibus, in medio juvencularum tympanistriarum. » Hi enim ipsi principes qui prævenerunt, sive qui canunt, et in Spiritu sancto futura prænuntiant, præviderunt in-
C gressus Dei mei regis mei. Illi vero, prophetæ nempe, apostolos, qui post venere, præverterunt. Etenim cum duo chori Salvatoris nostri theologiam hominibus tradiderint, qui primus prodiit, propheticus chorus erat; qui vero secundus accessit, apostolorum et discipulorum Christi chorus exstitit. Cæterum visi sunt ingressus memorati Dei; sive apostolis quidem visi sunt, qui quæ olim ex præscientia prænuntiata fuerant ipsis oculis conspexerunt. Hi itaque oculati ingressus Dei testes fuere: ipsos tamen prævenerunt principes quidam conjuncti psallentibus: queis significantur cum ipse David, tum ii qui una cum eo tunc duces populi erant. Hi conjuncti psallentibus prævenerunt in medio juvencularum tympanistriarum. Tales
D certe erant Judaicæ synagogæ, imperfectæ scilicet et adhuc juvenculæ, nulla alia scientia præditæ, quam ut tympanis sive corporeis instrumentis uterentur, ex mortuorum animalium pelle confectis. Quare tympanistriæ dicuntur, quod nihil aliud nossent, quam corporea legis præcepta.

VERS. 27, 28. « In Ecclesiis benedicite Deo Domino de fontibus Israel. » De iis locutus qui Dei jam memorati ingressus præviderant, post illos primos consequenter alios compellat dicens: « In ecclesiis benedicite Deo. » Quia vero hi a princi-

pibus illis qui prævenerunt diversi erant; jure cœtus illorum ecclesias vocat, queis prophetia nec obscure Servatoris nostri ecclesias commemorat. Jubentur porro hi secundi, non in medio juvencularum tympanistriarum, sed in ecclesiis benedicere Deo. Quis sit Deus ille mox indicat dicens, « Domino. » Unde vero id hauserint, quod oporteat Ecclesiis Domini (1) theologiam tradere, necessario explicat his verbis: « Domino de fontibus Israel, » vulgaribusque iterum characteribus hic Dominus exprimitur. Fontes vero Israel, propheticæ Scripturæ sunt atque lex Moysis. Ex quibus quasi ex fontibus, per hausta de Salvatore nostro testimonia, secundi illi in ecclesiis benedicere ipsi jubentur. Deinde subjungit: « Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu. » Pro illo autem, « ibi, » Symmachus ait, « ubi Benjamin minimus; » Aquila vero similiter, « ibi Benjamin brevis, imperans ipsis. » Benjamin vero junior, minimus aut brevissimus Paulus erat divinus Apostolus, ex tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, quemadmodum ipse docet his verbis: « Circumcisio octavo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis [47]. » Junior vero dicitur, sive minimus aut brevis, quia id ipse declarat dicens: « Novissimo autem omnium quasi abortivo visus est et mihi [48]. » Pro illo autem, « in mentis excessu, » Aquila, « imperans ipsis; » Theodotio autem, « præceptor eorum; » quinta editio, « instituentem, » aut « docentem, » interpretati sunt. Nec multis verbis opus ad comprobandum, sanctum Apostolum, qui Benjamin vocatur, Ecclesiis imperare, earumque præceptorem esse. Non solus itaque Benjamin ibi erat, videlicet in Ecclesiis Dei; sed etiam « principes Juda duces eorum, principes Zabulon, principes Nephthali. » His porro indicantur reliqui apostoli, quorum alii ex tribu Juda, alii ex tribu Zabulon, alii ex tribu Nephthali erant. Quare horum terram memorat Spiritus sanctus per Isaiam prophetam dicens: « Terra Zabulon et terra Nephthalim, viam maris, trans Jordanem, Galilæa gentium [49]. » Ipse quoque Servator transiens juxta mare Galilææ, isthinc suos discipulos vocavit. Aperte itaque docet Ecclesiis imperare primo Paulum, brevissimum et minimum, ac juniorem cæteris apostolis, in mentis excessu aliquando positum, quando persequebatur Ecclesiam Dei, eamque vastabat, sive quando in revelatione Salvatorem vidit; vel quando raptus est in paradisum usque ad tertium cœlum. Post Paulum vero, cæteros apostolos « ibi, » scilicet in ipsa Ecclesia ornate versaturos vaticinatur, principesque fore nostros ex tribu Juda, ac principes Zabulon, principes Nephthali. Si quis vero per otium accurate perquisierit, cujusque apostoli tribum reperiet:

καὶ ἐπειδήπερ ἕτεροι ἦσαν οὗτοι παρὰ τοὺς προφθάσαντας ἄρχοντας, εἰκότως καὶ τὰς συνόδους αὐτῶν ἐκκλησίας ἀποκαλεῖ, μονονουχὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τὰς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐκκλησίας προαγορευούσης τῆς προφητείας. Κελεύονται δὲ οὗτοι οἱ δεύτεροι οὐκ ἐν μέσῳ νεανίδων τυμπανιστριῶν, ἀλλ' ἐν ἐκκλησίαις εὐλογεῖν τὸν Θεόν. Καὶ ποῖον Θεὸν, πάλιν ἐπιλέγει ἑξῆς, « Κύριον. » Καὶ πόθεν ἀρυομένους χρῆν ταῖς ἐκκλησίαις τὴν τοῦ Κυρίου παραδιδόναι θεολογίαν ἀναγκαίως παρίστησι λέγων· « Κύριον ἐκ πηγῶν Ἰσραὴλ, » τοῖς κοινοτέροις χαρακτῆρσι κἀνταῦθα πάλιν τοῦ Κυρίου σημαινομένου. Πηγαὶ δὲ Ἰσραὴλ αἱ προφητικαὶ Γραφαὶ τυγχάνουσιν, ἥ τε Μωϋσέως νομοθεσία· ἐξ ὧν ὥσπερ ἀπὸ πηγῶν ἀρυομένους τὰς περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαρτυρίας εὐλογεῖν αὐτὸν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῖς δευτέροις παρακελεύεται. Εἶτα ἐπιλέγει· « Ἐκεῖ Βενιαμὶν νεώτερος ἐν ἐκστάσει. » Ἀντὶ δὲ τοῦ « ἐκεῖ, » ὁ Σύμμαχος, « ὅπου, φησὶ, Βενιαμὶν ὁ μικρότατος· » καὶ ὁ Ἀκύλας ὁμοίως· « Ἐκεῖ, φησὶ, Βενιαμὶν ὁ βραχὺς, ἐπικρατῶν αὐτῶν. » Βενιαμὶν δὲ νεώτερος καὶ μικρότατος ἢ βραχύτατος Παῦλος ἦν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, φυλῆς ὢν Βενιαμὶν, Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, καθὼς αὐτὸς διδάσκει λέγων· « Περιτομὴ ὀκταήμερος ἐκ γένους Ἰσραὴλ, φυλῆς Βενιαμὶν, Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων. » Νεώτερος δὲ εἴρηται, ἢ μικρότατος, ἢ βραχὺς, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τοῦτο διδάσκει λέγων· « Ὕστερον δὲ πάντων ὥσπερ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « ἐν ἐκστάσει, » ὁ μὲν Ἀκύλας, « ἐπικρατῶν αὐτῶν· » ὁ δὲ Θεοδοτίων, « παιδευτὴς αὐτῶν· » ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις, « παιδεύοντα, » ἢ, « διδάσκοντα » ἡρμήνευσαν. Οὐ δεῖ δὲ ἡμῖν πλειόνων λόγων εἰς ἀπόδειξιν τοῦ κρατεῖν τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ παιδευτὴν αὐτῶν εἶναι τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον Βενιαμὶν ὠνομασμένον. Οὐ μόνος δὲ ἄρα ὁ Βενιαμὶν ἦν ἐκεῖ, δηλαδὴ ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ « οἱ ἄρχοντες Ἰούδα ἡγεμόνες αὐτῶν, οἵ τε ἄρχοντες Ζαβουλὼν καὶ οἱ ἄρχοντες Νεφθαλείμ. Σημαίνει δὲ ὁ λόγος διὰ τούτων τοὺς λοιποὺς ἀποστόλους, ὧν οἱ μὲν ἦσαν ἐκ φυλῆς Ἰούδα, οἱ δὲ ἐκ φυλῆς Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ. Διὸ τῆς τούτων μέμνηται χώρας τὸ ἅγιον Πνεῦμα διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγον· « Γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλεὶμ, ὁδὸν θαλάσσης, πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Σωτὴρ, παραγαγὼν παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ἐνθένδε ἀνεκαλεῖτο. Σαφῶς οὖν ἐπικρατεῖν τῶν Ἐκκλησιῶν πρῶτον μὲν Παῦλον τὸν βραχύτατον καὶ μικρότατον, καὶ νεώτατον τῶν ἀποστόλων ἐδίδαξεν, ἐν ἐκστάσει ποτὲ γενόμενον, ὅτε ἐδίωκε τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπόρθει αὐτὴν, ἢ ὅτε ἐν ἀποκαλύψει τὸν Σωτῆρα τεθέατο· ἢ ὅτε ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον ἕως τρίτου οὐρανοῦ· μετὰ δὲ τὸν Παῦλον τοὺς λοιποὺς ἀποστόλους ἐκεῖ ἐν τῇ αὐτῇ Ἐκκλησίᾳ διαπρέπειν θεσπίζει, ἄρχοντας ὄντας ἡμετέρους ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ ἄρχοντας Ζαβουλὼν

[47] Philipp. III, 5. [48] I Cor. XV, 8. [49] Isa. IX, 1.

(1) Id est, *Deum illum esse in Ecclesia prædicare.*

καὶ ἄρχοντας Νεφθαλείμ. Ἐπὶ σχολῆς δ' ἄν τις φιλοκαλήσας, τὴν ἑκάστου τῶν ἀποστόλων εὑρήσει φυλήν· ἐπεὶ παντὶ τῷ ζητοῦντι ἡ τῆς εὑρέσεως δέδοται ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐπαγγελία.

« Ἔντειλαι, ὁ Θεὸς, τὴν δύναμίν σου, δυνάμωσον, ὁ Θεὸς, τοῦτο ὃ κατειργάσω ἡμῖν. » Ἕπεται καὶ ταῦτα τοῖς προλεχθεῖσιν. Ἐπειδὴ γὰρ προφητικῶς προσέταττεν ὁ λόγος τοῖς ἀποστόλοις ἐν ἐκκλησίαις εὐλογεῖν τὸν Κύριον, καὶ τοῦτο ποιεῖν μὴ ἑτέρων τινῶν ὁρμωμένους λόγων, ἀλλ' ἐκ τῶν πηγῶν Ἰσραὴλ, ἀκολούθως ὑπὲρ αὐτῶν εὐχὴν ἀναπέμπει τὸ Πνεῦμα τὸ προφητικὸν, φάσκον· « Ἔντειλαι, ὁ Θεὸς, τὴν δύναμίν σου· » ὡσεὶ σαφέστερον ἔλεγεν· Ἐπισπευσάτω ἡ δύναμίς σου, καὶ συνεργείτω τοῖς ἀνδράσιν· ἀλλὰ καὶ ἤδη ποτὲ τῇ ἰσχύϊ σου δι' ἔργων χωρησάτω τὰ προφητευόμενα· καὶ τοῦτο δὲ ὃ κατειργάσω ἡμῖν τῇ σῇ βουλῇ προορίσας, καὶ αὐτὸ δυνάμωσον· ὅπως τῇ σῇ δυνάμει ἔργοις ἐπιτελεσθείη. Τί δὲ ἦν τοῦτο ἢ τὸ ἑξῆς ἐπιφερόμενον, « Ἐπὶ τὸν ναόν σου τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ σοὶ οἴσουσι βασιλεῖς δῶρα; » τοῦτο γὰρ αὐτὸ ἐπαγγειλάμενος ἡμῖν δυνάμωσον γενέσθαι. Βασιλεῖς δὲ διὰ τοῦτο αἱ βασιλεῖαι τῆς γῆς εἴρηνται, τῶν ἐθνῶν ἁπάντων τοῦτον σημαινομένων τὸν τρόπον. Νεὼς δὲ ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἐφ' ὃν τὰ δῶρα οἴσουσιν οἱ βασιλεῖς, οὐδ' ἕτερος ἂν εἴη τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· εἴπερ ἴσμεν Ἱερουσαλὴμ ἐπουράνιον, ἣν ἔδειξεν ὁ εἰπών· « Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν· » καὶ, « Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. » Ταύτης οὖν τῆς ἐπουρανίου πόλεως τοῦ Θεοῦ τὸ ἐξαίρετον καὶ ἀνώτατον καὶ κρεῖττον ὁ νεώς ἐστι τοῦ Θεοῦ. Ἐπὶ τοῦτον τοίνυν τὸν νεών σου, φησὶν, σοὶ οἴσουσι βασιλεῖς δῶρα· οἱ τὴν λοιπὴν δηλαδὴ πόλιν τὴν ἐπουράνιον οἰκοῦντες βασιλεῖς ὄντες, διὰ τὸ κατηξιῶσθαι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ διὰ τοῦτο συμβασιλεύειν τῷ ἑαυτῶν Κυρίῳ. « Εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν, καὶ εἰ ὑπομένομεν Θεὸν, καὶ συμβασιλεύσομεν. » Οὗτοι οὖν οἱ βασιλεῖς, ὡς ἂν ὑπὸ μεγάλῳ ἀρχιερεῖ τῷ Μονογενεῖ τοῦ Θεοῦ λειτουργοῦντες, ἱερεῖς τε ὄντες, καὶ αὐτοὶ δῶρα προσοίσουσιν εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ τὸν ἐπουράνιον, συνεισερχόμενοι τῷ μεγάλῳ ἀρχιερεῖ. Ὅπως δὲ τοῦτο γένηται καὶ δι' ἔργων προχωρήσῃ, ἀναγκαίως ἐπηύξατο εἰπών· « Ἔντειλαι, ὁ Θεὸς, τὴν δύναμίν σου, δυνάμωσον, ὁ Θεὸς, τοῦτο ὃ κατειργάσω ἡμῖν. »

« Ἐπιτίμησον τοῖς θηρίοις τοῦ καλάμου. » Ὥσπερ ηὔξατο συνεργῆσαι τοῖς προλεχθεῖσιν εἰπών· « Ἔντειλαι, ὁ Θεὸς, τὴν δύναμίν σου· » καὶ « Δυνάμωσον, ὁ Θεὸς, τοῦτο ὃ κατειργάσω ἡμῖν· » οὕτω πάλιν εὔχεται τὰ κωλύματα ἐκποδὼν ἀρθῆναι ἐκ μέσου, ὅπως ἀκωλύτως ὁ λόγος διαδράμῃ. Συνεώρα γὰρ τῇ προγνώσει τοὺς μέλλοντας ἐπανίστασθαι τῷ εὐαγγελικῷ κηρύγματι διωγμοὺς καὶ τοὺς νοητοὺς θῆρας, ὧν ηὔχετο ῥυσθῆναι ὁ εἰπών· « Μὴ παραδῷς τοῖς θηρίοις ψυχὰς ἐξομολογουμένας σοι· » θηρία δὲ καλάμου νοήσεις, μαθὼν ἀπὸ τοῦ Ἰὼβ ὅπως εἴρηται ὑπὸ τοῦ διαβόλου· « Ὑπὸ παντοδαπὰ δένδρα κοιμᾶται, παρὰ πάπυρον

A nam cuivis quærenti datur a Servatore inveniendi promissio [50].

Vers. 29. « Manda, Deus, virtuti tuæ; confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis. » Hæc præcedentibus connectuntur. Quia enim prophetice præcipitur apostolis in ecclesiis benedicere Domino, idque præstare non aliis sermonibus exorsos, sed ex fontibus Israel; consequenter pro iis orationem Spiritus propheticus effundit, dicens: « Manda, Deus, virtuti tuæ; » ac si apertius diceret: Festinet virtus tua, illisque viris cooperetur; sed vel sero tandem virtute tua quæ prophetice dicta sunt opere compleantur: et hoc ipsum quod
B operatus es in nobis postquam futurum esse voluntate tua definieras, confirma, ut potestate tua res ipsa perficiatur. Quid autem aliud illud erat, quam id quod sequitur, « Ad templum tuum in Jerusalem tibi offerent reges munera? » Hoc enim ipsum quod nobis promisisti confirma, ut eveniat. Reges autem regna terræ significant, qua ratione universæ gentes indicantur. Templum autem in Jerusalem, quo deferent reges munera, non aliud fuerit quam regnum cœlorum. Novimus siquidem Jerusalem cœlestem quam indicavit quispiam his verbis: « Ea vero quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra [51]; » et: « Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis
C Jerusalem cœlestem [52]. » Quod igitur in illa cœlesti Dei civitate præstantius, sublimius et melius habetur, templum Dei est. In hoc templo tuo, inquit, tibi offerent reges munera: qui scilicet aliam illam civitatem cœlestem incolunt, vere reges, quia regno cœlorum dignati sunt; ideoque una cum Domino suo regnant. « Nam si commortui sumus, et convivemus, et si sustinemus Deum et conregnabimus [53]. » Hi itaque reges, utpote qui sub magno sacerdotum principe Unigenito Dei ministerium obeant, et sacerdotes sint, munera et ipsi in templum ejus cœleste afferent, una cum magno sacerdotum principe introeuntes. Ut autem hoc fiat et opere compleatur, necessario sic precatus est: « Manda, Deus, virtuti tuæ; confirma hoc,
D Deus, quod operatus es in nobis. »

Vers. 31-33. « Increpa feras arundinis. » Quemadmodum precatus fuerat, ut prædictos homines adjuvaret dicens: « Manda, Deus, virtuti tuæ; » et, « Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis; » sic modo precatur, ut obices de medio tollantur, et sine impedimento sermo percurrat. Præscientia quippe noverat eas quæ adversus prædicationem evangelicam excitandæ erant persecutiones, spiritualesque feras, a quibus eripi rogabat ille qui hæc loquebatur: « Ne tradas bestiis animas confitentes tibi [54]. » Quæ sint illæ feræ arundinis intelligas, si a Job ediscas quid dictum

[50] Matth. vii, 7, 8. [51] Galat. iv, 26. [52] Hebr. xii, 22. [53] II Tim. ii, 11, 12. [54] Psal. lxxiii, 19.

de diabolo sit: « Sub omnis generis arboribus dormit, juxta papyrum, calamum et caricem [55]. » Non juxta ficum, vitem, oleam aut palmam, aut quid iis simile, sed juxta papyrum, calamum et caricem quiescere ipsum ait, infirmas, frigidas nullumque fructum bonum proferentes animas his subindicans; juxta illas quippe draco quiescebat. Truces autem illæ feræ arundinis, sunt adversariæ potestates, maligni dæmones, et venenosi reptilesque spiritus, quos ut increpet Deus, Spiritus sanctus rogat hisce verbis: « Increpa feras arundinis. » Et congregationem taurorum; sive, secundum Symmachum, « cœtum prægrandium; » vaccas item populorum increpari postulat: vaccæ autem po- B pulorum et tauri, sunt ii inter Judæos qui verbi persecutores sunt. His aliud opus subjungitur, « ut excludantur ii qui probati sunt argento: » quod liquidius explicat Symmachus dicens: « Qui calcibus pellunt eos qui probati sunt quasi probatione argenti. » Hi namque tauri, et memoratæ vaccæ, a feris arundinis agitatæ, nullum lapidem non movent, ut sancti Dei a spe sibi proposita deturbentur. Sancti vero Dei sunt qui probati sunt argento. Quemadmodum enim « eloquia Domini casta, argentum igne examinatum [56]; » sic et homines Dei probati sunt ut argentum: quare dicunt: « Probasti nos, Deus, igne nos examinasti sicut examinatur argentum [57]. » Igitur feræ arundinis, congregatio taurorum, et vaccæ populorum, C eos qui probati sunt argento a proposita sibi spe excludere satagunt. Sive, secundum Symmachum, « Calcibus pellunt eos qui probati sunt quasi probatione argenti. » Ut ne itaque illi supra dicti sanctis Dei impedimento sint, necessario dictum est: « Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum. » Alia item ratione tauros intelligas Judæorum principes: vaccas autem eorum synagogas iis subditas, et populos qui tempore passionis Servatoris nostri insurrexerunt. Cui sententiæ astipulatur vox illa ex ipsius Salvatoris persona in psalmo XXI posita: « Quoniam circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt in me os suum [58]. » Queis subindicabat principes Judaici populi, necnon multitu- D dinem ipsis subditam quæ adversum se insurrexit.

« Dissipa gentes quæ bella volunt. » Quæ superius feruntur, de adversariis potestatibus et de principibus Judæorum enarrata sunt: hæc vero de inimicis Ecclesiæ ex reliquarum gentium numero. Prospiciens namque Spiritus sanctus eos ex gentibus qui in incredulitate perseveraturi erant, adversus fideles bella et persecutiones moturos esse contra Ecclesiam Dei, necessario hac de re sic precatur: « Dissipa gentes quæ bella volunt. » His namque dissipatis, gratia evangelica locum habe-

VERS. 6. « Deus, tu scis insipientiam meam. » Quemadmodum divinus Apostolus *stultum Dei*, passionem Salvatoris, et crucem, infirmitatem inculpatim vocavit dicens : « Crucifixus est ex infirmitate [b]; » ac rursum : « Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus [c]; » sic et in præsenti non aberraveris, si insipientiam hic memoratam, pari ratione intelligas atque stultitiam ab Apostolo dictam. Sed sicut novit Dominus qui sunt ejus, quoniam quidam selecti homines sunt Dei cognitione dignati, ita hoc loco insipientia illa, quæ digna est Dei cognitione, magnam profundamque rationem habuit. Neque enim præter voluntatem ac præter cognitionem tuam fuit illa insipientia mea. Quænam illa, nisi quæ talis a multis reputatur? Sicut enim insipientia illa Græcis insipientia æstimabatur, secundum profundam vero Dei rationem, ad melius vertebatur; et quod ab hominibus stultum putabatur, sapientius erat hominibus; nam Deo placuit per stultitiam prædicationis credentes salvos facere, sic et stultitia, quam propter nos subiit, humilians seipsum, formam servi accipiens, et usque ad mortem accedens, sapientior ipsa hominum sapientia erat. Nam crucis ratio pereuntibus quidem, inquit Apostolus, stultitia est. Quod si stultitia et insipientia est, nobis tamen salutem nactis virtus Dei est. Hanc igitur insipientiam et stultitiam non ignoravit Deus; nam ipsius judicio exstitit. Ideo ait : « Deus, tu scis insipientiam meam. » Nos vero Symmachus ab hac re expedivit, sic interpretatus : « Deus, tu scis imperitiam meam, » imperitiam scilicet quæ in hominibus est. Nam cum ab hominum malitia alienus esset, hanc probam imperitiam Patris sui cognitioni assignat. Alibi quoque divina Scriptura insipientiæ Salvatoris meminit, hisque consonat. Scriptum itaque est in Proverbiis : « Hæc dicit vir credentibus Deo, et cesso. Stultissimus enim sum omnium hominum, et prudentia hominis non est in me. Deus docuit me sapientiam, et cognitionem sanctorum novi [d]. » In his namque se omnium hominum insipientissimum pronuntiat, et prudentiam hominis se non habere dicit : sed tamen ab ipso Deo edoctum se spiritualem sapientiam, et cognitionem sanctorum nosse narrat. Sed etiam, inquit, « delicta mea a te non sunt abscondita. » Nam si quædam in me delicta essent, ob quæ me cruci destinaverint, sane tu primus nosses, cui latere nihil potest; sed nulla erant. Quare qui oderant me, gratis oderant : et qui persequebantur me, injuste quæ non rapui exigebant. Quia vero falsos testes et sycophantas ad me accusandum subornarunt, tu nosti, inquit,

[b] II Cor. xiii, 4. [c] I Cor. i, 23-25. [d] Prov. xxx, 1-3.

Deus num quid peccatum a me sit. Neque enim si quædam mihi delicta inessent, tibi essent occulta. Et alias, si nostra ipse peccata abstersit, et factus est pro nobis maledictum, ita ut de illo dicatur : « Ipse peccata nostra portat, et pro nobis cruciatur. Et ipse vulneratus est propter peccata nostra, infirmatus est propter iniquitates nostras. Et Dominus tradidit eum peccatis nostris[7]. » Hæc, inquit, delicta pro hominibus suscepi : tu nosti, Deus, quia non abscondita tibi sunt. Neque enim præter consilium tuum isthæc suscepi. Quare illa notitia tua digna effecisti.

VERS. 7. « Non erubescant in me qui exspectant te, Domine, Domine virtutum. » Quia doctrinam meam sapientes hujus sæculi criminantur, ipsamque pellunt ut insipientia et stultitia plenam propter ignominiosam crucem, precor ac rogo, eos qui credunt in me abs te servari immutabiles, ita ut nunquam erubescant. Quare tu ipse, Domine, Domine virtutum, eos qui propter cognitionem tuam a me traditam impugnantur, qui gravia semper patiuntur, et usque ad mortem perseverant, ne derelinquas, ne in me sperantes confundantur, qui te Deum Israel exquirunt. Etiamsi enim te olim non noscerent, quia dæmonibus malis subditi erant ; at jam cum te noscant, in omnium oblivionem venerunt, teque solum quærendo perseverant. Quamobrem supplicio ne confundantur, neu « ignominia afficiantur; » sic enim interpretatus Symmachus est : « Ne confundantur super me, qui exspectant te, Domine Deus virtutum, ne ignominia afficiantur super me qui quærunt te, Deus Israel. » Observes porro quomodo dictum sit, « Domine, Domine virtutum ; » ita ut nomen Domini repetitum, et ad Deum universorum relatum sit.

VERS. 8, 9. « Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. » Cæteri, inquit, homines ob peccata sua correptionibus et opprobriis subjiciuntur ; ego vero qui peccatum non novi, propter te sustinui opprobrium, quia tu ipse, Deus hominum amator, pro humano genere me peccatum fecisti ; ut qui credunt in me, justitia efficiantur. Imo etiam « propter te sustinui opprobrium, » cum ex voluntate tua me ad nihilum redegi, et ad mortem usque depressi, quo tempore prætereuntes blasphemabant, moventes capita sua et dicentes : « Vah, qui destruis templum, et in tribus diebus ædificas, salvum fac temetipsum. Si Filius Dei es, descende de cruce. Similiter et principes sacerdotum illudentes cum sacerdotibus et Scribis et Pharisæis dicebant : Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, et credemus ei. Speravit in Deum, eripiat eum, si

[7] Isa. LIII, 4-6.

A συκοφάντας ἔστησαν ἐν τῇ κατ' ἐμοῦ κατηγορίᾳ, σὺ οἶδας, φησὶν, ὁ Θεὸς, εἴ τινά μοι πεπλημμέληται. Οὐ γὰρ ἂν ἐκρύβησάν σε, εἴ τινες ἦσαν ἐν ἐμοὶ πλημμέλειαι. Καὶ ἄλλως, εἰ τὰς ἡμετέρας ἀνεμάξατο ἁμαρτίας, καὶ γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, ὡς λέγεσθαι περὶ αὐτοῦ· « Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. Καὶ αὐτὸς ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. » Καὶ ταύτας, φησὶ, τὰς πλημμελείας ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀνεδεξάμην· σὺ ἔγνως, ὁ Θεὸς, ἐπεὶ μὴ ἀπεκρύβησάν σε. Οὐ γὰρ δίχα τῆς σῆς βουλήσεως ταύτας ἀνεδεξάμην· διὸ καὶ ἀξίας τῆς σαυτοῦ γνώσεως αὐτὰς ἐποιήσω.

« Μὴ αἰσχυνθείησαν ἐπ' ἐμὲ οἱ ὑπομένοντές σε, Κύριε, B Κύριε τῶν δυνάμεων. » Ἐπειδὴ τὴν ἐμὴν διδασκαλίαν οἱ σοφοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου διαβάλλουσιν, ἐλαύνουσί τε αὐτὴν ὡς μεστὴν ἀφροσύνης καὶ μωρίας διὰ τὸν ἐπονείδιστον σταυρὸν, ἀντιβολῶ καὶ δέομαι, τοὺς εἰς ἐμὲ πιστεύοντας φυλάττεσθαι ὑπὸ σοῦ ἀδιατρέπτους, ὡς μήποτε καταισχυνθῆναι. Διὸ σὺ αὐτὸς, ὦ Κύριε, Κύριε τῶν δυνάμεων, τοὺς πολεμουμένους διὰ τὴν σὴν γνῶσιν, ἣν ὑπ' ἐμοῦ παρειλήφασι, πάντοτε ὑπομένοντας τὰ δεινὰ καὶ μέχρι θανάτου καρτεροῦντας, μὴ ἐγκαταλείπῃς, μηδὲ ἐντραπείησαν θαρσήσαντες ἐπ' ἐμοὶ, οἱ σὲ τὸν Θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ ἐκζητοῦντες. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ἦσάν ποτε ἀγνοοῦντές σε διὰ τὸ δαίμοσι πονηροῖς δεδουλῶσθαι, ἀλλὰ νῦν, ἐπιγνόντες σε, πάντων μὲν λήθην ἐποιήσαντο, σὲ C δὲ μόνον διατελοῦσι ζητοῦντες. Διὸ ἱκετεύω μὴ καταισχυνθῆναι αὐτοὺς, μηδὲ « ἀσχημονῆσαι· » οὕτω γὰρ ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· « Μὴ καταισχυνθείησαν ἐπ' ἐμοὶ οἱ προσδοκῶντές σε, Κύριε Θεὲ τῶν δυνάμεων· μὴ ἀσχημονήσαιεν ἐπ' ἐμὲ οἱ ἐκζητοῦντές σε, Θεὲ τοῦ Ἰσραήλ. » Ἐπιτήρει δὲ ὅπως εἴρηται τὸ, « Κύριε, Κύριε τῶν δυνάμεων, » δευτεροῦντος τοῦ λόγου τὴν κυριολογίαν καὶ ἐπὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἀναπέμποντος.

« Ὅτι ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμὸν, ἐκάλυψεν ἐντροπὴ τὸ πρόσωπόν μου. » Οἱ μὲν λοιποὶ, φησὶν, ἄνθρωποι δι' οἰκείας ἁμαρτίας ἐλέγχοις καὶ ὀνειδισμοῖς ὑποβάλλονται· ἐγὼ δὲ ὁ μὴ γνοὺς ἁμαρτίαν ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμόν· ἐπειδήπερ σὺ αὐτὸς ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπὲρ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους D ἁμαρτίαν με ἐποίησας, ὅπως οἱ πιστεύοντες εἰς ἐμὲ γένωνται δικαιοσύνη. Ἀλλὰ καὶ « ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμὸν, » διὰ τὴν σὴν βουλὴν κενώσας ἐμαυτὸν καὶ μέχρι θανάτου ταπεινώσας, καθ' ὃν καιρὸν οἱ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν καὶ λέγοντες· « Οὐὰ ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν. Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐμπαίζοντες μετὰ τῶν ἱερέων καὶ Γραμματέων καὶ Φαρισαίων ἔλεγον· Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. Εἰ βασιλεὺς Ἰσραήλ ἐστι, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ. Πέποιθεν ἐπὶ τὸν

θεόν· ῥυσάσθω αὐτὸν, εἰ θέλει αὐτόν. Εἶπε γὰρ, ὅτι Θεοῦ Υἱός εἰμι. » Ταῦτα δὴ οὖν θεσπίζων ἐπὶ τοῦ παρόντος, φησίν· « Ὅτι ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμὸν, ἐκάλυψεν ἐντροπὴ τὸ πρόσωπόν μου. » Οὐ γὰρ δι' ἁμαρτίας ἐμὰς, οὐδὲ διὰ παρανόμους πράξεις, ἀλλ', « ἕνεκά σου » καὶ τὸν προλεχθέντα « ὀνειδισμὸν ὑπέμεινα, καὶ τὸ πρόσωπόν μου ἐκάλυψεν ἐντροπή· » ἤ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Ἐκάλυψεν ἀσχημόνησις τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. » Καὶ ταῦτα πάντα ὑπέμεινα, φησὶν, ἕνεκά σου, τουτέστιν ἕνεκα τοῦ σοῦ θελήματος. Ἀλλὰ καὶ « ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ ξένος τοῖς υἱοῖς τῆς μητρός μου. » Δύο δὲ τάγματα ἐν τούτοις παρίστησιν· ἓν μὲν τὸ τῶν ἀληθῶς ἀδελφῶν αὐτοῦ, οἷς ἐγενήθη ἀπηλλοτριωμένος· ἕτερον δὲ τὸ τῶν υἱῶν τῆς μητρὸς αὐτοῦ, οὐ μὴν ἀδελφῶν αὐτοῦ, οἷς ἐγενήθη ξένος. Καὶ μὴν ἐχρῆν υἱοὺς μητρὸς αὐτοῦ, ὄντας ἀδελφοὺς, καὶ αὐτοὺς ὁμοίως τοῖς προτέροις χρηματίζειν. Ἀλλ' οὐχ ὠνόμασε τοὺς υἱοὺς τῆς μητρὸς ἀδελφοὺς, ὡς ἑτέρους ὄντας δηλαδὴ παρὰ τὸ πρῶτον τάγμα τῶν ὀνομασθέντων ἀδελφῶν αὐτοῦ. (1) Εἰς οὖν ἀδελφοὺς μὲν αὐτοῦ γεγενονέναι τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς, περὶ ὧν καὶ ἐν ἑτέρᾳ φησίν· « Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. » Καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τῇ Μαρίᾳ φανεὶς μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἔλεγε· « Πορεύου πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὸν αὐτοῖς· Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Τούτοις οὖν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθη κατὰ καιρὸν τοῦ δηλουμένου πάθους, ὅτε πάντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀφέντες αὐτὸν ἔφευγον, αὐτός τε ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων Πέτρος ἠρνήσατο αὐτὸν τρίτον. Τούτοις ξένος καὶ ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθη· τοῖς δὲ υἱοῖς τῆς μητρὸς αὐτοῦ, οὐ μὴν καὶ ἀδελφοῖς οὖσιν αὐτοῦ, ξένος γέγονε. Μέμνηται δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἀδελφῶν αὐτοῦ καὶ μητρὸς, ὅτε, ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν ἐν τῇ συναγωγῇ, ὡς ἐκπλήσσεσθαι αὐτοὺς καὶ λέγειν· « Πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη; Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; Οὐχ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; Πόθεν τούτῳ ταῦτα πάντα; » Ἐὰν μὲν οὖν τοὺς ἐν τῷ μετὰ χεῖρας λεγομένους υἱοὺς μητρὸς αὐτοῦ τούτους εἶναι ἐκλάβοιμεν, ἀνάγκη τὴν ἁγίαν Παρθένον μητέρα φάναι γεγονέναι τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. Ἀλλ' ἐπιφαίνεται Ἰάκωβος ὁ χρηματίσας αὐτοῦ ἀδελφὸς οὐκ ἀπεξενωμένος αὐτοῦ γεγονὼς, οὐδὲ ἀλλότριος τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, εἷς δὲ τῶν σφόδρα γνησίων αὐτοῦ μαθητῶν· ὡς καὶ τὸν θρόνον ἀναδέξασθαι πρῶτον τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας. Καὶ οἱ λοιποὶ δὲ αὐτοῦ ἀδελφοὶ, εἰ καὶ τὰ μάλιστα κατ' ἀρχὰς οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα δῆλοί εἰσι πιστεύσαντες. Ἱστορεῖ δ' οὖν τὸ Εὐαγγέλιον, ὡς ἄρα ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἱστήκεισαν ἔξω ζητοῦντες λαλῆσαι αὐτῷ. Καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι δὲ τῶν ἀποστόλων λέλεκται, ὡς ἄρα ἦσαν οἱ ἀπόστολοι κοινῇ πάντες προσκαρτεροῦντες τῇ προσευχῇ σὺν Μαριὰμ

A vult eum. Dixit enim, quia Filius Dei sum [8]. » Hæc nunc vaticinans dicit : « Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. » Non enim ob peccata et improba facinora mea ; sed « propter te » prædictum « opprobrium sustinui, et operuit confusio faciem meam ; » sive, secundum Symmachum : « Operuit ignominia faciem ejus. » Et hæc omnia, inquit, propter te passus sum, id est, propter voluntatem tuam. Quin etiam « extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filiis matris meæ. » Duos hic ordines significat; alterum eorum qui vere fratres ejus erant, quibus extraneus factus est; alterum eorum qui filii matris ejus erant, sed non fratres ejus, quibus peregrinus effectus est. Et tamen oportuit B filios matris ejus, cum fratres ejus essent, perinde atque priores nuncupari fratres. At filios matris fratres non vocavit, utpote alios et diversos a priore ordine eorum qui fratres vocati sunt. Fratres ergo ejus, discipuli existimandi, de quibus alibi dicit : « Narrabo nomen tuum fratribus meis, et in medio Ecclesiæ laudabo te [9]. » Et in Evangelio post resurrectionem ex mortuis, cum Mariæ visus est, dicebat : « Vade ad fratres meos, et dic illis : Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum [10]. » His itaque fratribus suis extraneus factus est tempore prædictæ passionis, quando omnes discipuli ejus relicto eo fugiebant, ipseque præcipuus apostolorum Petrus ter C negavit eum. His peregrinus et extraneus effectus est. Filiis item matris suæ, qui fratres sui non erant, peregrinus fuit. Meminit porro Evangelium fratrum et matris ejus, ubi cum venisset in patriam suam, docebat in synagoga, ita ut ipsi stuperent ac dicerent : « Unde huic sapientia hæc ? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater ejus et fratres ejus, et sorores ejus omnes apud nos sunt? Unde huic hæc omnia [11] ? » Si igitur filios matris ejus in hoc psalmo sic vocatos, pro istis accipiamus, necesse est nos sanctam Virginem, reliquorum fratrum ejus matrem dicere. Verum Jacobus qui dicitur frater Domini, non videtur peregrinus ipsi fuisse, nec fidei in ipsum extraneus; imo vero unus ex iis qui cum primis inter germanos ejus D discipulos erant; ita ut ipse primus Hierosolymitanæ Ecclesiæ thronum acciperet. Reliqui item ejus fratres, etsi a principio non crederent in ipsum, at certum est eos postea credidisse. Narrat enim Evangelium [12], matrem et fratres ejus foras stetisse quærentes eum alloqui. Et in Actibus apostolorum [13] dicitur, fuisse apostolos una perseverantes in oratione cum Maria matre ejus et fratribus ejus. Qui ergo existimetur iis peregrinus esse? Nullus itaque locus superest ut de iis dicatur : « Extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filiis matris meæ. » Non enim iis peregrinus,

[8] Matth. xxvii, 40-43. [9] Psal. xxi, 23. [10] Joan. xx, 17. [11] Matth. xiii, 54-56. [12] Matth. xii, 47. [13] Act. i, 14.

(1) Textus vitiatus.

sed multum pretiosus erat, ita ut nullatenus credere liceat memoratos fratres ejus filios Mariæ fuisse. Alii sane fuerint qui in psalmo filii matris ejus dicuntur, quibusque extraneus factus est. Intelligas porro matrem quidem ejus esse Judæorum Synagogam omnemque cognationem secundum carnem, eorum scilicet qui ex circumcisione erant; filios vero hujusmodi matris, eos qui ipsum abnegarunt, ac dixerunt : « Hunc autem nescimus unde sit [14]. » Ideo, cum illum peregrinum existimarent, dicebat eis : « Cur loquelam meam non nostis? quia non potestis audire sermonem meum [15]. » Peregrinum etiam illum putabant cum dicerent : « Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, et dæmonium habes [16]? » Quare dicebat eis : « Ego veni in nomine Patris mei, et non accipitis me; si alius venerit in nomine proprio, ipsum accipietis [17]. » Sic igitur peregrinus et extraneus factus est filiis matris suæ. Hæc porro omnia sustinuit ob eam, quæ mox affertur, causam, quam necessario aperit, dicens :

A τῇ μητρὶ αὐτοῦ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Πῶς οὖν δύναται τούτοις ξένος εἶναι νομίζεσθαι; Ὥστε μὴ χώραν ἔχειν περὶ τούτων λέγεσθαι τὸ, « Ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ ξένος τοῖς υἱοῖς τῆς μητρός μου. » Οὐ γὰρ ἦν τούτων ξένος, ἀλλὰ καὶ ἄγαν τίμιος· ὡς μηκέτι τοὺς προλεχθέντας αὐτοῦ ἀδελφοὺς υἱοὺς εἶναι τῆς Μαρίας ἡγεῖσθαι, ἕτεροι δ' ἂν εἶεν παρὰ τούτους οἱ διὰ τοῦ ψαλμοῦ λεγόμενοι υἱοὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, οἷς ξένος ἐγενήθη. Νοήσεις δὲ μητέρα μὲν τὴν τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴν καὶ πᾶσαν τὴν κατὰ σάρκα συγγένειαν τῶν ἐκ περιτομῆς· υἱοὺς δὲ τῆς τοιαύτης μητρὸς τοὺς ἀρνησαμένους αὐτὸν, καὶ εἰρηκότας· « Τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν· » Διὸ ἔλεγεν αὐτοῖς, ἐπειδὴ ξένον αὐτὸν ἐνόμιζον· « Διὰ τί τὴν λαλιὰν τὴν ἐμὴν οὐ γινώσκετε; ὅτι οὐ δύνασθε
B ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμόν. » Ξένον δὲ αὐτὸν πάλιν ἡγοῦντο λέγοντες· « Οὐ καλῶς ἡμεῖς λέγομεν ὅτι Σαμαρείτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις; » Διὸ ἔλεγε πρὸς αὐτούς· « Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με· ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε. » Οὕτω τοίνυν ξένος καὶ ἀλλότριος γέγονε τοῖς υἱοῖς τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Ταῦτα δὲ πάντα ὑπέμεινε διὰ τὴν ἐπιλεγομένην αἰτίαν, ἣν ἀναγκαίως παρίστησι λέγων·

VERS. 10-13. « Quoniam zelus domus tuæ comedit me, et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. » Quia enim multa usus fiducia, eos qui domum Patris sui, domum negotiationis et speluncam latronum faciebant, coarguebat et pellebat, ideo insidiabantur ipsi. Quod declarat evangelista, dicens : « Et prope erat Pascha Judæorum, et ascendit Jesus Jerosolymam : et invenit in templo vendentes oves et boves, et nummulariorum effudit æs et mensas. Et iis qui columbas vendebant dixit : Auferte ista hinc, et nolite facere domum Patris mei, donum negotiationis [18]. » Quibus subjungit : « Recordati sunt discipuli ejus, quia scriptum est : Zelus domus tuæ comedit me [19]. » Sed etiam opprobria exprobrantium Deo in se recipiens, eorum ultor fuit : quamobrem dicebat : « Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. » Non ferens enim eos qui operibus suis opprobrium religionis legibus inferebant, principes gentis coarguebat. Quare turbas et discipulos suos cohortabatur, dicens : « Super cathedram Moysis sederunt Scribæ et Pharisæi : omnia ergo quæcunque dixerint vobis facite et servate, secundum opera autem eorum nolite facere. Dicunt enim, et non faciunt [20]. » Deinde vero arguens hæc in eorum personam proferebat : « Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum in conspectu hominum [21]; » ac rursum : « Væ vobis, Scribæ et Pharisæi, quia similes estis sepulcris dealbatis [22]. » Ob tales itaque correptiones, insidias ipsi pararunt. Quapropter hic ait : « Zelus domus tuæ comedit me, et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Et operui in jejunio ani-

« Ὅτι ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με, καὶ οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσαν ἐπ' ἐμέ. » Ἐπειδὴ γὰρ, πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμενος, τοὺς τὸν οἶκον τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ οἶκον ἐμπορίου καὶ σπήλαιον λῃστῶν ποιοῦντας ἤλεγχέ τε καὶ ἤλαυνε, τούτου χάριν ἐπεβούλευον αὐτῷ· ὃ δὴ παρ-
C ίστησιν ὁ εὐαγγελιστὴς εἰπών· « Καὶ ἦν ἐγγὺς τὸ Πάσχα τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ πωλοῦντας πρόβατα καὶ βόας, καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὰ κέρματα καὶ τὰς τραπέζας. Καὶ τοῖς τὰς περιστερὰς πωλοῦσιν εἶπεν· Ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν, καὶ μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρός μου οἶκον ἐμπορίου· » ἐπιλέγει· « Ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅτι γεγραμμένον ἐστίν· Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με. » Ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀνειδισμοὺς τῶν ὀνειδιζόντων τὸν Θεὸν εἰς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνων, ἔκδικος ἐγένετο τούτων· διὸ ἔλεγε· « Καὶ οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσαν ἐπ' ἐμέ. » Οὐ γὰρ φέρων τοὺς διὰ τῶν οἰκείων ἔργων ὄνειδος προστρίβοντας τῷ τῆς θεοσεβείας νόμῳ, τοὺς ἐλέγχους ἐποιεῖτο
D κατὰ τῶν ἀρχόντων τοῦ ἔθνους. Διὸ τοῖς ὄχλοις καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ παρῄνει λέγων· « Ἐπὶ τῆς καθέδρας Μωϋσέως ἐκάθισαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι· πάντα οὖν ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν ποιήσατε καὶ τηρεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε. Λέγουσι γὰρ καὶ οὐ ποιοῦσιν. » Εἶθ' ἑξῆς ἀπελέγχων αὐτοὺς εἰς αὐτῶν πρόσωπον ἔλεγεν· « Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· » καὶ πάλιν· « Οὐαὶ ὑμῖν, γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις. » Τῶν γοῦν τοιούτων ἐλέγχων ἕνεκα τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῷ συνεσκευάσαντο. Διόπερ ἐνταῦθά φησιν· « Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με,

[14] Joan. IX, 29. [15] Joan. VIII, 43. [16] ibid. 48. [17] Joan. V, 43. [18] Joan. II, 13-16 [19] ibid. 17.
[20] Matth. XXIII, 2, 3. [21] ibid. 3. [22] ibid. 27.

καὶ οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσαν ἐπ' ἐμέ. Καὶ συνεκάλυψα ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐγενήθη εἰς ὀνειδισμοὺς ἐμοί. » Ὅτε μὲν, φησὶν, ἑώρων τὸν σὸν οἶκον πάσης πληρούμενον ἀνομίας, καὶ ποτὲ μὲν γιγνόμενον οἶκον ἐμπορίου, ποτὲ δὲ σπήλαιον λῃστῶν, πυρούμενος ὑπὸ θείου ζήλου, ἤλαυνον τοὺς ἔνδον παρανομοῦντας· ἀλλὰ καὶ ὅτε ταῖς ἑαυτῶν ἀθεμίτοις πράξεσιν ὄνειδος περιῆπτόν σοι τῷ Θεῷ, οὗ τὴν θεοσέβειαν ἐπηγγέλλοντο, πάλιν εἰς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνων τοὺς τοιούτους ὀνειδισμοὺς, ἠναγκαζόμην παῤῥησίᾳ χρῆσθαι, καὶ τοὺς ἐλέγχους αὐτοῖς θεραπευτικῶς προσφέρειν· ὅτε δὲ ἑώρων ἀναισθήτως αὐτοὺς ἔχοντας, καὶ μὴ ἐπιστρεφομένους τοὺς ἐμοὺς ἐλέγχους, ἀποκλαιόμενος αὐτῶν τὴν ἀπώλειαν, ἐνήστευον καὶ κατεπόνουν ἐμαυτὸν ὑπὲρ αὐτῶν. Οἱ δὲ καὶ οὕτως ὠνείδιζόν μοι διασύροντες καὶ χλευάζοντες τὴν ἐμὴν νηστείαν. Βουλόμενος δὲ αὐτοῖς ὑπογραμμὸν μετανοίας δεικνύναι, οὐ μόνον νηστείαις ἐμαυτὸν κατεπόνουν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔνδυμά μου σάκκον ἐποιούμην, κολάζων καὶ τιμωρούμενος τὴν ἐμαυτοῦ σάρκα, αὐτῷ τε ἔργῳ τρόπον ἐξομολογήσεως καὶ τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων καθάρσεως ἐπιδεικνὺς αὐτοῖς. Οἱ δὲ καὶ ταῦτα γελῶντες ἀντὶ παραβολῆς με εἶχον, συνερχόμενοι μὲν ἅμα καὶ πρὸς ταῖς ἑαυτῶν πύλαις καθεζόμενοι, πᾶσαν δὲ τὴν ἑαυτῶν ὁμιλίαν περὶ ἐμοῦ ποιούμενοι, καὶ μονονουχὶ ἀδολεσχοῦντες πρὸς ἀλλήλους ἐν τῇ κατ' ἐμοῦ χλεύῃ. Οὐκ ἀπήρκει δὲ αὐτοῖς διασύρειν καὶ χλευάζειν τὰς ἐμὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἀσκήσεις, ἀλλὰ καὶ συμπόσια συγκροτοῦντες, ᾠδὰς καὶ ᾄσματα εἰς ἐμὲ διεξῄεσαν οἰνοφλυγοῦντες καὶ μεθυσκόμενοι ἐν ταῖς κατ' ἐμοῦ παροινίαις. Ἐφ' οἷς ἔτι μᾶλλον ἐγὼ συνεκάλυπτον ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐτιθέμην τὸ ἔνδυμά μου σάκκον, τὴν αὐτῶν ἀπώλειαν ἀποκλαιόμενος. Διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται· « Καὶ ἔκλαυσα ἐν νηστείᾳ ψυχήν μου, καὶ ἐγενήθη εἰς ὀνειδισμοὺς ἐμοί. Καὶ ἔδωκεν ἔνδυσίν μου σάκκον, καὶ ἐγενόμην αὐτοῖς εἰς παραβολήν. Ὡμίλουν ἐν ἐμοὶ καθήμενοι πύλην· καὶ ψαλμοὶ πινόντων μέθυσμα. » κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· « Καὶ κλάοντι μετὰ νηστείας τὴν ψυχήν μου ἐγένετο εἰς ὄνειδος ἐμοί. Καὶ τάσσων τὸ ἔνδυμά μου σάκκον, καὶ ἐγενόμην αὐτοῖς εἰς παραβολήν. Διηγοῦντό με καθήμενοι ἐν πύλῃ, καὶ ἔψαλλόν με οἱ πίνοντες μέθυσμα. » Ἀλλὰ τούτοις συνεξετάσαι ἀναγκαῖον, πῶς εἴρηται ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐν Εὐαγγελίοις· « Ἦλθεν Ἰωάννης μήτε ἐσθίων μήτε πίνων, καὶ λέγουσιν· Δαιμόνιον ἔχει. Ἦλθεν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ λέγουσιν· Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν. » Ἀλλ' ἐρεῖς ταῦτα κατ' ἀρχὰς τοῦ Εὐαγγελίου γίγνεσθαι, ὅτε διὰ τὸ μὴ νηστεύειν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, τὴν ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογίαν ποιούμενος, ἔφασκεν· « Οὐ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος νηστεύειν, ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος· ἀρθήσεται ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν. » Ὁρᾷς γὰρ, ὡς καὶ αὐτὸς ἠπίστατο τὸν τῆς νηστείας καιρόν; Εἰ τοίνυν τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ συνεξετάσειας τοῖς μετὰ χεῖρας προκειμένοις, εὕροις ἂν ὅπως

A meam, et factum est in opprobrium mihi. » Cum, inquit, domum tuam viderem omni iniquitate repletam, et modo domum negotiationis, modo speluncam latronum effectam, divino incensus zelo, eos qui intus iniquitatem operabantur ejeci. Imo etiam cum nefariis gestis suis opprobrium tibi Deo inferrent, erga quem tamen religionem profitebantur, in me rursum opprobria hujusmodi recipiens, necessitate compulsus, correptiones ipsis ad remedium admovebam. Ut videbam autem illos nullo sensu moveri, neque resipiscere ex reprehensione mea, eorum perniciem deplorans jejunabam, meque illorum causa macerabam. Illi autem tunc etiam exprobrabant mihi, et jejunium meum profusis cachinnis irridebant. Cum vellem porro exemplum pœni- B tentiæ ipsis proponere, non modo jejuniis me macerabam, sed etiam pro vestimento ponebam cilicium, carnem meam castigans et puniens, atque ipso opere modum confessionis atque purgationis pristinorum peccatorum ipsis commonstrabam. Illi vero hæc quoque deridentes pro parabola me habuerunt, simul convenientes, et ad portas suas sedentes, de me una colloquia miscentes, ac mutuo nugas spargentes dum me irriderent. Neque sat illis fuit quod me deluderent, atque ob mea pro illis suscepta exercitia ridiculum agerent; sed etiam convivia agentes, cantilenas vino capti et ebrii, in me debacchantes edebant. Qua de causa ego multo magis operiebam in jejunio animam meam, et po- C nebam vestimentum meum cilicium, exitium ipsorum deplorans. Quare, secundum Aquilam, dicitur « Et ploravi in jejunio animam meam, et factum est in opprobria mihi. Et dedit vestimentum meum saccum, et factus sum illis in parabolam. Colloquebantur in me sedentes ad portam : et psalmi bibentium ebrietatem; » secundum Symmachum autem : « Et ploranti post jejunia animam meam, factum est in opprobrium mihi. Et ponens indumentum meum saccum, et factus sum illis in parabolam. Enarrabant me sedentes in porta, et psallebant me bibentes ebrietatem. » At horum occasione disquirendum est, cur a Servatore dictum in Evangelio fuerit : « Venit Joannes neque manducans, neque bibens, et dicunt : Dæmonium habet. Venit D Filius hominis manducans et bibens, et dicunt : Ecce homo vorax et potator vini, publicanorum et peccatorum amicus [23]. » Sed dicas hæc initio Evangelii facta esse, quando eo quod discipuli ejus non jejunarent, pro ipsis, objecta depellens, dicebat : « Non possunt filii thalami sponsalis jejunare, quandiu cum illis est sponsus : auferetur ab eis sponsus, et tunc jejunabunt [24]. » Viden' quod ipse quoque jejunii tempus probe sciret? Si ergo tempus passionis ipsius cum iis quæ jam tractamus contuleris deprehendes quomodo hæc completa fuerint, quando sublato demum sponso, discipuli ejus jejunabant. Neque veri absimile est, eum præ-

[23] Matth. xi, 18, 19. [24] Matth. ix, 15.

videntem se brevi post tempore ipsis extraneum fore, et totum ex circumcisione populum sanguinem suum postulaturum esse, Petrum negaturum, et talia contra se perpetranda esse; ut futurum esset tenebras omnia circum obvolvere, solem ipsum obscurari, velum templi scindi, omniaque olim in Israele veneranda everti; nimirum regnum eorum, sacerdotium et Sancta sanctorum; omniumque eorum abjectionem et excidium confertim futurum: non veri, inquam, absimile est, ipsum horum causa macerasse in jejunio animam suam, et posuisse vestimentum suum saccum. Qua de causa impii homines ipsum irridebant, dum loco parabolæ futilibus suis sermonibus nugarentur; alioque diei tempore in portis collecti, eos qui præteribant per calumnias in ipsum structas in errorem deducerent; tempore autem cibi, vino et ebrietati vacantes, cantilenas contra ipsum ederent. Quare ille operiebat in jejunio animam suam, et ponebat indumentum suum saccum, idque pro aliorum salute ex bonitatis exsuperantia præstabat.

A ταῦτα ἐπληροῦτο, ὅτε λοιπὸν αἰρομένου τοῦ νυμφίου καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐνήστευον. Ἐφ' οἷς οὐκ ἀπεικὸς ἦν καὶ αὐτὸν προορῶντα, ὡς μικρὸν ὕστερον ἀπηλλοτριωμένος ἔσται αὐτοῖς, καὶ ὡς τὸ πᾶν ἔθνος τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐξαιτήσεται, καὶ ὡς Πέτρος αὐτὸν ἀρνήσεται, καὶ τοιαῦτα κατ' αὐτοῦ τολμηθήσεται, ὥστε σκότος διαλαβεῖν τὸ περιέχον, ἥλιόν τε αὐτὸν σκοτισθῆναι, καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ νεὼ σχισθῆναι, ἀνατραπῆναί τε πάντα τὰ πάλαι τοῦ Ἰσραὴλ σεμνά, λέγω δὲ τὴν βασιλείαν αὐτῶν καὶ τὴν ἱερωσύνην καὶ τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων· πάντων τε τούτων ἀποβολὴν καὶ ἀνατροπὴν ἀθρόαν γενέσθαι· τούτων ἕνεκα οὐκ ἀπεικὸς ἦν αὐτὸν καταπονεῖν ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ τιθέναι τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ σάκκον ἐφ' ᾧ καὶ ἐχλεύαζον αὐτὸν οἱ ἀσεβεῖς, ἀντὶ B παραβολῆς ταῖς κατ' αὐτοῦ διηγήσεσιν ἀδολεσχοῦντες· καὶ τὸν μὲν ἄλλον καιρὸν τῆς ἡμέρας, ἐν ταῖς πύλαις συναγόμενοι, τοὺς δι' αὐτῶν διερχομένους ταῖς κατ' αὐτοῦ διαβολαῖς ἐπλάνων· ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς τροφῆς, οἴνῳ καὶ μέθῃ σχολάζοντες, ᾠδὰς συνετίθεσαν κατ' αὐτοῦ. Διὸ συνεκάλυπτεν ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ ἐτίθετο τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ σάκκον, ὑπὲρ τῆς ἑτέρων σωτηρίας, δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας ταῦτα πράττων.

VERS. 14. « Ego vero orationem meam ad te, Domine, tempus beneplaciti, Deus: In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me. » Illi quidem, ait, deridebant, afflictionemque meam traducebant. Ego vero perseverabam, orationem meam tibi Domino offerens. Observes porro velim, Hebraicam Scripturam hic quoque quatuor litterarum voce Dominum exprimere. Te vero Dominum deprecans dicebam: « Tempus beneplaciti, Deus; » sive, secundum Symmachum: « Tempus reconciliationis. Deus, in multitudine misericordiæ tuæ exaudi me. » Nam si alias vox tua Patris mei mihi hæc testificata est: « Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui [28]; » nunc maxime tempus beneplaciti est: quare precor ut in multitudine misericordiæ tuæ exaudias me, et in veritate salutis tuæ serves me. Non humanam quippe postulo salutem, sed veram. Talis porro est quæ ex te provenit, qua me rogo eripi a luto ut non infigar. A quo luto, nisi de quo superius dicebam: « Infixus sum in limo profundi, et non est substantia? » Nam qui superius limus profundi dictus est, hic lutum vocatur. His porro significat solutionem corporis in morte, de qua in alio sic loquebatur: « Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem [29]. » Qui igitur a morte detinentur, corruptionem passi, in eaque constituti, cum in ea permanserint, infixi sunt in luto: ego vero etiamsi descenderim, ad lutum usque humilians meipsum, precor tamen his verbis: « Eripe me de luto, ut non infigar. » Quæ porro subsequuntur, virtutes in ipsa morte sitas denotant, a quibus eripi se rogat dicens: « Liberer ab iis qui oderunt me, et de profundis aquarum. Non me de-

« Κἀγὼ δὲ ἡ προσευχή μου πρὸς σέ, Κύριε, καιρὸς εὐδοκίας, ὁ Θεός· ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου ἐπάκουσόν μου. » Οἱ μὲν ἐχλεύαζον, φησί, καὶ διέσυρον τὰς ἐμὰς κακώσεις· ἐγὼ δὲ προσεκαρτέρουν, τὴν ἐμὴν προσευχήν σοι τῷ Κυρίῳ προσαναφέρων. Τήρει δέ, ὡς καὶ ἐνταῦθα τὸν Κύριον διὰ τοῦ τετραγράμμου ἡ Ἑβραϊκὴ ἐπισημαίνεται γραφή. Εὐχόμενος δὲ C πρὸς σὲ τὸν Κύριον ταῦτα ἔλεγον· « Καιρὸς εὐδοκίας, ὁ Θεός· » ἤ, κατὰ τὸν Σύμμαχον· « καιρὸς διαλλαγῆς. Ὁ Θεός, ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου ἐπάκουσόν μου. » Εἰ γὰρ καί ποτε ἄλλοτε ἡ σὴ τοῦ Πατρὸς ἐμαρτύρησε φωνὴ λέγουσα· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. » Ἀλλὰ νῦν μάλιστα καιρός ἐστι τῆς εὐδοκίας· διὸ ἱκετεύω ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου ἐπακοῦσαί μου, καὶ ἐν ἀληθείᾳ τῆς σωτηρίας σου σῶσαί με. Οὐ γὰρ ἀνθρωπίνης δέομαι σωτηρίας, ἀλλὰ τῆς ἀληθοῦς· Τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ παρὰ σοῦ, καθ' ἣν σωθῆναι ἱκετεύω ἀπὸ πηλοῦ, ἵνα μὴ ἐμπαγῶ. Ποίου δὲ πηλοῦ, ἢ περὶ οὗ ἀνωτέρω ἔλεγον· « Ἐνεπάγην εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις; » Ἡ γὰρ ἀνωτέρω λεχθεῖσα ἰλὺς βυθοῦ ἐνταῦθα πηλὸς ὠνόμασται. Σημαίνει D δὲ διὰ τούτων τὴν τοῦ σώματος ἐν τῷ θανάτῳ λύσιν, περὶ ἧς ἐν ἑτέρῳ ἔφασκεν· « Οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς τὸν ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. » Οἱ μὲν οὖν ὑπὸ τοῦ θανάτου κρατηθέντες, διαφθορὰν ὑπομείναντες καὶ ἐν φθορᾷ γενόμενοι, ἐναπομείναντές τε αὐτῇ, ἐνεπάγησαν εἰς τὸν πηλόν. Ἐγὼ δὲ εἰ καὶ κατῆλθον κενώσας ἐμαυτὸν μέχρι τούτου· ἀλλ' ἱκετεύω λέγων· « Σῶσόν με ἀπὸ πηλοῦ, ἵνα μὴ ἐμπαγῶ. » Τὰ δὲ ἑξῆς ἐπιλεγόμενα τὰς ἐν αὐτῷ τῷ θανάτῳ δυνάμεις παρίστησιν· ἀφ' ὧν ῥυσθῆναι εὔχεται λέγων· « Ῥυσθείην ἐκ τῶν μισούντων με καὶ ἐκ τῶν βαθέων τῶν ὑδάτων. Μή με καταποντισάτω καταιγὶς ὕδατος, μηδὲ κατα-

[28] Matth. III, 17; XVII, 5. [29] Psal. XV, 10.

πιέτω με βυθός. » Ταῦτα δὲ τὰ ὕδατα οἵ τε ἐν αὐτοῖς δράκοντες καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐδηλοῦντο, κατὰ τό· « Σῶσόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου· Ἐνεπάγην εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις· Ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με. » Ἀλλὰ διὰ μὲν τῶν προτέρων τὴν κάθοδον αὐτοῦ τὴν εἰς ταῦτα παρίστη, διὰ δὲ τῶν μετὰ χεῖρας τὴν ἀπὸ τούτων ἐπάνοδον. « Ῥυσθείην » γάρ φησιν « ἐκ τῶν βαθέων τῶν ὑδάτων καὶ μή με καταποντισάτω καταιγὶς ὕδατος, μηδὲ καταπιέτω με βυθὸς, μηδὲ συσχέτω ἐπ' ἐμὲ φρέαρ τὸ στόμα αὐτοῦ. » Τὰς μὲν γὰρ λοιπὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, καὶ τὸ φρέαρ συνέσχε καὶ ἀπέκλεισε τῷ ἑαυτοῦ στόματι. Φρέαρ δὲ στόμα ἔχον αὐτὸς ἂν λεχθείη ὁ θάνατος, ὁ ἐξ αἰῶνος πάντας καταπεπωκὼς τοὺς εἰς αὐτὸν καταπεπτωκότας, καὶ μετὰ τὸ καταπιεῖν ἐνδακὼν, ὥσπερ καὶ ἀποκλείσας τὸ ἑαυτοῦ στόμα, πρὸς τὸ μή τινα παλινδρομῆσαι. Ἐπ' ἐμοῦ δὲ μὴ γένοιτο τοῦτο. Διὸ ἀντιβολῶ σε τὸν Πατέρα λέγων· « Μή με καταποντισάτω καταιγὶς ὕδατος, μηδὲ καταπιέτω με βυθὸς, μηδὲ συσχέτω ἐπ' ἐμὲ φρέαρ τὸ στόμα αὐτοῦ· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Μηδὲ ἐπιπωμάσαι μοι φρέαρ τὸ στόμα αὐτοῦ. » Καὶ νῦν μὲν ὑδάτων μέμνηται καὶ βυθῶν καὶ φρέατος· ἐν δὲ τῷ κα' ψαλμῷ τὰ αὐτὰ ταῦτα σημαίνων, ἑτέροις ὀνόμασι κέχρηται λέγων· « Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου. Σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου. » Καὶ ταῦτα γὰρ περὶ τῶν ἐν τῷ καλουμένῳ ᾅδῃ δυνάμεων ἀντικειμένων λέλεκται, ὡς τοὺς τόπους διηγούμενοι παρεστήσαμεν.

« Εἰσάκουσόν μου, Κύριε, ὅτι χρηστὸν τὸ ἔλεός σου· κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμέ. » Καὶ ἐνταῦθα διὰ τοῦ παρ' Ἑβραίοις ἀνεκφωνήτου τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα ὁ Σωτὴρ ἐπικαλεῖται λέγων· Ἐπειδὴ τάδε καὶ τάδε ᾔτησα, ἵνα μὴ ἐμπάγω εἰς τὸν πηλὸν, καὶ ὅπως ῥυσθείην ἐκ τῶν βαθέων τῶν ὑδάτων, τά τε τούτοις ἑξῆς, τούτου χάριν ἐπίνευσόν μου τῇ δεήσει, ὦ Κύριε, « ὅτι χρηστὸν τὸ ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμέ. Μὴ ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τοῦ παιδός σου. » Ἐν οἷς παρακαλεῖ ἐπιβλέψαι, καὶ μὴ ἀποστρέψαι τὸ πρόσωπον ἐξ αὐτοῦ· ἵν' ὥσπερ μέγας ἀγωνοθέτης δοκιμάσῃ τὸν ἀγῶνα ὃν ὑπέστη καὶ τὴν ὑπομονὴν καὶ τὴν ταπείνωσιν, ἐφ' ᾗ σεμνυνόμενος ἀξιοῖ τὸν Πατέρα μὴ ἀποστρέψαι τὸ πρόσωπον ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπιβλέψαι εἰς αὐτόν. Εἶτα ἐπιλέγει· « Ὅτι θλίβομαι, ταχὺ ἐπάκουσόν μου· » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « Ὅτι στενόν μοι, ταχὺ ἐπάκουσόν μου. » Νοήσεις δὲ καὶ τούτου τὴν διάνοιαν ἐπιστήσας ὅπως εἴρηται τὸ, « Στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς. » Πρῶτος γοῦν αὐτὸς τὴν στενὴν αὐτὴν καὶ τὴν τεθλιμμένην ὁδεύσας ἔλεγεν· « Ὅτι στενή μοι, » καὶ, « ὅτι θλίβομαι, ταχὺ ἐπάκουσόν μου· » Ἐδήλου δὲ καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν τὴν θλίψιν ἑαυτοῦ καὶ τὴν

A mergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum. » Hæ vero aquæ, et dracones in ipsis degentes, superius indicabantur in illo : « Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, et non est substantia. Veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me. » Sed prius quidem ejus in aquas descensus declarabatur; in his autem regressus inde notatur. « Liberer, inquit, de profundis aquarum, et non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum. » Cæteras quippe hominum animas mors absorpsit, et prævaluit, ac puteus ursit, et conclusit ore suo. Puteus autem ore instructus, ipsa mors esse dicatur, quæ ab initio omnes isthuc delapsos deglutivit : et postquam deglutivit, momordit, ac si occlusisset os suum, ne quis inde reverteretur. Mecum autem ne pari modo agatur. Quare tibi Patri supplico dicens : « Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum; » sive secundum Symmachum : « Neque obturet super me puteus os suum. » Et jam quidem aquas, profunda et puteum memorat : in vicesimo autem primo psalmo eadem ipsa aliis vocabulis indicat dicens : « Erue a framea, Deus, animam meam, et de manu canis unigenitam meam. Salva me ex ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam [17]. » Et hæc de adversariis potestatibus in inferno, ut vocant, degentibus dicta sunt, ut in hujusmodi locorum explicatione declaravimus.

Vers. 17-21. « Exaudi me, Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. » Hic quoque ineffabili apud Hebræos voce Servator Patrem suum invocat dicens : Quia hæc et illa rogavi, ut ne infigar in luto, ut liberer a profundis aquarum, et cætera quæ sequuntur, ideo annue obsecrationi meæ, o Domine, « quoniam benigna est misericordia tua, et secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. Ne avertas faciem tuam a puero tuo. » Quibus rogat ut respiciat, nec avertat faciem suam a se, ut quasi magnus agonotheta probet quod certamen subierit, quam patientiam et humilitatem : de qua gloriatus, Patrem rogat ut ne avertat faciem suam, sed se respiciat. Dehinc subjungit : « Quoniam tribulor, velociter exaudi me; » sive secundum Aquilam, « Quia angustum mihi, velociter exaudi me. » Hanc porro sententiam intelliges, si consideres quod dictum est : « Angusta et arcta via est quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui ingrediuntur per eam [18]. » Ipse igitur, qui primus hac angusta et arcta via incessit, dicebat : « Quoniam angusta mihi, » et, « quoniam tribulor, velociter exaudi me. » In superioribus quoque tribulationem et angustiam suam sic declarabat : « Et

[17] Psal. xxi, 21, 22. [18] Matth. vii, 14.

operui in jejunio animam meam, et factum est in opprobrium mihi. Et posui vestimentum meum saccum. » Patrem itaque rogabat hæc ut respiceret et consideraret quæ pro nobis certamina sustinuerit. Quare dicebat : « Intende animæ meæ, et libera eam. » Deinde vero recte facta ostendens sua, quæ ut ille respiciat obsecrat, pergit : « Propter inimicos meos eripe me. Tu scis improperium meum et confusionem meam, et reverentiam meam. » Quemadmodum enim supra dicebat : « Tu scis insipientiam meam, et delicta mea a te non sunt abscondita ; » sic et nunc, tua, inquit, cognitione digna sunt improperia mea. De illis quoque superius agebat dicens : « Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. » Quandoquidem igitur ex judicio tuo et nutu opprobria sustinui et ignominia plenam passionem, ideo dico : « Tu scis improperium meum et confusionem meam et reverentiam meam. » Confusionem nosti meam, non indignam notitia tua, et reverentiam seu pudorem, quem sustinui, cum « dorsum meum dedi ad flagella, et faciem meam ad alapas. » Neque pari atque ego ratione cruciantes me nosti : neque enim illi cognitione tua digni. Quare de illis dico : « Contra te sunt omnes qui tribulant me. » Ita porro contra te sunt, ut contraria tibi eligentes, meque cruciant, nihil utilitatis ex ministerio meo nacti, atque in suam perniciem cruciant. Addit postea : « Improperium exspectavit cor meum et miseriam. » Quod clarius interpretatus Symmachus est dicens : « Improperium confregit cor meum, et dolebam ; » Aquila vero, « Improperium, inquit, contrivit cor meum, et desperatus sum. »

A στένωσιν λέγων· « Καὶ συνεκάλυψα ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐγενήθη εἰς ὀνειδισμοὺς ἐμοί. Καὶ ἐθέμην τὸ ἔνδυμά μου σάκκον. » Ἐπὶ τούτοις οὖν καὶ παρεκάλει τὸν Πατέρα ἐμβλέψαι καὶ θεάσασθαι τοὺς ἄθλους οὓς ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέμεινε· διὸ ἔλεγε· « Πρόσχες τῇ ψυχῇ μου, καὶ λύτρωσαι αὐτήν. » Εἶτα δεικνὺς αὐτοῦ τὰ κατορθώματα οἷς ἐμβλέψαι παρεκάλει, ἐπιλέγει· « Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου ῥῦσαί με. Σὺ γιγνώσκεις τὸν ὀνειδισμόν μου καὶ τὴν αἰσχύνην μου, καὶ τὴν ἐντροπήν μου. » Ὡς γὰρ ἀνωτέρω ἔλεγε· « Σὺ ἔγνως τὴν ἀφροσύνην μου, καὶ αἱ πλημμέλειαί μου ἀπὸ σοῦ οὐκ ἀπεκρύβησαν· » οὕτω καὶ νῦν τῆς σῆς, φησὶ, γνώσεως τυγχάνουσιν ἄξιοι οἱ ὀνειδισμοί μου. Ἐδήλου δὲ περὶ τούτων καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λέγων· « Καὶ οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνει-
B διζόντων σε ἐπέπεσαν ἐπ' ἐμέ. » Ἐπεὶ τοίνυν σῇ κρίσει καὶ σῷ πνεύματι τοὺς ὀνειδισμοὺς ὑπέμεινα, καὶ τὸ μεστὸν αἰσχύνης τὸ πάθος, διὰ τοῦτό φημι· « Σὺ γινώσκεις τὸν ὀνειδισμόν μου καὶ τὴν αἰσχύνην μου, καὶ τὴν ἐντροπήν μου. » Τὴν μὲν ἐμὴν οἶδας αἰσχύνην οὐκ οὖσαν ἀναξίαν τῆς σῆς γνώσεως. Καὶ τὴν ἐντροπήν μου, ἣν ὑπέμεινα, « τὸν νῶτόν μου δοὺς εἰς μάστιγας καὶ τὰς σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, » γινώσκεις. Οὐκέτι δὲ ὁμοίως ἐμοὶ τοὺς θλίβοντάς με γινώσκεις· οὐ γὰρ τῆς σῆς τυγχάνουσι γνώσεως ἄξιοι. Διὸ περὶ αὐτῶν φημι, « Ἐναντίον σοῦ πάντες οἱ θλίβοντές με. » Οὕτω δέ εἰσιν ἐναντίον σοῦ, ὡς τὰ ἐναντία σοὶ προῃρημένοι· θλίβουσι δέ με μηδὲν ὠφελούμενοι ἐκ τῆς ἐμῆς θεραπείας, καὶ θλί-
C βουσι διὰ τῆς αὐτῶν ἀπωλείας. Εἶτ' ἐπιλέγει· « Ὀνειδισμὸν προσεδόκησεν ἡ καρδία μου καὶ ταλαιπωρίαν· » ὃ δὴ σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· « Ὀνειδισμὸς κατέαξε τὴν καρδίαν μου, καὶ ἠνιώμην· » ὁ δὲ Ἀκύλας, « Ὀνειδισμὸς, φησὶ, συνέτριψε τὴν καρδίαν μου, καὶ ἀπεγνώσθην. »

Vers. 22-25. « Et sustinui qui simul contristaretur, et non fuit ; et qui consolaretur, et non inveni. Et dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto. » Secundum Symmachum autem : « Et exspectabam qui simul contristaretur, et non fuit ; et consolantem, et non inveni. Et injiciebant in cibum meum fel, et in siti mea potaverunt me aceto. » Discipulos ejus tempore passionis, ipso derelicto, effugisse, neque tamen dolore vacuos fuisse, docet Evangelium. Cum enim Petrus flevisse amare scribatur ; ac reliqui congregati in domo una latuisse propter metum Judæorum ferantur ; nequaquam dolore vacui erant. Hæc igitur de choro apostolorum dicta fuisse putare consentaneum non est ; sed de cruciantibus illum de quibus dictum : « Contra te sunt omnes qui tribulant me. » Ego quippe omnia pro illorum salute agebam, operiens in jejunio animam meam, sacco utens indumenti loco ; illi vero iis contraria perpetrabant, modo exprobrantes traducentesque jejunia mea, mox in compotationibus suis contra me psallentes, ac omnia potius agentes, quam ut mecum contristarentur. Ego vero pro illis dolore afficiebar ; illi vero non una mecum dolebant et angebantur : nec quispiam inter illos fuit qui me consolaretur. Sed nihil

« Καὶ ὑπέμεινα συλλυπούμενον, καὶ οὐχ ὑπῆρξεν, καὶ παρακαλοῦντα, καὶ οὐχ εὗρον. Καὶ ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος. » Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· « Καὶ ἀνέμενον συλλυπούμενον, καὶ οὐχ ὑπῆρξε, καὶ παρηγοροῦντα, καὶ οὐχ εὕρισκον· Καὶ ἐνέβαλλον εἰς τὴν τροφήν μου χολὴν, καὶ ἐν τῇ δίψει μου ἐπότισάν με ὄξος. » Ὅτι μὲν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καταλιπόντες αὐτὸν, ἔφυγον κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν, ὅμως δ' ἐκτὸς λύπης οὐκ ἦσαν, διδάσκει τὸ Εὐαγγέλιον. Ὅτε γὰρ Πέ-
D τρος ἀναγέγραπται ἀποκλαυσάμενος πικρῶς, οἵ τε λοιποὶ συνηγμένοι καὶ ὑφ' ἕνα κρυπταζόμενοι οἶκον διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, οὐκ ἔξω λύπης ὑπῆρχον. Οὐκ ἂν οὖν ἁρμόσειε ταῦτα περὶ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων λέγεσθαι, ἀλλὰ περὶ τῶν θλιβόντων αὐτὸν, περὶ ὧν ἔλεγεν· « Ἐναντίον σοῦ πάντες οἱ θλίβοντές με. » Ἐγὼ μὲν γὰρ πάντα ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας ἐποίουν, καλύπτων ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου, σάκκῳ τε ἐνδύματι χρώμενος· οἱ δὲ τὰ ἐναντία τούτοις ἔπραττον, τοτὲ μὲν ὀνειδίζοντες καὶ διασύροντες τὰς ἐμὰς νηστείας, τοτὲ δὲ ἐν ταῖς παροινίαις αὐτῶν κατ' ἐμοῦ ψάλλοντες, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ συλλυπούμενοι. Κἀγὼ μὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἀλγῶν ἐλυπούμην· οἱ δὲ οὐ συνήλγουν μοι, οὐδὲ συνέπασχον· ἀλλ' οὐδὲ παράκλητός τις αὐτῶν εἰς ἐμὴν παραμυθίαν εὕρηται.

Πάντα δὲ τὰ κατ' ἐμοῦ ἐγχειροῦντες, εἰς μὲν τὸ βρῶμά μου χολὴν ἔβαλλον, καίτοι τροφὰς αὐτοῖς ἐμοῦ πλουσίας παρεχομένου· διψῶντι δέ μοι ὄξος ἀντὶ ποτοῦ προσέφερον. Τοιαύτην δέ μοι ἐκίρνων χολὴν ὁποίαν ἐδήλου ὁ προφητικὸς λόγος εἰπών· « Πῶς ἐστράφης εἰς πικρίαν, ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία; » Νοήσεις δὲ ὅπως τρέφεται ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἐπακούων αὐτοῦ λέγοντος· « Ἐπείνων, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψων, καὶ ἐποτίσατέ με. » Εἰ δὲ ἀντὶ τροφίμων καρπῶν τῶν διὰ εὐσεβοῦς βίου πικράς τις προσφέροι κατ' αὐτοῦ βλασφημίας, τῇ τε διδασκαλίᾳ αὐτοῦ παρεμπλέκοι ἄθεα καὶ ψευδῆ δόγματα, οὗτος εἰς τὸ βρῶμα αὐτοῦ χολὴν ἐμβάλλει, καὶ διψῶντι οἶνον ἐκτροπίαν τὸν ἐκ τῆς εὐθείας ὁδοῦ παρατετραμμένον δίδωσιν. Τοιαῦτα δὲ ἐθέσπιζε περὶ τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ Μωϋσῆς ἐν μεγάλῃ ᾠδῇ προφητικῶς ἀναφωνῶν καὶ λέγων· « Ἐκ γὰρ ἀμπέλου Σοδόμων ἡ ἄμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κληματὶς αὐτῶν ἐκ Γομόῤῥας· ἡ σταφυλὴ αὐτῶν σταφυλὴ χολῆς, βότρυς πικρίας αὐτῶν. » Ἔνθεν εἰκότως τοῖς αὐτοῖς καὶ διὰ Ἡσαΐου καταμέμφεται τὸ Πνεῦμα λέγον· « Ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ σταφυλήν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας· » Καὶ πάλιν· « Ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ κρίσιν, ἐποίησε δὲ ἀνομίαν, καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγήν. » Ἔργοις τοιγαροῦν καὶ πράξεσι, πικρῷ τε λόγῳ καὶ βίῳ ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμα τοῦ Σωτῆρος χολήν, καὶ εἰς τὴν δίψαν αὐτοῦ ἐπότισαν αὐτὸν ὄξος. Ἐπεὶ δὲ ἔδει καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν τὸν τῆς προφητείας ἀποπληρωθῆναι λόγον, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ ἱστορεῖ ὁ εὐαγγελιστὴς λέγων· « Μετὰ τοῦτο εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα τετέλεσται ἤδη, ἵνα πληρωθῇ ἡ Γραφή, λέγει· Διψῶ. Λεκάνη ἔκειτο ὄξους μεστή. Σπόγγον οὖν μεστὸν ποιήσαντες ὄξους μετὰ χολῆς καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. Ὅτε οὖν ἔλαβεν ὁ Ἰησοῦς τὸ ὄξος μετὰ τῆς χολῆς, εἶπε· Τετέλεσται καὶ αὕτη ἡ Γραφή. Καὶ κλίνας τὴν κεφαλήν, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. » Καὶ ἐπειδὴ κλίνας τὴν κεφαλὴν παρέδωκε τὸ πνεῦμα μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς Γραφῆς, εἰκότως καὶ ἐν τῷ ψαλμῷ μέχρι τούτου τὰ ἑαυτοῦ περιγράφει πάθη. Εἶτ' ἐντεῦθεν ὁποῖα μετελεύσεται αὐτοὺς θεσπίζει· « Γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτῶν εἰς παγίδα, καὶ εἰς ἀνταπόδοσιν καὶ εἰς σκάνδαλον. » Ὥσπερ κατά τινα συνήθειαν, τὰ μέλλοντα ὡς παρῳχηκότα προφέρεσθαι εἴωθεν ἡ Γραφή· ἀρτίως γοῦν ἔλεγε τό, « Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολήν, » ἀντὶ τοῦ, *δώσουσι*, « καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος· » ἀντὶ τοῦ, *ποτίσουσι*. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ ὁμοίως εἴρηται· « Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον· » καὶ πάλιν· « Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό, κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. » Ὁμοίως γὰρ καὶ ταῦτα μέλλοντα γίγνεσθαι ὡς ἤδη παρῳχηκότα προανεφωνεῖτο. Οὕτω καὶ ὅσα νομίζεται προστακτικῶς ἢ εὐχτικῶς λέγεσθαι, καὶ ταῦτα προφητικῷ τρόπῳ προαγορευτικῶς ἐξακούεται· οἷά

contra me non aggredientes, in escam meam fel injecerunt, etiamsi ego lautos illis cibos apposuissem: sitienti vero mihi acetum pro potu offerebant. Hujusmodi vero mihi fel miscebant, quale declarat propheticus sermo dicens: « Quomodo conversa es in amaritudinem, vitis aliena [28*]? » Quomodo autem alatur Servator noster, intelliges si ipsum audias dicentem: « Esurivi, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere [29]. » Quod si pro fructibus ad alendum opportunis, per piam vitam præbitis, acerbas contra ipsum blasphemias quis proferat, et doctrinæ ejus athea et falsa dogmata admisceat, is ad escam ejus fel injicit, et sitienti vinum, vappam a recta via deflectentem offert. Hæc autem de Judaico populo Moyses in magno cantico prophetice vaticinatus est, hæc vociferans: « Nam ex vinea Sodomorum vinea eorum, et palmes ejus ex Gomorrha. Uva eorum, uva fellis, botrus amaritudinis eorum [30]. » Hinc similiter Spiritus eos per Isaiam arguit dicens: « Exspectavi ut faceret uvam, fecit autem spinas [31]; » et rursum: « Exspectavi ut faceret judicium, fecit autem iniquitatem, et non justitiam sed clamorem [32]. » Operibus ergo et rebus gestis, acerbo sermone et vita dederunt in escam Servatori fel, et in siti ejus potaverunt eum aceto. Quia vero secundum historiam quoque prophetiæ sermonem impleri oportuit, hæc de tempore passionis ejus narrat evangelista dicens: « Postea sciens Jesus quia omnia consummata sunt jam, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto cum felle et hyssopo circumponentes obtulerunt ori ejus. Cum ergo accepisset acetum cum felle, dixit: Consummata est et hæc Scriptura. Et, inclinato capite, tradidit spiritum [33]. » Quoniam vero inclinato capite tradidit spiritum post consummationem Scripturæ, jure in psalmo ad hoc usque tempus cruciatus circumscribit suos. Deinde vero quæ ipsis mala eventura sint vaticinatur: « Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, et in retributionem et in scandalum. » Quasi ex consuetudine solet Scriptura futura quasi præterita vaticinari; quare jamjam dicebat: « Dederunt in escam meam fel, » ac si diceret, *dabunt*; « et in siti mea potaverunt me aceto, » id est *potabunt*. Alibi quoque similiter dicitur: « Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem [34]; » ac rursum: « Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus [35]. » Nam similiter hæc quæ futura erant, quasi jam præterita prænuntiabuntur. Pari ratione quæcunque putantur imperando aut optando dici, prophetico more prænuntiari putandum est: qualia sunt hæc quæ tractamus. Illud enim: « Fiat mensa eorum, » intelligas, « fiet: » et illud: « Obscurentur oculi eorum, » pro « obscu-

[28*] Jerem. II, 21. [29] Matth. xxv, 35. [30] Deut. xxxii, 32. [31] Isa. v, 2. [32] ibid. 7. [33] Joan. xix, 28-30. [34] Psal. xxi, 19. [35] Psal. ii, 2.

rabuntur; » et sequentia similiter. Non enim consentaneum est, eum qui nobis præcipit ut malum pro malo non reddamus, sed precemur pro iis qui nobis molestiam creant, et ut benedicamus, nec exsecremur, inimicosque diligamus, hujusmodi mala aliis imprecari. Non optativo igitur, neque imperativo modo, sed secundum traditam rationem hæc prophetice pronuntiata sunt. Pro iis enim quæ contra me ausi perpetrarunt, hæc ipsos excipient: mensa eorum illis non ad suppeditandum cibum erit, sed in laqueum, et in retributiones et in scandalum, quia dederunt in escam meam fel. Mensam porro Judaici populi quam dixeris esse, nisi divinitus inspiratas Scripturas, quas meditari et memoriter proferre solent? Quarum contemplatio et intelligentia, animarum rationabilium escam complectitur, dictio autem mensæ loco est.

A ἐστι τὰ μετὰ χεῖρας. Τὸ γὰρ, « Γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν, » ἀκουστέον ἀντὶ τοῦ, « γενήσεται· » καὶ τὸ, « Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, » ἀντὶ τοῦ, « σκοτισθήσονται· » καὶ τὰ ἑξῆς τούτοις παραπλησίως. Οὐ γὰρ ἔχει λόγον τὸν ἡμῖν προστάττοντα μὴ ἀνταποδιδόναι κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἀλλὰ προσεύχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων, καὶ εὐλογεῖν καὶ μὴ καταρᾶσθαι, ἀγαπᾷν δὲ καὶ τοὺς ἐχθροὺς, αὐτὸν τοιαῦτα κατεύχεσθαι ἑτέροις. Οὐκ εὐκτικῶς τοίνυν, οὐδὲ προστακτικῶς, κατὰ δὲ τὸν ἀποδοθέντα τρόπον προφητικῶς καὶ ταῦτα λέλεκται. Ἀνθ' ὧν γὰρ τετολμήκασι καὶ διεπράξαντο κατ' ἐμοῦ, τοιαῦτα αὐτοὺς διαδέξεται· ἡ τράπεζα αὐτῶν ἔσται αὐτοῖς οὐκ εἰς παράθεσιν τροφῆς, ἀλλ' εἰς παγίδα καὶ εἰς ἀνταποδόσεις καὶ εἰς σκάνδαλον, ἀνθ' ὧν ἔδωκαν εἰς τὸ B βρῶμά μου χολήν. Τράπεζαν δὲ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους τίνα ἂν εἴποις ἢ τὰς θεοπνεύστους Γραφὰς, ἃς μελετᾷν καὶ ἀποστοματίζειν εἰώθασιν; ὧν ἡ μὲν θεωρία καὶ ἡ νόησις, ψυχῶν τροφὴν λογικῶν περιέχει, ἡ δὲ λέξις τραπέζης χώραν περιέχει.

Hanc itaque mensam eorum, nempe obviam divinarum Scripturarum lectionem, ipsis in laqueum, et in retributiones et in scandalum fore prænuntiat; atque non natura talem esse, sed ipsis hujusmodi futuram. Id enim his verbis significatur: « Coram ipsis fiat mensa eorum in laqueum et in retributiones et in scandalum. » Hoc autem opere in illis completur. Divinas namque Scripturas legentes, exinde laqueis complicantur: earum quippe dicta præter veram scientiam excipientes, rectumque verborum sensum evertentes; iis ad non credendum Servatori seducti sunt. Imo etiam mensa eorum ipsis in retributiones vertitur. Quod enim lectiones non intelligant, vel inde facinorum suorum in ipsum pœnas luunt. Quare Symmachus pro illo, « et in retributiones, » vertit, « et in supplicium; » quin etiam in scandalum coram ipsis mensa eorum vertitur. Nuda quippe verba legentes impingunt, arcanum eorum sensum non capientes. Exempli causa, cum audiunt, ut, adveniente Christo, simul pascet lupus cum agno, et pardus cum hædo accubabit, leo et bos comedent paleas [36]; hæc et similia non intelligentes, adveniente Christo in hæc impingunt; quia hæc non sensibili modo in ejus adventu contigerunt. Sic ergo prædicta eorum mensa fuit coram ipsis in laqueum, et in retributiones et in scandalum. Hæcque passi sunt, quia obscurati sunt oculi eorum ut non viderent, quia respuerunt lucem illuminantem omnem hominem, et quia oculos habentes non videbant, et aures habentes non audiebant. Incrassatum enim est cor eorum, secundum Isaiam, et oculos obturarunt, auresque aggravarunt [37]. Quare hic prænuntiatur: « Obscurentur oculi eorum ne videant. » Alium quoque casum eorum clare vaticinatur his verbis: « Et dorsum eorum semper incurva, » id est, « incurvabis; » et: « Effunde super eos iram tuam, » scilicet, « effundes; » et: « Furor iræ tuæ comprehendat eos, » nimirum,

Ταύτην τοίνυν τὴν τράπεζαν αὐτῶν, τὴν πρόχειρον τῶν θείων Γραφῶν ἀνάγνωσιν προαγορεύει ἔσεσθαι αὐτοῖς εἰς παγίδα καὶ εἰς ἀνταποδόσεις καὶ εἰς σκάνδαλον· καὶ ἔσεσθαι αὐτὴν τοιαύτην αὐτοῖς, οὐ φύσει οὖσαν τοιαύτην, ἀλλ' αὐτοῖς ἔσεσθαι τοιαύτην. Τοῦτο γὰρ σημαίνει ὁ λόγος εἰπών· « Ἐνώπιον αὐτῶν γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα, καὶ εἰς ἀνταποδόσεις καὶ εἰς σκάνδαλον. » Ἔργῳ δὲ τοῦτο εἰς αὐτοὺς πληροῦται. Ταῖς γοῦν θείαις Γραφαῖς ἐντυγχάνοντες ἐξ αὐτῶν παγίσι περιπείρονται, ἑτέρως ἢ κατὰ τὸν ἀληθῆ νοῦν ἐκλαμβάνοντες τὰς λέξεις, καὶ διαστρέφοντες C τὸν ἐν αὐταῖς ὀρθὸν λόγον, ἐξ αὐτῶν τε εἰς ἀπιστίαν τοῦ Σωτῆρος περιπειρόμενοι. Ἀλλὰ καὶ εἰς ἀνταποδόσεις γίνεται αὐτοῖς ἡ τράπεζα αὐτῶν. Ἐν γὰρ αὐτῷ τούτῳ τῷ μὴ συνιέναι τὰ ἀναγνώσματα, ἀπολαμβάνουσιν ὧν ἔδρασαν κατ' αὐτοῦ τὴν τιμωρίαν. Διόπερ ὁ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ, « καὶ εἰς ἀνταποδόσεις, *καὶ εἰς τιμωρίαν*, ἡρμήνευσεν. Ἀλλὰ καὶ εἰς σκάνδαλον γίνεται ἐνώπιον αὐτῶν ἡ τράπεζα αὐτῶν. Σκανδαλίζονται γὰρ ἐντυγχάνοντες ψιλαῖς ταῖς λέξεσι, καὶ μὴ συνιέντες τὴν ἐν αὐταῖς θεωρίαν· οἷον ἀκούοντες, ὡς, ἐπιστάντος τοῦ Χριστοῦ, συμβοσκήσεται λύκος μετὰ ἀρνὸς, καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ, καὶ λέων καὶ βοῦς φάγεται ἄχυρα· ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα μὴ συνιέντες, σκανδαλίζονται ἐπὶ τῷ ἐληλυθότι Χριστῷ, D ὅτι μὴ αἰσθητῶς ἐγένετο ταῦτα ἐν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ. Οὕτως οὖν ἡ ἀποδοθεῖσα αὐτῶν τράπεζα γέγονεν ἐνώπιον αὐτῶν εἰς παγίδα, καὶ εἰς ἀνταποδόσεις καὶ εἰς σκάνδαλον. Καὶ ταῦτα πεπόνθασιν, ἐπειδήπερ ἐσκοτίσθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, διὰ τὸ παρῃτῆσθαι τὸ φῶς τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον, καὶ ἐπεὶ ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐκ ἔβλεπον, καὶ ὦτα ἔχοντες οὐκ ἤκουον. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκάμμυσαν, καὶ τὰ ὦτα ἐβάρυναν. Διὸ προαγορεύει φάσκων ὁ λόγος· « Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν. » Καὶ ἄλλο δὲ ἐναργῶς συμβὰν αὐτοῖς θεσπίζει λέγων· « Καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμ-

[36] Isa. XI, 6. [37] Isa. VI, 10.

ψον,» ἀντὶ τοῦ, «συγκάμψεις·» καὶ, «Ἔκχεον ἐπ' A αὐτοὺς τὴν ὀργήν σου,» ἀντὶ τοῦ, «ἐκχεεῖς·» καὶ, «ὁ θυμὸς τῆς ὀργῆς σου καταλάβοι αὐτοὺς,» ἀντὶ τοῦ, «καταλήψεται.» Ὅπως δὲ καὶ ταῦτα μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τόλμαν τῷ Ἰουδαίων συμβέβηκεν ἔθνει, οὐ δυσχερὲς καταμαθεῖν. Πάλαι μὲν γὰρ διὰ τὰς εἰδωλολατρείας αὐτῶν ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις πρὸς ὀλίγον καιρὸν ἐδουλοῦντο· εἶτ' αὖθις τὴν οἰκείαν ἐλευθερίαν ἐλάμβανον· αὐτόνομοί τε καὶ αὐτοβασίλευτοι διετέλουν, τὸ ἱερὸν καὶ τὴν ἐν αὐτῷ κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον λατρείαν διατρέχοντες· μετὰ δὲ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλὴν, πάντων ἀθρόως ἐστερήθησαν· πολιορκίαν τε καὶ δουλείαν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις ὑπομείναντες, διέμειναν οὕτω ταπεινοὶ, καὶ μηκέτ' ἀνανεῦσαι δεδυνημένοι· ὃ δὴ σημαίνει ἡ μετὰ χεῖρας προφητεία ἐν τῷ λέγειν· «Καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν δια- B παντὸς σύγκαμψον.» Πρόσχες γὰρ ὅπως εἴρηται τὸ, «διαπαντός·» οὐ γὰρ πρὸς ὀλίγον τινὰ χρόνον καθὼς ἄλλοτε ἐγένετο, ἀλλὰ, «διαπαντὸς,» φησίν. Ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας ἡρμήνευσε· «Καὶ τοὺς νώτους αὐτῶν ἐνδελεχῶς ἀτόνωσον·» ὁ δὲ Σύμμαχος· «Καὶ τὰς ὀσφῦς αὐτῶν διαπαντὸς ἐξάρθρωσον.» Καὶ τοῦτο δὲ αὐτοῖς συνέβη· ἐπεὶ ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ οὐκέτι μέτρῳ κατὰ τὸ παλαιὸν μετῆλθεν αὐτούς· ἡ πᾶσα δὲ ἀθρόως κατ' αὐτῶν ἐξεχύθη. Διὸ ἐπιλέγεται· «Ἔκχεον ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὀργήν σου, καὶ ὁ θυμὸς τῆς ὀργῆς σου καταλάβοι αὐτούς.» Τοῦτο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ δηλοῦται ψαλμῷ τῷ φήσαντι· «Ἱνατί, ὁ Θεὸς, ἀπώσω εἰς τέλος;» Καὶ ὁ θεῖος δὲ Ἀπόστολος τούτοις συμφώνως ἔλεγεν· «Ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος.» Πρῶτον οὖν ἡ τράπεζα αὐτῶν ἐγένετο αὐτοῖς εἰς παγίδα· εἶτα C οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐσκοτίζοντο· εἶτα ὁ νῶτος αὐτῶν διαπαντὸς ἐκάμπτετο, τῆς τοῦ Θεοῦ ὀργῆς ἐπ' αὐτοὺς ἐκχεομένης. Μετὰ δὲ ταῦτα ἄλλο τι γενήσεσθαι αὐτοῖς προαγορεύει φάσκων·

«comprehendet.» Quomodo autem isthæc post Judæorum contra Servatorem nostrum audax facinus genti contigerint, non difficile intellectu est. Nam olim quidem, idololatriæ suæ causa, inimicorum et hostium servituti ad breve tempus tradebantur; deinde in pristinam libertatem restituebantur, ac sui juris suisque regibus subditi degebant, templum, cultumque ibi ex Moysis lege præscriptum frequentabant; post insidias vero contra Salvatorem nostrum structas, omnibus confertim privati sunt: atque obsidione et servitute Romanis oppressi, sic abjecti, ne quidem caput erigere audentes, remanserunt. Quod hac prophetia significatur his verbis: «Et dorsum eorum semper incurva.» Attende vero ad illud, «semper.» Non enim ad breve tempus ut olim, sed «semper,» ait. Pro quo Aquila interpretatus est: «Et dorsa eorum indesinenter enerva;» Symmachus vero, «Et lumbos eorum semper debilita.» Quod etiam accidit illis; ira quippe Dei non cum mensura quadam, ut antiquitus, invasit eos; sed tota confertim effusa est. Quamobrem additur: «Effunde super eos iram tuam, et furor iræ tuæ comprehendat eos.» Hoc in alio item psalmo enuntiatur his verbis: «Utquid, Deus, repulisti in finem [38]?» His etiam affinia habet divinus Apostolus: «Pervenit in eos ira in finem [39].» Primo itaque mensa eorum fuit ipsis in laqueum, deinde oculi eorum obscurati sunt; postea dorsum eorum semper incurvatum est, effusa scilicet in illos ira Dei. Sub hæc autem aliud ipsis eventurum vaticinatur dicens:

«Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη·» ἀντὶ τοῦ, *γενηθήσεται*· «καὶ ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν·» ἀντὶ τοῦ, *μὴ ἔσται*. Ἔδει γὰρ μηδὲ τοῦτο παρελθεῖν τὴν προφητικὴν γνῶσιν· ὡς ἄρα καὶ ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἔσται ἔρημος· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, «ἀοίκητος·» ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, «ἠφανισμένη.» Ἔπαυλιν δὲ αὐτῶν τὴν Ἱερουσαλὴμ ὀνομάζει, οὐκέτι Θεοῦ πόλιν οὖσαν, ἀλλ' αὐτῶν ἔπαυλιν. Διὸ καὶ ἔρημον αὐτὴν ἔσεσθαί φησιν· ὃ δὴ καὶ ἔργῳ δείκνυται. Εἶτ' ἐπιλέγει· «Καὶ ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν,» ἐξ αὐτῶν δηλαδὴ τῶν πάλαι οἰκητόρων· ὃ καὶ αὐτὸ ὀφθαλμοῖς ἡ ἀλήθεια τοῦ λόγου παρίστησιν. Εἰ γοῦν τις ἀφίκοιτο εἰς τοὺς τόπους, ἴδοι ἂν τὴν ἐσχάτην ἐρημίαν τοῦ τόπου· Ἰουδαίων δὲ οὐδένα τολμῶντα ἐπιβαίνειν τῇ πόλει, μήτι γε οἰκεῖν D αὐτόθι· ἀλλ' οὐδὲ οἴκησις Ἰουδαϊκὴ περιλέλειπται ἐν τῷ τόπῳ, ὥς τινα τῶν Ἑλλήνων οἰκεῖν ἐν αὐτῇ δύνασθαι. Διὸ λέλεκται· «Καὶ ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν·» ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· «Ἐν ταῖς σκηναῖς αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν.» Ἄρδην γὰρ ἐκ βάθρων πᾶσαι αὐτῶν αἱ σκηναὶ καὶ αἱ οἰκήσεις κατεσκάφησαν. Ὅρα τοίνυν ὁπόσων ἐμνημόνευσεν ὁ λόγος, ἐρημίας τοῦ ἁγίου τόπου, ἀφανισμοῦ τῶν σκηνωμάτων αὐτῶν, τοῦ ἔθνους παντελοῦς ταπεινώσεως,

VERS. 26-29. «Fiat habitatio eorum deserta;» id est, *fiet*: «et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet,» scilicet, *non erit*. At enim propheticam notitiam id præterire non oportuit, quod nempe habitatio eorum deserta futura sit; sive, secundum Symmachum, «inhabitabilis;» vel, secundum Aquilam, «deleta.» Habitationem eorum vocat Jerosolymam, quæ non ultra civitas Dei est, sed eorum habitatio. Quare desertam fore dicit; quod ipso opere comprobatur. Subdit postea: «Et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet,» ex priscis scilicet incolis; quod ipsum etiam oculis rei veritas offert. Si quis enim loca adeat, extremam ibi solitudinem conspiciet; Judæorum nullo audente in urbem accedere, nedum isthic habitare; imo etiam nullum ibi Judæorum habitaculum relictum est ubi Græcorum quispiam habitare possit. Quapropter dictum est: «Et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet;» vel, secundum Symmachum, «in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.» Radicitus enim et a fundamentis omnia tabernacula et domicilia eorum excisa sunt. Animadverte igitur quot et quanta hic memorentur, sancti loci solitudo, evulsio tabernaculorum ipsorum, extrema gentis abjectio,

[38] Psal. LXXIII, 1. [39] I Thess. II, 16.

mentis eorum obscuratio, ignorantia divinarum Scripturarum; quæ non alio tempore completa sunt, quam post impia sua in Christum Dei gesta. Quare horum causam secundum hæc prophetia narrat his verbis: « Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, et super dolorem vulnerum meorum addiderunt, » etc. Omnia superius enarrata ipsis eventura esse dicit, non propter idolorum cultum; sed « quoniam quem tu percussisti persecuti sunt. » Tu namque secundum hanc prophetiam, « Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis [40], » rationibus abs te cognitis percussisti. Unde apud Apostolum dicitur: « Si enim proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum [41]. » Cui tradiderit eum, Isaias docebit his verbis: « Et Dominus tradidit eum peccatis nostris [42]: » quare factus est pro nobis maledictum. Nam cum peccatum non nosset, Deus illum pro nobis effecit esse peccatum, ut nos simus justitia in ipso. Sed et « homo fuit in plaga constitutus, et sciens ferre infirmitatem: et vibice ejus nos sanati sumus [43]. » Plagas itaque et vibices accepit, et hæc omnia, Patre volente et permittente, passus est. Quamobrem in Zacharia propheta dictum est: « Framea, suscitare super pastorem meum, et super virum civem ejus. Percute pastorem, et dispergantur oves gregis [44]. » In Evangelio autem ipse Servator noster passioni vicinus discipulis prænuntiabat dicens: « Omnes vos scandalizabimini in me. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis [45]. » In hoc similiter psalmo iis affinia dicuntur, nempe, « Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt. » Pater igitur proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Vi etiam et ratione quadam ipse est qui percussit, quia permisit ipsum talia perpeti. Illi vero non modo percusserunt, sed abs se abjecerunt et procul persecuti sunt eum: cum par fuisset saltem percussum excipere, et nosse Christum pro nobis mortuum esse, factum pro nobis maledictum; quem, cum non nosset peccatum, Deus pro nobis peccatum effecit, ut nos efficiamur justitia Dei in illo. Meminisse item oportet Isaiæ vocum quæ sic habent: « Homo in plaga constitutus, et sciens ferre infirmitatem: et Dominus tradidit eum peccatis nostris [46]; » et: « Quoniam ipse peccata nostra portat, et pro nobis cruciatur [47]. » Quoniam vulneratus est, non alia de causa nisi propter peccata nostra, et infirmatus est propter iniquitates nostras. Illi vero nihil eorum cogitarunt, sed ejecerunt eum et abs se repulerunt, postulantes homicidiam, ac vitæ principem negantes. Ideo hic ait: « Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt, et super dolorem vulnerum meorum addiderunt. » Ego quidem pro ipsis vulnera excepi, purgatio eorum effectus, et redemptio pro peccatis eorum: illi vero mala sua

A σκοτισμοῦ τῆς διανοίας αὐτῶν, ἀνοησίας τῶν θείων Γραμμάτων, ἃ καὶ οὐκ ἄλλοτε ἐπληροῦτο εἰς αὐτοὺς ἢ μετὰ τὸ ἀσεβῆσαι εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ. Διὸ ἐπιλέγει τούτοις ἑξῆς τὴν αἰτίαν ὧδε φάσκουσα προφητεία· « Ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας, κατεδίωξαν, καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Τὰ προλεχθέντα πάντα συμβήσεσθαι αὐτοῖς φησιν, οὐ διά τινα εἰδωλολατρείαν, ἀλλ' « ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας, κατεδίωξαν. » Σὺ μὲν γὰρ κατὰ τὴν λέγουσαν προφητείαν, « Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης, » δι' οὓς αὐτὸς οἶδας λόγους ἐπάταξας. Ὅθεν εἴρηται παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ· « Εἰ γὰρ τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν. » Τίνι δὲ παρέδωκεν αὐτὸν, Ἡσαΐας διδάξει λέγων· « Καὶ Κύριος παρέ-
B δωκεν αὐτὸν ἁμαρτίαις ἡμῶν· » διὸ γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Μὴ γνόντα γὰρ αὐτὸν ἁμαρτίαν ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα δικαιοσύνη ἐν αὐτῷ. Ἀλλὰ καὶ « ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν γέγονε· καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. » Οὐκοῦν καὶ πληγὰς καὶ μώλωπας εἴληφε, καὶ ταῦτα πάντα πέπονθε, τοῦ Πατρὸς βουλομένου καὶ συγχωροῦντος οὕτω γίγνεσθαι. Διὸ ἐν μὲν Ζαχαρίᾳ τῷ προφήτῃ λέλεκται· « Ῥομφαία, ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα μου, καὶ ἐπ' ἄνδρα πολίτην αὐτοῦ. Πάταξον τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήτω τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης· » ἐν δὲ τῷ Εὐαγγελίῳ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν πρὸς τῷ πάθει γενόμενος τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς διεστέλλετο εἰπών· « Πάντες ὑμεῖς
C σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοί. Γέγραπται γάρ· Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. » Καὶ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας τοιγαροῦν τούτοις συμφώνως εἴρηται τὸ, « Ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας, κατεδίωξαν. » Ὁ μὲν οὖν Πατὴρ τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν. Δυνάμει τε αὐτὸς ἦν ὁ πατάξας διὰ τοῦ συγχωρῆσαι τοιαῦτα αὐτὸν παθεῖν. Οἱ δὲ οὐχ ἐπάταξαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἤλασαν ἐξ ἑαυτῶν καὶ μακρὰν ἀπεδίωξαν αὐτόν· δέον καὶ παταχθέντα παραδέξασθαι· γνόντας, ὅτι Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, καὶ ὅτι μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, αὐτὸν ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν· ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ. Μνημονεῦσαι δὲ χρὴ καὶ τῶν Ἡσαΐου φωνῶν, δι' ὧν ἐλέγετο· « Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ
D εἰδὼς φέρειν μαλακίαν· καὶ Κύριος παρέδωκε ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν· » καὶ, « Ὅτι οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· » ὅτι τε ἐτραυματίσθη οὐ δι' ἄλλο τι, ἀλλὰ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Οἱ δὲ τούτων μὲν οὐδὲν διενοήθησαν, ἤλασαν δὲ αὐτὸν καὶ ἀπεδίωξαν ἑαυτῶν, ἐξαιτησάμενοι μὲν τὸν φονέα, τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀρνησάμενοι. Διό φησιν ἐνταῦθα· « Ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας, κατεδίωξαν, καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν. » Ἐγὼ μὲν γὰρ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἀνεδεχόμην τραύματα, καθαρμὸς αὐτῶν γενόμενος, καὶ ἀντίψυχον διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· οἱ

[40] Zach. XIII, 7. [41] Rom. VIII, 32. [42] Isa. LIII, 6. [43] ibid. 5. [44] Zach. XIII, 7. [45] Matth. XXVI, 31. [46] Isa. LIII, 6. [47] ibid. 4, 5.

δὲ προσέθηκαν ἐμοὶ τὰ ἑαυτῶν κακά. «Ἔδωκαν» γοῦν «εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος·» οὐ μόνον καθ' ὃν ἔπασχον ὑπ' αὐτῶν καιρὸν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ταῖς κατ' ἐμοῦ βλασφημίαις παραμένοντες. Διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἀντὶ τοῦ, «προσέθηκαν,» *διηγήσονται*, εἴρηται· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, «ἐξηγοῦντο.» Οὐ γὰρ ἀπήρκει τὸ ἅπαξ ποτὲ τραυματίσαι αὐτὸν, καὶ τοιαῦτα κατ' αὐτοῦ τολμῆσαι· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ κατορθώμασιν ἐγκαυχώμενοι τοῖς ἑαυτῶν τέκνοις, τὰ κατ' αὐτοῦ τολμηθέντα αὐτοῖς διηγοῦντο. Ἐπεὶ τοίνυν αὐτοὶ ταύτην εἵλαντο τὴν μερίδα, διώξαντες μὲν ὃν σὺ ἐπάταξας, ἀνομίας δὲ καὶ ἀσεβείας ἐφ' ἑαυτοὺς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα αὐτῶν σωρεύσαντες· εἰκότως ἐπιλέγεται τούτοις· «Πρόσθες ἀνομίαν ἐπὶ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν·» ἀντὶ τοῦ, «προσθήσεις·» ἔσται γὰρ αὐτοῖς κακῶν προσθήκη. Τὰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἀνθρώποις γίγνεται, τὰ δὲ ἐκ τῶν ἐπακολουθούντων ἔξωθεν τῷ ἐφ' ἡμῖν. Διὸ λέλεκταί που πρὸς τὸν Θεόν· «Μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις·» Καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ εἴρηται ἐκ προσώπου αὐτοῦ. «Καὶ ἐὰν πορευθῆτε πρός με πλάγιοι, πορεύσομαι κἀγὼ πρὸς ὑμᾶς θυμῷ πλαγίῳ.» Ἐπεὶ τοίνυν αὐτοὶ ὥσπερ μακρῷ σχοινίῳ τὰς ἀνομίας ἑαυτῶν ἐπεσπάσαντο, εἰκότως καὶ σὺ ὁ δίκαιος κριτὴς προσθήσεις ἀνομίαν ἐπὶ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν· δευτέραν αὐτοῖς πρὸς τῇ προτέρᾳ λογιζόμενος. Ἀλλὰ καὶ «Μὴ εἰσελθέτωσαν, φησὶν, ἐν δικαιοσύνῃ σου.» Ἡ μὲν γὰρ σὴ δικαιοσύνη δικαίους εἰσκαλεῖται, καὶ πάντας εἰς τὰ ἐνδοτάτω τῆς σῆς βασιλείας κατὰ τὰς ἐπαγγελίας ὑποδέχεται· οἱ δὲ τοιαῦτα τολμήσαντες οὐκ εἰσελεύσονται μετὰ τῶν τῇ σῇ δικαιοσύνῃ συνελευσομένων· ἀλλ' οὐδὲ ἐγγραφήσονται ἐν βίβλῳ ζώντων· τοὐναντίον δὲ πείσονται τοῖς ἐγγραφομένοις. Εἰ γὰρ καὶ πρῶτοι τῆς ἐμῆς χάριτος ἀξιωθέντες ἐνεγράφησάν ποτε ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ζώντων διὰ τοὺς παρὰ τῷ Θεῷ ζῶντας πατέρας αὐτῶν, ὡς καὶ αὐτοῖς δεδόσθαι τὰς ἐπαγγελίας· ἀλλ' ἐπεὶ τοιαῦτα τετολμήκασιν, «Ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βίβλου ζώντων.» Διασαφῶν δὲ τὴν ἔννοιαν τῆς βίβλου τῶν ζώντων, ἐπιλέγει ἑξῆς· «Καὶ μετὰ δικαίων μὴ γραφήτωσαν.» Ἐκλογῆς γὰρ γιγνομένης τῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον, οἱ μὲν ζωῆς ἄξιοι τῆς παρὰ τῷ Θεῷ διὰ τὴν οἰκείαν δικαιοσύνην ἀνάγραπτοι γενήσονται παρ' αὐτῷ· οἱ δὲ ἀπόβλητοι τῆς βίβλου ἔσονται οἱ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς παραιτησάμενοι. Καὶ τοῦτο μὲν τὸ τέλος τῶν τὰ προλεχθέντα κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τετολμηκότων· τὰ δ' ἑξῆς ὁ λόγος ἐπὶ τὸ φαιδρότερον μεταβάλλει, ἐντεῦθεν λοιπὸν τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος ἀπαρχόμενος.

«Πτωχὸς καὶ ἀλγῶν ἐγώ εἰμι, ἡ σωτηρία σου, ὁ Θεὸς, ἀντελάβετό μου.» Ὁ εἰπὼν ἐν Εὐαγγελίοις· «Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ,» διὰ τῶν προκειμένων πτωχὸς καὶ ἀλγῶν ἐγώ εἰμι, φησί. Πτωχὸς δὲ ἦν τὸν πλοῦτον τῆς αἰωνίου βασιλείας ἀποθέμενος· Διό φησιν ὁ Παῦλος· «Ἰησοῦς Χριστὸς πλούσιος ὢν, δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν.» Ἀλλὰ καὶ «ἀλγῶν»

A mihi addiderunt. «Dederunt» igitur «in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto;» non solum tempore passionis meæ, sed in sequentibus blasphema contra me dicta proferre perseverantes. Quare, secundum Aquilam, pro illo, «addiderunt,» dicitur, «enarrabunt;» secundum Symmachum vero «enarrabant.» Non enim sat illis fuit quod semel ipsum vulnerassent, et talia contra cum ausi fuissent; sed quasi re bene gesta gloriosi, ausus suos filiis enarrabant. Quoniam igitur illi talem portionem cooptarunt, quem tu percussisti persequentes, iniquitates autem et impietates in se et in filios suos coacervantes; jure adjicitur: «Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum,» id est, «appones:» ipsis namque malorum accessio
B erit. Alia enim nobis hominibus ex interioribus eveniunt; alia vero aliunde ex sequentibus interiora nostra. Quare alicubi Deo dicitur: «Cum sancto sanctus eris, et cum perverso perverteris[48].» In lege quoque ex ipsius persona dicitur: «Si veniatis ad me obliqui, accedam et ego ad vos animo obliquo[49].» Quia igitur illi quasi funiculo oblongo peccata sua trahebant, jure tu quoque justus judex appones iniquitatem super iniquitatem ipsorum; ad priorem illam, aliam imputans. Imo quoque ait: «Non intrent in justitiam tuam.» Nam justitia quidem tua justos advocat, omnesque ad intima regni tui secundum promissionem recipit. Qui vero talia ausi sunt non intrabunt cum iis
C qui una cum justitia tua ingressuri sunt: sed neque in libro viventium scribentur; imo contraria iis qui descripti sunt patientur. Etiamsi enim gratia donati mea aliquando in libro viventium, patrum suorum apud Deum viventium causa, conscripti fuerint, ita ut et ipsis promissa oblata sint; at quoniam talia sunt ausi, «deleantur de libro viventium.» Libri autem viventium rationem explicans, subdit postea, «Et cum justis non scribantur.» Electione quippe facta eorum qui in mundo erant hominum, alii quidem vita quæ apud Deum est digni, ob propriam justitiam apud ipsum describentur; qui autem ex libro delebuntur, ii erunt qui vitæ principem repudiarunt. Et hic finis erit eorum qui jam memorata contra Servatorem no-
D strum aggressi sunt. Quæ sequuntur autem, in lætiorem formam mutantur: nam inde evangelicæ gratiæ initium ducitur.

VERS. 30, 31. «Ego sum pauper et dolens, salus tua, Deus, suscepit me.» Qui in Evangeliis dixit: «Discite a me quia mitis sum et humilis corde[50],» in præsenti se pauperem et dolentem dicit. Pauper autem erat, depositis æterni regni divitiis. Quamobrem ait Paulus: «Jesus Christus cum dives esset, propter nos inops effectus est, ut nos ejus inopia divites essemus[51].» Sed etiam «dolens» fuit; quare

[48] Psal. XVII, 26, 27. [49] Levit. XXVI, 23, 24. [50] Matth. XI, 29. [51] II Cor. VIII, 9.

supra dicebat : « Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt. » Dolebat enim pro iis qui in perniciem ibant, et patiebatur eorum causa qui ad salutem abs se procuratam non accederent. Ideo seu dolens clamabat : « O generatio incredula et perversa, quousque vobiscum ero ? quousque vos patiar [52] ? » Ideo dicit : « Ego sum pauper et dolens, salus tua, Deus, suscepit me. » His porro salutem subindicat qua post mortem donandus est. Nam cum pridem infixus in limo profundi, venerit in altitudinem maris, ut in prophetia dicebat, jam vero dicit, « Salus tua, Deus, suscepit me : » aperte declarat se, postquam in altitudinem maris venerat, postquam memorata superius passus fuerat, patrocinium consecutum esse. Quare in vicesimo primo psalmo hymnum « pro susceptione matutina [53] » emittit. Deinde vero, ut patrocinium consecutus, ad jucundiora sermonem convertit hymnis Patrem celebrans, cum ait, « Laudabo nomen Dei cum cantico. » Cum melodia autem et cantico sermones proferre, id signum gaudii et lætitiæ erat. Sed etiam « magnificabo eum, » inquit, scilicet Patrem suum. Qui magnificabit postea subjicit, « in laude, » sive, secundum Aquilam, « in gratiarum actione. » Gratiarum vero actionem et laudem qua Patrem Filius magnificat intelliges, si Novi Testamenti mysteriis animum adhibens, ubi Ecclesia Dei per totum orbem ad gratiarum actiones, ad rationabilem et sine fumo cultum Deo offerendum instituta est. Laus isthæc et gratiarum actio corporeis hostiis, quæ olim secundum legem Moysis offerebantur, multo præstantior est. Quamobrem adjicit : « Et placebit Domino super vitulum novellum, cornua producentem et ungulas. » Si namque de iis Judæi glorientur, sciant utique longe meliorem Deoque acceptiorem meam gratiarum actionem et laudem supra memoratis esse. Quamobrem secundum Symmachum dicitur, « Et placebit Domino magis, quam bos taurus, ungulas diffindens, cornutus. » Cur hic vitulum dicat, non aliud animal in sacrificio offerri solitum, non sine examine prætermittendum. Nam ex animalibus secundum legem Moysis immolari jussis, alia ex armento boum, alia ex grege ovium adducebantur, alia ex volatilibus ; quorum alia masculi, alia feminæ erant ; alia spontanea ex arbitrio, alia ex debito ; alia sacrificium salutaris, alia pro peccato vocabantur ; alia pro summo sacerdote, alia pro universo populo, alia pro principe peccante offerebantur. Cum magnum itaque in his discrimen esset, nunquam tamen pro principe quolibet vel pro quopiam privato vitulus offerebatur. Vitulus masculus aliquando immolabatur ; aliquando vero, cum tota synagoga in peccatum lapsa esset, sacerdos, qui universi populi seu caput erat, ut peccati consors vitulum offerebat. Hæc porro in Levitico deprehendas, in quo scribitur : « Et locutus est Dominus ad Moysem

A γέγονε· διὸ ἔλεγεν ἀνωτέρω· « Καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν. » Ἤλγει γὰρ ἐπὶ τοῖς ἀπολλυμένοις, καὶ ὑπερέπασχε τῶν μὴ προσιόντων τῇ δι' αὐτοῦ προξενουμένῃ σωτηρίᾳ. Διὸ ὥσπερ ἀλγῶν ἐβόα· « Ὦ γενεὰ ἄπιστε καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε μεθ' ὑμῶν εἰμι; ἕως πότε ἀνέχομαι ὑμῶν; » Διό φησι· « Πτωχὸς καὶ ἀλγῶν ἐγώ εἰμι· ἡ σωτηρία σου, ὁ Θεὸς, ἀντελάβετό μου. » Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων τὴν μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ σωτηρίαν. Εἰ γὰρ ἐνεπάγη εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, ὡς διὰ τῶν τῆς προφητείας ἐδήλου, νυνὶ δέ φησιν· « Ἡ σωτηρία σου, ὁ Θεὸς, ἀντελάβετό μου· » σαφῶς παρίστησιν ἀντιλήψεως τετυχηκέναι, μετὰ τὸ ἐληλυθέναι εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, μετὰ τὸ πεπονθέναι τὰ προλεχθέντα. Διὸ καὶ ἐν κα' ψαλμῷ τὸν
B « ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς » ἀνέπεμπεν ὕμνον. Εἶθ' ὡς τυχὼν ἀντιλήψεως, μεταβάλλει τοὺς λόγους ἐπὶ τὸ φαιδρότερον, ὕμνους ἀναπέμπων τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ, ἐν οἷς φησιν· « Αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ μετ' ᾠδῆς. » Τὸ δὲ μετὰ μέλους καὶ ᾠδῆς λόγους προσφέρεσθαι σύμβολον ἦν θυμηδίας καὶ εὐφροσύνης. Ἀλλὰ καὶ « μεγαλυνῶ αὐτὸν, » φησίν· δῆλον δ' ὅτι τὸν αὐτοῦ Πατέρα. Πῶς δὲ καὶ αὐτὸν μεγαλυνεῖ, ἐπιλέγει ἑξῆς, « ἐν αἰνέσει· » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « ἐν εὐχαριστίᾳ. » Νοήσεις δὲ τὴν εὐχαριστίαν καὶ τὴν αἴνεσιν δι' ἧς ὁ Υἱὸς μεγαλύνει τὸν Πατέρα, ἐπιστήσας τοῖς μυστηρίοις τῆς Καινῆς Διαθήκης, ἐν οἷς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ τὰς εὐχαριστίας καὶ τὰς λογικὰς καὶ ἀκάπνους λατρείας ἀναφέρειν τῷ Θεῷ παρείληφεν. Αὕτη δὲ ἡ αἴνεσις
C καὶ ἡ εὐχαριστία πολὺ κρείττων τυγχάνει τῶν σωματικῶν θυσιῶν, τῶν κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον πάλαι προσαγομένων. Διὸ ἐπιλέγει· « Καὶ ἀρέσει τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ μόσχον νέον, κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς. » Εἰ γὰρ ἐπὶ τούτοις σεμνύνονται Ἰουδαίων παῖδες, ἴστωσαν, ὅτι πολὺ βελτίων καὶ τῷ Θεῷ προτιμοτέρα ἡ ἐμὴ εὐχαριστία καὶ ἡ ἐμὴ αἴνεσις τῶν προλεχθέντων. Διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· « Καὶ ἀρέσει τῷ Κυρίῳ μᾶλλον ἢ βοῦς ταῦρος διχηλῶν, κεράστης. » Διὰ τί δὲ ἐνταῦθα μόσχου μνημονεύει καὶ οὐχ ἑτέρου τινὸς τῶν προσφέρεσθαι εἰωθότων εἰς θυσίαν ζώων, ἄξιον μὴ ἀβασανίστως παρελθεῖν. Τῶν γὰρ κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον θύεσθαι προστασσομένων ζώων τὰ μὲν ἐξ ἀγέλης βοῶν προσήγετο, τὰ δὲ ἐκ προβάτων, τὰ δὲ ἀπὸ πετεινῶν· καὶ τὰ μὲν ἄῤῥενα,
D τὰ δὲ θήλεα· καὶ τὰ μὲν ἑκούσια κατὰ προαίρεσιν, τὰ δὲ κατὰ ὀφειλήν· καὶ τὰ μὲν ὠνομάζετο θυσία σωτηρίου, τὰ δὲ ὑπὲρ ἁμαρτίας· καὶ τὰ μὲν ὑπὲρ τοῦ ἀρχιερέως προσεφέρετο, τὰ δὲ ὑπὲρ παντὸς τοῦ λαοῦ, τὰ δὲ ὑπὲρ ἄρχοντος ἡμαρτηκότος. Πολλῆς δὲ οὔσης ἐν τούτοις διαφορᾶς, οὐδὲ πώποτε ὑπὲρ τοῦ τυχόντος ἄρχοντος, οὐδ' ὑπὲρ ἰδιώτου ἀνδρὸς μόσχος ἀνεφέρετο. Ποτὲ δὲ ὁ μόσχος ὁ ἄῤῥην ἐθύετο, ἄλλοτε πᾶσα ἡ συναγωγὴ ἁμαρτίᾳ περιπεπτώκει, ὑπὲρ ἧς καὶ αὐτὸς ὁ ἱερεὺς ὥσπερ κεφαλὴ ὢν τοῦ παντὸς λαοῦ τῆς ἁμαρτίας κοινωνὸς τὸν μόσχον προσῆγε. Ταῦτα δὲ ἐν Λευιτικῷ εὕροις ἂν ἐπιστήσας, ἐν ᾧ

[52] Matth. xvii, 16. [53] Psal. xxi, 1.

γέγραπται· « Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν λέγων· Λάλησον πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ λέγων· Ἐὰν ὁ ἀρχιερεὺς ὁ κεχρισμένος ἁμάρτῃ τοῦ λαὸν ἁμαρτεῖν, καὶ προσάξει περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ ἧς ἥμαρτε, μόσχον ἐκ βοῶν ἄμωμον τῷ Κυρίῳ· » καὶ ἑξῆς· « Ἐὰν δὲ πᾶσα συναγωγὴ Ἰσραὴλ ἀγνοήσῃ, καὶ λάθῃ ῥῆμα ἐξ ὀφθαλμῶν τῆς συναγωγῆς· καὶ ποιήσωσι μίαν ἀπὸ πασῶν τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου, ἣ οὐ ποιηθήσεται, καὶ πλημμελῶσι, καὶ γνωσθῇ αὐτοῖς ἡ ἁμαρτία ἣν ἥμαρτον ἐν αὐτῇ· καὶ προσάξει ἡ συναγωγὴ μόσχον ἐκ βοῶν περὶ τῆς ἁμαρτίας. » Καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ἱστορία εἰσάγει ὑπὲρ τοῦ ἀρχιερέως θυσίαν μόσχον, ἐν οἷς εἴρηται· « Καὶ προσήγαγε Μωϋσῆς τὸν μόσχον τὸν περὶ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἐπέθηκεν Ἀαρὼν καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τὰς χεῖρας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ μόσχου τοῦ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἔσφαξεν αὐτόν. » Ὁρᾷς ἐπὶ ποίοις ὁ μόσχος προσεφέρετο ἐπὶ πάσῃ τῇ συναγωγῇ Ἰσραὴλ ἁμαρτούσῃ, καὶ ἐπὶ ἀρχιερεῖ ἡμαρτηκότι· καὶ οὐχ ἁπλῶς ἡμαρτηκότι, ἀλλὰ καὶ τῷ λαῷ αἰτίῳ γενομένῳ ἁμαρτίας· λέγει γάρ· « Ἐὰν ὁ ἀρχιερεὺς ὁ κεχρισμένος ἁμάρτῃ τοῦ τὸν λαὸν ἁμαρτεῖν· » ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν· « Εἰς πλημμέλησιν τοῦ λαοῦ. » Ἐπεὶ τοίνυν κατὰ τὸ σωτήριον πάθος οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, τῷ τε παντὶ λαῷ διαστροφῆς αὐτοὶ γεγόνασιν αἴτιοι· γέγραπται γάρ· « Καὶ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ τὸ συνέδριον ὅλον ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὅπως θανατώσωσιν αὐτόν· » καὶ πάλιν ἑξῆς· « Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεισαν τοὺς ὄχλους ἵνα αἰτήσωσι τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέσωσιν· » Χρεία δὲ ἦν καθάρσεως τοῖς ταῦτα τετολμηκόσι, καὶ θυσίας οὐκ ἄλλης, ἢ τῆς διὰ τοῦ μόσχου, ὡς μεμαρτύρηται διὰ τῆς προτεθείσης Γραφῆς· εἰκότως, Οὐκ αἰσθητὸν ἐγὼ, φησὶ, μόσχον προσφέρω, διὰ τῶν προκειμένων ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ἀλλὰ τὴν καθαρὰν καὶ ἄναιμον θυσίαν, ἣν αὐτὸς ἐγὼ συνεστησάμην ἐν τῇ ἐμαυτοῦ Ἐκκλησίᾳ διὰ τῆς ἀναίμου καὶ ἀπύρου λειτουργίας, τῆς δι' αἰνέσεως· ἥτις ἀρέσει τῷ Θεῷ μᾶλλον ἢ ὁ παρὰ Μωϋσεῖ νενομοθετημένος μόσχος. Διὸ λέλεκται· « Μεγαλυνῶ αὐτὸν ἐν αἰνέσει. Καὶ ἀρέσει τῷ Θεῷ, » ἡ αἴνεσις δηλαδὴ, « ὑπὲρ μόσχον νέον, κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς. » Ἔτυχον δ' ἂν ἀφέσεως καὶ καθάρσεως τῶν ἡμαρτημένων αὐτοῖς οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ τοῦ παντὸς ἔθνους, εἰ κέχρηντο ταύτῃ τῇ θυσίᾳ, τὴν καινὴν καὶ σωτήριον Διαθήκην παραδεξάμενοι.

Εἶτα εὐχὴν ἀναπέμπει ὁ προλεχθεὶς πτωχὸς ὑπὲρ τῶν παραπλησίως αὐτῷ πτωχῶν, περὶ ὧν διδάσκει λέγων· « Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Καί φησι διὰ τῆς εὐχῆς· « Ἰδέτωσαν πτωχοὶ καὶ εὐφρανθήτωσαν. » Εὔχεται δὲ ἤδη ποτὲ εἰς ἔργα χωρῆσαι τὰ προλεχθέντα, ὥστε ὀφθαλμοῖς αὐτὰ θεάσασθαι τοὺς εἰρημένους πτωχοὺς, δηλαδὴ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀποστόλους. Ἰδεῖν δὲ τούτοις εὔχεται τὴν ἀποδομασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. »

A dicens: Loquere ad filios Israel, dicens: Si summus sacerdos qui unctus est peccaverit, ut peccare faciat populum, offeret pro peccato suo quo peccavit, vitulum ex bobus immaculatum Domino [84]; » ac deinde: « Quod si omnis synagoga Israel ignoraverit, et latuerit verbum ex oculis synagogæ: aut fecerit unum ex omnibus præceptis Domini; aut non fecerit, et deliquerit et cognoverit peccatum suum quo peccavit; offeret synagoga vitulum ex bobus pro peccato [85]. » Sub hæc autem pro sacerdote inducitur in sacrificium vitulus, nam dicitur: « Et obtulit Moyses vitulum pro peccato: et imposuit Aaron et filii ejus manus super caput vituli pro peccato, et immolavit eum [86]. » Vides quibus de causis vitulus offerretur pro universa synaB goga Israelis peccante, et pro summo sacerdote peccante; nec modo peccante, sed etiam populum in peccatum inducente; dicit enim: « Si summus sacerdos, qui unctus est, peccaverit, ut peccare faciat populum. » Pro quo Aquila sic interpretatus est: « In delictum populi. » Quia igitur tempore passionis Domini summi sacerdotes et principes Judaicæ gentis convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus, totique populo perversionis auctores fuere, scriptum est enim: « Principes sacerdotum et consilium totum quærebant falsum testimonium contra Jesum, quomodo morti traderent eum [87]; » ac rursum: « Principes sacerdotum et seniores persuaserunt turbis C ut peterent Barabbam, Jesum vero perderent [88]. » Iis porro qui talia ausi fuerant purgatione opus erat, et sacrificio, non alio quam vituli, ut Scriptura superius allata testificatur. Jure hic Servator noster ait: Non sensibilem ego vitulum profero, sed puram et incruentam hostiam, quam ego ipse in Ecclesia mea constitui, per incruentum et igne vacuum ministerium, quod laude persolvitur; quod sane Deo longe acceptius et gratius erit, quam ille Moysis lege assignatus vitulus. Quapropter dictum est: « Magnificabo eum in laude. Et placebit Deo, » laus scilicet, « super vitulum novellum, cornua producentem et ungulas. » Et sane veniam purgationemque cum principes sacerdotum, tum populus omnis consecuti essent, si novum et salutare D Testamentum suscipientes, tali sacrificio fuissent usi.

Deinde mendicus ille orationem effundit pro pauperibus sui similibus, de quibus hæc tradit: « Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum [89]. » In oratione vero sua ait: « Videant pauperes et lætentur. » Jam autem precatur ut quæ supra dicta sunt eveniant, ita ut pauperes isti, scilicet discipuli et apostoli sui, videant. Precatur vero ut laudem illam vitulo novello cornua producente et ungulas gratiorem conspiciant. Et sane « Ea vero quæ sursum est Jerusalem libera est,

[84] Levit. IV, 1-3. [85] ibid. 13, 14. [86] Levit. VIII, 14. [87] Matth. XXVI, 59. [88] Matth. XXVII, 20. [89] Matth. V, 3.

quoniam oratio ejus diuturnis postea temporibus A effectum consecuta est, beatos prædicabat eos qui talium rerum spectaculo dignati essent: quare in Evangeliis discipulis suis dixisse scribitur: « Vestri autem beati oculi, quia vident; et aures vestræ, quia audiunt [60]. » Hæc quippe affinia huic dicto erant, « Videant pauperes, et lætentur: quærite Deum, et vivet anima vestra. » Cum pro pauperibus rogasset, ipsos demum alloquitur, ipsisque vitam denuntiat, non corporum, sed animarum: quam ab ipsis Deum quærentibus reperiendam esse pollicetur, talia fatus: « Quærite Deum, et vivet anima vestra. » Fons quippe vitæ penes illum est. Quamobrem iisdem pauperibus præcipit, ut, omnia postponentes, illum fide bonaque spe muniti perquirant; ita enim eos vita animæ victuros pollice- B tur: de qua vita hæc Apostolus docuit: « Nam vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos cum illo apparebitis in gloria [61]. » Postea subdit: « Quoniam exaudivit pauperes Dominus, et vinctos suos non despexit. » Hic rursum, « exaudivit, » pro, « exaudiet; » et, « non despexit, » pro, « non despiciet, » dictum est. Cum jam enim dixisset, « Quærite Deum, et vivet anima vestra; » fidenter ait, quærite, quoniam exaudiet pauperes. Neque enim voluptariorum, superborum et arrogantium Deus est; sed humilium et pauperum. Quapropter dicitur: « In quem respiciam, nisi in mansuetum et humilem et quietum et trementem sermones meos [62]? » Fiducia igitur instructi quærite C Deum, gnari Dominum vos pauperes exauditurum, et vinctos suos non despecturum esse; sive secundum Symmachum: « Et vinctos suos non parvi faciet. » Quo pacto autem hi pauperes, vincti et compediti fuerint intelliges, si Paulum audias dicentem: « Paulus vinctus Jesu Christi [63]: » ac similiter reliqui discipuli pro Christi vinctis habendi. Quin etiam ii qui in tabernaculo (corporis) quasi in vinculis sunt, lugent supplicantes a vinculis eripi: quare dicunt: « Infelix ego homo, quis me liberabit ex corpore mortis hujus [64]? » Qui ergo corruptibili corpore onusti sunt, et corruptionem aversantur, gementes in hac corruptibili vita, vincti Dei sunt, et compediti ejus, quorum deprecationes non D despiciet neque aversabitur. Qui vero vincula sua impinguant, et nimia voluptate fovent, vincti corruptionis et mortis jure dicantur.

θεῖσαν αὐτοῦ αἴνεσιν τὴν ὑπὲρ μόσχον νέον τὸν κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς. Καὶ δὴ πληρουμένης αὐτοῦ τῆς εὐχῆς μακροῖς ὕστερον χρόνοις, ἐμακάριζε τοὺς κατηξιωμένους τῆς τῶν πραγμάτων θέας· διὸ ἐν Εὐαγγελίοις ἀναγέγραπται τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς εἰπών· « Ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπουσι, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι ἀκούουσι. » Ταῦτα γὰρ σύμφωνα ἦν τῷ φήσαντι λόγῳ· « Ἰδέτωσαν πτωχοὶ καὶ εὐφρανθήτωσαν· ἐκζητήσατε τὸν Θεὸν, καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν. » Εὐξάμενος ὑπὲρ τῶν πτωχῶν, πρὸς αὐτοὺς λοιπὸν ποιεῖται τὸν λόγον, εὐαγγελίζεταί τε αὐτοῖς ζωὴν οὐ σωμάτων, ἀλλὰ ψυχῶν· καὶ ταύτην αὐτοῖς εὑρεθήσεσθαι ἐκζητήσασι τὸν Θεὸν ἐπαγγέλλεται· διό φησι· « Ἐκζητήσατε τὸν Θεὸν, καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν. » Πηγὴ γὰρ ζωῆς παρ' αὐτῷ. Διὸ πάντα δεύτερα θεμένους τοὺς εἰρημένους πτωχοὺς, ἐκζητεῖν αὐτὸν προστάττει μετὰ πίστεως καὶ ἀγαθῆς ἐλπίδος· ζήσεσθαι γὰρ αὐτοὺς ἐπαγγέλλεται ζωὴν ψυχῆς, περὶ ἧς καὶ ὁ Ἀπόστολος ἐδίδασκε λέγων· « Ἡ γὰρ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ. Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ὑμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ. » Εἶτ' ἐπιλέγει· « Ὅτι εἰσήκουσε τῶν πενήτων ὁ Κύριος, καὶ τοὺς πεπεδημένους αὐτοῦ οὐκ ἐξουδένωσε. » Πάλιν δὲ κἀνταῦθα τὸ, « εἰσήκουσεν, » ἀντὶ τοῦ, « εἰσακούσεται, » εἴρηται, καὶ τὸ, « οὐκ ἐξουδένωσεν, » ἀντὶ τοῦ, « οὐκ ἐξουδενώσει. » Προειπὼν γὰρ, « Ζητήσατε τὸν Θεὸν, καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν, » θαρσούντως φησὶ, Ζητήσατε, ὅτι εἰσακούσεται τῶν πενήτων. Οὐ γὰρ τρυφώντων ἐστὶν ὁ Θεὸς, οὐδὲ ἐπηρμένων καὶ ἀλαζονευομένων, ἀλλὰ ταπεινῶν καὶ πενήτων. Διὸ εἴρηται· « Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον καὶ ταπεινὸν, καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; » Θαρσοῦντες οὖν ζητήσατε τὸν Θεὸν, εἰδότες, ὅτι εἰσακούσεται ὑμῶν τῶν πενήτων Κύριος, καὶ τοὺς πεπεδημένους αὐτοῦ οὐκ ἐξουδενώσει· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Καὶ τοὺς δεσμώτας τοὺς ἑαυτοῦ οὐκ ἐξευτελίσει. » Νοήσεις δὲ ὅπως οἱ πτωχοὶ οὗτοι δεσμῶται καὶ πεπεδημένοι γεγόνασιν ἀκούων Παύλου λέγοντος· « Παῦλος δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ· » ᾧ παραπλησίως καὶ οἱ λοιποὶ μαθηταὶ δέσμιοι ἦσαν Χριστοῦ. Ἀλλὰ καὶ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει ὥσπερ ἐν δεσμοῖς ὄντες στένουσι λυθῆναι τῶν δεσμῶν ἱκετεύοντες· διό φασι· « Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; » Οἱ μὲν οὖν τὸ φθαρτὸν σῶμα βαρούμενοι, καὶ τὴν φθορὰν ἀποστρεφόμενοι, στένοντές τε ἐπὶ τῷ φθαρτῷ βίῳ, δεσμῶται τοῦ Θεοῦ τυγχάνουσι, καὶ πεπεδημένοι αὐτοῦ, ὧν τὰς εὐχὰς οὐκ ἐξουδενώσει, οὐδὲ ἀποστραφήσεται. Οἱ δὲ τοὺς ἑαυτῶν δεσμοὺς πιαίνοντες, καὶ διὰ πολλῆς τρυφῆς περιέποντες, δεσμῶται φθορᾶς καὶ θανάτου λεχθεῖεν ἂν εἰκότως.

VERS. 35. « Laudent illum cœli et terra, mare et omnia reptilia in eo. » Quoniam regnum cœlorum pauperibus pollicitus est his verbis: « Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum [65]; » admodum consequenter postquam de pauperibus locutus est, infert: « Laudent illum

« Αἰνεσάτωσαν αὐτὸν οὐρανοὶ καὶ γῆ, θάλασσα καὶ πάντα τὰ ἕρποντα ἐν αὐτῇ. » Ἐπειδὴ τοῖς πτωχοῖς ἐπηγγείλατο βασιλείαν οὐρανῶν εἰπὼν, « Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· » σφόδρα ἀκολούθως μετὰ τὸν περὶ τῶν πενήτων λόγον ἐπιφέρει· « Αἰνεσάτωσαν αὐτὸν οὐρα-

[60] Matth. XIII, 16. [61] Coloss. III, 3, 4. [62] Isa. LXVI, 2. [63] Philem. I, 1. [64] Rom. VII, 24. [65] Matth. V, 3.

νοί.» Ἐπειδὴ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κατά τε A γῆν καὶ θάλασσαν ἤμελλον Ἐκκλησίαι τῷ Θεῷ συνίστασθαι ἐκ τῶν προλελεγμένων πτωχῶν, ἀκολούθως ἐπισυνῆπται, « καὶ γῆ καὶ θάλασσα καὶ πάντα τὰ ἕρποντα ἐν αὐτοῖς.» Ἕρποντα δὲ ἐπὶ γῆς καὶ θαλάσσης ἐνταῦθα κελευόμενα σὺν οὐρανῷ καὶ γῇ αἰνεῖν τὰ ἔθνη τυγχάνει τὰ ἐν τῷ θνητῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἑρπετῶν δίκην τὸ παλαιὸν ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ πορευόμενα. Καὶ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ θηρία καὶ ἑρπετὰ ἀλληγορικῷ τρόπῳ τὰ ἔθνη κέκληται, ἐν οἷς εἴρηται· « Καὶ συμβοσκήσεται λύκος μετὰ ἀρνὸς, καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ, καὶ λέων ὡς βοῦς φάγεται ἄχυρα. Καὶ παιδίον νήπιον ἐπὶ τρώγλην ἀσπίδων καὶ ἐπὶ κοίτην ἐγγόνων ἀσπίδων τὴν χεῖρα ἐπιβαλεῖ, καὶ οὐ μὴ ἀδικήσουσιν·» ἃ καὶ διερμηνεύων ἑξῆς ὁ λόγος ἐπιφέρει· « Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ B καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐν αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι.» Τῆς οὖν μεταβολῆς ταύτης τῶν ἐθνῶν ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ γιγνομένης, εἰκότως σὺν οὐρανῷ καὶ τοῖς κατ' οὐρανὸν ἀγγέλοις τὰ ἀποδοθέντα ἑρπετὰ αἰνεῖν προστάττεται τὸν Θεόν. Διὸ λέλεκται· « Αἰνεσάτωσαν αὐτὸν οὐρανοὶ καὶ γῆ, θάλασσα καὶ πάντα τὰ ἕρποντα ἐν αὐτοῖς.» Πῶς δὲ δύναται τὸν Θεὸν αἰνεῖν τὰ ἑρπετὰ, εἰ μὴ μετάσχοι φρονήσεως καὶ Θεοῦ γνώσεως; Οὐκοῦν θύσει τὴν θυσίαν τῆς αἰνέσεως καὶ τὰ ἑρπετά; Ὅτι δὲ ἀνθρώπους διὰ τούτων αἰνίττεται, διδάσκει τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν ᾧ γέγραπται· « Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους μετανοίας.»

cœli.» Quia vero futurum erat, ut per totum orbem in terra et in mari Ecclesiæ Deo ex memoratis pauperibus constituerentur, secundum hæc additur: « et terra et mare et omnia reptilia in eis.» Quæ reptilia in terra et in mari una cum terra et cœlo laudare jubentur, gentes sunt, quæ olim in mortali hominum vita reptilium instar supra pectus et ventrem gradiebantur. In Isaia quoque feræ et reptilia allegorico more gentes vocantur, cum dicitur: « Et pascet lupus cum agno, et pardus cum hædo accubabit, et leo quasi bos comedet paleas. Et puer infans in foveam aspidum, et in cubile filiorum aspidum manum injiciet; et nihil lædent eum [66].» Quæ sub hæc explicans infert: « Et erit radix Jessæ, et qui surgit ad imperandum gentibus, in eum gentes sperabunt [67].» Tanta igitur gentium mutatione in adventu Christi effecta, jure cum cœlo et iis qui in cœlo sunt angelis prædicta reptilia Deum laudari jubentur. Quare dictum est: « Laudent illum cœli et terra, mare et omnia reptilia in eis.» Quomodo possunt reptilia Deum laudare, nisi prudentia et cognitione Dei instructa? An reptilia sacrificium laudis offerent? Quod reptilibus illis homines subindicentur, docet Evangelium his verbis: « Genimina viperarum, quis vos docuit fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ [68].»

« Ὅτι ὁ Θεὸς σώσει τὴν Σιὼν, καὶ οἰκοδομηθήσονται C αἱ πόλεις τῆς Ἰουδαίας.» Αἰτίαν ἀποδίδωσι δι' ἣν οὐρανοὶ καὶ γῆ καὶ θάλασσα καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς αἰνέσειν λέγονται τὸν Θεόν. Ἡ δὲ αἰτία ἐστὶν αὕτη, « Ὅτι ὁ Θεὸς σώσει τὴν Σιὼν, καὶ οἰκοδομηθήσονται αἱ πόλεις Ἰουδαίας.» Ποίαν δὲ Σιὼν, ἢ δηλονότι τὴν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἱδρυθεῖσαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἐκκλησίαν; Πόλεις δὲ Ἰουδαίας μὴ ὄκνει λέγειν τὰς θεοπνεύστους Γραφὰς, δι' ὧν ἡ Ἰουδαϊκὴ πολιτεία τετύπωται. Ἀλλ' αὗται μὲν αἱ πόλεις καθῄρηντο, ὅσον ἐπὶ Ἰουδαίοις, οἰκοδομὴν δὲ εἰλήφασι διὰ τῆς ἐν Χριστῷ καινῆς διδασκαλίας· δι' ἧς καὶ ἡ ἀληθινὴ περιτομὴ συνίσταται, καὶ τὰ πνευματικὰ Σάββατα, καὶ αἱ πνευματικαὶ θυσίαι καὶ πάντα τούτοις ἀκολούθως κατὰ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ πνευματικοῦ νόμου. Οὕτως οὖν οἰκοδομοῦνται αἱ πό- D λεις τῆς Ἰουδαίας, καὶ κατοικήσουσιν ἐν αὐταῖς οἱ πολῖται καὶ οἱ κληρονόμοι τῶν ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐπηγγελμένων· διὸ λέλεκται· « Καὶ κληρονομήσουσιν αὐτήν.» Ἀλλὰ καὶ « τὸ σπέρμα τῶν δούλων αὐτοῦ καθέξουσιν αὐτήν.» Δοῦλοι δὲ αὐτοῦ τίνες ἂν εἶεν, ἢ πάντως οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθηταὶ, καὶ τὸ σπέρμα τὸ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης κατασπαρὲν, ὅπερ τὴν κληρονομίαν τὴν ἐπηγγελμένην ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς καθέξει; Ἀλλὰ καὶ « οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατασκηνώσουσιν ἐν αὐτῇ,» δῆλον δ' ὅτι τῇ κληρονομίᾳ· οἷς λεχθήσεται· « Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοι-

VERS. 36, 37. « Quoniam Deus salvam faciet Sion, et ædificabuntur civitates Judææ.» Causam effert cur cœli, terra, mare et omnia quæ in eis sunt Deum laudatura esse dicantur. Ea vero est: « Quoniam Deus salvam faciet Sion, et ædificabuntur civitates Judææ.» Quam Sionem dicit, nisi Ecclesiam Servatoris nostri in toto orbe fundatam? Civitates autem Judææ ne cuncteris dicere divinitus afflatas Scripturas, queis Judæorum respublica informatur. Sed hæ quidem civitates, quantum ad Judæos spectat, de medio sublatæ sunt; sed denuo ædificatæ per novam in Christo doctrinam fuere, qua et vera circumcisio consistit, necnon spiritualia Sabbata, spirituales hostiæ et omnia quæ hæc consequuntur secundum interpretationem spiritualis legis. Sic itaque ædificantur civitates Judææ, in eisque inhabitabunt cives et hæredes promissorum quæ in divinis Scripturis feruntur. Quare dictum est: « Et hæreditabunt illam.» Sed etiam « semen servorum ejus possidebit eam.» Servi autem ejus qui fuerint, nisi haud dubie Salvatoris nostri discipuli, et semen in universo orbe sparsum, quod hæreditatem in divinis Scripturis promissam obtinebit? Imo, « qui diligunt nomen ejus habitabunt in ea,» id est, in ea hæreditate. Quibus dicetur: « Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum vobis paratum a constitutione mundi [69].» Quod si cœlestis sit Dei civitas Sion, de qua Apostolus hæc docuit:

[66] Isa. xi, 6-9. [67] ibid. 10. [68] Luc. iii, 8. [69] Matth. xxv, 34.

quæ est mater nostra [70]; et : « Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem [71]; » fueritne Judææ civitas? sed consequenter dicamus esse cœlestem Sion ubi mansiones apud Patrem multæ [72]: quas incolent et hæreditate accipient omnes servi ejus, sive illi olim prophetæ et religiosi viri, sive qui postea ministri Evangelii ipsius fuere. Imo etiam semen eorum scilicet qui ab illis secundum Deum orti sunt, profectu aucti et ad perfectam Dei charitatem progressi, hoc munus condignumque præmium ab ipso recipient, quod inhabitent in promissa sibi hæreditate.

1. IN FINEM, IPSI DAVID IN REMEMORATIONEM. LXIX.

VERS. 2-4. « Deus, in adjutorium meum intende. » Neque canticum, neque psalmus, neque quid simile hi, quos tractamus, sermones sunt : cæterum ad finem remittunt, quia de futuro supplicationem habent. Dicuntur autem, « ipsi David in rememorationem; » utpote qui ideo dicti fuerint, ut posset eos in promptu ore proferre, utque iis pro remedio in casibus variis uteretur. Duo autem sunt « in rememorationem » inscripti; hic quem tractamus, et XXXVII, qui item « in rememorationem » inscriptus est. Sed ille non ad finem remittit, sed est « psalmus Davidi in rememorationem; » hic vero « in finem » inscriptus est. Nam XXXVII, non futura prænuntiabat, sed præteritarum rerum memoriam refricabat : quamobrem eodem quo sextus exordio utitur, nempe, « Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. » Et eodem uterque argumento erant. Siquidem sextus in sequentibus ait : « Laboravi in gemitu meo : lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo [73]. » Tricesimus vero septimus similia docet his verbis : « Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum : quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, sicut onus grave gravatæ sunt super me. Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ [74]. » Hæc porro et similia ad memoriam admissi sceleris referebat. Quare « in rememorationem » inscriptus est, frequenti confessione præterita repetens. Quæ item causa est, ut « in finem » non inscribatur. Hic vero « in finem » dicitur, quia exspectatarum rerum precatio est, prævertente Propheta ac rogante; ut si quando contingant inimicorum insultus et insidiæ in se paratæ, his remediis usus, ea quasi antidota quodvis perniciosum amuletum depellentia afferat. Num etiam hæc dicta ad personam Salvatoris nostri prophetice referantur? Quandoquidem in præcedenti psalmo clare passionem ejus vaticinanti ex ejus persona dicebatur : « Ego sum pauper et dolens, salus tua, Deus, suscepit me [75]; » similiter

A Εἰ δὲ ἐπουράνιός ἐστι τοῦ Θεοῦ πόλις Σιὼν, περὶ ἧς ὁ Ἀπόστολος ἐδίδαξεν εἰπών· « Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν· » καὶ, « Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, » εἶεν ἂν πόλις τῆς Ἰουδαίας; (1) δι' ἃς ἀκολούθως τῇ ἐπουρανίῳ Σιὼν αἱ πολλαὶ παρὰ τῷ Πατρὶ μοναὶ, ἐν αἷς κατοικήσουσι, καὶ ἃς κληρονομήσουσι πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ· οἵ τε πάλαι γενόμενοι προφῆται καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρες, καὶ οἱ μετὰ ταῦτα ὑπηρέται καὶ διάκονοι τοῦ Εὐαγγελίου αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν, οἱ ἐξ αὐτῶν δηλαδὴ κατὰ Θεὸν γεγενημένοι, προκόψαντες καὶ εἰς τὸ τέλειον ἐλθόντες τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγάπης, τοῦτο γέρας ἕξουσι καὶ μισθὸν ἐπάξιον παρ' αὐτοῦ, τὸ κατασκηνῶσαι ἐν τῇ ἐπηγγελμένῃ αὐτοῖς κληρονομίᾳ.

B ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΕΙΣ ΑΝΑΜΝΗΣΙΝ. ΞΘ'.

« Ὁ Θεὸς, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες. » Οὔτε ᾠδὴ, οὔτε ψαλμὸς, οὔτε τι τῶν τοιούτων οἱ προκείμενοι τυγχάνουσι λόγοι· πλὴν ἀναπέμπουσιν εἰς τὸ τέλος, ἐπεὶ περὶ μελλόντων τὴν ἱκετηρίαν ποιοῦνται. Εἴρηνται δὲ « τῷ Δαυῒδ εἰς ἀνάμνησιν· » ὡς ἂν εἰς αὐτὸ τοῦτο λεχθέντες, ἵν' ἔχοι προχείρως διὰ στόματος ἀπομνημονεύειν αὐτοὺς, καὶ ἀντὶ ἐπῳδῆς αὐτοῖς ἐν ταῖς περιστάσεσι χρῆσθαι. Δύο δέ εἰσιν οἱ « εἰς ἀνάμνησιν » ἐπιγεγραμμένοι, ὅ τε μετὰ χεῖρας, καὶ ὁ λζ' ἐπιγεγραμμένος καὶ αὐτὸς « εἰς ἀνάμνησιν. » Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν οὐκ εἰς τὸ τέλος ἀνέπεμπεν, ἀλλ' ἦν « ψαλμὸς τῷ Δαυῒδ εἰς ἀνάμνησιν· » Οὗτος δὲ « εἰς τὸ τέλος » ἐπιγράφει. Ὁ μὲν οὖν λζ', C οὐ μελλόντων ἦν προαγορευτικὸς, ἀλλὰ παρῳχηκότων πραγμάτων ὑπομνηστικός· διὸ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν εἶχε τῷ ς' λέγων· « Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. » Μίαν τε οἱ ἀμφότεροι ὑπόθεσιν περιεῖχον. Ὁ μὲν γὰρ ἕκτος προϊὼν ἐπιλέγει· « Ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου· λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου· ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω· » ὁ δὲ λζ' τὰ ὅμοια διδάσκει λέγων· « Οὐκ ἔστιν εἰρήνη ἐν τοῖς ὀστέοις μου ἀπὸ προσώπου τῶν ἁμαρτιῶν μου· ὅτι αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ. Προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου. » Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπὶ τὴν μνήμην τοῦ πραχθέντος αὐτῷ πλημμελήματος ἀνέ- D φερε. Διόπερ « εἰς ἀνάμνησιν » ἐπέγραφεν, ἐπαναλαμβάνων τὰ παρελθόντα διὰ τῆς συνεχοῦς ἐξομολογήσεως. Διὸ οὐκ ἐπέγραφεν « εἰς τὸ τέλος. » Ὁ δὲ παρὼν « εἰς τὸ τέλος » εἴρηται, ἐπειδήπερ ἱκετηρία ἐστὶ προσδοκωμένων πραγμάτων, τοῦ Προφήτου προλαμβάνοντος καὶ εὐχομένου· ἵν', εἴ ποτε συμβαῖεν ἐχθρῶν ἐπαναστάσεις καὶ ἐπιβουλαὶ κατ' αὐτοῦ, ταῖς προκειμέναις ἐπῳδαῖς χρώμενος ἀλεξιφάρμακα ὥσπερ ἀποτρόπαια παντὸς πονηροῦ ἀντιπεριάμματος ἐπάγοιτο. Μήποτε δὲ καὶ προφητικῶς εἰς πρόσωπον ἀναφέρεται τὰ λεγόμενα τοῦ Σωτῆρος; ἐπειδήπερ ἐν μὲν τῷ πρὸ τούτου σαφῶς θεσπίζοντι τὸ πάθος αὐτοῦ ἐλέγετο ἐξ αὐτοῦ προσώπου· « Πτωχὸς καὶ

[70] Galat. IV, 26. [71] Hebr. XII, 22. [72] Joan. XIV, 2. [73] Psal. VI, 7. [74] Psal. XXXVII, 4-6. [75] Psal. LXVIII, 30.

(1) Lectio, ut videtur, vitiata.

ἀλγῶν ἐγώ εἰμι, ἡ σωτηρία σου, ὁ Θεός, ἀντελάβετό μου·» ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας προϊὼν φάσκει· «Ἐγὼ δὲ πτωχὸς καὶ πένης, ὁ Θεός, βοήθησόν μοι.» Ὥστε καὶ διὰ τοῦτο ἀναγκαίως ἐπιγράφειν «εἰς τὸ τέλος.» Ἐὰν μὲν οὖν ἐκ προσώπου τοῦ Δαυῒδ λέγοιτο, εἴποι ἂν ὅτι μεγάλου βασιλεύων ἔθνους, σφόδρα πλουσιώτατος ὤν, οὐκ ἠγνόει τὸ φάσκον λόγιον· «Ὅσῳ μέγας εἶ, τοσούτῳ ταπείνου σεαυτὸν, καὶ ἐνώπιον Κυρίου εὑρήσεις χάριν.» Διὸ μετριοφρονῶν καὶ ταπεινοφρονῶν καὶ ἀληθῶς σμικρύνων ἑαυτὸν, καὶ πρὸς τὸ μέγεθος ἀφορῶν τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος τοῦ Θεοῦ, πτωχὸν καὶ πένητα ἑαυτὸν διὰ τῶν προκειμένων ὠνόμασε· καὶ ἀρχόμενος δὲ τοῦ λόγου, ὡς μηδὲν αὐτῷ συμβαλλομένου, μήτε πλούτου, μήτε βασιλείας, μήτε τῆς τοῦ παντὸς ἔθνους βοηθείας, μήτε τῆς ἐξ ἀσκήσεως πορισθείσης αὐτῷ δικαιοσύνης, τὴν παρὰ μόνου τοῦ Θεοῦ βοήθειαν ἐξῄτει λέγων· «Ὁ Θεὸς, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες. Κύριε, εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον.» Ὁρῶν δὲ πολλοὺς διαφθονουμένους τῇ κατὰ Θεὸν αὐτοῦ προκοπῇ καὶ βασκαίνοντας αὐτοῦ τῇ σωτηρίᾳ τῆς ψυχῆς, προστίθει τό, «Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐντραπήτωσαν οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου. Ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω καὶ καταισχυνθήτωσαν οἱ βουλόμενοί μοι κακά. Ἀποστραφήτωσαν παραυτίκα αἰσχυνόμενοι οἱ λέγοντές μοι, Εὖγε, εὖγε.» Διὰ τούτων γὰρ ὁμολογεῖ αὐτὸς μὲν ἑαυτῷ μὴ δύνασθαι ἐπαρκεῖν, δεῖσθαι δὲ τῆς παρὰ τοῦ κρείττονος βοηθείας· ὡς, εἰ μὴ τύχοι ταύτης, ἔρημος ἐσόμενος καὶ ἐλεγχθησόμενος ἀσθενὴς καὶ πλέον οὐδὲν ἢ θνητὸς ἄνθρωπος· καὶ ὡς οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ἐπιχαιρεσίκακοί τινες ὄντες πεσόντι αὐτῷ ἐπαναβήσονται. Εἰ δὲ βοηθοῦ τύχοι τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς μὲν ἔσται ἀνώτερος· αἰσχύνην δὲ καταχεοῦνται οἱ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἐπίβουλοι· οἵτινες ἐφ' ἑκάστῃ πράξει κατὰ πόδας αὐτοῦ βαίνοντες καὶ πειρώμενοι ἐπιλαμβάνεσθαι αὐτοῦ λέγειν εἰώθασιν, «Εὖγε, εὖγε,» ὡς ἂν ἐπιτυγχάνοντες καὶ κατ' εὐχὰς πράττοντες ἐν οἷς αὐτὸν σφάλλεσθαι ἐνόμιζον. Εἰ δὲ ἐπὶ τὸν Σωτῆρά τις ἀναφέροι ταῦτα διὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν, ἐρεῖ, ὅτι τοὺς ἐπιβουλεύοντας αὐτοῦ τῷ λόγῳ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, τῷ τε μεγάλῳ σώματι τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ θεωρῶν ἐπανισταμένους, καὶ τοὺς διωγμοὺς συνεχῶς κατ' αὐτῆς ἐνεργοῦντας, ἀποτροπιαζόμενος αὐτῶν τὴν κακίαν, ταύτην προφητικῶς ἀνέπεμπε τὴν εὐχὴν, οὕτω δεῖν εὔχεσθαι διδάσκων τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ.

«Ἀγαλλιάσθωσαν καὶ εὐφρανθήτωσαν ἐπὶ σὲ πάντες οἱ ζητοῦντές σε.» Τὰ μὲν πρῶτα ἀνατρεπτικὰ ἦν τῶν ἐναντίων· ἀκολούθως δὲ τὰ δεύτερα ὑπὲρ τῶν οἰκείων πρεσβεύει. Καὶ εἰ μὲν ὁ Δαυῒδ δικαίῳ πρέπουσαν εὐχὴν ἐποιεῖτο, ὡς ἂν πάντες οἱ τὸν Θεὸν ζητοῦντες, ὧν εἷς καὶ αὐτὸς ἦν, ἀγαλλιάσεως καὶ εὐφροσύνης μετέχοιεν τῶν ἐχθρῶν καταισχυνομένων· οἱ δὲ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ λέγοιεν ἂν, «Μεγαλυνθήτω ὁ Θεός·» καὶ τοῦτο μὴ εἰσάπαξ, μηδὲ ἐνί ποτε καιρῷ, ἀλλὰ διαπαντὸς λέγοιεν, νικῶντος ἐν αὐτοῖς καὶ δι' αὐτῶν πᾶν τὸν πολέμιον γένος τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ ὁ Σωτὴρ τοῖς προλεχθεῖσιν (1) ἀκολούθως εἴη ὑπὲρ τῶν ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν εἰς

[78*] Eccli. III, 20.

(1) Λείπει.

A in præsenti postea dicit: « Ego vero egenus et pauper sum, Deus, adjuva me. » Ita ut ea de causa « in finem » necessario inscribatur. Quod si ex persona Davidis proferatur, dicas licet ipsum magnæ gentis regem, ac ditissimum, non ignorasse tamen dictum illud: « Quanto major es, tanto magis teipsum humilia, et in conspectu Domini invenies gratiam [78*]. » Quare moderate et humiliter sentiens, vereque sese parvum reputans, ac respiciens magnitudinem divitiarum bonitatis Dei, egenum se et pauperem in præsenti vocavit: atque sermonem ordiens, ac si divitiæ, regnum, totius populi auxilia, itemque justitia per exercitationem comparata, nihil sibi conferrent, solius Dei auxilium expetebat dicens: « Deus, in adjutorium B meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina. » Animadvertens autem plurimos esse qui suo secundum Deum profectui, livore ducti, ac saluti animæ suæ inviderent, illud adjecit: « Confundantur et revereantur qui quærunt animam meam. Avertantur retrorsum et erubescant qui volunt mihi mala. Avertantur statim erubescentes qui dicunt mihi, Euge, euge. » His confitetur se non sibi satis esse, sed Dei auxilio egere. Futurum quippe erat, si id non consequeretur, ut desertus esset, ac infirmus nihilque magis quam mortalis homo deprehenderetur, inimicique alienis malis gaudentes, lapsum se invasuri essent. Si vero adjutorem Deum nancisceretur, superiorem se fore animæque suæ inimicos pudore suffusum iri sperabat. Hi enim ad C singula gesta ejus e vestigio incedentes observabant, ipsumque comprehendere studentes dicere solebant, « Euge, euge, » quasi re bene gesta et pro voto succedente, cum lapsum eum putarent. Quod si quis hæc ad Salvatorem ob super traditam causam referat, is dicet, ipsum cum cerneret eos qui verbo et doctrinæ suæ magnoque Ecclesiæ suæ corpori insidiabantur, insurgere ac frequenter adversus illam persecutiones excitare; eorum malitiam exsecratum, hanc prophetice orationem emisisse, hocque orandi institutum Ecclesiæ suæ tradidisse.

D Vers. 5, 6. « Exsultent et lætentur super te omnes qui quærunt te. » Priora quidem ad inimicos avertendos dicta sunt; secunda vero pro domesticis supplicant. Et sane quidem David orationem justo congruentem emisit, precatus ut universi qui Deum requirunt, ex quorum ille numero erat, inimicis pudore suffusis, exsultationis et gaudii participes sint. Ii vero qui diligunt salutare Dei, jure dixerint, « Magnificetur Dominus; » idque non semel, sed omni tempore, quia ipse Dominus in ipsis ipsorumque opera genus omne adversariorum Dei profligat. Quod si Salvator prædictis verbis usus sit, consequenter de omnibus gentibus in se cre-

dentibus dixerit : « Exsultent et lætentur in te omnes qui quærunt te. » Non enim Judæi solum, neque ii qui se ex Abrahamo ortos gloriantur; sed universim et indefinite omnes prorsus qui quærunt te, ex quovis genere fuerint, « exsultent et lætentur in te, et dicant, Magnificetur Deus : » idque omni tempore dicant qui diligunt salutare tuum, scilicet Salvatorem, qui sæpe in Scripturis salutare vocatur; quem diligunt ii, qui doctrinam ejus in dilectione pura operibus fovent. « Ego vero egenus et pauper sum : Deus, adjuva me. » David quoque, dives cum esset, humiliter sentiebat, gnarus scilicet magnitudinis Dei, et quod se nihil esse videret. Quare solius fortis [Dei] opem implorabat dicens : « Deus, adjuva me : adjutor meus et liberator meus es tu, Domine, ne moreris. » Christus quoque cum dives esset, propter nos egenus factus est, ut docuit divinus Apostolus [76]. Quamobrem seipsum Spiritus auxilio commendabat, pro populo suo deprecans, et pro Ecclesia; ne diutius tempore persecutionum impugnata, gravi hinc detrimento afficeretur. Quamobrem ait : « Adjutor meus et liberator meus es tu, Domine, ne moreris. » An porro hæc ad tempus passionis Servatoris referantur, tu ipse consideres velim. Quandoquidem enim in præcedenti illatas sibi vexationes descripsit; quomodo intraverint aquæ usque ad animam suam, qui infixus sit in limo profundi, venerit in altitudinem maris, multiplicati sint super capillos capitis sui qui se gratis oderunt, et alia multa ibidem allata perpessus sit; jure hanc supplicationem Patri suo emittit dicens : « Deus, in adjutorium meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina, » et cætera. Quia apostolorum suorum ordinem amoris sui causa magna in confusione versantem videbat, secundas pro illo voces edebat; ut accepto resurrectionis suæ, quam ejus videndi cupidi exspectabant, nuntio, exsultatione et lætitia repleti semper dicerent, « Magnificetur Dominus : » ipsi quippe erant qui diligebant salutare ipsius.

(1) LXX.

VERS. 1-5. « In te, Domine, speravi, non confundar in æternum, in justitia tua libera me et eripe me. » His similia tricesimus quoque psalmus circumfert, hoc item modo orsus : « In te, Domine, speravi, non confundar in æternum, in justitia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam [77]. » Sed ille quidem, « In finem, » et « Psalmus Davidi, » inscriptus est; hic autem titulo caret. Ille confessionem cum supplicatione continet, hic vero prophetia videtur esse ex persona Salvatoris prolata. Quare « Davidis » consueto more non inscriptus est. Dixerit fortasse quispiam oportere illum præcedentibus conjungere, quod magnam cum illis ha-

A αὐτὸν πεπιστευκότων, λέγοι ἂν τὸ, « Ἀγαλλιάσθωσαν καὶ εὐφρανθήτωσαν ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ζητοῦντές σε. » Μὴ γὰρ μόνοι Ἰουδαῖοι, μηδὲ οἱ τὸν Ἀβραὰμ αὐχοῦντες, ἀλλὰ καθόλου καὶ ἀορίστως πάντες ὅσοι δήποτε καὶ ἐξ οἵου γένους εἶεν οἱ ἐκζητοῦντές σε, « ἀγαλλιάσθωσαν καὶ εὐφρανθήτωσαν ἐπὶ σοὶ, καὶ λεγέτωσαν, Μεγαλυνθήτω ὁ Θεός· » καὶ τοῦτο λεγέτωσαν διαπαντὸς οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριόν σου· αὐτὸν δηλαδὴ τὸν Σωτῆρα σωτήριον πολλαχοῦ τῶν Γραφῶν ὠνομασμένον, ὃν ἀγαπῶσιν οἱ δι' ἔργων τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ καθαρᾷ περιέποντες. « Ἐγὼ δὲ πτωχὸς καὶ πένης· ὁ Θεὸς, βοήθησόν μοι. » Καὶ Δαυῒδ πλούσιος ὢν ἐταπεινοφρόνει, ἅτε γνῶσιν ἔχων τοῦ μεγέθους τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ μηδὲν ἑαυτὸν ὁρῶν. Διὸ τὴν παρὰ μόνου τοῦ ἰσχυροῦ βοήθειαν ἐξῃτεῖτο λέB γων· « Ὁ Θεὸς, βοήθησόν μοι· βοηθός μου καὶ ῥύστης μου εἶ σὺ, Κύριε, μὴ χρονίσῃς. » Καὶ ὁ Χριστὸς δὲ πλούσιος ὢν δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν, ὡς ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Διὸ καὶ ἑαυτὸν ἀνετίθει τῇ τοῦ Πνεύματος βοηθείᾳ, πρεσβεύων ὑπὲρ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ καὶ τῆς Ἐκκλησίας, ὡς ἂν μὴ, εἰς μακροὺς χρόνους πολεμουμένη ἐν τοῖς καιροῖς τῶν διωγμῶν, μεγάλην ἀπενέγκοιτο βλάβην. Διό φησι· « Βοηθός μου καὶ ῥύστης μου εἶ σὺ, Κύριε, μὴ χρονίσῃς. » Εἰ δὲ καὶ ταῦτα ἀναφέροιτο ἐπὶ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ αὐτὸς ἐπιστήσεις. Ἐπειδὴ γὰρ διέγραψεν ἐν τῷ πρὸ τούτου τὰς κατ' αὐτοῦ ἐπαναστάσεις· ὅπως τε εἰσέλθοσαν ὕδατα ἕως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ἐνεπάγη εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ ὡς ἦλθεν εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης· ἐπληθύνθησάν τε ὑπὲρ τὰς C τρίχας τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ οἱ μισοῦντές με δωρεάν· πέπονθέ τε ὅσα καὶ εἴρηται· εἰκότως τὴν παροῦσαν δέησιν ἀναπέμπει πρὸς τὸν Πατέρα λέγων· « Ὁ Θεὸς, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες· Κύριε, εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον, » καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα. Ἐπειδὴ ἑώρα τὸ τάγμα τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἐν πολλῇ συγχύσει γεγενημένον διὰ τὴν περὶ αὐτὸν ἀγάπην, τὰς δευτέρας ὑπὲρ αὐτῶν προΐετο φωνὰς, ὅπως, ἀπολαβόντες αὐτοῦ τὴν ἀνάστασιν ἣν περιέμενον ποθοῦντες ἰδεῖν, πληρωθεῖεν ἀγαλλιάσεως καὶ εὐφροσύνης, λέγοντες διαπαντός· « Μεγαλυνθήτω ὁ Θεὸς, » αὐτοὶ ὄντες οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριον αὐτοῦ.

Ο'.

« Ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα, μὴ καταισχυνθείην εἰς D τὸν αἰῶνα, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ῥῦσαί με, καὶ ἐξέλου με. » Τὰ ἰσοδυναμοῦντα τούτοις καὶ ὁ λ' περιέχει ψαλμὸς, τοῦτον καὶ αὐτὸς ἀρχόμενος τὸν τρόπον. « Ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ῥῦσαί με. Κλῖνον πρὸς μὲ τὸ οὖς σου. » Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, « Εἰς τὸ τέλος, » καὶ « Ψαλμὸς τῷ Δαυῒδ, » ἐπεγέγραπτο· ὁ δὲ παρὼν ἀνεπίγραπτος τυγχάνει. Κἀκεῖνος μὲν ἐξομολόγησιν σὺν ἱκετηρίᾳ περιεῖχεν, ὁ δὲ προφητεία ἔοικεν ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος προενηνεγμένη. Διὸ οὐδὲ ἐπιγέγραπται συνήθως, « τοῦ Δαυῒδ. » Εἴποι δ' ἄν τις προσήκειν συμπεριλαμβάνειν αὐτὸν τοῖς

[76] II Cor. VIII, 9. [77] Psal. XXX, 2, 3.

(1) In Vulgata titulus, *Filiorum Jonadab et priorum captivorum.*

πρὸ αὐτοῦ τεταγμένοις, διὰ τὸ πολλὴν πρὸς αὐτὰ σώζειν ἀκολουθίαν· ἐν γοῦν τῷ πρὸ τούτου ἐλέγετο· « Ὁ Θεὸς, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες. Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐντραπήτωσαν οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου. Ἀποστραφείησαν εἰς τὰ ὀπίσω καὶ καταισχυνθείησαν οἱ βουλόμενοί μοι κακά· » καὶ ἐν τοῖς μετὰ χεῖρας δὲ προϊὼν ὁ λόγος ταῖς αὐταῖς κέχρηται φωναῖς λέγων· « Ὁ Θεὸς, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες, αἰσχυνθείησαν· » καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τῆς αὐτῆς ἔχεται διανοίας, εἰς πλάτος ἐκτεινομένου τοῦ λόγου διὰ τῶν προκειμένων, ἅπερ οὐκ ἀπὸ σκόπου ἄν τις εἴποι ἁρμόζειν τῷ Πατρί· Διά τε τὸ λέγεσθαι ἐν αὐτῷ· « Ὅτι σὺ εἶ ἡ ὑπομονή μου, Κύριε, Κύριε, ἡ ἐλπίς μου ἐκ νεότητός μου· » αὐτὰ γὰρ ταῦτα ἐν καὶ τῷ κα' ψαλμῷ ἐξ αὐτοῦ προσώπου ἐλέγετο ἐν τούτοις· « Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός· » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἑξῆς ἐπιλεγόμενον ἐν τῇ μετὰ χεῖρας προφητείᾳ ἐν τῷ, « Ὁ Θεός μου, μὴ ἐγκαταλίπῃς με, ἕως ἂν ἀπαγγελῶ τὸν βραχίονά σου τῇ γενεᾷ πάσῃ τῇ ἐρχομένῃ, » ἰσοδυναμεῖν ἔοικε τῷ ἐν κα' ψαλμῷ φάσκοντι λόγῳ· « Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη. » Πρόσχες γὰρ ἀκριβῶς ὅπως ἐν ἐκείνῳ μὲν ἐλέγετο, « Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη, » ἐν δὲ τῷ προκειμένῳ, « Ἕως ἂν ἀπαγγελῶ τὸν βραχίονά σου τῇ γενεᾷ πάσῃ τῇ ἐρχομένῃ. » Ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν αὐτοῦ σαφῶς παρίστησιν ἡ μετὰ χεῖρας προφητεία λέγουσα ἐξ αὐτοῦ προσώπου· « Ὁ Θεὸς, τίς ὅμοιός σοι; ὅσας ἔδειξάς μοι θλίψεις πολλὰς καὶ κακὰς καὶ ἐπιστρέψας ἐζωοποίησάς με, καὶ τῶν ἀναγκῶν τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με; » Εἴτ' οὖν ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος, εἴτε ἐκ προσώπου παντὸς δικαίου, τῶν προκειμένων ἀκουστέον. Περιέχει γὰρ διδασκαλίαν παιδεύουσαν ἡμᾶς μετὰ διαθέσεως ὑγιοῦς πάντα μὲν δεύτερα τίθεσθαι, ἐπὶ μόνον δὲ τὸν Κύριον τὰς ἑαυτῶν ἀναρτᾷν ἐλπίδας, ὥστε λέγειν αὐτῷ διαθέσει γνησίᾳ. « Ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα. » Οἱ γὰρ ἐπὶ πλούτῳ καὶ πολλῇ περιουσίᾳ βίου, ἢ ἐπὶ ἀξιώμασι κοσμικοῖς, ἢ ἐπὶ ἀρχόντων οἰκειότητι καὶ προστασίᾳ, ἐφ' ἑτέρῳ τινὶ τῶν θνητῶν καὶ ἐπικήρων τὰς ἑαυτῶν ἀνατιθέντες ἐλπίδας, αἰσχύνην ὀφλήσουσιν. « Ἐπικατάρατος γὰρ ἄνθρωπος ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον, καὶ στηρίζει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ. » Κέκραγέ τε βοῶν ὁ λόγος· « Μὴ πεποίθατε ἐπ' ἄρχοντας, μηδὲ ἐφ' υἱοὺς ἀνθρώπων, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία· » καὶ πάλιν· « Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν. » Καὶ ἐν ἑτέροις δὲ λέγειν διδασκόμεθα· « Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπὶ ἄνθρωπον. Ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπὶ ἄρχοντας. » Ὁ δὲ ἀγαθὰ ἑαυτῷ συνειδὼς εἴποι ἂν τῷ Κυρίῳ καὶ τὸ, « Ἐν δικαιοσύνῃ σου ῥῦσαί με καὶ ἐξελοῦ με. » Πολλῇ γὰρ πεποιθήσει τεθάῤῥηκεν, ὅτι, κατὰ τὸ δικαιότατον κρίνας ὁ Θεὸς, εὑρήσει αὐτὸν οὐ κατακρίσεως, οὐδὲ ἀποβολῆς ἄξιον, ἀλλὰ βοηθείας καὶ ἀντιλήψεως· διό φησιν· « Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ῥῦσαί με καὶ ἐξελοῦ με. » Συνειδήσει

A beat affinitatem. Nam in præcedenti dicebatur : « Deus, in adjutorium meum intende. Confundantur et revereantur qui quærunt animam meam. Avertantur retrorsum et erubescant qui volunt mihi mala [78]. » In hoc vero, quem nunc tractamus, ipsissimæ voces in sequentibus usurpantur : « Deus, in adjutorium meum intende, confundantur, » et cætera, quoque eidem sententiæ insistunt ; sed hic fusius res enarrantur, quas Patri convenire non abs re quispiam dixerit. Cum item in hoc psalmo dicatur, « Quoniam tu es patientia mea, Domine, Domine spes mea a juventute mea ; » hoc ipsum in psalmo XXI, ex eadem persona dicitur : « Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre [79], » et sequentia. Sed etiam quod in hac prophetia subjungitur,

B « Deus meus, ne derelinquas me, donec annuntiem brachium tuum generationi omni quæ ventura est; » simile videtur illi XXI psalmi dicto, « Annuntiabitur Domino generatio ventura [80]. » Attendas quippe velim, quomodo in illo quidem dicatur, « Annuntiabitur Domino generatio ventura ; » in hoc autem, « Donec annuntiem brachium tuum generationi omni quæ ventura est. » Quin etiam ejus ex mortuis resurrectionem aperte declarat hæc prophetia, ex ejus persona dicens : « Deus, quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas, et conversus vivificasti me, et de necessitatibus terræ iterum reduxisti me? » Sive igitur ex persona Servatoris, sive ex persona cujuslibet justi hæc accipienda sunt. Doctrinam enim complectuntur, quæ

C nos instituit ut ex bono proposito omnia post ducamus, in unoque Domino spem statuamus nostram, ita ut sincero affectu dicamus : « In te, Domine, speravi, non confundar in æternum. » Qui enim in divitiis ac in copiosis vitæ facultatibus, sive in mundanis dignitatibus, sive in principum favore et patrocinio, sive in alia quapiam mortalium et fluxarum rerum spem reponunt, ignominiæ obnoxii erunt. « Maledictus enim homo qui spem habet in hominem, et firmat carnem brachii sui [81]. » Clamat item Scriptura, « Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est salus [82]; » et rursum, « Divitiæ si affluant, nolite cor apponere [83]. » In aliis item ad hæc dicenda instituimur : « Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat

D mihi homo. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus [84]. » Qui autem bonorum sibi conscius est, Domino dixerit illud : « In justitia tua libera me et eripe me. » Multa quippe fiducia repletur, quia justissimo secum judicio Deus agens, non damnatione, neque repulsa, sed auxilio et patrocinio dignum comperiet : quare ait : « In justitia tua libera me et eripe me. » Puraque conscientia supplices voces ad Deum emittens id quoque dicebat : « Inclina ad me aurem

[78] Psal. LXIX, 2-4. [79] Psal. XXI, 10. [80] ibid. 32. [81] Jerem. XVII, 5 [82] Psal. CXLV, 2. [83] Psal. LXI, 11. [84] Psal. CXVII, 7-9.

tuam, et salva me [84]. » Imo quasi ex necessitate Deum ita rogabat : « Esto mihi in Deum protectorem et in locum munitum, ut salvum me facias. » Nam cum Deus protegit et propugnat, non pro nullius pretii homine id agit, solusque perfectus id Deo dicere valeat : « Quoniam firmamentum meum et refugium meum es tu. » Pro quo Aquila, « Quoniam petra mea et præsidium meum, » interpretatus est; Symmachus vero, « Quoniam petra mea et refugium meum es tu. » — « Deus meus, eripe me de manu peccatoris, et de manu contra legem agentis et iniqui. Quoniam tu es patientia mea, Domine, spes mea a juventute mea. » Vir perfectus quasi propriam possessionem Deum invocat dicens, « Deus meus : » quia promissio dignis a Deo data est his verbis : « Ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus [86]. » Qui vero dicit, « In te, Domine, speravi, » et omnia post putavit ut uni Deo se committeret, jure dicat, « Deus meus. » Eripi vero se de manu peccatoris rogat, ne gestis suis peccatori vel iniquo similis evadat : quare addit, « De manu peccatoris et de manu contra legem agentis et iniqui; » ac ne iis subjectus sit; sed merito Deum, non solum ob allata superius, sed etiam ob subsequentes causas, sibi Deum appellat. Nam, inquit, tu mihi patientia es, tu spes mea a juventute. Nunquam enim te exspectare destiti, neque fuit tempus quo non te mihi in spem proponerem. Quamobrem rogo ex manu peccatorum et iniquorum eripi.

A δὲ κεκαθαρμένη τὰς ἱκετηρίους φωνὰς πρὸς τὸν Θεὸν ἀναπέμπων, καὶ τὸ, « Κλῖνον πρός με τὸ οὖς σου, καὶ σῶσόν με, » ἔλεγεν. Ἀλλὰ καὶ ὡς ἀναγκαίως τῷ Θεῷ παρεκάλει λέγων· « Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστὴν καὶ εἰς τόπον ὀχυρὸν τοῦ σῶσαί με. » Προασπίζων γὰρ ὁ Θεὸς καὶ ὑπερμαχῶν, οὐκ ἂν περὶ μικροῦ τινος τοῦτ' ἐποίησε· μόνος δὲ ὁ τέλειος εἴποι ἂν τῷ Θεῷ· « Ὅτι στερέωμά μου καὶ καταφυγή μου σὺ εἶ. » Ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας· « Ὅτι πέτρα μου καὶ ὀχύρωμά μου, » ἡρμήνευσεν· ὁ δὲ Σύμμαχος· « Ὅτι πέτρα μου καὶ καταφυγή μου σὺ εἶ. » — « Ὁ Θεός μου, ῥῦσαί με ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ, καὶ ἐκ χειρὸς παρανομοῦντος καὶ ἀδικοῦντος. Ὅτι σὺ εἶ ἡ ὑπομονή μου, Κύριε, ἡ ἐλπίς μου ἐκ νεότητός μου. » Ὁ τέλειος ὥσπερ ἴδιον κτῆμα τὸν Θεὸν ἐπικαλεῖται λέγων· B « Ὁ Θεός μου· » Ἐπειδήπερ ἐπαγγελία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ περὶ τῶν ἀξίων λέγουσα· « Ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. » Ὁ δὲ λέγων, « Ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα, » καὶ πάντα δεύτερα θέμενος, ἐπὶ μόνον δὲ τὸν Θεὸν ἑαυτὸν ἐπιῤῥίψας, εἰκότως εἴποι ἂν, « Ὁ Θεός μου. » Ῥυσθῆναι δὲ ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ εὔχεται, ἵνα μὴ ταῖς πράξεσιν ὅμοιος γένηται τῷ ἁμαρτωλῷ, μηδὲ τῷ παρανομοῦντι· διὸ ἐπιλέγει· « Ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ, καὶ ἐκ χειρὸς παρανομοῦντος καὶ ἀδικοῦντος· » ἀλλὰ καὶ ὅπως μὴ ὑποχείριος γένηται τοῖς τοιούτοις, εὐλόγως δὲ τὸν Θεὸν ἑαυτοῦ Θεὸν ὀνομάζοι ἂν, οὐ μόνον διὰ τὰ ἔμπροσθεν λελεγμένα, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰς ἑξῆς ἐπιλεγομένας αἰτίας. Σὺ γάρ μου, φησὶ, τυγχάνεις ὑπομονὴ, καὶ σύ μου ἐλπὶς ἐκ νεότητος. Οὐ γὰρ πώποτε διέλιπόν σε ὑπομένων, οὐδὲ γέγονέ τις καιρὸς, ἐν ᾧ οὐχί σε προεθέμην ἐμαυτοῦ ἐλπίδα. Ὧν χάριν ἱκετεύω ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλῶν καὶ παρανομούντων ῥυσθῆναι.

VERS. 6, 7. « In te confirmatus sum ex utero, de ventre matris meæ tu es protector meus. » De David quoque dici valeat quod a tenera juventute in Deo speravit. Nam juvenis cum esset, et pasceret oves Jessæ patris sui, fide ac spe in Deum, in leones et ursos irruebat, ut servaret oves : bonum pastorem imitatus, de quo dicitur : « Quemadmodum cum extraxerit pastor ex ore leonis duo crura, aut particulam auriculæ [87]. » Sed etiam cum puer esset, spiritum malignum ex Saule pellebat, idque vi fidei et spei in Deum. Atenim id quoque juveni cuilibet, qui Dei electione dignatus sit, qualis erat Timotheus, qui a puero sacras Litteras edidicerat, dicere competit, « Spes mea a juventute mea. » Illud autem, « In te confirmatus sum ex utero, de ventre matris meæ tu es protector meus, » soli conveniat Salvatori nostro, qui immaculatus et nihil inquinatus erat quo tempore in utero gestabatur. Nam reliqui homines omnes, dum utero gestiuntur et primam corporis constitutionem accipiunt, quasi ritu plantarum viventes, neque sensibus neque mente sensus sequente utuntur; sed etiam ipsa principe animi parte et mente demersi nihil a verme differunt. Qui autem Deo dicit, « In te confirmatus sum ex utero, » non modo se Dei

C « Ἐπὶ σὲ ἐπεστηρίχθην ἀπὸ γαστρὸς, ἐκ κοιλίας μητρός μου σύ μου εἶ σκεπαστής. » Τὸ μὲν ἐκ νέας ἡλικίας ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐλπίζειν λέγοιτ' ἂν καὶ περὶ τοῦ Δαυΐδ. Ἐπείπερ, νέος ὢν καὶ ποιμαίνων τὰ πρόβατα Ἰεσσαὶ τοῦ πατρὸς, πίστει καὶ ἐλπίδι τῇ εἰς τὸν Θεὸν καὶ λέουσι καὶ ἄρκτοις ἐπῄει τῆς τῶν προβάτων σωτηρίας ἕνεκα· τὸν καλὸν μιμούμενος ποιμένα, περὶ οὗ εἴρηται· « Ὃν τρόπον ὅταν ἐκσπάσῃ ὁ ποιμὴν ἐκ στόματος τοῦ λέοντος δύο σκέλη, ἢ λοβὸν ὠτίου. » Ἀλλὰ καὶ παιδάριον ὢν ἤλαυνε τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν ἀπὸ τοῦ Σαοὺλ δυνάμει πίστεως καὶ ἐλπίδος τῆς εἰς τὸν Θεόν. Ἐπειδὰν καὶ πᾶς ὁ ἐκ νέας ἡλικίας τῆς κατὰ Θεὸν ἐκλογῆς κατηξιωμένος, οἷος ἦν Τιμόθεος ἐκ παιδὸς ἅγια Γράμματα μεμαθηκὼς τὸ, « Ἡ ἐλπίς μου ἐκ νεότητός μου. » Τὸ δὲ, « Ἐπὶ σὲ ἐπεστη- D ρίχθην ἀπὸ γαστρὸς, ἐκ κοιλίας μητρός μου, σύ μου εἶ σκεπαστής, » μόνῳ ἂν ἁρμόζοι τῷ Σωτῆρι ἡμῶν ἀθολώτῳ καὶ ἀσυγχύτῳ γενομένῳ καθ' ὃν ἐκυοφορεῖτο καιρόν. Οἱ μὲν γὰρ λοιποὶ πάντες ἄνθρωποι ἐν τῷ κυΐσκεσθαι, καὶ πρώτην λαμβάνειν σύστασιν τοῦ σώματος, φυτικὴν ὥσπερ ζωὴν ζῶντες, οὔτε τοῖς τοῦ σώματος αἰσθητηρίοις, οὔτε τῇ διανοίᾳ παρακολουθούσῃ κέχρηνται· ἀλλὰ καὶ τὸ ἡγεμονικὸν αὐτὸ καὶ τὸν νοῦν βεβαπτισμένοι, οὐδὲν σκώληκος διενέγκοιεν ἄν. Ὁ δὲ λέγων τῷ Θεῷ, « Ἐπὶ σὲ ἐπεστηρίχθην

[84] Psal. LXX, 3. [86] Ezech. XXXVII, 23. [87] Amos III, 12.

ἀπὸ γαστρὸς, » οὐ μόνον γνῶσιν ἐμφαίνει κεκτῆσθαι A Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ μεγίστην ἀρετὴν φιλοθέου δυνάμεως, δι' ἧς ἐπ' αὐτὸν τὸν Θεὸν ἐστηρίζετο. Καὶ τοιοῦτος ἦν κυϊσκόμενος καὶ ἐν γαστρὶ τῆς μητρὸς συλλαμβανόμενος. Τὸ δὲ, « Ἐκ κοιλίας μητρός μου εἶ σκεπαστής, » δύναται καὶ ἐπὶ πάντων ἁρμόζειν. Εἰ γὰρ μὴ Θεοῦ δύναμις ἐφρούρει καὶ ἐφύλαττε τὸ κατὰ γαστρὸς κυϊσκόμενον, οὐδ' ἂν συνέστη, οὐδ' ἂν μετέσχε ζωῆς, μήτε πνεῖν δυνάμενον, μήτε τοῖς λοιποῖς κεχρῆσθαι αἰσθητηρίοις. Πάλιν δὲ καὶ ἐν τούτῳ λέγων, « Σύ μου εἶ σκεπαστής, » ἐνέφαινεν ἐξαίρετόν τι ἐσχηκέναι παρὰ τοὺς λοιποὺς τοὺς ἐν κοιλίᾳ μητρὸς συλληφθέντας. Τάχα γὰρ ἐπὶ μὲν τῆς τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων γενέσεως ἄλλοι τινὲς ἐφεστήκασιν ἄγγελοι διακονούμενοι τῇ ἑκάστου εἰς τὸν βίον παρόδῳ· ἐπὶ δὲ τῆς γενέσεως τοῦ Σωτῆρος, αὐτὸς ἦν ὁ Πατὴρ B σκεπαστὴς αὐτοῦ γιγνόμενος· διὸ καὶ ἐπὶ αὐτὸν ἐπεστηρίζετο. Οὕτως διαπαντὸς « ὕμνησιν » ἑαυτοῦ εἶχε τὸν Πατέρα. Διὸ ἐπιλέγει· « Ἐν σοὶ ἡ ὕμνησίς μου διαπαντός. » Οὐ γὰρ διέλιπέ τινα καιρὸν ὑμνῶν τὸν Πατέρα, ἢ καὶ ὑμνούμενος ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ὑπακοῇ. Ἀλλ', Ἡ μὲν ἐμὴ, φησὶν, αἴνεσις, ἢ καὶ ὕμνησις ἐν σοὶ γέγονε διαπαντός. Οἱ δὲ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, μηδὲν τούτων ἐπιστάμενοι, ὥσπερ τέρας ἐκτήσαντό με. Τεράστιον γοῦν τι πρᾶγμα τοῖς πολλοῖς ἐγενόμην, ὡς διάφορα περὶ ἐμοῦ δοξάζειν αὐτούς· καί τινας μὲν Θεὸν εἶναι ἄσαρκον καὶ ἀσώματον, δοκήσει μόνον ὀφθέντα ἐπὶ γῆς, ἡγεῖσθαι, τινὰς δὲ ψιλὸν ἄνθρωπον, ὡς μηδὲν πλέον παρὰ τοὺς λοιποὺς ἐσχηκότα· καὶ ἄλλους μὲν ἀραῖς καὶ δυσφημίαις ὑποβάλλειν, ἑτέρους δὲ σέβειν καὶ προσκυνεῖν. C Τέρας δὲ τοῖς πᾶσιν ἀληθῶς γέγονεν ὁ ἐμὸς θάνατος. Τὸ γὰρ σταυρὸν ὑπομεῖναι Θεὸν ὄντα, καὶ τοιαῦτα παθεῖν τὸν ἑτέροις ζωὴν κεχαρισμένον, τέρας ἦν ἀληθῶς. Διό φησιν· « Ὡσεὶ τέρας ἐγενήθην τοῖς πολλοῖς. » Ἀλλ' ἐν πᾶσι τούτοις σὺ, φησὶ, « βοηθός » μου γέγονας « κραταιός· » οὐδὲ γὰρ ἄλλον ἐκτησάμην βοηθόν. Πάντα γὰρ ἦν δεύτερα καὶ ὑποβεβηκότα τὴν ἐμὴν δύναμιν· σὺ δὲ μόνος, ὃν ἐλπίδα ἐμαυτὸν ὑπεγραψάμην, « βοηθός » μου γέγονας « κραταιός. » Καὶ κατὰ τὸν Σύμμαχον δὲ ὁμοίως εἴρηται· « Σοὶ ἐπεστηρίχθην ἀπὸ γαστρὸς, ἀπὸ τῶν ἐνδοσθίων τῆς μητρός μου σὺ ἐπεῖδές με. Εἰς σὲ ἡ ἀναμονή μου ἐνδελεχῶς, ὡσεὶ τέρας ἐγενόμην τοῖς πολλοῖς· σὺ δὲ πεποίθησίς μου ἰσχυρά. »

D « Πληρωθήτω τὸ στόμα μου αἰνέσεως, ὅπως ὑμνήσω τὴν δόξαν σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν μεγαλοπρέπειάν σου. » Ἤδη μὲν κατὰ τὸν παρελθόντα χρόνον ὕμνησίς μου, φησὶν, ἐν σοὶ γέγονε διαπαντός· πλὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος δέομαι, ὡς ἂν μέχρις ἐσχάτης ὥρας τοῦ βίου τὸ στόμα μου τῆς σῆς αἰνέσεως πληροῖτο, καὶ οὕτως γε πληροῖτο, ὡς μηδένα χώραν σχολάζουσαν ἔχειν πρὸς τὸ ἄλλο τι φθέγγεσθαι, μηδὲ ἀνθρώποις ὁμιλεῖν· καὶ τοῦτό μοι ὑπάρξαι ἀξιῶ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν, καὶ ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ τῆς ἐμῆς ζωῆς μὴ ἀποστερηθῆναι καὶ ἀποῤῥιφῆναι ταύτης τῆς χάριτος, κἂν ἐπὶ γῆρας οὐδῷ δέοι φθάσαι, μηδὲ μέχρις ἐσχάτης τελευτῆς ἄλλο τί με πράττειν ἢ πληροῦσθαι τὸ στόμα μου τῆς σῆς αἰνέσεως καὶ τῆς σῆς μεγαλο-

cognitione imbutum fuisse ostendit, sed etiam magnam se virtutem, vimque amoris erga Deum, qua in ipso confirmabatur, habuisse demonstrat. Talis autem in utero et in ventre matris conclusus ille erat. Illud vero, « De ventre matris meæ tu es protector, » omnibus convenire possit. Nisi enim Dei virtus custodiret ac servaret fetum uteri, neque formaretur, neque vitæ particeps esset, cum nec respirare, nec reliquis sensibus uti valeret. Rursumque cum dicit, « Tu es protector meus, » se aliquid præstantius reliquis hominibus in ventre matris conceptis habuisse commonstrat. Fortasse quippe in reliquorum hominum generatione angeli quidam adsunt singulorum ad vitam ingressui ministrantes; in generatione vero Servatoris ipse Pater protector ejus erat; quare in ipso confirmabatur. Sic semper « cantationem » habuit in Patris laudem. Quare subdit : « In te cantatio mea semper. » Nullum enim prætermisit tempus, quin vel Patrem hymnis celebraret, vel ab ipso pro tanta obsequentia celebraretur. Verum ait, Laus sive cantatio mea in te fuit semper. Hominum vero multi horum ignari, tanquam prodigium me habuerunt. Prodigiosum ergo quidpiam multis effectus sum, ita ut in varias de me sententias abirent; et alii quidem Deum carne vacuum et incorporeum, sola specie visum in terra putarent; alii nudum hominem, nihil plus quam alii habentem; alii exsecrationibus et conviciis me subjicerent; alii colerent et adorarent. Mors vero mea omnibus prodigium plane fuit. Nam eum qui Deus esset crucem sustinere, et talia pati eum qui aliis vitam impertiret, vere prodigium erat. Quamobrem ait : « Tanquam prodigium factus sum multis. » Sed in his omnibus tu mihi, inquit, « adjutor fortis, » fuisti. Neque enim mihi alius adjutor exstitit. Omnia quippe virtuti meæ inferiora et imparia erant : tu vero solus, quem mihi in spem ascripsi, fuisti mihi « adjutor fortis. » Secundum Symmachum item similiter dicitur, « Tibi confirmatus sum ex ventre, ex visceribus matris meæ tu respexisti me. In te patientia mea perpetuo, tanquam prodigium factus sum multis : tu vero fiducia mea fortis. »

VERS. 8-11. « Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam. » Jam præterito, inquit, tempore, cantatio mea in te fuit semper : cæterum pro futuro quoque supplico, ut ad ultimam vitæ horam os meum laude tua repleatur, et ita repleatur, ut aliud quidpiam loquendi, vel cum hominibus versandi nullus supersit locus : meque quotidie et toto vitæ meæ decursu ita comparatum esse rogo, ut tali gratia orbatus nunquam nec depulsus sim : utque etiamsi ad limen senectutis devenero, nihil aliud ad mortem usque peragam, quam, quod repleatur os meum laude et magnificentia tua. Pro illo autem, « tota die, » Symmachus, « per omnem diem, » edidit

« Repleatur, inquit, os meum laude tua, per omnem diem, in decore tuo ne abjicias me tempore senectutis. » Nam si ad senectutem usque vitam devenire meam oporteat, non abnuo : id supplico tantum, ut os meum nunquam finem faciat celebrandi laudem tuam et magnificentiam tuam. Quod si senectutis causa aliquando vires me deficiant, ne tunc quidem me derelinquas. Hæc in oratione dicere convenit tum Davidem, tum quemvis hominem religiosum. Animadverte porro quomodo de Salvatore ab Apostolo dicatur : « Crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei [88]. » Etsi enim ex infirmitate crucifixus sit ; at non ab aliis superatus : ipse quippe sese infirmum effecit, seque deditium hominibus obtulit. Quod etiam ipse docet his verbis : « Nemo tollit animam meam a me : sed ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo recipiendi eam [89]. » Quemadmodum igitur humiliavit semetipsum, formam servi accipiens ; sic sese infirmum effecit, ut ab hominibus capi posset, utque crucem subiret, « factus obediens » Patri « usque ad mortem, mortem autem crucis [90]. » Quare ait, « Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. » Deinde cum passionem memorasset, passionis auctorum mentionem facit dicens : « Quia dixerunt inimici mei mihi, et qui custodiebant animam meam ; » sive secundum Symmachum, « Et qui observabant animam meam, consilium inierunt simul dicentes, Deus dereliquit eum ; persequimini et comprehendite eum, quia non est qui eripiat. » Hæc quippe dicebant principes sacerdotum et qui cum iis erant, in tempore passionis moventes capita sua et sic loquentes : « Qui destruit templum et in tribus diebus excitat illud, alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, et credemus ei [91]. »

πρεπείας. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « ὅλην τὴν ἡμέραν, » ὁ Σύμμαχος, « κατὰ πᾶσαν ἡμέραν » ἐξέδωκε· « Πλησθείη τὸ στόμα σου αἴνους σου κατὰ πᾶσαν ἡμέραν, ἐν τῇ εὐπρεπείᾳ σου μὴ ἀποβάλῃς με καιρῷ γήρως. » Εἰ γὰρ δέοι καὶ μέχρι γήρως παρατεῖναι τὴν ἡλικίαν, τοῦτο μὲν οὐ παραιτητέον, ἱκετεύω δὲ μὴ ἀποστερηθῆναί ποτε τοῦ πεπληρῶσθαι τὸ στόμα μου τῆς σῆς αἰνέσεως καὶ τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας. Εἰ δὲ καιρῷ τινι διὰ γῆρας ἐκλίποι ἡ ἰσχύς μου, μηδὲ τότε με σὺ ἐγκαταλίποις. Ταῦτα μὲν οὖν ἁρμόζοι ἂν λέγειν καὶ τῷ Δαυῒδ καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ θεοφιλεῖ ἐν ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν ἱκετηρίαις. Ἐπὶ δὲ τοῦ Σωτῆρος ἐπίστησον ὅπως εἴρηται τῷ Ἀποστόλῳ τὸ, « Ἐσταυρώθη δὲ ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ. » Εἰ γὰρ καὶ ἐξ ἀσθενείας ἐσταυρώθη, ἀλλ' οὔτι γε νικηθεὶς ὑφ' ἑτέρων, αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν ἀσθενῆ ποιήσας, καὶ ἑαυτὸν παραδοὺς ὑποχείριον ἀνθρώποις· ὃ δὴ διδάσκει φάσκων· « Οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ· ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ. Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν. » Ὥσπερ οὖν ἐκένωσεν αὐτὸς ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβὼν, οὕτως ἀσθενῆ ἑαυτὸν εἰργάσατο, ὅπως ἁλωτὸς γένηται ἀνθρώποις, καὶ ἵνα σταυρὸν ὑπομένῃ « ὑπήκοος γιγνόμενος » τῷ Πατρὶ « μέχρι θανάτου, καὶ θανάτου σταυροῦ. » Διό φησιν· « Ἐν τῷ ἐκλείπειν τὴν ἰσχύν μου μὴ ἐγκαταλίπῃς με. » Εἶτα ἐπειδὴ τοῦ πάθους ἑαυτοῦ ἐμνημόνευσε καὶ τῶν τὸ πάθος ἐργασαμένων ἀκολούθως ποιεῖται μνήμην λέγων· « Ὅτι εἶπαν οἱ ἐχθροί μου ἐμοὶ, καὶ οἱ φυλάσσοντες τὴν ψυχήν μου· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Καὶ οἱ ἐπιτηροῦντες τὴν ψυχήν μου ἐβουλεύσαντο ἐπὶ τὸ αὐτὸ λέγοντες· Ὁ Θεὸς ἐγκατέλιπεν αὐτόν· καταδιώξατε καὶ καταλάβετε αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ ῥυόμενος. » Ταῦτα γὰρ ἔλεγον οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, κινοῦντες αὐτῶν τὰς κεφαλὰς καὶ λέγοντες· « Ὁ καταλύων τὸν ναὸν καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγείρων αὐτὸν, ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. Εἰ βασιλεύς ἐστι τοῦ Ἰσραὴλ, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ. »

VERS. 12-16. « Deus, ne elongeris a me, Deus in auxilium meum respice. » Inimici mei supra memorati dicebant, « Deus dereliquit eum : » ego autem rogo deprecorque te Deum meum, ut adsis semper mihi, neque procul a me recedas, sed ad auxilium meum respicias. Te quippe adjutorem nactus, probe scio me omnes inimicos meos pudore suffusos visurum esse. Illud autem, « confundantur, » pro consueto in divina Scriptura more, nunc quoque pro « confundentur » dictum est ; illud item, « et deficiant, » pro « deficient detrahentes animæ meæ, » positum est ; sive secundum Symmachum, « adversarii animæ meæ. » Quomodo autem pudore suffusi defecerint qui necem ejus moliti sunt, non longo nobis sermone disquirere opus est : nam ex eo tempore princeps sacerdotum apud eos penitus defecit, Pharisæorum vero ne nomen quidem superest, neque memoria ulla dignitatum

« Ὁ Θεὸς, μὴ μακρύνῃς ἀπ' ἐμοῦ· ὁ Θεὸς, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες. » Οἱ μὲν προλεχθέντες ἐχθροί μου ἔλεγον· « Ὁ Θεὸς ἐγκατέλιπεν αὐτόν· » ἐγὼ δὲ ἀντιβολῶ καὶ δέομαί σε τὸν ἐμαυτοῦ Θεὸν παρεῖναί μοι διαπαντὸς, μηδὲ μακράν μου ἵστασθαι, προσέχειν δὲ εἰς τὴν βοήθειάν μου. Σὲ γὰρ βοηθὸν κτώμενος, οἶδ' ὅτι ὄψομαι καταισχυνομένους πάντας μου τοὺς ἐχθρούς. Τὸ δὲ, « αἰσχυνθήτωσαν, » συνήθως τῇ θείᾳ Γραφῇ καὶ νῦν ἀντὶ τοῦ, « αἰσχυνθήσονται » εἴρηται· καὶ τὸ, « ἐκλειπέτωσαν, » ἀντὶ τοῦ, « ἐκλείψουσιν οἱ ἐνδιαβάλλοντες τὴν ψυχήν μου· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « οἱ ἀντικείμενοι τῇ ψυχῇ μου. » Ὅπως δὲ ἐκλελοίπασιν αἰσχύνην καταχεάμενοι οἱ τὸν θάνατον αὐτῷ τυρεύσαντες, οὐ μακρῶν ἡμῖν δεῖ λόγων· ὁπότε ἐξ ἐκείνου ἐκλέλοιπε πᾶς ἀρχιερεὺς παρ' αὐτοῖς, Φαρισαίων δὲ οὐδὲ ὄνομα ἔτι λείπεται, οὐδὲ μνήμη τῶν παρ' αὐτοῖς ἀξιωμάτων. Ἐξέλιπον γὰρ ἄρχοντες ἐξ Ἰούδα καὶ ἡγούμενοι ἐκ τῶν μηρῶν αὐ-

[88] II Cor. XIII, 4. [89] Joan. X, 18. [90] Philip. II, 8. [91] Matth. XXVII, 40

A τοῦ, τῆς προσδοκίας τῶν ἐθνῶν ἐπιστάσης κατὰ τὴν τοῦτο θεσπίζουσαν προφητείαν. Καὶ οὔτε βασιλεῖς, οὔτε ἡγεμόνες, οὔτε τινὲς παρ' αὐτοῖς δυνάσται εἰσὶν, οὐδέ τι τάγμα τῶν πάλαι παρ' αὐτοῖς ὄντων περιλέλειπται· καταισχυνθέντες δὲ πάντες ἐκλελοίπασιν οἱ διαβάλλοντες αὐτοῦ τὴν ψυχήν. Ἐν ὁποίᾳ δὲ αἰσχύνῃ τυγχάνουσιν εἰσέτι καὶ νῦν οἱ τῶν Ἰουδαίων προεστάναι νομιζόμενοι, ὁρῶντες ἑαυτοὺς μὲν διὰ πάσης Γραφῆς ἐπὶ εἰδωλολατρείαις διαβεβλημένους, πάντα δὲ τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας τῆς πατροπαραδότου πλάνης μεταβεβληκότα· ἐν οἷς ἤδη τυγχάνουσιν, ἐντροπῇ ὁρῶντες ἑαυτοὺς μὲν τῆς βασιλικῆς αὐτῶν μητροπόλεως καὶ ἀποβλήτους, Ἕλληνας δὲ ἄνδρας ἀλλογενεῖς καὶ ἀλλοφύλους τὸν τόπον αὐτῶν οἰκοῦντας, κατὰ πάσας τε ἐπαρχίας καὶ χώρας, καὶ πόλεις τοὺς ἐξ B ἐθνῶν τὰς περὶ τοῦ Σωτῆρος προφητικὰς φωνὰς κηρύττοντας; Αἰσχύνη δὲ ἀληθῶς καὶ ἐντροπὴ κατείληφεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, τὸν χθὲς δι' αὐτῶν σταυρῷ παραδοθέντα καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης προσκυνούμενον καὶ θεολογούμενον ὁρῶντας· ἃ δὴ ἐπληροῦτο ἀκολούθως τῇ μετὰ χεῖρας προῤῥήσει λεγούσῃ· « Περιβαλέσθωσαν αἰσχύνην καὶ ἐντροπὴν οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι. » Καὶ οὗτοι μὲν τάδε πείσονται· « Ἐγὼ δὲ, » ὑπ' αὐτῶν τὰ τοσαῦτα πεπονθὼς, « διαπαντὸς, φησὶν, ἐλπιῶ, καὶ προσθήσω ἐπὶ πᾶσαν τὴν αἴνεσίν σου. » Ἐπεὶ δὲ κατὰ πάντας τοὺς ἑρμηνεύσαντας τὸ, « προσθήσω, » λέλεκται ὅ τε Ἀκύλας φησὶ, « Καὶ προσθήσω ἐπὶ πάσας ὑμνήσεις· » καὶ ὁ Σύμμαχος, « καὶ προσθήσω τοῖς ὕμνοις· » ὅρα εἰ μὴ προσθήκην ἐποιήσατο τοῖς τοῦ Πατρὸς ὕμνοις, τὴν Καινὴν Δια- C θήκην πρὸς τῇ Παλαιᾷ παραδούς. Οὐ γὰρ ἀνεῖλε τὰ πρῶτα, εἰσαγαγὼν τὰ δεύτερα, προσθήκην δὲ ἐποιήσατο· καὶ τοῦτό ἐστιν εὑρεῖν ἐν ταῖς αὐτοῦ διδασκαλίαις, δι' ὧν φησιν· « Ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ φονεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω, μηδὲ ὀργίζεσθαι. Ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ μοιχεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω, μηδὲ ἐπιθυμεῖν· » καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα προσθήκην ἔχοντα διὰ τῆς πνευματικῆς θεωρίας τε καὶ ἑρμηνείας τοῦ νόμου ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ παραδέδοται. Ἀλλὰ καὶ « τὸ στόμα μου, φησὶν, ἀναγγελεῖ τὴν δικαιοσύνην σου. » Τὸ γὰρ Εὐαγγέλιον δικαιοσύνην ἐμφαίνει Θεοῦ, οὐχ Ἰουδαίοις μόνοις ἀφωρισμένον ὥσπερ ὁ διὰ Μωϋσέως νόμος. Διό φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον. Δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς D σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται. » Διὸ ἐνταῦθα λέλεκται· « Τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ τὴν δικαιοσύνην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν σωτηρίαν σου· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « κατὰ πᾶσαν ἡμέραν τὴν σωτηρίαν σου. » Καὶ τοῦτο δέ ἐστι πληρούμενον θεωρεῖν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης· ἐν ᾗ τὸ στόμα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διὰ τῶν θείων Γραφῶν πᾶσιν ἀνθρώποις ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τὴν δι' αὐτοῦ προξενηθεῖσαν ἅπασι σωτηρίαν κηρύττει. Ἐπιλέγει δὲ τούτοις, « Ὅτι οὐκ ἔγνων γραμματείας. » Τὰς κλεῖς εἰληφότες τῆς βασιλείας, καὶ μήτε αὐτοὶ εἰσερχόμε-

eorum. Defecerunt quippe principes ex Juda et duces ex femoribus ejus, cum advenisset exspectatio gentium [92], secundum prophetiam hæc vaticinantem. Ac neque reges, neque duces, neque ulli penes eos magnates sunt, non ordo quispiam priscorum magistratuum illis superstes est; sed omnes qui detrahebant animæ ejus, confusi defecerunt. Quanta vero in confusione versantur hodieque, qui Judæis præesse putantur, videntes se passim in Scripturis idololatriæ nomine accusari, omnes vero per orbem gentes per Christi doctrinam a paterno errore descivisse: ac in quibus locis jam degunt, nec sine confusione cernentes, se quidem regia sua metropoli extrusos ac dejectos, Græcos autem alienigenas et extraneos locum suum incolentes; gentesque in omnibus provinciis, regionibus et urbibus propheticas Servatoris voces prædicantes? Confusio revera et ignominia animas eorum invasit, videntes eum qui ab ipsis hesterna die ad crucem traditus est, per totum orbem adorari Deumque prædicari; quæ sane impleta sunt consequenter ad hanc prædictionem sic habentem: « Induantur confusione et reverentia qui quærunt mala mihi. » Et illi quidem talia patientur: « ego vero, » ait, tot malis affectus ab illis, « semper sperabo, et adjiciam super omnem laudem tuam. » Cum autem ab omnibus interpretibus « adjiciam » dicatur, et Aquila sic habeat, « Adjiciam super omnes hymnos, » Symmachus vero, « Et adjiciam hymnis; » vide num hymnis Patris sui additamentum fecerit, Novum Testamentum Veteri addens. Neque enim priora sustulit, cum secunda adjecit, sed additamentum effecit. Quod etiam in ejus doctrina reperire est, ubi ait: « Dictum est antiquis, Non occides; ego autem dico vobis, Ne irascamini. Dictum est antiquis, Non mœchaberis; ego autem dico vobis, Ne concupiscatis [93], » et si qua similia, quæ spirituali sensu et interpretatione intellecta, et additamentum legi inferentia, in Ecclesia ejus tradita sunt. Sed etiam, inquit, « os meum annuntiabit justitiam tuam. » Siquidem justitiam Dei exhibet Evangelium, non Judæis duntaxat destinatum, ut lex per Moysem data. Quamobrem ait Apostolus: « Non enim erubesco Evangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Judæo primum et Græco. Justitia enim Dei in eo revelatur [94]. » Idcirco hic dicitur: « Os meum annuntiabit justitiam tuam, tota die salutem tuam; » sive secundum Symmachum, « Per omnem diem salutem tuam. » Idque per totum orbem impletum videre est: in quo os Salvatoris nostri per divinas Scripturas omnibus hominibus quotidie salutem ab se omnibus procuratam prædicat. His adjicit, « Quoniam non cognovi litteraturam. » Qui clavibus regni acceptis, neque ipsi ingrediebantur, neque alios ingredi concedebant, litteraturam detinebant. Ego vero, inquit, qui Moysis scriptis non attendo, neque corpoream legis litteraturam

[92] Gen. XLIX, 10. [93] Matth. V, 21, 27, 28. [94] Rom. I, 16, 17.

discipulis meis tradidi, non cognovi litteraturam. Quid autem nosti? Id postea declarat dicens: « Introibo in potentias Domini Domini, et memorabor justitiæ tuæ solius. » Nam litteratura Judæis solis competebat, qui ter in anno Jerosolymam adire jubebantur; eaque multa alia ardua nec necessaria continebat. Ego vero in potentia Domini Domini in Ecclesias meas introibo, et memorabor justitiæ tuæ solius. Justitia namque Patris erat, ut omnes homines Græcos simul et barbaros sua cognitione donaret, et ut in omni loco, neque in uno ut olim, coli se præciperet; ita ut ab oriente sole usque ad occidentem nomen ejus celebraretur in gentibus [95].

A νοι μήτε ἑτέροις συγχωροῦντες, τὰς γραμματείας κατεῖχον. Ἐγὼ δὲ, φησὶ, μὴ τῷ Μωϋσέως συγγράμματι προσέχων, μηδὲ τὰς τοῦ νόμου σωματικὰς γραμματείας τοῖς ἐμαυτοῦ παραδοὺς μαθηταῖς, οὐκ ἔγνων γραμματείας. Τί δὲ ἔγνως; Ἑξῆς διασαφεῖ λέγων· « Εἰσελεύσομαι εἰς δυναστείας Κυρίου Κυρίου, καὶ μνησθήσομαι τῆς δικαιοσύνης σου μόνου. » Αἱ μὲν γὰρ γραμματεῖαι Ἰουδαίοις μόνοις ἥρμοττον, τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ παρακελευομένοις ἀπαντᾷν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, πολλά τε ἄλλα δυσχερῆ καὶ οὐκ ἀναγκαῖα περιεῖχον. Ἐγὼ δὲ ἐν δυναστείᾳ Κυρίου Κυρίου, εἰς τὰς ἐμαυτοῦ Ἐκκλησίας εἰσελεύσομαι, καὶ μνησθήσομαι τῆς δικαιοσύνης σου μόνου. Δικαιοσύνη γὰρ τοῦ Πατρὸς ἦν τὸ πάντας ἀνθρώπους Ἕλληνας ἅμα καὶ βαρβάρους τῆς αὐτοῦ καταξιωθῆναι γνώσεως, καὶ τὸ ἐν παντὶ τόπῳ, ἀλλὰ μηκέτι ἐν ἑνὶ ἐπιτρέψαι λατρεύειν αὐτῷ· ὥστε ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν δοξάζεσθαι αὐτοῦ τὸ ὄνομα ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

VERS. 17. « Deus, docuisti me a juventute mea, B et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua. » Solus Servator Patrem sibi magistrum ascribit: quare contribules ejus dicebant: « Unde huic sapientia tanta, et virtutes? Nonne hic est fabri filius [96]? » Probe quippe sciebant ipsum non magistris hominibus operam dedisse. Quia igitur forma servi accepta, et habitu inventus ut homo, puerilem emensus est ætatem, ac perinde atque nos juventutis annos decurrit, illoque tempore non disciplinis, non magistris operam dedit; sed virtute divina proficiebat ætate et sapientia et gratia apud Deum et homines; jure hic ait: « Deus, docuisti me a juventute mea, et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua; » quod etiam penes discipulos meos servetur usque ad consummationem sæculi: et, ut C dixerit quispiam, usque ad senectutem, et ad usque postremam consummationem, te rursum deprecor, Deus, ne me derelinquas; sed mihi adsis ac per me mirabilia tua opereris, « donec annuntiem brachium tuum generationi omni, quæ ventura est. » Nam præsens, inquit, generatio tortuosa est et perversa, generatio mala et adultera. Quapropter in futura generatione annuntiabo « potentiam tuam et justitiam tuam, Deus, usque in altissima, et quæ fecisti magnalia. » Tu ipse, Pater, per me hæc omnibus, qui post futuri sunt hominibus, et venturæ generationi annuntiabis, et prædicabitur justitia tua usque in altissima. Nam cum ii qui in terra sunt, salutem consequentur, gaudium erit in cœlis, angelis, qui in altissimis habitant, D hominum saluti gratulantibus. Senectam vero et senium ne cuncteris dicere, esse discipulorum et Ecclesiæ ipsius perfectionem. Si namque corpus ejus Ecclesia est, ut docuit Apostolus dicens: « Vos autem estis corpus Christi et membra ex parte [97]; » pars Ecclesiæ et senium ejus opportune dicatur esse, ejus in præsenti vita secundum virtutem consummatio, post quam exuta mortali ac terrena vita, cœlesti mansione dignata, et conjuncta Ecclesiæ primogenitorum descriptorum in cœlis,

« Ὁ Θεὸς, ἐδίδαξάς με ἐκ νεότητός μου, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀναγγελῶ τὰ θαυμάσιά σου. » Μόνος ὁ Σωτὴρ τὸν Πατέρα διδάσκαλον ἐπιγράφεται· διόπερ οἱ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ ἔλεγον· « Πόθεν τούτῳ πᾶσα ἡ σοφία αὕτη καὶ αἱ δυνάμεις; Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; » Ἤδεσαν γὰρ ἀκριβῶς μὴ διδασκάλοις ἀνθρώποις προσεσχηκότα αὐτόν. Ἐπεὶ τοίνυν, μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, τὴν παιδικὴν διῆλθεν ἡλικίαν, καὶ τῆς νεότητος τὴν ὥραν ὁμοίως ἡμῖν ὑπέμεινεν· οὔτε δὲ διατριβαῖς προσέσχεν, οὔτε διδασκάλοις κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, δυνάμει δὲ θεϊκῇ προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις· εἰκότως ἐνταῦθά φησιν· « Ὁ Θεὸς, ἐδίδαξάς με ἐκ νεότητός μου, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀναγγελῶ τὰ θαυμάσιά σου· » καὶ τοῖς C ἐμοῖς φυλαχθείη μαθηταῖς μέχρι συντελείας τοῦ αἰῶνος· καὶ ὡς ἄν τις εἴποι, μέχρι γήρως καὶ τῆς εἰς ἄκρον τελειώσεως, σὲ πάλιν τὸν Θεὸν ἱκετεύω μή με ἐγκαταλιπεῖν, συνεῖναι δέ μοι καὶ τὰ θαυμάσιά σου ἐνεργεῖν δι' ἐμοῦ, « ἕως ἀναγγείλω τὸν βραχίονά σου τῇ γενεᾷ πάσῃ τῇ ἐρχομένῃ. » Ἡ γὰρ νῦν, φησὶ, παροῦσα γενεὰ σκολιὰ τυγχάνει καὶ διεστραμμένη, καὶ γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλίς. Διὸ τῇ γενεᾷ τῇ ἐρχομένῃ ἀπαγγελῶ « τὴν δυναστείαν σου καὶ τὴν δικαιοσύνην σου, ὁ Θεὸς, ἕως τῶν ὑψίστων, ἃ τε ἐποίησας μεγαλεῖα. » Σὺ αὐτὸς ὁ Πατὴρ, δι' ἐμοῦ ταῦτα πᾶσι τοῖς μετὰ ταῦτα γενησομένοις ἀνθρώποις καὶ τῇ γενεᾷ τῇ ἐρχομένῃ ἀπαγγελεῖς, καὶ κηρυχθήσεται ἡ δικαιοσύνη σου ἕως τῶν ὑψίστων. Σωζομένων γὰρ τῶν ἐπὶ γῆς, χαρὰ ἔσται ἐν οὐρανοῖς, συγχαιρόντων τῶν D ἐν τοῖς ὑψίστοις οἰκούντων ἀγγέλων τῇ τῶν ἀνθρώπων σωτηρίᾳ. Γῆρας δὲ καὶ πρεσβεία μὴ ὄκνει λέγειν τὴν τελειότητα τῶν αὐτοῦ μαθητῶν καὶ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ. Εἰ γὰρ σῶμα αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία τυγχάνει, ὡς ἐδίδαξεν ὁ Ἀπόστολος εἰπών· « Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ καὶ μέλη ἐκ μέρους· » μέρος τῆς Ἐκκλησίας καὶ πρεσβεῖον αὐτῆς λέγοιτ' ἂν εἰκότως ἡ κατ' ἀρετὴν τὴν ἐν τῷ παρόντι βίῳ τελείωσις, μεθ' ἣν, ὥσπερ ἀποδυσαμένη τὸν ἐπὶ γῆς θνητὸν βίον, ἀνακαινισθήσεται τῆς οὐρανίου διατριβῆς καταξιωθησομένη, συναπτομένη τε τῇ Ἐκκλησίᾳ τῶν πρωτοτό-

[95] Malach. I, 11. [96] Matth. XIII, 54-55. [97] I Cor. XII, 27.

χων τῶν ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς. Οὕτω νοήσεις A καὶ τὸ ἀνωτέρω λεγόμενον ἐν τῷ, « Μὴ ἀποῤῥίψῃς με εἰς καιρὸν γήρως, ἐν τῷ ἐκλείπειν τὴν ἰσχύν μου μὴ ἐγκαταλίπῃς με. » Κατὰ γὰρ ἑτέραν ἐκδοχὴν ὑπερεύχεται τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ, ἵνα ἐν καιρῷ τῆς κατὰ γῆν μακρότητος μὴ ἀποῤῥιφθείη· εἰ δὲ καὶ τότε ἐκλείπει ἡ ἰσχὺς αὐτῆς, μηδὲ τότε ἐγκαταλειφθείη. Συμβαίνει γὰρ πολλάκις ἐκλείπειν κατὰ τοὺς καιροὺς τῶν διωγμῶν, ἐπειδὰν οἱ πολλοὶ τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας δι' ἀσθένειαν πίστεως ἐξομνύωνται τὴν πίστιν. Καὶ μήποτε ταῦτα ἀναπέμπεται ἐπὶ τὸν καιρὸν τῆς ἀποστασίας, περὶ οὗ καιροῦ ὁ Ἀπόστολος ἐδίδασκε λέγων· « Ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ Υἱὸς τῆς ἀπωλείας. » Τοῦτον δὲ τὸν καιρὸν ὁ Σωτὴρ ἐδήλου λέγων· « Ἆρα B ἐλθὼν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; » Καὶ πάλιν· « Διὰ δὲ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. » Τότε γὰρ ἔσται γηραλέον καὶ ἀσθενὲς τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας. Ἀλλ' ἵνα μηδὲ τότε ἔρημος καταλειφθείη ὁ λαὸς αὐτοῦ, ἀναγκαίως τὰς προκειμένας ἀναπέμπει φωνάς· « Ὁ Θεὸς, τίς ὁμοιωθήσεταί σοι; Ὅσας ἔδειξάς μοι θλίψεις πολλὰς καὶ κακά; » καὶ τὰ ἑξῆς. Τοὺς ἀκριβεῖς λόγους καθ' οὓς ὁ Θεὸς τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, μὴ γνόντα τε αὐτὸν ἁμαρτίαν ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, οὐδεὶς δύναται διελθεῖν ἢ μόνος αὐτός. « Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; » Οὐδ' ἂν ἐπιβάλοι τις τῇ τοῦ Θεοῦ κρίσει, οὐδ' ἂν ἐξεύροι τοὺς λογισμοὺς, δι' οὓς ἐνεδείξατο C τῷ Μονογενεῖ θλίψεις πολλὰς καὶ κακά· οὐ μὲν εἴασεν αὐτὸν ἐν αὐταῖς· ἀλλ' ἐπιστρέψας ἐζωοποίησεν αὐτὸν καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγεν αὐτόν. Σφόδρα δὲ ἀκριβῶς εἴρηται τὸ, « Ἔδειξάς μοι θλίψεις πολλὰς καὶ κακά. » Ἰδὼν γὰρ τὰς θλίψεις καὶ τὰ ὀνομαζόμενα κακὰ, οὐχ ἑάλω ὑπ' αὐτῶν, οὐδὲ ἡττήθη· κρείττων δὲ πάντων γενόμενος, θεωρὸς ἦν αὐτῶν· ὡς πάντων μᾶλλον εἰπεῖν ἂν τὸ, « Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι· ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι· καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι. » Ταῦτα γὰρ Παῦλος καὶ οἱ παραπλήσιοι ὠφελημένοι τὸν διδάσκαλον ἔλεγον. Ἀβύσσους δὲ γῆς ἐνταῦθα τὴν τῶν καταχθονίων γῆν χώραν ὠνόμαζεν· ὃ δὴ σαφηνίζει ὁ Ἀπόστολος λέγων· D « Μὴ εἴπῃς, Τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον, τουτέστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν; » Καὶ ἐν τῷ Ἰὼβ δὲ ὁ χρηματίζων αὐτῷ Κύριος ἔλεγε· « Ἦλθες δὲ ἐπὶ πηγὴν θαλάσσης, ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας. Ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου· πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν. » Ὁ δὲ εἰπὼν ἐνταῦθα, « Καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με, » σαφῶς ἐδίδαξεν ἑαυτὸν κατεληλυθέναι εἰς τὰς ἀβύσσους τῆς γῆς, καὶ πάλιν ἀνεληλυθέναι. Οὐκ οἶδα δὲ εἴ τις δύναται ἑτέρως ἐκλαβεῖν ταῦτα ἢ ἐπὶ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν ἀναφέρων τὴν προφητείαν.

A renovabitur. Sic item intelligas quod superius dicitur: « Ne projicias me in tempore senectutis, cum deficiet virtus mea, ne derelinquas me. » Nam secundum aliam expositionem pro Ecclesia sua precatur, ut ne in tempore terrenæ illius diuturnitatis projiciatur. Quod si tunc deficiat virtus ejus, rogat ut ne sic quidem derelinquatur. Contingit enim plerumque, ut persecutionum tempore deficiat, cum multi ex Ecclesiæ corpore ob fidei infirmitatem, eam abjurant. Num forte hæc referenda ad tempus defectionis, de quo Apostolus hæc docuit: « Nisi venerit defectio primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis[98]. » Hoc vero tempus Servator declaravit his verbis: « Num veniens Filius hominis inveniet fidem B super terram[99]? » et rursum: « Et quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum[1]. » Tunc enim corpus Ecclesiæ senio confectum et infirmum erit. Verum ne illo tempore desertus populus ejus relinquatur, necessario has profert voces: « Deus, quis similis erit tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et mala? » et cætera. Nam accuratam rationem cur Deus Filio suo non pepercerit, sed pro nobis omnibus tradiderit illum; ac cum peccatum non nosset, peccatum eum pro nobis effecerit, nemo præter ipsum solum enarrare potest. « Quis enim novit sensum Domini, qui instruat eum[2]? » Neque enim quis in Dei judicium sese immittere audeat, neque consilia deprehendere possit, queis Unigenito suo ostendit tribulationes et multa mala. Neque in iis ipsum deseruit, sed conversus vivificavit eum, et de abyssis terræ iterum reduxit eum. Accuratissime autem dictum fuit illud, « Ostendisti mihi tribulationes multas et mala. » Cum prospiceret enim tribulationes, et multa illa quæ vocantur mala, non captus ab illis neque victus est; sed omnibus superior effectus, contemplabatur ea; ita ut his vocibus plusquam omnes alii usus sit: « In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: dejicimur, sed non derelinquimur[3]. » Hæc quippe Paulus, et qui parem atque magister ille utilitatem perceperant dicebant. Abyssos terræ hic inferorum regionem vocavit: quod Apostolus explicat dicens: « Ne dicas: Quis descendet in abyssum[4]; id est, Christum ex mortuis reducere? » Et in Job quoque Dominus qui in ipso oracula fundebat hæc protulit: « Venisti vero in fontem maris, in vestigiis autem abyssi ambulasti. Aperiuntur vero tibi timore portæ mortis: ostiarii autem inferni videntes te conterriti sunt[5]. » Qui porro hic ait, « Et de abyssis terræ iterum reduxisti me, » clare docuit se in abyssos terræ descendisse, ac rursum ascendisse. Nec scio utrum quis valeat hæc alio accipere modo, quam ad Servatorem et Dominum nostrum referendo prophetiam. Is ipse vero

[98] II Thess. II, 3. [99] Luc., XVIII, 8. [1] Matth. XXIV, 12. [2] Rom. XI, 34. [3] II Cor. IV, 8. [4] Rom. X, 7. [5] Job, XXXVIII, 16, 17.

subjungit : « Multiplicasti magnificentiam meam, et conversus consolatus es me. » Quomodo autem Pater multiplicaverit magnificentiam Unigeniti sui, nisi cum ostendit illi tribulationes multas et mala? Quemadmodum enim agonotheta quispiam, cum adversum multos athletam exercet suum, ejus liquidius virtutem ostendit, quando eum omnium victorem prædicat; eodem modo Pater Filii magnificentiam ut omnibus palam faceret, multis ipsum tribulationibus et malis circumdedit; ut parta contra omnes victoria, apud omnes prædicaretur. Quare ait : « Multiplicasti magnificentiam meam; » sed post hæc omnia, inquit, « conversus consolatus es me. » Quo pacto consolatus eum est, superius docuit his verbis : « Et conversus vivificasti me, et de abyssis terræ iterum reduxisti me. » Hæc quippe consolatio erat, quam Apostolus his declaravit : « Propter quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen; ut in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium et infernorum [6]. »

VERS. 22-24. « Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam. » Tu mihi quidem hæc, Pater, præbuisti, inquit. Post multas enim illas tribulationes, post prædicta mala, « conversus vivificasti me, et de abyssis terræ iterum reduxisti me, » et consolatus me es, multiplicans magnificentiam meam. Ego vero pro collatis abs te mihi beneficiis vicem rependens, « confitebor tibi in vasis psalmi : » nam « quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi [7]? » Imo vero apparatis vasis tibi congruentibus, concinnatisque psalmodiæ instrumentis te dignis, per hæc veritatem tuam cantabo tibi, talesque excitabo citharas, queis labia mea exsultabunt, necnon « anima mea quam redemisti, » reducens eam de abyssis terræ, et vivificans eam postquam mortem sustinuerat. Vasa autem et instrumenta Deo grata, quibus hodieque Christus Dei per totum orbem psalmos, hymnos et laudes Patri emittit, quæ dixeris esse, nisi populos in singulis Ecclesiis consistentes? quorum animas componens Dei Verbum, ipsasque uno symphoniæ et harmoniæ vinculo Patri colligans, amabilem dulcemque modulationem emittit. Si quis ergo animi gratia, instrumenta illa Judæorum veterum, inanimatis ex chordis conflata, ac non articulatam vocem proferentia, cum hymnis in Christi Ecclesia a rationabilibus animabus Deo emissis contulerit; nihil in his simile deprehendet. Quovis enim corporeo psalterio præstantior est multitudo, quæ per totum orbem uno concentu, harmonia una, Deum qui super omnia est celebrat. Cujus ministerio Filius se Patri psallere confitetur dicens : « Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam, Deus. » Non ultra enim figuras, non umbras, non symbola qualia apud Moysem erant, sed veritatem

A Ὁ δ' αὐτὸς ἐπιλέγει· « Ἐπλεόνασας τὴν μεγαλοσύνην μου, καὶ ἐπιστρέψας παρεκάλεσάς με. » Πῶς δὲ ἐπλεόνασεν ὁ Πατὴρ τὴν μεγαλοσύνην τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ, ἢ διὰ τοῦ δεῖξαι αὐτῷ θλίψεις πολλὰς καὶ κακά; Ὥσπερ γάρ τις ἀγωνοθέτης, πολλοῖς παραβάλλων τὸν ἑαυτοῦ ἀθλητὴν, μειζόνως αὐτοῦ τὴν ἀνδρείαν ἐπιδείκνυσι, νικητὴν αὐτὸν ἁπάντων ἀνακηρύττων· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Πατὴρ, τὴν μεγαλοσύνην τοῦ Υἱοῦ τοῖς πᾶσι φανερὰν ἐπιδεικνὺς, θλίψεις πολλὰς καὶ κακὰ περιέβαλλεν αὐτῷ, ὡς ἂν τὰ κατὰ πάντων ἀράμενος νικητήρια, παρὰ τοῖς πᾶσι κηρυχθείη. Διό φησιν· « Ἐπλεόνασας τὴν μεγαλοσύνην μου. » Ἀλλὰ μετὰ ταῦτα πάντα, φησὶν, « ἐπιστρέψας παρεκάλεσάς με. » Πῶς δὲ παρεκάλεσεν αὐτὸν, προεδίδαξεν ἀνωτέρω εἰπών· « Καὶ ἐπιστρέψας B ἐζωοποίησάς με, καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με. » Αὕτη γὰρ ἦν ἡ παράκλησις, ἣν καὶ ὁ Ἀπόστολος παρέστησεν εἰπών· « Διὸ καὶ ὁ Θεὸς ὑπερύψωσεν αὐτὸν, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα· ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. »

« Καὶ γὰρ ἐγὼ ἐξομολογήσομαί σοι ἐν σκεύεσι ψαλμοῦ τὴν ἀλήθειάν σου. » Σὺ μὲν ἐμοὶ ταῦτα, φησὶν, ὦ Πάτερ, παρέσχου· μετὰ γὰρ τὰς πολλὰς θλίψεις καὶ τὰ λελεγμένα κακὰ « ἐπιστρέψας ἐζωοποίησάς με, καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με, » καὶ παρεκάλεσάς με, πλεονάσας τὴν μεγαλοσύνην μου· κἀγὼ δὲ, ἀμειβόμενος τὰς εἰς ἐμέ σου εὐεργεσίας, « ἐξομολογήσομαί σοι ἐν σκεύεσι ψαλμοῦ· τί γὰρ ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; » Ἀλλὰ γάρ τά σοι πρέποντα σκεύη καταρτιζόμενος, ὄργανά τέ σου ἄξια ψαλμῳδίας κατασκευάσας, δι' αὐτῶν τὴν ἀλήθειάν σου ψαλῶ σοι, καὶ τοιαύτας σοι κιθάρας ἀναστήσω, δι' ὧν τὰ χείλη μου ἀγαλλιάσεται, ἀλλὰ καὶ « ἡ ψυχή μου, ἣν ἐλυτρώσω, » ἀναβιβάσας αὐτὴν ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς, καὶ ζωοποιήσας αὐτὴν μεθ' ὃν ὑπέμεινε θάνατον. Σκεύη δὲ καὶ ὄργανα τῷ Θεῷ κεχαρισμένα, δι' ὧν εἰσέτι καὶ νῦν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ψαλμῳδίας ἀναπέμπει καὶ ὕμνους καὶ αἴνους τῷ Πατρὶ, τίνας ἂν εἴποις ἢ τοὺς καθ' ἑκάστην Ἐκκλησίαν λαούς; Ὧν τὰς ψυχὰς συντείνας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, συμφωνίᾳ τε καὶ ἁρμονίᾳ μιᾷ συνδησάμενος τῷ Πατρὶ, προσφιλῆ καὶ ἡδεῖαν ἀναπέμπει μελῳδίαν. D Εἰ γοῦν τις ὡς ἐν παραθέσει σύγκρισιν ποιήσοιτο τῶν πάλαι παρὰ Ἰουδαίοις σωματικῶν ὀργάνων ἐξ ἀψύχων χορδῶν κατεσκευασμένων, φωνήν τε ἄναρθρον ἐξηχούντων, καὶ τῶν ἐν τῇ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ ἐκ λογικῶν ψυχῶν ἀναπεμπομένων ὕμνων τῷ Θεῷ, οὐδὲν ἂν εὕροι ὅμοιον. Παντὸς γὰρ κρείττονα σωματικοῦ ψαλτηρίου τυγχάνει τὰ πλήθη τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης συμφωνίᾳ μιᾷ καὶ ἁρμονίᾳ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ὑμνοῦντα, δι' ὧν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ ψάλλειν ὁμολογεῖ φάσκων· « Καὶ γὰρ ἐγὼ ἐξομολογήσομαί σοι ἐν σκεύεσι ψαλμοῦ τὴν ἀλήθειάν σου, ὁ Θεός. » Οὐκέτι γὰρ τύπους, οὐδὲ σκιὰς καὶ σύμβολα, οἷα ἦν τὰ παρὰ

[6] Philip. II, 9 [7] Psal. CXV, 12.

Μωϋσεῖ, τὴν δὲ ἀλήθειαν τὴν σὴν παραστήσω τοῖς A ἀνθρώποις, καὶ « ψαλῶ σοι ἐν κιθάρᾳ, ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραήλ· » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « Μελῳδήσω σοι ἐν κιθάρᾳ, ἅγιε Ἰσραήλ. » Ἀλλὰ καὶ « ἀγαλλιάσεται τὰ χείλη μου, ὅταν ψαλῶ σοι· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Εὐφημήσει τὰ χείλη μου, ὅταν μελῳδήσω σοι, καὶ ἡ ψυχή μου, ἣν ἐλυτρώσω. Ἔτι δὲ καὶ ἡ γλῶσσά μου μελετήσει ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν δικαιοσύνην σου. » Χείλη δὲ καὶ γλῶσσαν αὐτοῦ μελετῶσαν τὴν δικαιοσύνην τοῦ Πατρὸς οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπὼν τοὺς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἀσκήσει θείων λόγων ἑαυτοὺς ἀνατεθεικότας. Καὶ ταῦτα πάντα, φησὶ, ποιήσω, « ὅταν αἰσχυνθῶσι καὶ ἐντραπῶσιν οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Ὅτι κατῃσχύνθησαν, ἢ ὅτι ἀπωρύγησαν οἱ ζητοῦντες τὴν κάκωσίν μου· » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « Ὅτι κατῃσχύνθησαν οἱ ζητοῦν- B τες κακίαν μου. » Πάρεστι δὲ καὶ ταῦτα ἔργῳ πληρούμενα θεωρεῖν· ἁπανταχοῦ γὰρ γῆς τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Σωτῆρος τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ διεξερχομένων, καὶ αὐτοῦ δὲ σκεύη ἐκλογῆς, οἷα προλέλεκται, καὶ ὄργανα λογικὰ τῷ Πατρὶ καταρτιζομένου, ἀνυμνοῦντός τε ἀεὶ δι' αὐτῶν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, αἰσχύνην περιβάλλονται οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ· ἐνετράπησάν τε καὶ ἐντρέπονται οἱ ζητοῦντες αὐτῷ κακά. Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ θηρεύοντες μὲν πάσας προφάσεις, ὕβρεις τε καὶ διαβολὰς, καὶ βλασφημίας κατ' αὐτοῦ περινοοῦντες, μηδεμίαν δὲ εὑρίσκοντες ὑπόθεσιν διαβολῆς, μήτε κατ' αὐτοῦ, μήτε τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ. Διὸ καταχέονται αἰσχύνην καὶ ἐντρέπονται πρὸς τὸ μηκέτι μηδὲν τολμᾷν διαβολῆς ἄξιον ἐπικαλεῖν. Καὶ ταῦτα C πάντα ἔργῳ πληροῦται συμφώνως τῇ φασκούσῃ διὰ τῶν προκειμένων προφητείᾳ· « Ὅταν αἰσχυνθῶσι καὶ ἐντραπῶσιν οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι. » Τότε γὰρ, φησὶν, ὅταν οἱ ἐχθροὶ καταισχύνωνται, ἐγὼ ψαλῶ σοι, καὶ ἐξομολογήσομαί σοι τῷ ἐμαυτοῦ Πατρί. Ἔτι δὲ καὶ « ἡ γλῶσσά μου ὅλην τὴν ἡμέραν μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου. »

ΕΙΣ ΣΟΛΟΜΩΝΤΑ ΟΑ'.

« Ὁ Θεὸς, τὸ κρίμα σου τῷ βασιλεῖ δός. » Οἱ λοιποὶ τοῦ « Σολομῶντος » ἡρμήνευσαν. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος τοῦ αὐτοῦ ἐν ταῖς ᾠδαῖς τῶν ἀναβαθμῶν, οὗ ἡ ἀρχή· « Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες αὐτόν. » Ἐν οἷς ἔοικεν ὁ Σολομὼν ἐπὶ τῇ κατασκευῇ τοῦ οἴκου, ὃν ἤγειρεν ἐν Ἱεροσολύμοις, πρῶτος αὐτὸς οἰκοδομήσας τὸ αὐτόθι D ἱερὸν, τὴν ᾠδὴν πεποιῆσθαι, διδάσκουσαν μόνα τὰ τοῦ Θεοῦ οἰκοδομήματα διαιωνίζειν· τὰ γὰρ ἀνθρώπινα καιρῷ συνίστασθαι· ὃ δὴ καὶ ἀπέβη ἐπὶ τῆς αὐτοῦ οἰκοδομῆς· οὐκ εἰς μακρὸν γοῦν ὁ ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθεὶς νεὼς ὑπὸ Βαβυλωνίων κατελύθη. Ἡ δὲ μετὰ χεῖρας προφητεία εἴτε εἰς αὐτὸν λέλεκται τὸν Σολομῶντα, εἴτε αὐτοῦ ἐστι κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτάς· οἱ λόγοι ἕτερόν τινα παριστῶσι προφητευόμενον. Διὸ οὔτε ψαλμὸς, οὔτε ᾠδὴ, οὔτε ὕμνος, οὔτε τι τούτοις παραπλήσιον ἐπιγέγραπται. Ἀλλ' ἔστι προφητεία θεσπίζουσα ἀναφανήσεσθαί τινα ἐν ἀνθρώποις πενήτων καὶ πτωχῶν σωτῆρα, καὶ τοῦτον ἄνωθέν

tuam hominibus declarabo, et « psallam tibi in cithara, sanctus Israel. » Sive secundum Aquilam, « Modulabor tibi in cithara, sancte Israel. » Sed etiam « exsultabunt labia mea, cum cantavero tibi; » sive secundum Symmachum, « Celebrabunt labia mea cum modulabor tibi, et anima mea, quam redemisti. Sed et lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam. » Labia autem et linguam ejus meditantem justitiam Patris, non aberraveris si dicas eos esse qui in Ecclesia ipsius exercitationi divinæ Scripturæ sese consecrarunt. Et hæc omnia, inquit, faciam, « cum confusi et reveriti fuerint qui quærunt mala mihi; » sive, secundum Symmachum, « Quia confusi sunt, aut quia effossi sunt qui quærunt afflictionem meam, » sive, secundum Aquilam, « Quia confusi sunt qui quærunt miseriam meam. » Hæc porro opere completa videre licet. Nam cum ubique terrarum Ecclesiæ Servatoris justitiam Dei enarrent, ipseque Servator vasa electionis, qualia supra dicta sunt, et instrumenta rationabilia Patri præparet, semperque Deum qui supra omnia est iis concelebret, inimici ejus confusione induuntur, ac confusi et reveriti sunt qui quærunt ipsi mala. Hi vero sunt, qui omnes occasiones venantur, contumelias, calumnias et blasphemias contra eum excogitant, nullamque reperiunt vel in ipsum vel in Ecclesiam ipsius calumniæ causam. Quare pudore suffunduntur et reverentur, quod ultra non audeant quidpiam calumniæ proferre. Et hæc omnia opere complentur, secundum prophetiam quæ in præcedentibus sic habet, « Cum confusi et reveriti fuerint qui quærunt mala mihi. » Tunc enim, inquit, cum inimici confundentur, ego psallam tibi, tibique Patri meo confitebor. Insuperque « lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam. »

IN SALOMONEM LXXI.

Vers. 1, 2. « Deus judicium tuum regi da. » Reliqui, « Salomonis, » interpretati sunt. Est autem et alius ejusdem in canticis graduum, cujus initium : « Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam [a]. » Ex quibus videtur Salomonem in constructione domus, quam excitavit in Jerusalem, nam ipse primus templum illic exstruxit, hoc canticum edidisse : quo docemur, sola Dei ædificia æternum permanere; humana quippe pro tempore solum consistunt : quod etiam in ejus exstructione actum est; non diu enim postea templum ab eo ædificatum, a Babyloniis dirutum fuit. Præsens vero prophetia, sive in Salomonem dicta est, sive secundum reliquos interpretes, ipsius Salomonis est. Series certe sermonis alium quempiam vaticinio enuntiatum declarare videtur. Quare neque psalmus, neque canticum, neque hymnus, neque quidpiam simile, inscriptus est. Sed est prophetia prænuntians quem-

[a] Psal. CXXVI, 1.

piam hominibus adventurum pauperum et inopum servatorem, qui ex alto sensim et sine strepitu accessurus est: « Descendet enim sicut pluvia in vellus. » Aitque justitiam deinceps in adventu ejus in genere hominum versaturam: ipsumque non Judææ modo, neque duabus tribusve gentibus, sed omnibus per orbem dominaturum, omnes gentes subigendas ipsi fore, celebrandum ipsum esse omnibus, non brevi tempore, sed per omne sæculum. In summa quid aliud hic sermo recenset, nisi talem esse qui in vaticinio fertur, qualem nemo unquam, nec in Judæorum gente, neque in aliis fuisse memoravit? Neque enim ipse Salomon, neque David, neque quispiam successorum is videbatur esse, cui ea quæ in prophetia feruntur aptari possint. Perpende igitur num præmissis de Servatoris nostri passione prædictionibus hæc, qua regnum ejus describitur, consequenter adjiciatur. Par erat enim nos quæ ad illud quoque attinent edoceri. Cum autem plurimæ prophetiæ Christum, qui ex Davide originem ducturus erat, celebrarent, quia verisimile erat, nonnullos iis Salomonem indicari suspicaturos esse; nam is solus ex filiis Davidis in regno maxime claruit, Deo templum excitavit, et sapientia ornatus fuisse memoratur: necessario « in Salomonem » hæc prophetia inscribitur; sive ipsius Salomonis esse fertur; ut non ultra putaretur ipsum esse ex Davidis semine qui exspectabatur: ex ipso quippe Salomone alius venturus speratur, ut ipsi promissum est. Si itaque secundum Septuaginta Interpretum titulum in ipsum Salomonem dictum fuisse psalmum intelligamus, dicemus utique Spiritum sanctum, cum pro ipso orationem Deo emisisset in primo versu, qui sic habet, « Deus, judicium tuum regi da, » id est Salomoni; quæ sequuntur de illo qui ab ipso nasciturus erat dixisse his verbis, « Et justitiam tuam filio regis, » id est, ipsi Jesu qui ex semine ejus venturus erat. Vel horum quæ tractamus talis mens fuerit, decretum a deitate tua editum fuit, atque edictum et judicium regium ex Spiritu tuo constitutum est, ut ex Salomonis prole Servator mundi secundum carnem gignatur. Hoc igitur judicium tuum, Deus, nunc tandem regi da, scilicet Salomoni, ut verba opere compleantur: ipsique regi memoratum judicium præbeas; justitiam vero tuam filio regis, qui ex semine ejus proditurus est; ut qui ex Spiritu gignetur successor ejus, accepta justitia tua, « judicet populum tuum in justitia, et pauperes tuos in judicio. » Et hæc quidem, si in ipsius Salomonis personam referatur inscriptio Septuaginta Interpretum, quæ « in Salomonem » habet. Sin secundum reliquos interpretes Salomonis prophetia dicatur esse; dicemus ipsum Salomonem Spiritu repletum, tres hic personas declarare, Deum, cui orationem emittit; regem, quem in universa regnaturum credebat, videlicet Filium Dei; tertio hominem, quem assumpsit ex semine David, ex ipsoque Salomone nasciturum; alium ab illo rege qui in

A ποθεν ἠρέμα καταβήσεσθαι καὶ ἀψοφητί· « Καταβήσεται γὰρ ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον. » Δικαιοσύνην τε λοιπὸν ἐμπολιτεύεσθαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ. Ἐπικρατήσειν τε αὐτὸν οὐ τῆς Ἰουδαίας μόνης, οὐδὲ δυεῖν ἢ τριῶν ἐθνῶν, ἀλλὰ πάντων τῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης, πάντα τε τὰ ἔθνη ὑποταγήσεσθαι αὐτῷ, ὀνομαστόν τε αὐτὸν ἔσεσθαι παρὰ τοῖς πᾶσιν, οὐ κατά τινα χρόνον βραχὺν, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα. Καὶ τί γὰρ ἄλλ' ἢ τοιοῦτόν τινα ἔσεσθαι τὸν θεσπιζόμενον ὁ μετὰ χεῖρας ὑπογράφει λόγος, ὁποῖον οὐδεὶς πώποτε οὔτε παρὰ τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, οὔτε παρ' ἑτέροις γεγονέναι μνημονεύει; Οὔτε γὰρ αὐτὸς Σολομὼν, οὔτε Δαυῒδ, οὔτε τις τῶν μετ' αὐτοὺς τοιοῦτος ἐφάνη, ὡς ἁρμόσαι τινὶ αὐτῶν τὰ ὑπὸ τῆς προφητείας σημαινόμενα. Ὅρα τοίνυν εἰ μὴ B ταῖς προτεταγμέναις διὰ τῶν ἔμπροσθεν περὶ τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος προῤῥήσεσιν ἀκολούθως συνῆπται ἡ μετὰ χεῖρας τὴν βασιλείαν αὐτοῦ διαγράφουσα. Ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς καὶ τὰ περὶ ταύτης παιδευθῆναι. Πολλῶν δὲ προφητειῶν τὸν ἐκ Δαυῒδ προφητευόμενον Χριστὸν ἀνυμνουσῶν· ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν ὑπολαβεῖν τινας τὸν Σολομῶντα δηλοῦσθαι δι' αὐτῶν· μόνος γὰρ οὗτος τῶν υἱῶν Δαυῒδ ἐπιδοξότατα βασιλεύσας, καὶ τὸν νεὼν ἤγειρε τῷ Θεῷ, καὶ σοφίᾳ διαπρέψαι μεμαρτύρηται· ἀναγκαίως ἡ προκειμένη προφητεία « εἰς Σολομῶντα » ἐπιγέγραπται· ἢ αὐτοῦ τοῦ Σολομῶντος εἶναι λέλεκται· ἵνα μηκέτι αὐτὸς νομίζηται ὁ προσδοκώμενος εἶναι ἐκ Δαυῒδ· ἐξ αὐτοῦ δὲ Σολομῶντος ἐλπίζεται ἕτερος ὁ καὶ αὐτῷ ἐπηγγελμένος. Ἐὰν μὲν οὖν ἐκδεξώμεθα εἰς αὐτὸν εἰρῆσθαι τὸν C Σολομῶντα τὸν ψαλμὸν κατὰ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα προγραφὴν, ἐροῦμεν, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, περὶ αὐτοῦ τὴν εὐχὴν ἀναπέμψαν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ πρώτου στίχου, δι' οὗ εἴρηται· « Ὁ Θεὸς, τὸ κρίμα σου τῷ βασιλεῖ δὸς, » τουτέστι τῷ Σολομῶντι, τὸν ἑξῆς λόγον περὶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ γενησομένου ποιεῖται· διὸ ἐπιλέγει· « Καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως· » δηλαδὴ τῷ μέλλοντι προελεύσεσθαι ἐκ σπέρματος αὐτοῦ Ἰησοῦ. Ἢ τῶν προκειμένων ὁ νοῦς τοιοῦτος· Ὅρος παρὰ τῆς σῆς θεότητος ἐξενήνεκται, δόγμα τε καὶ κρίμα βασιλικὸν ἐκ σοῦ Πνεύματος διατέτακται, ὡς ἂν ἐκ τῆς Σολομῶντος διαδοχῆς ὁ τοῦ κόσμου Σωτὴρ κατὰ σάρκα γεννηθείη. Τοῦτο οὖν τὸ κρίμα σου, ὁ Θεὸς, ἤδη ποτὲ δώρησαι τῷ βασιλεῖ, δηλαδὴ τῷ Σο-D λομῶντι, ὡς ἂν δι' ἔργων χωρήσειαν οἱ λόγοι· καὶ αὐτῷ μὲν τῷ βασιλεῖ τὸ δηλωθὲν κρίμα παράσχου, τὴν δὲ δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως, τῷ μέλλοντι ἐκ σπέρματος αὐτοῦ προελεύσεσθαι· ἵν' ὁ γεννώμενος ὁ ἐκ πνεύματος καὶ διάδοχος αὐτοῦ, ὑποδεξάμενος τὴν σὴν δικαιοσύνην, « διακρίνῃ τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς πτωχούς σου ἐν κρίσει. » Καὶ ταῦτα μὲν, εἴπερ εἰς αὐτοῦ προσώπου τοῦ Σολομῶντος ἀναφέροιτο ἡ προγραφὴ κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα φέρουσα, « εἰς Σολομῶντα· » εἰ δὲ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς τοῦ Σολομῶντος εἶναι λέγοιτο ἡ προφητεία, φήσομεν, ὅτι αὐτὸς ὁ Σολομὼν, Πνεύματος πληρωθεὶς, τρία διὰ τούτων παρίστησι πρόσωπα· τὸν Θεὸν, ᾧ τὴν εὐχὴν ἀναπέμπει, καὶ τὸν βασιλέα, ὃν πέπειστο βασιλεύειν τῶν ὅλων, δηλαδὴ τὸν Υἱὸν

τοῦ Θεοῦ· καὶ τρίτον ὃν ἀνείληφεν ἄνθρωπον ἐκ A σπέρματος Δαυῒδ ἐξ αὐτοῦ τε τοῦ Σολομῶντος γεννώμενον, ἕτερον ὄντα παρὰ τὸν βασιλέα τὸν διὰ τοῦ ψαλμοῦ φάντα· « Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου. Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Διὰ τούτων γὰρ σαφῶς καταστὰς, ἀκούει πρὸς τοῦ Πατρός· « Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου. » Οἶδε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Σολομὼν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, σοφίαν ὀνομάζων αὐτὸν, ἐν οἷς ἐξ αὐτοῦ προσώπου ἐν Παροιμίαις τάδε φησίν· « Ἐγὼ ἡ Σοφία κατεσκήνωσα βουλὴν, καὶ γνῶσιν καὶ ἔννοιαν ἐγὼ ἐπεκαλεσάμην. B Δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι· » καὶ ἑξῆς· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι· πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. » Γέννημα τοίνυν τοῦ Θεοῦ ἡ σοφία καὶ ὁ Υἱὸς αὐτοῦ ὁ Μονογενής· καὶ περὶ αὐτοῦ τὴν παροῦσαν εὐχὴν ἀναπέμπει ὁ Σολομὼν φάσκων· « Ὁ Θεὸς, τὸ κρίμα σου τῷ βασιλεῖ δὸς, » δῆλον δ' ὅτι τῷ Μονογενεῖ Λόγῳ σου. Ἐπειδὴ γὰρ ἔκρινας αὐτὸν ἐπὶ γῆς ὀφθῆναι, ἵνα μὴ μόνον τῶν κατ' οὐρανῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπὶ γῆς βασιλεύῃ, τοῦτο τὸ κρίμα ἤδη ποτὲ ἐπὶ πέρας ἀγέσθω· καὶ τὴν δικαιοσύνην δὲ τὴν σὴν τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως δὸς, ὁ Θεός· υἱοῦ βασιλέως ἐνταῦθα τοῦ κατὰ σάρκα νοουμένου ἐκ σπέρματος Δαυῒδ, ὃν αὐτὸς ἑαυτῷ ὁ προὼν τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐξ ἁγίου Πνεύματος καὶ C τῆς ἁγίας Παρθένου συνεστήσατο· ὃν καὶ ἐν Παροιμίαις αἰνίττεσθαι τὸν Σολομῶντα ἡγοῦμαι δι' ὧν γράφει λέγων· « Τίς ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ κατέβη; Τίς συνήγαγεν ἀνέμους ἐν κόλπῳ; Τίς συνέστρεψεν ὕδωρ ἐν ἱματίῳ; Τίς ἐκράτησε πάντων τῶν ἄκρων τῆς γῆς; Τί ὄνομα αὐτῷ, καὶ τί ὄνομα τῷ Υἱῷ αὐτοῦ; » Οὕτω γὰρ ἡρμήνευσαν οἱ λοιποί· ὁ μὲν Ἀκύλας εἰπών· « Τί ὄνομα αὐτῷ, καὶ τί ὄνομα τῷ Υἱῷ αὐτοῦ; » καὶ ὁ Θεοδοτίων ὁμοίως· « Τί ὄνομα αὐτῷ, καὶ τί ὄνομα τῷ Υἱῷ αὐτοῦ; » Σαφῶς γὰρ ἐν τούτοις μὲν κρατήσας τῆς γῆς, καὶ καταβεβηκὼς καὶ ἀνελθὼν εἰς οὐρανὸν, τά τε λοιπὰ δεόμενα τῆς κατὰ σχολὴν ἑρμηνείας πεποιηκὼς, οὐδεὶς ἂν γένοιτο ἕτερος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὃς αὐτὰ δὴ ταῦτα διδάσκων ἔλεγεν· « Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· » Ὁ δ' ἐνταῦθα λεγόμενος αὐτοῦ Υἱὸς εἴη ἂν ὁ κατὰ σάρκα νοούμενος, ἣν ἀνείληφεν ἐκ σπέρματος Δαυῒδ καὶ Σολομῶντος γενομένην.

psalmo ait : « Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum Domini. Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [9]. » His enim aperte constitutus, hæc a Patre audit : « Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam. » Novit porro et ipse Salomon Filium Dei, qui ipsum sapientiam vocat in Proverbiis, ubi ex ejus persona sic loquitur : « Ego Sapientia inhabitavi consilium, et scientiam, et cogitationem ego invocavi. Per me reges regnant [10]; » ac deinde : « Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua : ante sæculum fundavit me, antequam montes collocarentur : ante omnes colles gignit me [11]. » Proles igitur Dei est sapientia et Filius ejus Unigenitus : deque illo Salomon hanc fundit orationem dicens : « Deus, judicium tuum regi da, » scilicet Unigenito Verbo tuo. Quia enim judicasti ut in terra videretur, ut non modo cœlestibus, sed etiam terrenis regnaret; hoc judicium jam demum ad terminum deducatur. Justitiam item tuam filio regis, o Deus, concede : hic vero filius regis intelligitur secundum carnem ex semine David, quem Dei Verbum, quod antea exsistebat, sibi ex Spiritu sancto et sancta Virgine constituit : quem item puto Salomonem in Proverbiis subindicare his verbis : « Quis ascendit in cœlum et descendit? Quis congregavit ventos in sinu? Quis convertit aquam in vestimentum? Quis dominatus est omnium finium terræ? Quod nomen ejus, et quod nomen filio ejus [12]? » Sic enim interpretati sunt reliqui, Aquila scilicet dicens : « Quod nomen ipsi, et quod nomen filio ejus? » Theodotio similiter, « Quod nomen ejus, et quod nomen filio ejus? » Clare enim qui hic fertur terræ imperasse, descendisse et ascendisse in cœlum, et reliqua peregisse, quæ nonnisi per otium explicari possunt, nullus alius quam Filius Dei fuerit, qui hæc ipsa docebat his verbis : « Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit Filius hominis [13]. » Qui autem hic Filius ejus dicitur, secundum carnem intelligatur, quam ex semine David et Salomonis factam accepit.

Ἀλλ' ἐπεὶ Ἰουδαίων παῖδες τὰς προκειμένας τῶν D Παροιμιῶν φωνὰς εἰς τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἀνάξουσιν, οὐκ εἰδότες τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, δεικτέον αὐτοῖς ἐκ τῶν προκειμένων ὡς Υἱὸν Θεοῦ, σαφῶς καὶ διαῤῥήδην παρίστησιν ἡ Γραφὴ λέγουσα· « Τί ὄνομα αὐτῷ, καὶ τί ὄνομα τῷ Υἱῷ αὐτοῦ; » Φάσκων δὲ ὁ λόγος ἐν τῷ ψαλμῷ· « Ὁ Θεὸς, τὸ κρίμα σου τῷ βασιλεῖ δὸς, » ἄλλο εἶναι τὸ κρίμα παρὰ τὴν κρίσιν διδάσκει. Κρίμα γὰρ τὸ ἅπαξ δόξαν τῷ Θεῷ καὶ τὸ κριθὲν παρ' αὐτῷ τυγχάνει· κρίσις δὲ τῶν κρινομένων διάκρισις, ἣ

Sed quia Judæi has Proverbiorum voces universorum Deo referent, nescientes Filium Dei hisce verbis quasi vere Filium Dei demonstrandum ipsis esse, id clare et aperte Scriptura declarat his verbis : « Quod nomen ejus, et quod nomen Filio ejus? » Cum autem Scriptura in psalmo dicit, « Deus, judicium tuum regi da; » diversum esse judicium a judicatione docet. Nam judicium est quod semel Deo placitum et judicatum est; judicatio vero est eorum quæ judicantur examen, quod sequitur pro

[9] Psal. II, 6-8. [10] Prov. VIII, 12. [11] ibid. 22, 25. [12] Prov. 30, 4. [13] Joan. III, 13.

merito singulis data retributio. Quare hic non judicationem postulat regi dari, sed judicium, sive sententiam et placitum Patris de divino Filii sui ad homines adventu. Judicium itaque regi, justitia vero filio regis datur. Ipse quippe rex justitia erat, ut declarat Apostolus dicens: « Qui factus est nobis sapientia a Deo, justitia item et sanctificatio, et redemptio [14]. » Hæc itaque Patris justitia filio regis data est ex semine David secundum carnem facto: in quo ceu in templo habitavit Dei verbum et sapientia et justitia. Causam vero cur justitia memorato filio regis data sit, deinde docet his verbis: « Judicare populum tuum in justitia, et pauperes tuos in judicio. » Oportebat enim pauperes Dei, et populum ejus in hominibus a filio regis in justitia judicari: quia alio modo regem suscepturi non erant. Quamobrem formam servi accipiens et habitu inventus ut homo, per Filium hominis quem assumpsit, ex omnibus gentibus secundum hoc justi viri dictum (1), « elegit sibi populum peculiarem [15]; » necnon eos qui hic pauperes ejus vocantur, quos ille beatos prædicat his verbis: « Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnorum cœlorum [16]. » Et alias de justitia hæc docet Apostolus: « Non enim erubesco Evangelium: virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Judæo primum, et Græco. Justitia enim in ipso revelatur [17]. » De pauperibus item hæc ipse declarat: « Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi nobiles, non multi potentes: sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes; et infirma et contemptibilia elegit, et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt, destrueret; ut non glorietur omnis caro in conspectu Dei [18]. »

A παρακολουθεῖ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονεμητικὸν ἑκάστῳ. Διόπερ ἐνταῦθα οὐ τὴν κρίσιν ἀξιοῖ δοῦναι τῷ βασιλεῖ· ἀλλὰ τὸ κρίμα, τουτέστι τὸ δόγμα καὶ τὸ κριθὲν τῷ Πατρὶ περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους θεοφανείας αὐτοῦ. Τὸ μὲν οὖν κρίμα τῷ βασιλεῖ δέδοται· ἡ δὲ δικαιοσύνη τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως. Δικαιοσύνη γὰρ ἦν αὐτὸς ὁ βασιλεὺς, ὥσπερ οὖν παρίστησιν ὁ Ἀπόστολος εἰπών· « Ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις. » Αὕτη τοίνυν ἡ τοῦ Πατρὸς δικαιοσύνη τῷ Υἱῷ τοῦ βασιλέως δέδοται τῷ ἐκ σπέρματος Δαυῒδ κατὰ σάρκα γενομένῳ· ἐν ᾧ κατῴκησεν ὥσπερ ἐν ναῷ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος καὶ ἡ σοφία, καὶ ἡ δικαιοσύνη. Τὴν δὲ αἰτίαν τοῦ δοθῆναι τὴν δικαιοσύνην τῷ δηλωθέντι υἱῷ τοῦ βασιλέως, ἑξῆς διδάσκει λέγων· « Κρίνειν τὸν λαόν
B σου ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς πτωχούς σου ἐν κρίσει. » Ἔδει γὰρ τοὺς πτωχοὺς τοῦ Θεοῦ καὶ τὸν ἐν ἀνθρώποις λαὸν αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως διακρίνεσθαι ἐν δικαιοσύνῃ· ἐπεὶ μὴ ἐχώρουν ἄλλως δέξασθαι τὸν βασιλέα. Διόπερ μορφὴν δούλου λαβὼν καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, δι' οὗ ἀνείληφεν Υἱοῦ ἀνθρώπου ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν κατὰ τοῦ δικαίου λόγον, « ἐξελέξατο ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, » καὶ τοὺς καλουμένους αὐτοῦ πτωχοὺς, οὓς καὶ μακαρίζων ἔλεγε· « Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Καὶ ἄλλως δὲ περὶ τῆς δικαιοσύνης διδάσκει ὁ Ἀπόστολος λέγων· « Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον· δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Δικαιοσύνη γὰρ ἐν
C αὐτῷ ἀποκαλύπτεται. » Καὶ περὶ τῶν πτωχῶν πάλιν ὁ αὐτὸς διασαφεῖ λέγων· « Βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ἀδελφοί· ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς, οὐ πολλοὶ δυνατοί· ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφούς· καὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο, καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ· ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. »

Vers. 3. « Suscipiant montes pacem populo, et colles justitiam. » Præter priora hæc quoque spiritus propheticus precatur, ut montes quondam populo infesti, posita inimicitia, pacem cum eo haberent, et ut colles prædictam justitiam eidem populo annuntiarent. Jam pridem enim montes cum populo inimicitias gesserunt, et colles similiter. Cum autem filius regis populum olim extraneum, proprium sibi facit, tunc montes, ut hic vocantur, pacem cum populo habent. Montes autem et colles pacem cum populo habentes, quos esse dixeris, nisi angelorum chorum, et his superiores divinas virtutes? quæ cum olim populus extraneus Deo esset, inimicitias cum eo gerebant; nunc autem cum in possessionem filii regis venerit, posita inimicitia, amicæ ejus effectæ sunt. Quis sit vero populus ex omnibus gentibus coactus intelliges, si his conferas Zachariæ prophetiam, quæ sic habet:

« Ἀναλαβέτωσαν τὰ ὄρη εἰρήνην τῷ λαῷ, καὶ οἱ βουνοὶ δικαιοσύνην. » Πρὸς τοῖς προτέροις καὶ ταῦτα τὸ πνεῦμα τὸ προφητικὸν εὔχεται, ὅπως τὰ ὄρη τὰ πάλαι ἐχθραίνοντα τῷ λαῷ εἰρηνεύσειε πρὸς αὐτὸν ἀπωθούμενα τὴν ἔχθραν, καὶ ὅπως οἱ βουνοὶ τὴν προλεχθεῖσαν δικαιοσύνην τῷ αὐτῷ λαῷ εὐαγγελίζωνται. Πρότερον μὲν γὰρ τὰ ὄρη ἔχθραν εἶχε πρὸς
D τὸν λαὸν, καὶ οἱ βουνοὶ ὡσαύτως· ὅτε δὲ ὁ υἱὸς τοῦ βασιλέως ἴδιον ἐποιήσατο τὸν λαὸν πάλαι ἀπηλλοτριωμένον αὐτοῦ, τηνικαῦτα καὶ τὰ καλούμενα ἐνταῦθα ὄρη εἰρηνεύει πρὸς τὸν λαόν. Ὄρη δὲ καὶ βουνοὺς εἰρηνεύοντας ἀνθρώποις τίνας ἂν εἴποις ἢ τὸν ἀγγέλων χορὸν καὶ τὰς τούτων ἀνωτέρας θείας δυνάμεις; αἳ πάλαι μὲν, ὅτε ἀλλότριος ἦν ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ, ἐχθραὶ ἦσαν αὐτοῦ· νῦν δ' ὅτε κτῆμα γέγονε τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως, ἐφιλιώθησαν αὐτῷ μεταβαλόντες τῆς ἔχθρας. Νοήσεις δὲ τὸν ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν συνηγμένον λαὸν, παραθεὶς τούτοις τὴν ἐν τῷ

[14] I Cor. I, 30. [15] Deut. XIV, 2. [16] Matth. V, 3. [17] Rom. I, 16. [18] I Cor. I, 26-29.

(1) Vel, *secundum justitiæ rationem.*

Ζαχαρίᾳ προφητείαν, ὧδε λέγουσαν· « Χαῖρε καὶ A εὐφραίνου, θύγατερ Σιών. Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεται, καὶ κατασκηνώσει ἐν μέσῳ σου, λέγει Κύριος. Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον, καὶ ἔσονταί μοι εἰς λαὸν, κἀγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν. Καὶ γνώσονται, ὅτι Κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ με πρὸς σέ. » Σαφῶς γὰρ διὰ τούτων ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους συντάξειν αὐτὸς ἑαυτῷ λαὸν ὁ Κύριος εὐαγγελίζεται. Τούτῳ δὴ οὖν τῷ λαῷ αἱ δυνάμεις αἱ ὑπερκόσμιοι καὶ αἱ ἀγγελικαὶ, ὄρη καὶ βουνοὶ ἐνταῦθα ὀνομαζόμεναι, εἰρήνευσαν ἐχθραίνουσαι τὸ πρὶν, ὅτε τῇ ἀθέῳ προσεῖχεν εἰδωλολατρείᾳ. Αἱ δ' αὐταὶ δικαιοσύνην εὐαγγελίζονται τῷ αὐτῷ λαῷ· ἤτοι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, αὐτὸν ὄντα τὴν δικαιοσύνην, ἢ τὸ σωτήριον Εὐαγγέλιον, δι' ὃ λέλεκται· « Ἀναλαβέτωσαν τὰ ὄρη εἰρήνην B τῷ λαῷ, καὶ οἱ βουνοὶ δικαιοσύνην. » Καὶ ταῦτα ἔσται, ἐπειδὴ ὁ προλεχθεὶς υἱὸς τοῦ βασιλέως « κρινεῖ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων· » κρίνας γὰρ πρότερον ἀξίους εἶναι σωτηρίας, οὕτως αὐτοὺς σώζει. Οὐ γὰρ ἀκρίτως, μετ' ἐξητασμένης δὲ κρίσεως τὴν σωτηρίαν παρέχει τοῖς ἑαυτοῦ πτωχοῖς καὶ τοῖς υἱοῖς τῶν πενήτων, ὧν καὶ ἡ προφητεία μέμνηται λέγουσα· « Εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με· κηρῦξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. » Πτωχοὺς δὲ ποίους φησὶν, ἢ τοὺς δυναμένους ὁμοίως Παύλῳ λέγειν· « Ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν, καὶ κολαφιζόμεθα, καὶ ἀστατοῦμεν· » τούς τε ὁμοίως Πέτρῳ φήσαντας· « Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι. » Τοιούτους δὲ πτωχοὺς αὐτὸς C ἑαυτῷ παρεσκεύαζε παραινῶν μὴ κτῆσθαι χρυσίον μηδὲ ἀργύριον εἰς τὰς ζώνας, μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μηδὲ ῥάβδον. « Τοιοῦτοι δὲ ἦσαν καὶ οἱ πάλαι περιελθόντες ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. » Ἀλλ' εἰ μὲν τούτων μόνον ἐμνημόνευσεν ὁ λόγος, ἀποκέκλειστο πᾶς ὁ μὴ τοιοῦτος· νῦν δὲ καὶ δεύτερον τάγμα καταριθμεῖται φάσκων· « Καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων. » Υἱοὶ δὲ πενήτων ἦσαν οἱ τῶν ἀποστόλων καὶ μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γνώριμοι, ὁποίους δηλῶν ὁ Ἀπόστολος ἔλεγεν· « Ἐὰν γὰρ πολλοὺς παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας· ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα· D » καὶ πάλιν· « Τέκνα μου, οὓς πάλιν ὠδίνω ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Ἀλλὰ τοὺς μὲν πτωχοὺς ἑαυτοῦ καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων σὺν δικαιοσύνῃ καὶ ὀρθῇ κρίσει σώζει· τὸν δὲ συκοφάντην προειρημένον ἢ καὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν πολεμεῖν (μυρίοι δὲ συκοφάνται τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ διαβάλλουσι), καὶ τὸν βίον τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ διαπρεπόντων ἄλλοι συκοφαντοῦσιν· ὧν ἐπιστήσας τῇ τελευτῇ τοῦ βίου, ὄψει ὅπως εἴρηται τὸ, « Καὶ ταπεινώσει συκοφάντην. » Τίς γὰρ τῶν τυραν-

« Gaude et lætare, filia Sion. Ecce rex tuus venit, et habitabit in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multæ ad Dominum, et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum. Et cognoscent quia Dominus omnipotens misit me ad te [19]. » His quippe Dominus, ex gentibus se, non ex Judaica gente, sibi populum congregaturum esse perspicue denuntiat. Huic sane populo virtutes quæ supra mundum et angelicæ sunt, hic montes et colles vocatæ, ad pacis conditiones venerunt; quæ olim, cum populus impie idololatriæ hæreret, infestæ erant. Hæ vero ipsæ justitiam eidem populo annuntiant, videlicet Christum Dei, qui vere justitia est; sive salutare Evangelium, cujus causa dictum est : « Suscipiant montes pacem populo, et colles justitiam. » Hæc porro evenient, quia memoratus filius regis « judicabit pauperes populi, et salvos faciet filios pauperum; » nam cum prius salute dignos judicasset, sic eis salutem impertit. Non enim sine prævio judicio, sed præmisso examine, salutem præbet pauperibus suis et filiis pauperum, quorum prophetia meminit dicens : « Evangelizare pauperibus misit me : prædicare captivis dimissionem, et cæcis visus restitutionem [20]. » Mendicos vero quos ait, nisi eos qui perinde atque Paulus dicere valent, « Usque in hanc horam et esurimus et sitimus, et nudi sumus, et colaphis cædimur, et instabiles sumus [21] : » atque eos qui cum Petro hæc effari possunt, « Argentum et aurum non est mihi [22]. » Tales sibi pauperes paravit, præcipiens illis ut non possiderent aurum neque argentum in zonis, neque peram ad viam, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam [23]. Hujusmodi item erant illi olim « circumeuntes in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis et in foraminibus terræ [24]. » Sed si hosce solum sermo commemorasset, exclusus sane foret quisquis iis non similis esset. At jam alium ordinem enumerat dicens, « Et salvos faciet filios pauperum. » Filii vero pauperum erant apostolorum et discipulorum Servatoris nostri noti, quos Apostolus hisce verbis indicavit : « Nam etsi multos pædagogos habeatis in Christo, sed non : multos patres : in Christo enim Jesu ego vos genui [25]; » ac rursum : « Filii mei, quos rursum parturio, donec formetur Christus in vobis [26]. » Verum pauperes suos et filios pauperum cum justitia et recto judicio salute donat. Calumniatoris autem, qui in animum induxit populum et Ecclesiam ejus impugnare (nam sexcenti sycophantæ sunt qui Ecclesiam ejus calumniantur); imo etiam aliorum qui probi instituti viros in Ecclesia ejus sycophantiis impetunt, vitæ exitum perpendens, probe intelliges cur dicatur, « Et humiliabit calumniatorem. » Quis enim eorum, qui tyrannice in Salvatoris nostri Ecclesiam egerunt,

[19] Zach. II, 10, 11. [20] Isa. LXI, 1. [21] I Cor. 4, 11. [22] Act. III, 6. [23] Matth. X, 9. [24] Hebr. XI, 37. [25] I Cor. IV, 15. [26] Gal. IV, 19.

eamque blasphemis dictis et sycophantiis traduxerunt, dejectus non fuit? Quis ex sapientibus hujus sæculi linguam suam exacuit contra divinam Scripturam, quin sycophantiæ suæ pignora retulerit? Sed cum bene multi sycophantæ contra Ecclesiam ejus insurrexerint, omnesque prorsus dejecti et humiliati fuerint; ipse tamen una cum sole permansurus, ac perinde atque sol doctrinæ suæ radiis totum orbem illustraturus prædicitur; et ante lunam futurus prænuntiatur; sive secundum Aquilam, « Et in faciem lunæ; » aut secundum Symmachum, « Et in conspectu lunæ permanebit. » Non enim, ante lunam, id est, antequam luna fieret; sed coram, id est, in conspectu lunæ est reputandus. Quemadmodum enim sol diem efficit cum super terram advenit; luna vero lumine suo noctis tenebras solvit : eodem modo qui in vaticinio fertur, perinde atque luna animas in tenebris et nocte versantes illuminat; atque veluti sol totum illustrat orbem, ac permanet et perseverat usque ad consummationem sæculi. Quandiu enim sol totum orbem lætificat, tandiu et ille una cum sole permanens et perseverans hominum animas illuminat; ac perinde atque luna plena in generationes generationum perdurare dicitur.

VERS. 6-8. « Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram. » Descensum Dei Verbi intelligas, si consideres depressionem et attemperationem qua se hominum parvitati adaptavit, cum « humiliavit semetipsum formam servi accipiens, et habitu inventus ut homo [27]. » Quare dicitur, « Descendet. » Necesse vero fuit ut exemplo prophetia uteretur dicens, « Sicut pluvia in vellus. » Quod similiter reliqui omnes ediderunt, Aquila scilicet, « Et descendet sicut pluvia in pellem; » Symmachus, « Descendet sicut ros in vellus; » parique modo reliqui interpretes, declarantes Verbi, quod in prophetia, fertur ex sublimi, sive ex ipsis cœlis, descensum in terram : ipsumque quiete ac sensim, advertente nemine, descendisse subindicantes. Pluvia quippe in vellus insensili modo sine strepitu demittitur. Quia igitur Servatoris nostri generatio secundum carnem tali dispensatione facta est, ut ne ex vicinis quidem ullus conceptionis et partus sanctæ Virginis mysterium vel cogitaret vel audiret; quod ipsum præsens sermo subindicavit dicens : « Descendet sicut pluvia in vellus; » et alias, quia vellus ovium pellis est, si cogites Servatorem ipsum ita docuisse, « Non veni nisi ad oves quæ perierunt domus Israel [28]; » præsens dictum hujusmodi voci coaptabis. Non enim ad aliam gentem descendit, sed ad solam Judaicam, penes quam commoratus est. Primus ergo ejus descensus talis fuit, qualis pluviæ in vellus secundum jam traditam rationem. Post hæc

A νευσάντων, καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἐκκλησίαν βλασφημίαις καὶ συκοφαντίαις περιβαλλόντων, οὐ τεταπείνωται; Τίς τῶν σοφῶν τοῦ αἰῶνος τούτου, τὴν αὐτοῦ γλῶτταν ἀκονήσας κατὰ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, οὐ τὰ ἐπίχειρα πέπονθε τῆς συκοφαντίας; Ἀλλὰ γὰρ πλείστων ὅσων ἐπισταμένων συκοφαντῶν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ, πάντων τε κατὰ καιροὺς ταπεινουμένων, αὐτὸς συμπαραμένειν τῷ ἡλίῳ θεσπίζεται, ὁμοίως ἡλίῳ ταῖς αὐγαῖς τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας τὸν σύμπαντα καταλάμπων κόσμον· καὶ πρὸ τῆς σελήνης δέ· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « Καὶ εἰς πρόσωπον τῆς σελήνης· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Καὶ ἔμπροσθεν τῆς σελήνης διαμενεῖ. » Οὐ γὰρ πρὸ τῆς σελήνης, τουτέστι πρὶν γενέσθαι τὴν σελήνην· ἀλλ' ἐνώπιον ὥσπερ καὶ ἔμπροσθεν ἡγούμενος τῆς σελήνης. B Ὥσπερ γὰρ ἥλιος μὲν ἡμέραν ἐργάζεται ὑπὲρ γῆς γενόμενος· σελήνη δὲ νυκτὸς διαλύει τὸ σκότος τῷ ἑαυτῆς φωτί· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ προφητευόμενος ὁμοίως μὲν σελήνῃ τὰς ἐν σκότῳ καὶ νυκτὶ τυγχανούσας ψυχὰς φωτίζει, ἡλίῳ δὲ παραπλησίως τὸν σύμπαντα καταλάμπει κόσμον, διαμένει τε καὶ συμπαραμένει ἄχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Εἰς ὅσον γὰρ ἥλιος τὸν σύμπαντα φαιδρύνει κόσμον, εἰς τοσοῦτον καὶ αὐτὸς τῷ ἡλίῳ συμπαραμένων καὶ συνεκτεινόμενος τὰς τῶν ἀνθρώπων φωτίζει ψυχάς· ὡσαύτως δὲ καὶ σελήνῃ πλησιφαεῖ παραπλησίως εἰς γενεὰς γενεῶν λέγεται διαρκεῖν.

« Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγόνες στάζουσαι ἐπὶ τὴν γῆν. » Κατάβασιν τοῦ Θεοῦ C Λόγου νοήσεις, ἐπιστήσας τῇ καταβάσει καὶ τῇ συμπεριφορᾷ καθ' ἣν συμπεριενεχθεὶς τῇ τῶν ἀνθρώπων σμικρότητι, « ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. » Δι' ὃ λέλεκται· « Καταβήσεται. » Ἀναγκαίως δὲ καὶ παραδείγματι κέχρηται προφητεία φήσασα, « Ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον. » Ὃ δὴ συμφώνως οἱ λοιποὶ πάντες ἡρμήνευσαν· Ἀκύλας μὲν εἰπὼν, « Καὶ καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ κουράν· » Σύμμαχος δὲ, « Καταβήσεται ὡς δρόσος ἐπὶ πόκον· » καὶ οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ ὁμοίως· παριστῶντες τοῦ Λόγου τὴν ἐξ ὕψους τὴν ἐξ αὐτῶν οὐρανῶν κάθοδον ἐπὶ γῆς τοῦ προφητευομένου· καὶ ὡς ἠρέμα καὶ ἡσυχῇ μηδενὸς αἰσθομένου καταβέβηκεν. Ὑετὸς γὰρ ἐπὶ πόκον κατιὼν, ἀνεπαισθήτως καὶ ἀψοφητὶ κάτεισιν. Ἐπεὶ D τοίνυν ἡ κατὰ σάρκα γένεσις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τοιαύτην ἀνείληφε τὴν οἰκονομίαν, ὡς μηδένα νοῆσαι μηδὲ ἀκουσθῆναι, μηδὲ τοὺς (1) ἐκ γειτόνων οἰκοῦσι τὸ μυστήριον τῆς συλλήψεως καὶ τοῦ τοκετοῦ τῆς ἁγίας Παρθένου. Τοῦτ' αὐτὸς ὁ παρὼν ᾐνίξατο λόγος, εἰπών· « Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον· » καὶ ἄλλως, ἐπειδὴ πόκος προβάτων δορὰ, νοήσας ὅπως αὐτὸς ἐδίδασκε λέγων ὁ Σωτήρ· « Οὐκ ἦλθον εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· » ἐφαρμόσεις τὸ παρὸν λόγιον τῇ αὐτοῦ φωνῇ. Οὐ γὰρ ἐπὶ ἕτερον ἔθνος καταβέβηκεν, ἀλλ' ἐπὶ μόνον τὸ Ἰουδαίων, παρ' οἷς καὶ τὰς διατριβὰς ἐποιήσατο. Ἡ μὲν οὖν πρώτη κατάβασις αὐτοῦ γέγονεν ὡς ὑετὸς

[27] Philip. II, 8. [28] Matth. XV, 24.

(1) Forte τοῖς.

ἐπὶ πόκον κατὰ τοὺς ἀποδοθέντας τρόπους· μετὰ ταῦτα δὲ οὐκέτι ὡς ἐπὶ πόκον, ἀλλὰ σὺν πολλῇ κινήσει· καὶ κτύπος ἐξάκουστος γέγονε καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἡ διδασκαλία αὐτοῦ. Δι' ὃ ἐπιλέγεται ἑξῆς, « καὶ ὡσεὶ σταγόνες στάζουσαι ἐπὶ τὴν γῆν. » Σταγόνες γὰρ ἢ ψεκάδες κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς στάζουσαι ἐπὶ τὴν γῆν οὐκέτ' ἀψοφητὶ, σὺν πολλῷ δὲ ψόφῳ κατίασι. Καὶ τοῦτο δὲ τέλος ἐτύγχανεν, ὅτε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν.

Τούτοις ἑξῆς εἴρηται· « Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη καὶ πλῆθος εἰρήνης· » κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, « Βλαστήσει ἐν ἡμέραις αὐτοῦ δίκαιος καὶ πλῆθος εἰρήνης· » κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, « Ἀνθήσει ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δίκαιος. » Ἡμέραι δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν αἱ ἀπὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος νοηθήσονται. Ὥσπερ γὰρ ἀκούομεν τὸ, « Ἐν ταῖς ἡμέραις Δαυῒδ, » καὶ, « Ἐν ἡμέραις Ἱεροβοάμ, » οὕτως εἶεν ἂν ἡμέραι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, πρὸς ὀλίγον φανέντες, θᾶττον ἀπεσβέσθησαν· δι' ὃ καὶ αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἐξέλιπον· αἱ δὲ ἡμέραι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁπόσαι τυγχάνουσι, φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσεν εἰπών· « Συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ καὶ ἔμπροσθεν τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν· » οἷς ἀκολούθως καὶ αὐτὸς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἐπηγγέλλετο λέγων· « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι ἄχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· » Οὕτω γὰρ ἤμελλε συμπαραμένειν τῷ ἡλίῳ. Οὐκοῦν ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, καθ' ἃς συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, καὶ ὁμοίως σελήνῃ τὰς τῶν ἐν σκότῳ φωτίζει ψυχὰς, ἀναλάμψει ἐπὶ πάσης τῆς γῆς δικαιοσύνη· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « δίκαιος· » οὐκέτι παρὰ Ἰουδαίοις μόνοις ἑνός που καὶ δευτέρου ὀνομαζομένου δικαίου, καθ' ὅλης δὲ τῆς οἰκουμένης μυρίων ἐν Χριστῷ δικαιουμένων. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν δικαίων τῶν ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Σωτῆρος ἀνθούντων καὶ φωτὸς δίκην ἀνατελλόντων ὁμοίως τῷ ἑαυτῶν φωστῆρι νοήσεις ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἁπανταχοῦ γῆς μαρτύρων αὐτοῦ καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ τὸν ἀγγελικὸν ἐν παντελεῖ ἁγνείᾳ κατορθούντων βίον. Εἰ δὲ καὶ δικαιοσύνη ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ ἀνθήσειν λέλεκται, καὶ τοῦτο ὅπως δι' ἔργων πληροῦται ἔστι καταμαθεῖν ἐκ τοῦ μὴ Ἰουδαίους μόνους, ἀλλὰ καὶ πᾶν ἔθνος καλεῖσθαι ἐπὶ τὴν ἔνθεον πίστιν, δούλους τε ἐξ ἴσου τοῖς ἐλευθέροις θεοσεβεῖν, καὶ πένητας ὁμοίως τοῖς πλουσίοις, ἄρχοντάς τε σὺν ἀρχομένοις σὺν πολλῇ Θεοῦ δικαιοσύνῃ. Ὅπως δὲ πλῆθος εἰρήνης ἀνατέταλκεν ἐν ταῖς δηλωθείσαις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡμέραις, νοῆσαι ἔστιν ἐπιστήσαντα τῇ καταστάσει τῶν πρὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας πραγμάτων. Καθ' ἣν τὸ σύμπαν τῶν ἀνθρώπων γένος διῄρητο ἀποτετμημένων ὥσπερ ἐξ ἑνὸς σώματος εἰς μυρία διεσπαρμένα μέλη, ἄλλων ἄλλως ἐθνῶν πάλαι πρότερον ἀφωρισμένων, πολεμούντων τε ἀλλήλοις καὶ πολεμουμένων· καὶ τῶν μὲν τυραννουμένων, τῶν δὲ δημοκρατουμένων, ἑτέρων δὲ ὀλιγαρχουμένων· τοπάρχων κατ' ἔθνος καὶ τυράννων

A autem, non ultra sicut in vellus, sed magno cum motu, sonitus sive doctrina ejus per totum orbem ad omnium aures pervasit. Quare additur deinde, « et sicut stillicidia stillantia super terram. » Stillicidia namque, sive « guttæ roris » secundum reliquos interpretes, stillantes super terram, non prorsus sine strepitu, sed magno cum sonitu descendunt. Id vero tum finem accepit, quando in omnem terram exivit sonus apostolorum ejus, et in fines orbis terræ verba eorum.

Sub hæc dicitur : « Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis ; » secundum Aquilam vero, « Germinabit in diebus ejus justus, et abundantia pacis ; » secundum Symmachum vero, « Florebit B in diebus ejus justus. » Dies autem Servatoris nostri ab adventu ejus usque ad consummationem sæculi intelligendi sunt. Qua ratione enim audimus, « In diebus David ; In diebus Jeroboam ; » eodem prorsus modo dies Servatoris nostri excipiendi sunt. Sed illi quidem cum ad breve tempus superstites fuissent, brevi exstincti sunt, quare dies illorum defecerunt. Dies vero Servatoris nostri quot sint, supra declaratum his verbis est : « Permanebit cum sole et ante lunam, in generationes generationum. » Consequenter ad hæc verba discipulis suis hæc pollicitus est : « Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi [29] ; » ita enim cum sole permansurus erat. Itaque in diebus ipsius, C queis cum sole permanebit, et simili quo luna modo, animas in tenebris positas illuminabit, justitia lucebit in universa terra ; sive secundum Aquilam, « justus. » Nec ultra apud Judæos tantum unus aut alter justus nominabitur ; sed per totum orbem infiniti in Christo justificabuntur. Multitudinem autem justorum, qui in diebus Servatoris nostri floruerunt, et qui luminis instar, perinde atque ipsorum luminare, exorti sunt, intelliges ex multitudine martyrum ejus per universam terram, eorumque qui in Ecclesia ejus angelicam vitam cum omni castitate duxerunt. Quod si dictum est, futurum esse ut justitia in diebus ejus efflorescat ; et hoc quo pacto eveniat hinc edisces, quod non tantum Judæi, sed etiam omnes gentes ad divinam fidem vocatæ sint, ac servi pariter et liberi D Deum colant, pauperes perinde atque divites, principes cum subditis, cum multa Dei justitia [pie vivant]. Quo pacto autem abundantia pacis in memoratis Salvatoris nostri diebus orta sit, probe intelligitur ex rerum ante primum ejus adventum conditione. Quo tempore totum humanum genus ceu ex uno corpore in infinita membra hinc inde dispersa divisum erat. Nam gentes aliæ alio modo a priscis jam temporibus divisæ fuerant ; bellumque inter se gerebant, ab aliisque impugnabantur : et alii quidem tyrannis subditi erant, alii democratia, alii paucorum dominatu regebantur, toparchæ et

[29] Matth. xxviii, 20.

tyranni varii imperium obtinebant; ut vicinis non A facultas esset ad finitimas regiones commeandi, quia nulla esset societas, bellaque inexpiabilia et implacabiles inimicitiæ jamdiu usque ad Servatoris nostri tempus perdurarent. Ex quo autem sublatis regulis, monarchia gentibus multis imperavit, vere fuit abundantia pacis, et commercium universarum gentium; ita ut opere comprobetur hoc testimonium soli Servatori nostro convenire. Hanc autem abundantiam pacis permansuram ait «donec auferatur luna,» sive secundum Aquilam, «usquequo luna;» vel, secundum Symmachum, «donec antiquetur luna.» Quandonam antiquabitur luna? In consummatione sæculi, qua hæc prophetia implebitur: «Sol et luna obscurabuntur [30];» ac rursum, «Non erit tibi sol in lucem diei, neque luna illuminabit te B noctu [31].» Itaque quemadmodum superius eum qui in vaticinio fertur, cum sole permansurum declarabat; sic jam abundantiam pacis ab eo hominibus procurandæ, usque ad consummationem duraturam esse vaticinatur: quod scilicet quiete ac sine strepitu in Judaicam gentem ventura sit, et quod impletura sit totum orbem instar stillicidiorum stillantium super terram. Quod item futurum sit ut justitia oriatur in diebus ejus atque abundantia pacis, jam superius commonstratum est.

Sub hæc docet, non quodam angulo terræ circumscribendum dominatum ejus esse; sed dominaturum ipsum esse omnibus gentibus. Quamobrem di- C ctum est: «Et dominabitur a mari usque ad mare.» Nam si termini quidam terræ sunt, qui ipsam circumquaque ambiant, videlicet maria Oceanusque, qui ab hominibus præternavigari nequit; sane id quod ab omnibus undique maribus continetur, Domino, qui prænuntiatur, confitebitur. Quocirca dicitur: «Et dominabitur a mari usque ad mare.» Dictum autem impletum noveris, si perpendas Dei Ecclesias ubique terrarum Christum ejus, Dominum prædicare. Sed etiam a flumine usque ad terminos orbis terrarum dominaturum eum necessario pronuntiat. Nos quippe ediscere opus erat undenam doctrinæ initium ducturus sit: significat autem principium ipsi futurum esse a flumine. Quod flumen indicat Evangelium dicens: «Tunc accedit D Jesus a Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. Ille autem prohibebat eum dicens: Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me. Ille autem respondens dixit ei: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem justitiam [32].» Quando postquam baptizatus fuisset, «Aperti sunt cœli, et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam et venientem super ipsum. Et vox de cœlis audita est dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui [33].» Ex illo namque tempore dominatus ejus agnosci cœpit. Miro quoque modo hujus fluminis mentionem Isaias propheta facit,

κρατούντων· ὡς ἄμικτα εἶναι καὶ ἄβατα τοῖς πλησιοχώροις τὰ τῆς τῶν γειτόνων χώρας· πολέμους τε ἀσπόνδους καὶ ἔχθρας ἀκαταλλάκτους ἐκ μακροῦ αἰῶνος μέχρι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν συνεστάναι. Ἐξ ἐκείνου δὲ πάσης πολυαρχίας ἐκποδὼν ἀρθείσης, μοναρχία τῶν πλείστων ἐθνῶν ἐπικεκράτηκε· γέγονέ τε ὡς ἀληθῶς πλῆθος εἰρήνης, κοινωνίαν καὶ ἐπιμιξίαν κτησαμένων ἁπάντων τῶν ἐθνῶν· ὡς ἔργῳ μαρτυρεῖσθαι τὴν ἐν χερσὶ μαρτυρίαν μόνῳ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν ἐφαρμόττουσαν. Τοῦτο δὲ τὸ πλῆθος τῆς εἰρήνης παραμένειν φησὶν «ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη·» ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, «ἕως οὗ ἡ σελήνη·» ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, «ἕως παλαιώσεως τῆς σελήνης.» Πότε δὲ παλαιοῦται σελήνη; Κατὰ τὴν συντέλειαν τοῦ αἰῶνος, καθ' ἣν πληρωθήσεται ἡ φάσκουσα προφητεία· «Ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη συσκοτάσουσι·» καὶ πάλιν· «Οὐκ ἔσται σοι ὁ ἥλιος εἰς φῶς ἡμέρας, οὐδὲ ἡ σελήνη φωτιεῖ σοι τὴν νύκτα.» Οὐκοῦν ὥσπερ ἀνωτέρω συμπαραμένειν τῷ ἡλίῳ τὸν προφητευόμενον ἐδήλου, οὕτως καὶ ἐνταῦθα τὸ πλῆθος τῆς ὑπ' αὐτοῦ προξενηθησομένης ἀνθρώποις εἰρήνης μέχρι τῆς συντελείας διαρκέσειν θεσπίζει. Ὅπως μὲν οὖν καταβήσεται ἠρέμα καὶ ἀψοφητὶ ἐπὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, καὶ ὡς πληρώσει τὴν σύμπασαν οἰκουμένην δίκην σταγόνων σταζουσῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὡς δικαιοσύνη ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ καὶ πλῆθος εἰρήνης, δεδήλωται διὰ τῶν εἰρημένων.

Ἑξῆς δὲ διδάσκει, ὅτι μὴ ἐν γωνίᾳ γῆς περιγραφήσεται αὐτοῦ ἡ δεσποτεία· κυριεύσει δὲ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων. Δι' ὃ λέλεκται· «Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης.» Εἰ γάρ ἐστί τινα πέρατα γῆς, ἃ δὴ πανταχοῦ κυκλοῦσι, θάλασσαι Ὠκεανός τε ἀπέραντος ἀνθρώποις· τοῦτο πάντων εἴσω τῶν πανταχοῦ θαλασσῶν Κύριον ὁμολογήσει τὸν θεσπιζόμενον. Δι' ὃ λέλεκται· «Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης.» Γνοίης δ' ἂν τοῦ λόγου τὸ ἀποτέλεσμα συνιδὼν ὅπως ἁπανταχοῦ γῆς αἱ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαι τὸν Χριστὸν αὐτοῦ Κύριον ἀναγορεύουσιν. Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ποταμοῦ ἕως τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης κατακυριεύσειν αὐτόν φησι σφόδρ' ἀναγκαίως. Ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς μαθεῖν ὁπόθεν ἄρξεται τῆς διδασκαλίας· σημαίνει δὲ, ὡς ἄρα ἔσται αὐτῷ ἡ καταρχὴ ἀπὸ ποταμοῦ. Ὅντινα ποταμὸν παρίστησι τὸ Εὐαγγέλιον φάσκον· «Τότε παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην πρὸς Ἰωάννην, τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ διεκώλυεν αὐτὸν λέγων· Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ· Ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην.» Ὅτε μετὰ τὸ βαπτισθῆναι αὐτὸν «Ἠνοίγησαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡς περιστερὰν καὶ ἐρχόμενον εἰς αὐτόν. Φωνή τε ἐκ τῶν οὐρανῶν ἠκούσθη λέγουσα· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.» Ἐξ ἐκείνου γὰρ γνωρίζεσθαι αὐτοῦ ἤρξατο ἡ κυριότης. Παραδόξως δὲ τούτου μέμνηται τοῦ ποταμοῦ καὶ Ἡσαΐας ὁ προφήτης εὐαγγελιζόμενος τὴν ἔρημον, ἐν ᾗ ἐκήρυτ-

[30] Joel II, 10. [31] Isa. LX, 19. [32] Matth. III, 13-15. [33] ibid. 16, 17.

τεν Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής. Ἐβόα δ' οὖν λέγων· « Εὐφράνθητι, ἔρημος διψῶσα, ἀγαλλιάσθω ἔρημος καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον· καὶ ἐξανθήσει καὶ ἀγαλλιάσεται τὰ ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου. » Ἀντὶ τίνος γὰρ οὐχ ἑτέρου μέμνηται ποταμοῦ ὁ τοσοῦτος προφήτης, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Ἰορδάνου καὶ τῆς ἐρήμου ἀμφὶ τοῦτον· εὐφροσύνην τε καὶ ἀγαλλίασιν τῇ ἐρήμῳ τοῦ Ἰορδάνου, ἀλλ' οὐχὶ τῇ Ἱερουσαλὴμ, οὐδὲ τῇ λοιπῇ Ἰουδαίᾳ εὐαγγελίζεται; Οὐκοῦν ἔχομεν καὶ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ τὴν δήλωσιν τοῦ ποταμοῦ περὶ οὗ φησιν ὁ παρὼν λόγος, « Καὶ ἀπὸ ποταμοῦ ἕως τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης » κατακυριεύσειν τὸν προφητευόμενον. Ὀφθαλμοῖς δὲ παραλαβεῖν ἔστι δι' ἔργων κεχωρηκυίας τὰς προαναφωνήσεις, ὁρῶντας μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις αὐτοῦ κυριολογούμενον τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

« Ἐνώπιον αὐτοῦ προπεσοῦνται Αἰθίοπες, καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ χοῦν λείξουσι. » Σφόδρ' ἀκολούθως μετὰ τὸ εἰπεῖν, « Κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμοῦ ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης, » Αἰθιόπων ἐμνημόνευσεν, οἳ τὰ ἔσχατα τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης οἰκοῦσι, τά τε πρὸς ἀνατολὰς καὶ τὰ πρὸς δύοντα ἥλιον. Ὅθεν καὶ παρὰ τοῖς ἔξω τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου κατὰ φύσιν εἰρῆσθαι δοκεῖ τὸ,

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν·
Οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

Καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ εἴρηται ψαλμῷ· « Αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ Θεῷ· » καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ προφήτῃ λέλεκται· « Ἐκ περάτων ποταμῶν Αἰθιοπίας οἴσουσιν οὐσίας μοι. » Καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις δὲ ἀκολούθως τούτοις τὸ, « Ἐνώπιον αὐτοῦ προπεσοῦνται Αἰθίοπες, » θεσπίζεται. Δι' ὧν ἁπάντων ὁ λόγος σημαίνει τὰ ἔσχατα τῆς γῆς τὴν τοῦ προφητευομένου γνῶσιν ἀναλήψεσθαι, καὶ προσκυνήσειν αὐτῷ, προσπίπτοντας καὶ γόνυ κλίνοντας. Δι' ὃ λέλεκται κατὰ τὸν Ἀκύλαν· « Εἰς πρόσωπον αὐτοῦ κάμψουσιν Αἰθίοπες· » κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· « Ἔμπροσθεν αὐτοῦ ὀκλάσουσιν Αἰθίοπες. » Διὰ δὲ τῶν Αἰθιόπων τῶν τὰ ἔσχατα τῆς γῆς οἰκούντων καὶ τὰ εἴσω τῆς οἰκουμένης ἔθνη δηλοῦνται. Καὶ πρόδηλον ὅπως ἁπανταχοῦ γῆς οἱ εἰς αὐτὸν πεπιστευκότες, γόνυ κλίνοντες καὶ εἰς αὐτὴν προπίπτοντες τὴν γῆν, δι' αὐτοῦ τὴν προσκύνησιν τῷ ἐπὶ πάντων ἀναπέμπουσι Θεῷ. Ἀλλὰ καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, φησὶ, χοῦν λείξουσιν, ἐξομοιωθέντες τῷ ἑαυτῶν πατρὶ τῷ ὄφει, ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ πορευομένῳ, καὶ γῆν ἐσθίοντι κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς γενομένην αὐτῷ προστίμησιν. Οὕτω δ' οὖν ὄψει τοὺς τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ πολεμίους τὸν χοῦν καὶ τὰς σωματικὰς ἡδονὰς περιλιχμωμένους. Εἰ γὰρ τὸ σῶμα, ᾧπερ κεῖται ἡ ψυχὴ, χοῦς ἀνείρηται κατὰ τὴν φάσκουσαν Γραφήν· « Ἔλαβεν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον· » οἱ τὸν χοῦν περιλιχμώμενοι καὶ τὰς τῆς σαρκὸς ἡδυπαθείας τιμῶντες διαβέβληνται εἰκότως, ὡς ἂν ἐχθροὶ τοῦ σωτηρίου τυγχάνοντες λόγου. Ἀλλ' οὗτοι μὲν τοιοῦτοι· τὸ δ' ἕτερον τάγμα τῶν

A evangelizans desertum in quo prædicabat Joannes Baptista. Sic ille clamabat : « Lætare desertum sitiens, exsultet solitudo et floreat sicut lilium : et florebunt et exsultabunt deserta Jordanis [34]. » Quare non alius fluminis mentionem tantus propheta facit, quam Jordanis, et solitudinis circumpositæ; lætitiamque et exsultationem deserto Jordanis annuntiat, non autem Jerosolymæ, nec reliquæ Judææ. Adest sane apud ipsum Isaiam declaratio fluminis, de quo hic dicitur, « Et a flumine usque ad terminos orbis terrarum » dominaturum esse eum qui in vaticinio fertur. Licetque prædictionem vel ipsis oculis completam deprehendere, cum videamus Christum Dei usque ad terminos terræ in Ecclesiis ejus ut Dominum celebrari.

B

VERS. 9-11. « Coram illo procident Æthiopes, et inimici ejus terram lingent. » Admodum consequenter, postquam dixerat, « Dominabitur a mare usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, » Æthiopas memoravit, qui orbis nostri extrema incolunt, tum ea quæ ad orientem, tum ea quæ ad occasum solis sita sunt. Unde apud exteros, dictis nostris consona secundum rei naturam habentur in illo :

Æthiopas qui bifariam divisi sunt ultimi hominum,
Alii quidem ad occidentem, alii ad orientem solem [35].

In alio quoque psalmo dictum est : « Æthiopia porriget manum suam Deo [36]; » ac iterum in alio propheta : « Ex terminis fluminum Æthiopiæ ferent

C substantiam mihi [37]. » In his item consona voce vaticinatur ille, « Coram illo procident Æthiopes. » Queis omnibus significatur futurum, ut termini terræ ejus qui in prophetia enuntiatur cognitionem recipiant, ac procidentes et genua flectentes, adorent ipsum. Quamobrem, secundum Aquilam, dicitur, « Ad faciem ejus curvabunt se Æthiopes; » secundum Symmachum autem, « In conspectu ejus procumbent Æthiopes. » Per Æthiopes autem qui extrema terræ incolunt, gentes etiam quæ intra orbem sunt, indicantur. Manifestumque est, ubique terrarum, qui in ipsum credunt, genua flectentes et in terram procumbentes, per eum adorationem suam universorum Deo emittere. Imo etiam ait, « Inimici

D ejus terram lingent, » patri suo serpenti similes, qui in pectore et ventre graditur, et terram comedit, secundum inflictam sibi a principio pœnam. Sic videas inimicos Ecclesiæ Christi, terram et corporeas voluptates lingere. Si enim corpus, cui inest anima, pulvis dictum est secundum hanc Scripturæ vocem, « Accepit Deus pulverem ex terra, et efformavit hominem [38], » qui terram lingunt, carnalibusque voluptatibus addicti sunt, jure, utpote salutaris verbi inimici, male audiunt. Sed hi quidem tales : alius autem ordo eorum qui regnum Christi cognoscunt, dona ipsi afferet, ut in prophetia fertur his verbis : « Reges Tharsis et insulæ munera

[34] Isa. xxxv, 1. [35] Hom. *Odys.* I. [36] Psal. LXVII, 32. [37] Soph. III, 10. [38] Gen. II, 7.

offerent, reges Arabum et Saba dona adducent. » In his autem dum in duas partes orbis dividitur, aliud ad occasum solis assignantur, quod primum declaratur his verbis, « Reges Tharsis et insulæ munera offerent; » queis mare Occidentale significat, necnon insulas ibidem sitas. Sic ergo olim Jonas propheta surrexit ut fugeret in Tharsis, et descendit Joppen, conscenditque navem ut fugeret in Tharsis, quam esse dicunt Tharsum. In Ezechiele vero Tharsis vocabulum, Carthaginem LXX expresserunt. Aliud clima ad orientem solem his significatur, « Reges Arabum et Saba. » Nam Arabum genus orientale est, ulterius autem Persica regio necnon Sabaitarum terra posita dicitur. Pro illo autem, « Reges Arabum et Saba, » Aquila et Symmachus ac cum iis Hebraicum exemplar, « Reges Saba et Saba » habent. Ita ut pronuntiando quidem idipsum sint, elementorum varietate differant. Nam primum Saba per litteram *Sen* ab Hebræis dictam; secundum vero per *Sade* scriptum in Hebraico est, unde interpretationis ortum discrimen est. Servator sane hoc nomen commemorat dicens: « Regina Saba surget in die judicii, et condemnabit generationem hanc, quia venit a finibus terræ, ut audiret sapientiam Salomonis [39]: » aperte declarans in terminis terræ sitam gentem Saba dictam. Hæc porro tertius Regnorum liber de ista gente narrat: « Et regina Saba audivit nomen Salomonis, et venit ut tentaret eum in ænigmatibus. Et venit in Jerusalem in potestate gravi valde. Et cameli ferentes delicias et lapidem pretiosum [40]. » Vocabatur porro regio atque gens illa Saba, a proavo Saba, qui filius Chus fuisse scribitur. Ait ergo Moysis Scriptura: « Filii autem Chus, Saba et Hevila, et Sabatha [41]. » Chus vero explicatur « Æthiops. » Gens igitur quæ Saba vocatur, Æthiopica videtur esse. Secundum item Saba memoratur, de quo ait Scriptura: « Filii Regmas, Saba et Dadan [42]. » Congruenter itaque in psalmo secundum reliquos interpretes scribitur: « Reges Saba et Saba dona adducent. » Cæterum his prophetia significat, regna ad orientalem plagam sita, itemque regna occidentis, ei qui in vaticinio fertur, dona oblatura esse; nam sic indicantur gentes regibus subditæ. Num fortasse reges dicantur angeli, qui gentibus præsunt, Deo sacra facientes, eique Ecclesias gentium quarum præfecti sunt in donum offerentes? Quare deinde vaticinatur futurum, ut adorent eum omnes reges. Neque enim duntaxat prædicta dona allaturos prænuntiat, sed eum etiam adoraturos esse. Quod item Moyses in magno cantico docuit de Christo talia fatus: « Lætamini, cœli, cum ipso, et adorent eum omnes angeli Dei [43]. » Hi scilicet reges, occulti et invisibiles gentium principes Dominum suum adorantes, animas sibi commissas ipsi in dona offerebant: quare sub hæc adjicitur, « Omnes gentes servient

A τὴν βασιλείαν τοῦ Χριστοῦ γνωριζόντων δῶρα προσοίσουσιν αὐτῷ, προφητεύεται· δι' ὃ λέλεκται ἑξῆς· « Βασιλεῖς Θαρσεῖς καὶ νῆσοι δῶρα προσοίσουσι, βασιλεῖς Ἀράβων καὶ Σαβὰ δῶρα προσάξουσι. » Καὶ ἐν τούτοις δὲ ὁ λόγος, διελὼν εἰς δύο μέρη τὴν οἰκουμένην, τὸ μὲν ἀφορίζει ἐπὶ τὸ πρὸς δυσμαῖς ἡλίου κλίμα, ὃ δὴ πρῶτον παρίστησιν εἰπών· « Βασιλεῖς Θαρσεῖς καὶ νῆσοι δῶρα προσοίσουσι· » δι' ὧν τὴν πρὸς δυσμαῖς σημαίνει θάλασσαν καὶ τὰς ἐν ταύτῃ νήσους. Οὕτως οὖν ποτε καὶ Ἰωνᾶς ὁ προφήτης ἀνέστη φυγεῖν εἰς Θαρσεῖς καὶ κατέβη εἰς Ἰόππην, καὶ ἀνέβη εἰς πλοῖον τοῦ φυγεῖν εἰς Θαρσεῖς, ἥν φασιν εἶναι τὴν Θαρσόν. Ἐν δὲ τῷ Ἐζεκιὴλ τοῦ Θαρσεῖς ὀνόματος φερομένου, οἱ Ἑβδομήκοντα Καρχηδόνα ἡρμήνευσαν. Τὸ δὲ ἕτερον κλίμα τὸ πρὸς ἀνατολὰς
B ἡλίου δηλοῦται διὰ τοῦ, « Βασιλεῖς Ἀράβων καὶ Σαβά. » Τό τε γὰρ τῶν Ἀράβων γένος ἀνατολικὸν τυγχάνει, ἐπέκεινα δὲ αὐτοῦ τὰ Περσικὰ μέρη, καὶ ἡ τῶν Σαβαϊτῶν χώρα εἶναι λέγεται. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « Βασιλεῖς Ἀράβων καὶ Σαβά, » ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ Σύμμαχος, ἥ τε Ἑβραϊκὴ γραφὴ συντόνως τούτοις, « Βασιλεῖς Σαβὰ καὶ Σαβὰ » εἰρήκασιν. Ὥστ' εἶναι ταὐτὸν μὲν ἐκφωνούμενον ὄνομα, διαλλάττειν δὲ τῇ τῶν στοιχείων διαφορᾷ· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον Σαβὰ διὰ τοῦ καλουμένου παρ' Ἑβραίοις *σὲν*, τὸ δὲ δεύτερον διὰ τοῦ *σάδη* στοιχείου κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν ἐμφέρεται γραφήν· ἔνθεν καὶ τὰ τῆς ἑρμηνείας αὐτοῖς ἐναλλάττει. Καὶ ὁ Σωτὴρ δὲ τούτου μέμνηται τοῦ ὀνόματος λέγων· « Βασίλισσα Σαβὰ ἀναστήσεται
C ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, καὶ κατακρινεῖ τὴν γενεὰν ταύτην, ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶντος· » σαφῶς παριστὰς ὡς ἐν τοῖς πέρασι τῆς γῆς τὸ Σαβὰ ἔθνος τυγχάνει. Ἱστορεῖ δὲ καὶ ἡ τρίτη τῶν Βασιλειῶν περὶ τοῦ αὐτοῦ ἔθνους ταῦτα· « Καὶ βασίλισσα Σαβὰ ἤκουσε τὸ ὄνομα Σολομῶντος, καὶ ἦλθε πειράσαι αὐτὸν ἐν αἰνίγμασι. Καὶ ἦλθεν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐν δυνάμει βαρείᾳ σφόδρα. Καὶ κάμηλοι αἴρουσαι ἡδύσματα καὶ χρυσὸν πολὺν σφόδρα καὶ λίθον τίμιον. » Κέκλητο δὲ ἡ χώρα καὶ τὸ ἔθνος Σαβὰ ἀπὸ προπάτορος τοῦ Σαβὰ, ὃς ἀναγέγραπται υἱὸς γεγονὼς τοῦ Χοῦς. Λέγει δ' οὖν ἡ Μωϋσέως γραφή· « Υἱοὶ δὲ Χοῦς, Σαβὰ καὶ Εὐίλα, καὶ Σαβάθα. » Χοῦς δὲ ἑρμηνεύεται « ὁ Αἰθίοψ. » Γένος οὖν Αἰθιοπικὸν ἔοικεν εἶναι τὸ Σαβὰ ἔθνος. Καὶ δεύτερον δὲ εἴρηται Σαβὰ,
D περὶ οὗ φησιν ἡ Γραφή· « Υἱοὶ δὲ Ῥεγμὰς, Σαβὰ καὶ Δαδάν. » Εἰκότως τοίνυν ἐν τῷ ψαλμῷ γέγραπται κατὰ τοὺς λοιπούς· « Βασιλεῖς Σαβὰ καὶ Σαβὰ δῶρα προσάξουσι. » Πλὴν ἀλλὰ σημαίνει ἡ προφητεία διὰ τούτων τὰς κατὰ τὸ ἀνατολικὸν κλίμα βασιλείας καὶ τὰς πρὸς δυσμὰς ἡλίου δῶρα τῷ θεσπιζομένῳ προσοίσειν, οὕτω πως σημαινομένων τῶν ὑπὸ τὰς βασιλείας ἐθνῶν. Μήποτε δὲ καὶ βασιλεῖς οἱ τῶν ἐθνῶν προεστῶτες ἄγγελοι δηλοῦνται ἱερωμένοι τῷ Θεῷ καὶ δῶρα προσάγοντες αὐτῷ τὰς Ἐκκλησίας ὧν καθηγοῦνται ἐθνῶν; Δι' ὃ ἑξῆς προσκυνήσειν αὐτῷ πάντας τοὺς βασιλεῖς θεσπίζει. Οὐ γὰρ μόνον προσοίσειν αὐτῷ τὰ προλεχθέντα δῶρά φησιν, ἀλλὰ καὶ προσκυνήσειν

[39] Luc. xi, 31. [40] III Reg. x, 1, 2. [41] Gen. x, 7. [42] ibid. [43] Deut. xxxii, 43; Psal xcvi, 7.

αὐτῷ. Ὁ δὴ καὶ Μωϋσῆς ἐν μεγάλῃ ᾠδῇ ἐδίδασκεν ᾠδῇ πη περὶ Χριστοῦ λέγων· « Εὐφράνθητε, οὐρανοὶ, ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. » Οὗτοι δῆτα οἱ βασιλεῖς, ἀφανεῖς καὶ ἀόρατοι τῶν ἐθνῶν ἄρχοντες, προσκυνήσαντες τὸν ἑαυτῶν Κύριον, τὰς ὑπ' αὐτοῖς ψυχὰς δῶρα προσῆγον αὐτῷ. Διόπερ τούτοις ἑξῆς συνῆπται τό· « Πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ. » Σύμφωνον δ' ἂν εἴη τοῦτο τῷ φήσαντι λόγῳ· « Κύριος εἶπε πρός μέ· Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Ὃ δὴ καὶ πεπεῖσθαι χρὴ πληρωθήσεσθαι, ὅτ' ἂν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν δευτέραν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θεοφάνειαν. Τότε γοῦν πάντες οἱ βασιλεῖς προσκυνήσουσιν αὐτῷ, καὶ πάντα τα ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ. « Καὶ τοῦτο ἔσται τὸ πάντων τέλος, ὅτ' ἂν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὅτ' ἂν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν. Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρι οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ πόδας αὐτοῦ, ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. »

A ei. » Quod sane huic dicto affine est : « Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [44]. » Quod sane eventurum esse credendum, quando plenitudo gentium ingressa fuerit, maximeque in secundo et divino Servatoris nostri adventu. Tunc omnes reges adorabunt eum, et omnes gentes servient ei. « Et hic omnium finis erit, cum tradiderit regnum Deo et Patri, cum destruxerit omnem principatum et omnem potestatem et virtutem. Oportet enim eum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus suis, et novissima inimica destruatur mors [45]. »

« Ὅτι ἐῤῥύσατο πτωχὸν ἐκ δυνάστου, καὶ πένητα ᾧ οὐχ ὑπῆρχε βοηθός. » Ἀντὶ τοῦ· « Ὅτι ἐῤῥύσατο πτωχὸν ἐκ δυνάστου, » ὁ Σύμμαχος· « Ὅτι ἐξελεῖται πένητα οἰμώζοντα. » Οὐ γὰρ ὡς ἤδη γεγενημένα, ἀλλ' ὡς μέλλοντα ἔσεσθαι ταῦτα θεσπίζει. Ὅρα δὲ ὁσάκις τοῦ πτωχοῦ μνημονεύει, πρῶτον εἰπών· « Κρίνειν τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς πτωχούς ἐν κρίσει· » δεύτερον, « Κρινεῖ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων· » καὶ νῦν πάλιν· « Ὅτι ἐῤῥύσατο πτωχὸν ἐκ δυνάστου καὶ πένητα ᾧ οὐχ ὑπῆρχε βοηθός· » καὶ αὖθις· « Φείσεται πτωχοῦ καὶ πένητος, καὶ ψυχὰς πενήτων σώσει. » Οἶμαι δὲ διὰ τούτων ἁπάντων πτωχοὺς καὶ πένητας καλεῖν τοὺς ἀποστόλους καὶ τοὺς μαθητὰς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, οἳ, τὴν δι' αὐτὸν πτωχείαν ἀνειληφότες, τὴν εἰς ἄκρον ἀρετῆς ἐλαύνουσαν κατώρθουν φιλοσοφίαν· δι' ὃ περὶ αὐτῶν Ἡσαΐας μὲν προανεφώνει λέγων· « Εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με. » Αὐτὸς δὲ ὁ Σωτὴρ, αὐτοῖς προσομιλῶν, ἔλεγε· « Μακάριοι οἱ πτωχοὶ, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Πάντα » οὖν « τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ, ὅτι ἐῤῥύσατο πτωχὸν ἐκ δυνάστου, καὶ πένητα ᾧ οὐχ ὑπῆρχε βοηθός. » Τὸ γὰρ, « ὅτι, » παρὰ πᾶσι τοῖς ἑρμηνευταῖς καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ἑβραϊκῇ γραφῇ κείμενον, αἰτιολογικὸν τυγχάνει, διδάσκον ὅπως πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσειν ἤμελλε τῷ Σωτῆρι. Τοῦτο γὰρ, φησὶ, γενήσεται, « ἐπειδὴ ῥύσεται πτωχὸν ἐκ δυνάστου· » ὡς εἰ σαφέστερον ἔλεγεν· Ὅτι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ τὸ τάγμα, τῶν δι' αὐτὸν πτωχῶν καὶ πενήτων, ῥύσεται ἀπὸ παντὸς δυνάστου. Πολλῶν γὰρ δυναστῶν ὁρατῶν τε καὶ ἀφανῶν ἀντικειμένων καὶ ἐπανισταμένων τούτοις αὐτοῖς τοῖς πτωχοῖς καὶ τοῖς πένησιν, αὐτὸς, ἀφανεῖ δυνάμει προασπίζων αὐτῶν, ἐκ πάντων αὐτοὺς ῥύσεται, πρὸς τὸ μὴ κωλυθῆναι τὴν δι' αὐτῶν ἐπιτελουμένην τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος ὑπηρεσίαν. Καὶ τοῦτο πράξει συνὼν αὐτοῖς, καθ' ἣν ποιήσεται πρὸς αὐτοὺς ἐπαγγελίαν φήσας· « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. » Οὕτως οὖν καὶ ἐφείσατο πτωχοῦ καὶ πένητος, καὶ ψυ-

B VERS. 12. « Quia liberavit pauperem a potente, et pauperem cui non erat adjutor. » Pro illo : « Quia liberavit pauperem a potente, » Symmachus : « Quia eripiet pauperem ejulantem. » Hæc quippe non quasi jam evenerint, sed ut futura vaticinatur. Animadvertas velim quoties pauperem memoret ; primo cum ait : « Judicare populum tuum in justitia, et pauperes tuos in judicio ; » secundo : « Judicabit pauperes populi, et salvos faciet filios pauperum ; » et nunc iterum : « Quia liberavit pauperem a potente, et pauperem cui non erat adjutor ; » ac rursum : « Parcet pauperi et inopi, et animas pauperum salvas faciet. » Arbitror porro his omnibus in locis ipsum apostolos et discipulos Servatoris nostri, pauperes et inopes vocare, qui propter C ipsum paupertatem subeuntes, philosophiam illam ad virtutis fastigium evehentem colebant. Quamobrem hæc de illis Isaias prænuntiabat : « Evangelizare pauperibus misit me [46]. » Ipse vero Dominus eos alloquens dicebat : « Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cœlorum [47]. Omnes » ergo « gentes servient ei, quia liberavit pauperem a potente, et pauperem cui non erat adjutor. » Nam illud, « quia, » apud omnes interpretes, et in ipsa Hebraica scriptura positum, causam denotat, docens cur futurum sit ut omnes gentes serviant Servatori ; id namque fiet, inquit, « quia liberavit pauperem a potente ; » ac si clarius diceret : Quia apostolorum suorum, qui propter ipsum pauperes et inopes erant, ordinem liberabit ab omni potente. D Cum multi enim potentes visibiles et invisibiles adversum illos pauperes et inopes insurgent, eosdem ipse occulta virtute proteget, exque omnibus liberabit, ut ne quod ipsi obeunt evangelicæ prædicationis ministerium præpediatur. Idque ipse præsens efficiet, secundum ab se tradendam promissionem, qua dicit : « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi [48]. » Sic itaque pepercit pauperi et inopi, et animas paupe-

[44] Psal. II, 7, 8. [45] I Cor. XV, 24-26. [46] Isa. LXI 1, [47] Matth. V, 3. [48] Matth. XXVIII, 20.

rum salvas fecit: hæcque omnia discipulis et apostolis suis præbuit, ut in omnem terram exiret sonus eorum et in fines orbis terræ verba eorum. Horum vero pauperum et inopum animas ex usuris et iniquitate redemit, ut nemini quidpiam deberent. Quod si quandoque fenus acceperint, ita ut veterum peccatorum rei exsistant; at ipse pretioso sanguine pro illis tradito redemit animas eorum: unde divinus Apostolus hæc docuit: « Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum [49]. » Nam quia debitores erant legi Moysi, et quæ scripto tradita sunt non impleverant, sub maledicto deinde erant, quod non totam legem servassent. Scriptum quippe erat: « Maledictus omnis qui non manebit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea [50]. » Merito ereptos illos ex tali maledictione, ex usuris et iniquitate redemit, factus pro illis maledictum: traditoque eorumdem gratia pretioso sanguine, sic sibi pretiosos effecit. Quare sub hæc dicitur, « Et pretiosum nomen eorum coram illo; » ideo illos sic allocutus scribitur: « Nolite gaudere quoniam dæmonia subjiciuntur vobis: gaudete autem et exsultate quia nomina vestra scripta sunt in cœlis [51]. » Cur autem nomen eorum pretiosum erat coram illo, nisi quia ipse nomina illis indere dignatus est, Simonem, Petrum nuncupans; Thomam, Didymum; filios Zebedæi, Boanerges, quod explicatur *filii tonitrui?* Imo vero universim omnium nomen pretiosum erat coram illo. Idque significat Evangelii scriptura dicens: « Hos duodecim elegit Jesus, quos apostolos nominavit [52]. » Pro illo autem, « nomen eorum, » Hebraica scriptura, « sanguis eorum, » circumfert; atque reliqui sic interpretati sunt, Aquila scilicet: « Et honorabitur sanguis eorum in oculis ejus; » Symmachus vero: « Et pretiosus erit sanguis eorum coram illo. » Queis aperte necem illorum subindicavit, qua singuli vario martyrii genere affecti sunt, ac alius alio modo ob testimonium de illo datum sanguinis agonem subiit; ita ut de illis dicatur: « Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus [53]. » Isti enim simile hoc quoque dictum est: « Et pretiosum nomen eorum coram illo. »

A χας πενήτων ἔσωσε· καὶ ταῦτα πάντα τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις παρεῖχεν, ἵν' εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξέλθοι ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Τούτων δὲ τῶν πτωχῶν καὶ τῶν πενήτων ἐκ τόκου καὶ ἐξ ἀδικίας ἐλυτρώσατο τὰς ψυχὰς, ὅπως μηδενὶ μηδὲν ὀφείλοιεν. Εἰ δὲ καί ποτε δεδανεισμένοι ὤφλησαν, ὥστε ἐνόχους αὐτοὺς γενέσθαι παλαιῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλ' αὐτὸς, τὸ αἷμα τὸ τίμιον λύτρον ὑπὲρ αὐτῶν δοὺς, ἐλυτρώσατο τὰς ψυχὰς αὐτῶν· ὅθεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐδίδασκε λέγων· « Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. » Ἐπειδὴ γὰρ χρεῶσται ἦσαν καὶ ὀφειλέται τῆς Μωϋσέως νομοθεσίας, οὐκ ἐπλήρουν δὲ τὰ γεγραμμένα, εἶθ' ὑπὸ κατάραν ἦσαν, διὰ τὸ μὴ πάντα τὸν νόμον φυλάτ-
B τειν. Γέγραπτο γάρ· « Ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά. » Εἰκότως ταύτης τῆς ἀρᾶς ἐλευθερώσας αὐτοὺς, ἐκ τόκου καὶ ἐξ ἀδικίας ἐλυτροῦτο αὐτοὺς, γινόμενος ὑπὲρ αὐτῶν κατάρα· καὶ τὸ τίμιον αὐτοῦ αἷμα ὑπὲρ αὐτῶν διδοὺς, καὶ οὕτω τιμίους ἑαυτῷ ἀπεργαζόμενος. Διὸ λέλεκται ἑξῆς· « Καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτοῦ. » Ὅθεν ἀναγέγραπται εἰρηκὼς πρὸς αὐτούς· « Μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ δαιμόνια ὑμῖν ὑποτάσσεται· χαίρετε δὲ καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγγέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Διὰ τί δὲ τὸ ὄνομα αὐτῶν ἔντιμον ἦν ἐνώπιον αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπειδήπερ αὐτὸς καὶ τῶν ὀνομάτων αὐτοὺς ἠξίου, τὸν μὲν Σίμωνα Πέ-
C τρον ἀνειπὼν, τὸν δὲ Θωμᾶν Δίδυμον, τούς τε υἱοὺς Ζεβεδαίου Βοανεργες, ὅπερ ἑρμηνεύεται *υἱοὶ βροντῆς*; Ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ κοινὸν πάντων αὐτῶν ἔντιμον ὄνομα ἦν ἐνώπιον αὐτοῦ. Τοῦτο δὲ ἦν ὅπερ ἐπεσημήνατο ἡ τοῦ Εὐαγγελίου γραφὴ φήσασα· « Τούτους τοὺς δώδεκα ἐξελέξατο ὁ Ἰησοῦς, οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασεν. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « τὸ ὄνομα αὐτῶν, » *τὸ αἷμα αὐτῶν*, ἡ Ἑβραϊκὴ γραφὴ περιέχει· οὕτω δὲ καὶ οἱ λοιποὶ ἡρμήνευσαν· ὁ μὲν Ἀκύλας εἰπών· « Καὶ τιμηθήσεται τὸ αἷμα αὐτῶν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ· » ὁ δὲ Σύμμαχος· « Καὶ τίμιον ἔσται τὸ αἷμα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτοῦ. » Δι' ὧν σαφῶς ᾐνίξατο τὸν θάνατον τῶν προλεχθέντων, ὧν ὁ καθεὶς ποικίλον ὑπέμεινε τὸ τοῦ μαρτυρίου τέλος, ἄλλος ἄλλως διὰ τὴν εἰς αὐτὸν μαρτυρίαν τὸν δι' αἵματος ὑπομείνας ἀγῶνα· ὥστ' εἰρῆσθαι περὶ αὐτῶν· « Τίμιος ἐνώπιον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. » Τούτῳ γὰρ ὅμοιον τυγχάνει καὶ τὸ μετὰ χεῖρας φάσκον· « Καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτοῦ. »

Vers. 15, 16. « Et vivet et dabitur ei de auro Arabiæ, et orabunt de ipso semper. » Hic videtur mihi illud, « et vivet, » voci Servatoris discipulos alloquentis accinere: « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi [54]. » Ut enim ejus qui in vaticinio fertur permansionem, et vitam in infinitum durantem declararet, hac usus voce est, « et vivet. » Diuturna quippe vita opus erat ad prædicta opera edenda. Si itaque is qui in prophetia fertur, judicabit populum suum

D « Καὶ ζήσεται καὶ δοθήσεται αὐτῷ ἐκ τοῦ χρυσίου τῆς Ἀραβίας, καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ διαπαντός. » Δοκεῖ μοι ἐνταῦθα τὸ, « καὶ ζήσεται, » συνᾴδειν τῇ σωτηρίῳ φωνῇ φησάσῃ πρὸς τοὺς αὐτοῦ μαθητάς· « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. » Ἵνα γὰρ τὴν παραμονὴν καὶ τὴν παρατείνουσαν εἰς ἄπειρον ζωὴν τοῦ προφητευομένου παραστήσῃ, ἐπήγαγε τὸ, « καὶ ζήσεται. » Μακρᾶς γὰρ ἔδει ζωῆς εἰς κατόρθωσιν τῶν εἰρημένων. Εἰ γοῦν ὁ προφητευόμενος κρινεῖ

[49] Gal. III, 13. [50] Deut. XXVII, 26. [51] Luc. X, 20. [52] Luc. VI, 13. [53] Psal. CXV, 15. [54] Matth. XXVIII, 20.

τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς πτωχοὺς αὐτοῦ ἐν κρίσει, καὶ ταπεινοῖ συκοφάντην, καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, κατακυριεύσει τε ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμοῦ ἕως τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης· εἰκότως μακροβίου ζωῆς ἔδει αὐτῷ. Πῶς τε ὑποταγεῖεν αὐτῷ Αἰθίοπες καὶ βασιλεῖς Θαρσεῖς καὶ νῆσοι, προσκυνήσουσί τε αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ; Τούτων γὰρ ἕνεκα πάντων διαρκοῦς αὐτῷ ζωῆς ἔδει. Διὸ μετὰ ταῦτα πάντα καλῶς καὶ ἀναγκαίως ἐπενήνεκται τὸ, « καὶ ζήσεται· » τοῦτον δηλουμένης τὸν τρόπον τῆς τοῦ προφητευομένου ἀθανάτου καὶ αἰωνίου ζωῆς. Ἑξῆς δ' εἴρηται· « Καὶ δοθήσεται αὐτῷ ἐκ τοῦ χρυσίου τῆς Ἀραβίας. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « τῆς Ἀραβίας, » πάλιν ἡ Ἑβραϊκὴ γραφὴ τὸ « Σαβὰ » περιέχει· οἵ τε λοιποὶ ἑρμηνευταὶ τῇ ὁμοίᾳ κέχρηνται τῇ φωνῇ. Τροπικῶς μὲν οὖν εἴποι ἄν τις τὸ χρυσίον τοῦτο σημαίνειν τὸν ἐν ἀνθρώποις καθαρώτατον νοῦν. Καὶ κατὰ ἱστορίαν δὲ ἐπληροῦτο τὸ λόγιον, ὅτε οἱ ἐξ ἀνατολῆς μάγοι ἐλθόντες παῖδα ὄντα προσεκύνησαν τὸν Σωτῆρα, προσήνεγκάν τε αὐτῷ χρυσίον καὶ λίβανον καὶ σμύρναν. Μή ποτε δὲ καὶ τὸ, « ζήσεται, » εἰς ἐκεῖνον ἀναφέρεται τὸν χρόνον, καθ' ὃν Ἡρώδης, ἐπιβουλεύων νηπιάζοντι τῷ Ἰησοῦ, « πέμψας ἀνεῖλε πάντας τοὺς περὶ τὴν Βηθλεὲμ παῖδας ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων. » Τότε γὰρ χρηματισθεὶς ὁ Ἰωσὴφ, παρέλαβε Μαρίαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὸ παιδίον, καὶ ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον. Διὸ ταῦτα θεσπίζουσα ἡ παροῦσα προφητεία προὔλεγεν, ὅτι « ζήσεται, καὶ δοθήσεται αὐτῷ ἐκ τοῦ χρυσίου τῆς Ἀραβίας » τοῦ ἀπὸ Σαβά· ὡσεὶ σαφέστερον ἔλεγε « τοῦ ἐκλεκτοῦ. » Ἡ γὰρ Σαβὰ αὕτη καὶ τὸ Σαβαϊτῶν ἔθνος λέγεται εἶναι τῆς Ἀραβίας τῆς καλουμένης Εὐδαίμονος· ἐντεῦθέν τε ἱστορεῖται τῷ Σολομῶνι φέρεσθαι μετὰ τῶν ἄλλων καὶ χρυσίον ἐκλεκτόν. Καὶ ἄλλως δὲ αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρῶμεν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις Χριστοῦ μυρία κειμήλια ἀπὸ χρυσίου καθαροῦ εἰς αὐτοῦ τε τιμὴν ἀφιερούμενα. Εἰκότως οὖν οὐδὲ τὴν τούτων μνήμην παριδεῖν ἠξίωσεν ὁ λόγος. Ἐπιλέγει δὲ ἑξῆς· « Καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ διηνεκῶς, διὰ πάσης ἡμέρας ἕκαστος εὐλογήσει αὐτόν. » Οὐ δεῖ δὲ πολλῶν λόγων εἰς τὸ παραστῆσαι ὅπως πάντες οἱ εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πεπιστευκότες ἀδιαλείπτους ἀναφέρουσιν εὐχὰς « περὶ αὐτοῦ, » ὡς ἂν ἔχοιεν αὐτὸν αἰεὶ συνόντα, καὶ βοηθὸν αὐτοῖς πᾶσι γιγνόμενον. Ὡς δὲ διὰ πάσης ἡμέρας ἕκαστος εὐλογεῖ αὐτὸν, τίς ἂν ἀμφιβάλλοι; Νύκτωρ γοῦν καὶ μεθ' ἡμέραν πλεῖον τῆς ἀναπνοῆς πᾶσα ψυχὴ τῶν εἰς αὐτὸν γνησίως πεπιστευκότων, τὴν προσηγορίαν αὐτοῦ τιμῶσα καὶ σέβουσα εὐλογεῖ αὐτὸν, πεπεισμένη εἰς ἑαυτὴν ἀντιστρέφειν τὴν εὐλογίαν, ἀκολούθως λογίῳ εἰς αὐτοῦ πρόσωπον Χριστοῦ φήσαντι· « Οἱ εὐλογοῦντές σε εὐλόγηνται, καὶ οἱ καταρώμενοί σε κεκατήρανται. » Ὅθεν καὶ αὔξει ὁσημέραι καὶ πληθύει τὸ Χριστιανῶν γένος, διὰ τὸ μετέχειν τῆς ἐκ Θεοῦ εὐλογίας, ἧς ἀπολαύει διὰ τὸ ἀδια-

A in justitia et pauperes suos in judicio, et humiliabit calumniatorem, et permanebit cum sole, dominabiturque a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum; jure ipsi longæ vita opus. Alias enim quo pacto ipsi subditi fuissent Æthiopes, necnon reges Tharsis et insulæ, qui adorassent eum omnes reges terræ, et omnes gentes serviissent ei? Horum enim omnium causa perenni vita ipsi opus erat. Quapropter sub hæc omnia probe ac necessario affertur illud, « et vivet: » sic namque ejus qui in vaticinio enuntiatur vita, immortalis et æterna fore prædicitur. Deinceps additur: « Et dabitur ei de auro Arabiæ. » Pro illo autem, « Arabiæ, » rursum Hebraica scriptura « Saba » circumfert; ac reliqui interpretes simili voce sunt B usi. Dixerit quispiam, hic aurum tropice indicare purissimam in hominibus mentem. Secundum historiam autem impletum illud fuit, quando magi ab Oriente venerunt, et Servatorem tunc puerum adoraverunt, obtuleruntque ei aurum, thus et myrrham. Num forte illud, « vivet, » in id tempus referatur, quo infanti Jesu insidias parans Herodes, « mittens occidit omnes pueros, qui erant circa Bethlehem a bimatu et infra, secundum tempus quod exquisierat a magis [88]. » Tunc enim responso accepto, Joseph assumpsit Mariam conjugem suam et puerum, et secessit in Ægyptum. Quare hæc prophetia vaticinando prænuntiat: « Vivet et dabitur ei de auro Arabiæ, » seu de Saba; ac si apertius diceret, « electo. » Nam hæc regio Saba et gens Sa- C baitarum, dicitur esse Arabiæ, quam Felicem vocant; ex qua Salomoni quoque allatum cum aliis fuisse aurum electum enarratur. Et alias quoque in ecclesiis Christi infinita videmus ex auro puro cimelia in ejus honorem consecrata. Merito igitur horum memoria nequaquam prætermissa fuit. Mox subjungitur, « Et orabunt de ipso semper, tota die singuli benedicent eum. » Non multis verbis opus ad declarandum quo pacto omnes qui in Christum Dei crediderunt, indesinenter preces efferant « de illo, » ut illum semper secum habeant, et adjutorem in omnibus nanciscantur. Quod autem quotidie singuli benedicant ei, quis dubitaverit? nam nocte et die animæ omnium in ipsum sincere credentium D frequentius, quam respirent, nomen ejus colunt ac venerantur, ipsique benedicunt: certæ in se reflecti talem benedictionem, secundum hoc in personam Christi dictum: « Qui benedicunt tibi, benedicti sunt, et qui maledicunt tibi, maledicti [89]. » Quamobrem quotidie crescit et augetur Christianorum genus, quod benedictionis Dei consors est: ea quippe fruitur, quia semper Christo ipsius benedicit, secundum hanc Scripturam dicentem: « Tota die benedicent ei. » Horumque causam declarat dicens: « Erit firmamentum in terra in summis montium. » His autem indicat Ecclesiam ejus in firma virtutis ipsius petra fundatam firmatam-

[88] Matth. II, 16. [89] Num. XXIV, 9.

que, elatam item et exaltatam, et quasi in cacumine montium sitam, in propheticis scilicet et apostolicis verbis, queis Ecclesia Servatoris nostri construitur.

A λείπτως τὸν Χριστὸν αὐτοῦ εὐλογεῖν ἀκολούθως τῇ μετὰ χεῖρας γραφῇ φασκούσῃ· « Ὅλην τὴν ἡμέραν εὐλογήσουσιν αὐτόν· » Καὶ τὸ τούτων αἴτιον παρίστησι λέγων· « Ἔσται στήριγμα ἐν τῇ γῇ ἐπ' ἄκρου τῶν ὀρέων. » Οὕτω δὲ σημαίνει τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ τεθεμελιωμένην καὶ ἐστηριγμένην ἐπὶ τὴν ἀῤῥαγῆ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως πέτραν, ἐπηρμένην δὲ καὶ ὑψωμένην, ὡς ἂν ἐπὶ ἄκρα ὀρέων κειμένην, προφητικῶν δηλαδὴ καὶ ἀποστολικῶν λόγων, οἷς ἡ Ἐκκλησία τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐποικοδομεῖται.

VERS. 16, 17. « Superextolletur super Libanum fructus ejus, et florebunt de civitate sicut fenum terræ. » Qua ratione Servatoris, qui in prophetia enuntiatur, fructus super Libanum exaltatus sit, intelliges, si colligas ea quæ in prophetiis de Libano dicuntur. Dictum quippe est in Isaia : « Ecce Dominus Sabaoth conturbat gloriosos cum fortitudine[57]; » et postea : « Libanus autem cum excelsis cadet[58]. » In Zacharia vero fertur : « Aperi, Libane, portas tuas, et devoret ignis cedros tuas[59]. » Dictum item fuit in vicesimo octavo psalmo : « Confringet Dominus cedros Libani, et comminuet eas tanquam vitulum Libanum[60]. » Has porro voces sane obscuras explicat Scriptura in Ezechiele dicens : « Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena unguibus, ductumque habens ut ingrediatur in Libanum, et exsecuit tenera cedri[61] ; » quibus subdit : « Cum venerit rex Babylonis, et ingressus fuerit in Jerusalem, assumet principes[62]. » His quippe clare prophetia aquilam grandem magnarum alarum, regem Babyloniorum interpretatur; Libanum vero Jerusalem. Reliquorum item prophetarum dicta, ceu de Libano prolata, Jerosolymæ aptabis. Enim vero nemo ex circumcisione fateri dubitet, iis quæ de Libano dicuntur Jerosolymam adumbrari. « Superexaltabitur, » ut fert sermo præsens, « super Libanum fructus ejus, » scilicet Servatoris de quo prophetia loquitur. Fructus autem ejus quis fuerit, nisi Ecclesia ipsius per totum orbem firmata, de qua dicebatur : « Erit firmamentum in terra in summis montium? » Hanc itaque super Libanum exaltandam esse in prophetia dicitur. Licet enim Libanus ille, nempe Jerosolyma, olim gloria affici et florere visus sit; at præstantiori incomparabilique modo superexaltatus fuit Servatoris nostri fructus, seu Ecclesia per totum orbem constituta. Sub hæc autem populos in singulis urbibus collectos multitudinemque magnam indicat his verbis : « Et florebunt de civitate sicut fenum terræ. » Illud porro, « de civitate, » dictum est, quasi singulis in civitatibus et omnibus in locis. Imo etiam Ecclesia ipsius, ob politica et evangelica, queis utitur, instituta, civitas Dei vocatur. Quare dictum est : « Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei[63] ; » et rursum : « Fluminis impetus lætificant civitatem Dei[64]. » Quia ergo civitas illa Dei fluvio in se exundante, seu verbo, irrigata, magnam profert turbæ in Ecclesia collectæ multitudinem ; jure adjicitur : « Et florebunt de civitate sicut fe-

« Ὑπεραρθήσεται ὑπὲρ τὸν Λίβανον ὁ καρπὸς αὐτοῦ, καὶ ἐξανθήσουσιν ἐκ πόλεως ὡσεὶ χόρτος τῆς γῆς. » Ὅπως ὑπερήρθη τοῦ προφητευομένου Σωτῆρος ἡμῶν ὁ καρπὸς ὑπὲρ τὸν Λίβανον νοήσεις τὰ περὶ τοῦ Λιβάνου ἐν προφητείαις λελεγμένα συναγαγών. Εἴρηται δὲ ἐν μὲν τῷ Ἡσαΐᾳ· « Ἰδοὺ δὴ Κύριος Σαβαὼθ συνταράσσει τοὺς ἐνδόξους μετὰ
B ἰσχύος· » καὶ ἑξῆς· « Ὁ δὲ Λίβανος σὺν τοῖς ὑψηλοῖς πεσεῖται. » Λέλεκται δὲ καὶ ἐν Ζαχαρίᾳ· « Διάνοιξον, ὁ Λίβανος, τὰς πύλας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. » Εἴρηται δὲ καὶ ἐν κη' ψαλμῷ· « Συντρίψει τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, καὶ λεπτυνεῖ αὐτὰς ὡς τὸν μόσχον τὸν Λιβανον. » Ἐπιλύεται δὲ ταύτας τὰς φωνὰς ἀσαφεῖς οὔσας ὁ παρὰ τῷ Ἐζεκιὴλ φάσκων λόγος· « Ὁ ἀετὸς ὁ μέγας ὁ μεγαλοπτέρυγος, ὁ πλατὺς τῇ ἐκτάσει, πλήρης ὀνύχων, ὃς ἔχει τὸ ἥγημα εἰσελθεῖν εἰς τὸν Λίβανον, καὶ ἀπέκοψε τὰ ἁπαλὰ τῆς κέδρου· » οἷς ἑξῆς ἐπιλέγεται· « Ὅτε ἂν ἔλθῃ ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος καὶ εἰσέλθῃ εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ λήψεται τοὺς ἄρχοντας. » Σαφῶς γὰρ διὰ τούτων ἡ προφητεία τὸν μὲν ἀετὸν τὸν μέγαν τὸν μεγαλοπτέρυγον τὸν βασιλέα τῶν Βαβυλωνίων ἡρμήνευσε, τὸν δὲ Λίβανον τὴν Ἱερουσαλήμ. Ἐφαρμόσεις
C δὲ καὶ τὰ παρὰ τοῖς λοιποῖς προφήταις ὥσπερ Λιβάνου λελεγμένα τῇ Ἱερουσαλὴμ. Ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐκ περιτομῆς τις ἀμφιβάλλοι ἂν μὴ οὐχὶ περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ αἰνίττεσθαι ὁμολογεῖν τὰ περὶ Λιβάνου λελεγμένα. « Ὑπεραρθήσεται » τοίνυν, τὸ παρὸν λόγιόν φησιν, « ὑπὲρ τὸν Λίβανον ὁ καρπὸς αὐτοῦ, » δηλαδὴ τοῦ προφητευομένου Σωτῆρος. Καρπὸς δὲ αὐτοῦ τίς ἂν γένοιτο ἢ Ἐκκλησία αὐτοῦ ἡ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐστηριγμένη, περὶ ἧς ἐλέγετο· « Ἔσται στήριγμα ἐν τῇ γῇ ἐπ' ἄκρον τῶν ὀρέων;» Αὕτη τοίνυν ὑπεραρθήσεσθαι ὑπὲρ τὸν Λίβανον προφητεύεται· εἰ γὰρ καὶ ἔδοξέ ποτε ὁ δηλωθεὶς Λίβανος, λέγω δὲ ἡ Ἱερουσαλὴμ, δοξάζεσθαι καὶ ἀνθεῖν, ἀλλ' ὑπερήρθη καὶ πολὺ κάλλιον ἐκείνης ἀσυγκρίτῳ
D ὑπεροχῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁ καρπὸς, ἡ καθ' ὅλης δηλαδὴ τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησία γέγονε. Τούτοις ἑξῆς τοὺς λαοὺς τοὺς κατὰ πᾶσαν πόλιν συγκροτουμένους καὶ τὰ πολλὰ πλήθη παρίστησι λέγων· « Καὶ ἐξανθήσουσιν ἐκ πόλεως ὡσεὶ χόρτος τῆς γῆς. » Τὸ δὲ, « ἐκ πόλεως, » εἴρηται, ἀντὶ τοῦ, καθ' ἑκάστην πόλιν καὶ κατὰ πάντα τόπον. Ἀλλὰ καὶ ἡ Ἐκκλησία αὐτοῦ πόλις ὠνόμασται τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν ἐν αὐτῇ συνισταμένην νόμιμον καὶ εὐαγγελικὴν πολιτείαν. Διὸ λέλεκται· « Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ· » καὶ πάλιν· « Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ. » Ἐπεὶ τοίνυν ἡ

[57] Isa. x, 33. [58] ibid. 34. [59] Zach. xi, 1. [60] Psal. xxviii, 5, 6. [61] Ezech. xvii, 3. [62] ibid. 12.
[63] Psal. LXXXVI, 3. [64] Psal. XLV, 5.

πόλις τοῦ Θεοῦ, ἀρδευομένη τῷ ἐν αὐτῇ πλημμύ- A ροντι ποταμῷ, λόγῳ, πολὺ πλῆθος προφέρει τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ συγκροτουμένων, εἰκότως ἐπιλέλεκται· « Καὶ ἐξανθήσουσιν ἐκ πόλεως ὡσεὶ χόρτος τῆς γῆς. » Προηγεῖτο μὲν οὖν τοῦ χόρτου δίκην ἐξανθοῦντος πλήθους ὁ προλελεγμένος καρπὸς αὐτοῦ, πολὺ βελτίων καὶ κρείττων τυγχάνων τοῦ χόρτου τῆς γῆς· διὸ προτέτακται τό· « Ὑπεραρθήσεται ὑπὲρ τὸν Λίβανον ὁ καρπὸς αὐτοῦ· » μετὰ δὲ τὸν καρπὸν τὸν ἐξαίρετον, τοὺς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ δηλαδὴ καρποφοροῦντας, τὰ λοιπὰ πλήθη καταριθμεῖ διὰ τοῦ· « Καὶ ἐξανθήσουσιν ἐκ πόλεως ὡσεὶ χόρτος τῆς γῆς. » Εἶτ' ἐπὶ τούτοις λέγεται· « Ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ εἰς τοὺς αἰῶνας. » Διαμένοντος δὲ καὶ διαιωνίζοντος τοῦ Χριστοῦ ὀνόματος, συμπαρεκτείνεσθαι καὶ τὸ Χριστιανῶν ὄνομα ἀκόλουθον ἂν εἴη. Τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ B πᾶν ὄνομα καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως ἦν· διὸ εἴρηται· « Πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ. » Καὶ ἀνωτέρω δὲ ἐλέγετο συμπαραμένειν τῷ ἡλίῳ καὶ πρὸ τῆς σελήνης εἰς γενεὰς γενεῶν. Ὅτι δὲ ταῦτα οὐ δυνατὸν θνητῇ ἐφαρμόσαι φύσει, φθάσαντες ἤδη παρεστήσαμεν. Μετὰ ταῦτα δὲ λέλεκται· « Καὶ ἐνευλογηθήσεται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Οἷς παραθήσεις τὸν φήσαντα πρὸς τὸν Ἀβραὰμ χρησμόν· « Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Καὶ θέα, ὅπως ἡ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐπαγγελία ἐφυλάττετο κατὰ χρόνους ἀνανεουμένη δι' ἑκάστου προφήτου. Τῷ μὲν γὰρ Ἀβραὰμ πρώτῳ λέλεκτο τό· « Εὐλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς· » C μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Ἰακὼβ θεσπίζων περὶ τοῦ Χριστοῦ ἀναγέγραπται εἰρηκώς· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα ἕως ἂν ἔλθῃ ὃ ἀπόκειται (1)· καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. » Καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις αὖθις εἴρηται διὰ τοῦ Βαλαάμ· « Ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν. » Καὶ Μωϋσῆς δὲ τῶν ἐθνῶν ἐν ᾠδῇ μεγάλῃ μέμνητο λέγων· « Εὐφράνθητε, ἔθνη λαὸς αὐτοῦ· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ Θεοῦ. » Οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα τὰ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ διὰ τοῦ χρησμοῦ τεθεσπισμένα ἐπαναλαμβάνει τὸ λόγιον διδάσκον οὐκ ἄλλως ἢ διὰ τοῦ Χριστοῦ πληρωθήσεσθαι, φάσκον· « Καὶ εὐλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Εἶθ' ἑξῆς φησι· « Πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν. » Πῶς δὲ μακαριοῦσιν αὐτὸν πάντα τὰ ἔθνη; διὰ τῆς ἐν αὐτοῖς μακαριότητος τὴν ἐξ αὐτοῦ χάριν παριστῶντα.

num terræ. » Præmittitur sane multitudini, quæ instar feni efflorescit, memoratus fructus ejus, longe præstabilior meliorque feno terræ; quamobrem præpositum fuit illud : « Superexaltabitur super Libanum fructus ejus : » post fructum autem illum præcellentem, videlicet post eos qui in Ecclesia fructificant, reliquam multitudinem enumerat, sic dicens : « Et florebunt de civitate sicut fenum terræ. » Secundum hæc dicitur : « Erit nomen ejus in sæcula. » Cum porro nomen Christi perpetuo maneat, consequenter sane Christianorum nomen tantumdem temporis permanebit. Hoc autem nomen quod est super omne nomen ante mundi constitutionem erat : quare dictum est : « Ante solem permanet nomen ejus. » Superius quoque dicebatur, permansurum esse cum sole et ante lunam in generationes generationum. Quod vero illud mortali naturæ coaptari nequeat, jam comprobare occupavimus. Sub hæc autem dicitur : « Et benedicentur in ipso omnes gentes terræ. » Quibus conferas velim hoc oraculum ad Abrahamum datum : « Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ [65]. » Et perpende, quæso, promissionem ad Abrahamum factam, subsequenti tempore servatam, ac per singulos prophetas renovatam fuisse. Atenim Abrahamo primum dictum fuit : « Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. » Post hæc Jacob de Christo vaticinans dixisse scribitur : « Non deficiet princeps ex Juda, donec veniat cui repositum est : et ipse erit exspectatio gentium [66]. » Secundum hæc tempora rursum a Balaam dictum est : « Egredietur homo ex semine ejus, et dominabitur gentibus multis [67]. » Moyses item in magno cantico gentium meminit dicens : « Lætamini, gentes populus ejus : et adorent eum omnes filii Dei [68]. » Sic igitur hoc loco quæ per oraculum Abrahamo prænuntiata fuerant resumuntur, dum ea non ab alio quam a Christo implenda esse docemur his verbis : « Et benedicentur in ipso omnes gentes terræ. » Deinde vero ait : « Omnes gentes beatum prædicabunt eum. » Quomodo beatum prædicabunt eum omnes gentes? per beatitudinem suam gratiam ejus declarantes.

« Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ, ὁ ποιῶν θαυ- D μάσια μόνος. » Εὐλογούμενα τὰ ἔθνη ἐν τῷ προφητευομένῳ κατὰ τὸ λόγιον τὸ φῆσαν· « Καὶ εὐλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη· » αὔξει τὴν κατὰ Θεὸν αὔξησιν, καὶ πληθύει, καὶ τῆς γῆς κατακυριεύει. Διόπερ φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· « Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ. » Οὕτω δὲ ἔχοντα, ἀντευλογεῖ τὸν τῆς εὐλογίας αὐτοῖς αἴτιον γεγενημένον. Διὸ πρῶτον μὲν ἐμακάριζον αὐτόν, εἶτα καὶ εὐλογεῖν διδάσκεται διὰ τοῦ λέγειν· « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ, ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος. » Ἐπιτήρει δέ, ὡς ἕκαστον μέρος τῆς

VERS. 18, 20. « Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. » Cum gentes in eo, quem prophetia indicat, benedictionem acceperint, prout superius habetur : « Et benedicentur in ipso omnes gentes; » accessione crescunt secundum Deum, multiplicantur et terræ dominantur. Quapropter ait divinus Apostolus : « Benedictus Deus, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali [69]. » Cum ita porro se res habeat, benedictionis auctorem e converso benedicunt. Quare primo quidem beatum prædicant eum; deinde benedicendi rationem edocentur his verbis : « Benedictus Dominus

[65] Gen. XXII, 18. [66] Gen. XLIX, 10. [67] Num. XXIV, 19. [68] Deut XXXII, 43. [69] Ephes. I, 3.

(1) Lege ᾧ ἀπόκειται.

Deus Israel, qui facit mirabilia solus. » Observa porro singulas libri Psalmorum partes similem in finem desinere. Nam primæ partis postremus psalmus erat quadragesimus, qui sic in fine habet : « Benedictus Dominus Deus Israel ex nunc et in sæculum, fiat, fiat. » Secundæ partis ultimus est hic psalmus, qui similiter in fine dicit : « Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen gloriæ ejus, » et cætera. Tertiæ partis postremus est LXXXVIII, cujus finis est : « Benedictus Dominus in sæculum : fiat, fiat. » Item quartæ partis ultimus est CV, hujus vero finis : « Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo et usque in sæculum, et dicet omnis populus : Fiat, fiat. » Quinta pars autem in « alleluia » terminatur, quo totus liber circumscribitur. Cæterum præsens psalmus post memoratam de Christo prædictionem, adjicit illud : « Benedictus Dominus Deus Israel, » subditque, « qui facit mirabilia solus. » Quæ mirabilia, nisi ea quæ superius allata sunt : quod scilicet descensurus sit sicut pluvia in vellus, humiliaturus sit calumniatorem, quod permansurus sit cum sole ; quod in diebus ejus oritura sit justitia, quod dominaturus sit a mari ad mare ; quod futurum sit ut Æthiopes procidant coram illo ; quod dona ipsi ex omnibus gentibus afferenda sint ; quod etiam ipse firmamentum futurus sit in terra, et fructus ejus super Libanum exaltandus sit ; et similia quæ sub hæc enumerantur ? Quibus omnibus ad hæc dicenda instituimur : « Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen gloriæ ejus in æternum. » Nomen autem gloriæ ejus est deitas ejus. Si enim quod natum est ex sancta Virgine, Jesu nomine dignatum est secundum Gabrielem, qui ait ad Joseph : « Et pariet filium, et vocabis nomen ejus Jesum : ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum [70] ; » hinc sequitur nomen gloriæ ejus, accipiendum esse de theologia ipsius, qua Deus Verbum et unigenitus Deus, qui est in sinu Patris, intelligitur. Quare dehinc adjicitur : « Et replebitur gloria ejus omnis terra. » Nam olim quidem « in mundo erat et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit [71]. » Quoniam vero ne Judæi quidem, queis tanta prodigia ostenderat, cognitionem ejus recipiebant, jure ad Moysem dicit : « Sine me, et ira accensus conteram eos, et faciam te in gentem magnam [72] ; » atque subdit : « Vivit nomen meum quia replebitur gloria mea universa terra [73-74]. » Quamvis enim hi, inquit, gloriam meam depellant ; sed futuro quodam tempore totus orbis replebitur gloria mea. Quod in præsenti docetur his verbis : « Et replebitur gloria ejus universa terra. » Quod ipsum Isaias vaticinando declarabat, dicens seraphim circa Dominum Sabaoth clamare ac dicere : « Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth : plena est omnis terra gloria ejus [75]. » Verum hæc quidem olim ex præscientia

A βίβλου τῶν Ψαλμῶν εἰς ὅμοιον καταλήγει τέλος. Τοῦ μὲν γὰρ πρώτου μέρους τελευταῖος ἦν ὁ μʹ, οὗ πρὸς τῷ τέλει ἐλέγετο· « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα· γένοιτο, γένοιτο· » τοῦ δὲ δευτέρου τελευταῖος ἦν ὁ μετὰ χεῖρας ὁμοίως ἐπὶ τῷ τέλει λέγων· « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος. Καὶ εὐλογητὸν τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς· τοῦ δὲ τρίτου μέρους τελευταῖος ὁ πηʹ τυγχάνει, οὗ τέλος· « Εὐλογητὸς Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα· γένοιτο, γένοιτο. » Ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ τετάρτου μέρους τελευταῖος μὲν ἔστιν ὁ ρεʹ, τέλος δὲ τούτου· « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος, καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός· Γένοιτο, γένοιτο. » Τὸ δὲ πέμπτον μέρος εἰς τὸ « ἀλληλούϊα » καταλήγει, ἐν ᾧ καὶ
B πᾶσα περιγέγραπται ἡ βίβλος. Πλὴν ὁ παρὼν μετὰ τὴν προεκτεθεῖσαν περὶ τοῦ Χριστοῦ πρόῤῥησιν ἐπιφέρει τό· « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, » καὶ προστίθησι τὸ, « ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος. » Ποῖα δὲ θαυμάσια, ἢ τὰ προλεχθέντα ἐν οἷς ἦν τὸ καταβήσεσθαι αὐτὸν ἐπὶ πόκον ὡς ὑετὸν, καὶ τὸ ταπεινῶσαι συκοφάντην, καὶ τὸ συμπαραμενεῖν τῷ ἡλίῳ· καὶ τὸ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ ἀνατελεῖν δικαιοσύνην, καὶ τὸ κατακυριεύσειν αὐτὸν ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης· τοὺς Αἰθίοπας προπίπτειν ἐνώπιον αὐτοῦ· δῶρά τε αὐτῷ προσαχθήσεσθαι ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν· ἀλλὰ καὶ τὸ στήριγμα αὐτὴν ἐν τῇ γῇ γενήσεσθαι, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ ὑπὲρ τὸν Λίβανον ἀρθήσεσθαι, καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ἑξῆς κατηρίθμηται; ἐφ' οἷς πᾶσι διδασκόμεθα λέγειν· « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς
C Ἰσραὴλ ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος. Καὶ εὐλογητὸν τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα. » Ὄνομα δὲ δόξης αὐτοῦ ἡ θεότης αὐτοῦ τυγχάνει· εἰ γὰρ τὸ ὑπὸ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγενημένον ὀνόματος ἠξίωται τοῦ Ἰησοῦ κατὰ τὸν Γαβριὴλ φήσαντα πρὸς τὸν Ἰωσήφ· « Καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ· » ἀκόλουθόν ἐστι τὸ τῆς δόξης αὐτοῦ ὄνομα τὴν περὶ αὐτοῦ νοεῖσθαι θεολογίαν, δι' ἧς Θεὸς Λόγος καὶ μονογενὴς Θεὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς ἐπινενόηται· ὅθεν ἐπιλέγεται ἑξῆς· « Καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. » Πάλαι μὲν γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. » Καὶ ἐπεὶ μηδὲ Ἰουδαῖοι οἷς τοσαύτας ἐνεδείξατο θαυμα-
D τουργίας παρεδέξαντο τὴν γνῶσιν αὐτοῦ, εἰκότως φησὶ πρὸς Μωϋσῆν· « Ἔασόν με, καὶ θυμωθεὶς ὀργῇ ἐκτρίψω αὐτοὺς, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα· » καὶ ἐπιλέγει· « Ζῇ τὸ ὄνομά μου, ὅτι πληρωθήσεται τῆς δόξης μου πᾶσα ἡ γῆ. » Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα οὗτοι, φησὶ, παρωθοῦνται τὴν ἐμὴν δόξαν, ἀλλὰ καιρῷ τινι πληρωθήσεται ἡ οἰκουμένη πᾶσα τῆς ἐμῆς δόξης. Ὃ δὴ καὶ τὸ παρὸν λόγιον διδάσκει φῆσαν· « Καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. » Τοῦτο καὶ Ἡσαΐας παρίστη θεσπίζων τὰ σεραφεὶμ κυκλοῦντα τὸν Κύριον Σαβαὼθ βοῶντά τε καὶ λέγοντα· « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαώθ· πλή-

[70] Matth. I, 21. [71] Joan. I, 10. [72] Exod. XXXII, 10. [73] [74] Num. XIV, 21. [75] Isa. VI, 3.

ρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. » Ἀλλὰ ταῦτα μὲν θεϊκῇ προγνώσει ἐθεσπίζετο πάλαι· ἔργοις δὲ ἐπληροῦτο πρότερον ἢ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τῷ τῶν ἀνθρώπων ἐπιλάμψαι γένει· ἰδοὺ γὰρ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἀνατέτραπται μὲν πᾶσα δαιμονικὴ πλάνη· πεπλήρωκε δὲ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἡ Ἐκκλησία Χριστοῦ, τὸν Θεὸν Ἰσραὴλ ἐν πάσῃ τῇ γῇ δοξάζουσα. Καὶ ἐπειδήπερ ταῦτα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προφητικῶς μέλλοντα ἔσεσθαι προανεφώνει, χορὸς ἀγγέλων ὑπακούει (1) συνευχόμενος τῇ τῶν πραγμάτων τελειώσει, πιστούμενός τε αὐτὰ καὶ λέγων· « Γένοιτο, γένοιτο· » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « πεπιστωμένως, πεπιστωμένως, » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· « Ἀμὴν καὶ ἀμήν· » οἷς ἑξῆς ἐπιλέγεται· « Ἐξέλιπον ὕμνοι Δαυῒδ τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαί. » Ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· « Ἐπετελέσθησαν προσευχαὶ Δαυῒδ υἱοῦ Ἰεσσαί· » ὁ δὲ Θεοδοτίων καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις· « Ἀνεκεφαλαιώθησαν προσευχαὶ Δαυῒδ υἱοῦ Ἰεσσαί. » Οἱ μὲν οὖν ἄπειροι τῆς ἀκριβείας τοῦ ἀναγνώσματος οὐχ ὡς μέρος τοῦ ὅλου ψαλμοῦ ἐξειλήφασι τὸ, « Ἐξέλιπον ὕμνοι Δαυῒδ υἱοῦ Ἰεσσαί· » ἀλλ' ὡς ἔξωθεν τῆς προφητείας παραγεγραμμένον ἀνέγνωσαν. Αἱ δὲ λοιπαὶ ἑρμηνεῖαι καὶ ἡ Ἑβραϊκὴ γραφὴ σαφῶς παρίστησιν, ὅτι καὶ ταῦτα μέρος τυγχάνει τοῦ ὅλου ψαλμοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ Δαυῒδ ὁ βασιλεὺς ἐν προσευχαῖς ἐτίθετο ἀεὶ ἐπιλάμψαι τοῦ Σωτῆρος τὴν ἐκ σπέρματος αὐτοῦ προφωνουμένην γένεσιν· ταύτης δὲ εἰς ἔργα χωρούσης, ἔμελλε συμπληροῦσθαι πάντα τὰ προπεφητευμένα· εἰκότως μετὰ τὸ συμπέρασμα τῶν προλελεγμένων ἐπιλέγεται, ὡς ἄρα ἐπετελέσθησαν καὶ συνεπληρώθησαν διὰ τῶν προλελεγμένων αἱ τοῦ Δαυῒδ προσευχαί. Δύναται δὲ τὸ, « ἐπετελέσθησαν ἢ ἐξέλιπον, » προφητικῶς λέγεσθαι εἰς μέλλοντα χρόνον· τῶν γὰρ προκατηριθμημένων ἕκαστον γενήσεται ἐπὰν καὶ ἐπιτελεσθῶσι καὶ συμπληρωθῶσιν αἱ προσευχαὶ Δαυῒδ τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαί. Εὐκαιρότατα δὲ διὰ τὸν προφητευόμενον Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ἐμνημόνευσεν οὐχ ἁπλῶς « τοῦ Δαυῒδ, » ἀλλὰ μετὰ προσθήκης « τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαί· » ἵνα συνάψωμεν τῇ παρούσῃ γραφῇ τὴν Ἡσαΐου προφητείαν, δι' ἧς τὰ ὅμοια περὶ τοῦ Χριστοῦ θεσπίζεται ἐν οἷς εἴρηται· « Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται· καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς· οἷς ἐπιλέγεται· « Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. » Ὁρᾷς γὰρ ὅπως καὶ ἐνταῦθα διὰ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν ἀναφωνεῖται· ὥστε μὴ μάτην μηδὲ τὴν προσθήκην τὴν « τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαὶ » ἐν τῇ προκειμένῃ φέρεσθαι προφητείᾳ. Κατὰ καιρὸν δὲ ἐνταῦθα, Χριστοῦ βασιλείας καὶ κλήσεως ἐθνῶν εὐαγγελισθείσης, τὸ δεύτερον μέρος τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν περιγράφεται, ἀρξάμενον μὲν ἀπὸ πρώτου καὶ τεσσαρακοστοῦ, καταλῆξαν δὲ εἰς τὸν μετὰ χεῖρας.

A divina prænuntiabantur : opere autem complebantur prius quam Servator et Dominus noster Jesus Christus humano generi illuceret : ecce namque tempore nostro eversus est omnis diabolicus error, totam vero terram replevit Ecclesia Christi, Deum Israel in toto orbe gloria afficiens. Et quia hæc Spiritus sanctus prophetice futura prædixerat, chorus angelorum respondet una deprecans pro rei consummatione, illaque confirmans ac dicens : « Fiat, fiat, » sive secundum Aquilam, « fideliter, fideliter ; » aut secundum Symmachum : « Amen, amen. » Queis deinde additur : « Defecerunt hymni David filii Jessæ. » Pro quo Symmachus sic interpretatur : « Perfectæ sunt orationes David filii Jessæ ; » Theodotio autem et quinta editio : « Recognitæ
B sunt orationes David filii Jessæ. » Qui lectionis accurationem ignorant, hæc verba, « Defecerunt hymni David filii Jessæ, » pro parte psalmi non habent; sed quasi rem extra prophetiam et adjectitiam legunt. Verum reliquæ interpretationes, et ipsa Hebraica scriptura, clare commonstrant hæc quoque totius psalmi partem esse. Quia enim David rex in orationibus suis semper insistebat, ut ortus Servatoris, qui ex semine suo proditurus erat, illucesceret; quia cum ad effectum perductus esset, futurum erat ut omnia quæ in prophetiis feruntur implerentur; jure post prædictorum complementum additur, perfectas et completas superius esse Davidis orationes. Potest etiam illud, « perfectæ
C sunt aut defecerunt, » prophetice intelligi de futuro tempore : nam singula quæ superius enumerantur tunc evenient, cum orationes Davidis filii Jessæ perficientur et re ipsa implebuntur. Opportunissime autem propter Christum Dei qui in vaticinio fertur, non « Davidis » tantum dixit, sed cum hoc additamento, « filii Jessæ; » ut huic scripturæ, Isaiæ prophetiam subjungamus quæ similia de Christo vaticinatur, cum ait : « Egredietur virga de radice Jessæ, et flos de radice ejus ascendet, et requiescet super eum Spiritus Dei [76], » et cætera, quibus adjicitur : « Et erit radix Jessæ, et qui exsurget imperare gentibus, in ipso gentes sperabunt [77]. » Vides enim quo pacto hic per radicem Jessæ vocatio gentium annuntietur, ita ut additamentum illud, « filii Jessæ, » non frustra in hac prophetia jaceat. Cum autem Christi
D regnum et gentium vocatio annuntiata fuerint, hic peropportune terminatur secunda pars libri Psalmorum, quæ a quadragesimo primo incipit, et in præsentem psalmum desinit.

ΤΩΝ ΕΠΙΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝ ΤΟΥ ΑΣΑΦ ΨΑΛΜΩΝ ΑΙ ΠΕΡΙΟΧΑΙ.

Α'.

Οἱ τοῦ Ἀσὰφ ἐπιγεγραμμένοι εἰσὶ μὲν τὸν ἀριθμὸν

ARGUMENTA PSALMORUM QUI ASAPHI INSCRIBUNTUR.

I.

Psalmi qui *Asaphi* inscribuntur duodecim numero

VERS. 12-18. *Deus autem rex noster ante sæculum operatus est salutem in medio terræ.* Postquam prædicta recensuit, sermones de providentia resumit, atque virtutis Dei ingentia opera declarat, pias opportune voces proferens: ne quis putaret ideo jam memorata gesta fuisse, quod Deus universa B non curet, iisque non provideat. Quamobrem ait: Etsi hæc tali modo gesta sint, persuasum tamen nobis est, te Deum nostrum, quem regem item nostrum esse scimus, judicio regio ac divino omnia ad universorum salutem temperare: nam *Deus noster rex noster ante sæculum operatus est salutem in medio terræ.* Ita ut etiamsi isthæc in uno terræ angulo effici permiseris eorum causa qui locum incolebant, persuasum tamen habeamus te omnes terram incolentes homines salute dignaturum, qui Christum tuum excitasti omnium hominum Servatorem. Videturque mihi hoc uno versu, quasi quæstionum solutionem præberi. Nam eorum vice quæ contra prædictum locum perpetrata sunt, Deus, inquit, C operabitur salutem in medio terræ. De more autem hic futura ut jam præterita vaticinatur. Deinde vero docet, qualia jam olim prodigia Deus operatus sit, sic loquens: *Tu confirmasti in virtute tua mare.* Pro illo autem, *tu confirmasti*, Symmachus, *Tu dissipasti virtute tua mare*, interpretatus est. Et mihi quidem videtur historice indicare populi per mare Rubrum duce Moyse transitum. Quare secundum Symmachum dicitur: *Tu dissipasti virtute tua mare;* secundum Theodotionem vero: *Tu divisisti in potentia tua mare.* Deinde Ægyptios et Pharaonem adumbrare mihi videtur, dicens: *Tu contrivisti capita draconum in aqua. Tu confregisti capita draconis.* Per draconem scilicet Pharaonem, per capita vero ejus, principes qui sub eo erant D subindicat; sive per dracones, Ægyptios; per capita vero eorum, principes et duces eorum significat. Illud autem, *Dedisti eum escam populis Æthiopibus*, sic explicet quispiam, quod cadavera eorum ad littus maris rejecta in escam volatilibus cœli fuerint. Pro illo autem, *Æthiopibus*, Aquila, *egressuris;* Theodotio, *novissimo;* quinta editio, *egresso*, interpretati sunt. Postquam eorum qui in mari Rubro demersi sunt mentio facta est, sub hæc eorum quæ postea gesta sunt memoriam refricat, dicens: *Tu dirupisti fontes et torrentes.* Non enim Moyses erat qui petram virga percutiens, ex illa eduxit fontes et torrentes; sed tu, Deus, eras, qui hæc per Moysem miracula patrabas. Quod additur autem, *Tu siccasti fluvios Etham*, ad Jordanem referatur.

quem filii Israel post Moysis mortem, duce Jesu, exsiccatum pedibus transierunt. Est autem figura *perileptica*, quæ pro singulari pluralem adhibet. Ethani vero Aquila, *solidos fluvios*; Symmachus autem, *antiquos*, edidit. Hæc quidem secundum litteram dicta sint. Tropice autem loquendo hæc loca referet quispiam ad occultas et invisibiles virtutes, dicetque eas esse dracones, ut hic vocantur; mare autem tropice sumptum, eorum esse domicilium; per draconem vero multa capita habentem, principem malignorum spirituum indicari: ad quem dixerit quispiam hæc pertinere: *Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Æthiopibus.* Quæret idem quinam Æthiopes allegoriæ more fuerint, dicetque eos esse qui anima sunt nigra, quos a memorato dracone comedi ait, eademque proportione qua ii qui salutaris Verbi carnes comedunt: his consequenter fontes diruptos in torrentes et siccatos fluvios, tropico item more explicare tentabit. Sed nos postquam ea ad litteram explanavimus, ad cætera transeamus. Cum declarasset propheta qualia miracula Deus ante sæcula rex ediderit, hæc etiam adjicit: *Tuus est dies, et tua est nox.* Tantam quippe rerum mutationem tu solus omnipotens operatus es. Quemadmodum enim firma petra in fluidam materiam conversa, fontes et torrentes ex ipsa effecisti, ac rursum fluviorum alveum e contrario exsiccasti, ita et diem arbitratu tuo in noctem vertis, atque rursum noctem in diem commutas: ipse luminaria et astra in cœlo lucere fecisti eis; soli cursum suum assignasti, omnibusque terminos constituisti, et quasi confinia distribuisti, annique tempestates per omne sæculum varias in sectiones divisisti. Siquidem cum unum sit tempus, una et eadem orbis revolutio, tu, Deus, qui omnia potes, variis conversionibus totum distribuisti: æstatem veri junxisti, eam autumno circumscripsisti, hyemem vere terminasti: hæc quippe omnia tu formasti. Quoniam igitur tu, qui a sæculo et ante sæculum rex noster es, talia miracula et prodigia edere, atque tuo nutu constituta ex contrariis in contraria vertere soles; merito jam supplicationibus annuas nostris rogamus: et *memor esto hujus* (pro illo *hujus*, Symmachus, *hæc*, interpretatus est); precamurque ut malorum quæ nobis acciderunt mutationem efficias. Pro illo autem, *Tu fabricatus es auroram et solem*, Aquila, *Tu præparasti luminare et solem*, interpretatus est.

A τὴν μνήμην λέγων· *Σὺ διέῤῥηξας πηγὰς καὶ χειμάῤῥους.* Οὐ γὰρ Μωσῆς, φησὶν, ἦν ὁ τῇ ῥάβδῳ τύψας τὴν πέτραν καὶ ἐξαγαγὼν ἐξ αὐτῆς πηγὰς καὶ χειμάῤῥους· ἀλλὰ σὺ ἦσθα, ὁ Θεὸς, ὁ ταῦτα διὰ Μωσέως παραδοξοποιῶν. Καὶ τὸ ἐπιλεγόμενον δὲ ἐν τῷ, *Σὺ ἐξήρανας ποταμοὺς Ἠθὰμ*, ἀναφέροιτο ἂν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, ὃν ἀποξηρανθέντα διῆλθον ποσὶ μετὰ τὴν Μωσέως τελευτὴν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, ἡγουμένου αὐτῶν Ἰησοῦ. Ἔστι δὲ ὁ τρόπος *περιληπτικὸς*, ἀντὶ τοῦ ἑνικοῦ πληθυντικῶς προενηνεγμένος. Τὸ δὲ *Ἠθὰμ*, ὁ μὲν Ἀκύλας *στερεοὺς ποταμοὺς* ἡρμήνευσεν, ὁ δὲ Σύμμαχος *ἀρχαίους*. Καὶ ταῦτα μὲν ὡς πρὸς τὴν λέξιν εἰρήσθω. Τροπικῶς δ' ἄν τις ἐπιβαλὼν τοῖς τόποις ἀνοίσει ταῦτα ἐπὶ δυνάμεις ἀφανεῖς καὶ ἀοράτους, αὐτὰς εἶναι λέγων τοὺς δράκοντας τοὺς
B ἐνταῦθα ὠνομασμένους· θάλασσάν τε τροπικῶς τὸ τούτων οἰκητήριον, αὐτόν τε τὸν ἄρχοντα τῶν πονηρῶν πνευμάτων σημαίνεσθαι διὰ τοῦ πολυκεφάλου δράκοντος· περὶ οὗ φήσειέ τις εἰρῆσθαι τὸ, *Σὺ συνέθλασας τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος, ἔδωκας αὐτὸν βρῶμα λαοῖς τοῖς Αἰθίοψι.* Ζητήσει δὲ ὁ τοιοῦτος καὶ τινὰς Αἰθίοπας (1) νόμοις ἀλληγορίας, τοὺς τὰς ψυχὰς μεμελανωμένους φάσκων εἶναι· οὓς δὲ καὶ ἐσθίειν ἐρεῖ τὸν προλεχθέντα δράκοντα, ἀναλόγως τοῖς ἐσθίουσι τοῦ σωτηρίου Λόγου τὰς σάρκας· ἀκολούθως δὲ τούτοις καὶ πηγὰς ῥηγνυμένας εἰς χειμάῤῥους καὶ ποταμοὺς ἀποξηραινομένους τροπικῶς ἀποδοῦναι πειράσεται. Ἀλλ' ἡμεῖς, πρὸς λέξιν τὴν διάνοιαν ἀποδεδωκότες, ἐπὶ τὰ ἑξῆς διαβησόμεθα.
C Παραστήσας ὁ προφήτης ὁποῖα εἴργασται θαύματα ὁ πρὸ αἰώνων βασιλεὺς Θεὸς, ἔτι καὶ ταῦτα προστίθησι λέγων· *Σή ἐστιν ἡ ἡμέρα, καὶ σή ἐστιν ἡ νύξ.* Τὴν γὰρ τοσαύτην τῶν πραγμάτων μεταβολὴν σὺ μόνος ὁ παντοδύναμος εἰργάσω. Ὡς γὰρ τὴν στερέμνιον πέτραν εἰς ῥευστὴν οὐσίαν μεταβαλὼν, πηγὰς καὶ χειμάῤῥους ἐξ αὐτῆς εἰργάσω, καὶ ἀνάπαλιν τὰ τῶν ποταμῶν ῥεύματα εἰς τὸ ἐναντίον καταστήσας ἐξήρανας· οὕτω καὶ τὴν ἡμέραν ὅτε θέλεις νυκτοποιεῖς, ἔμπαλίν τε τὴν νύκτα μετατρέπεις εἰς ἡμέραν· αὐτὸς καὶ φωστῆρας ἐν οὐρανῷ κατηστέρισας αὐτοῖς, καὶ ἡλίῳ διέταξας δρόμους, ὅρους τε τῷ παντὶ νομοθετήσας, ὥσπερ μεθορίους διεῖλας τὸν σύμπαντα αἰῶνα κατακερματίσας εἰς διάφορα τμήματα τοὺς τοῦ παντὸς ἐνιαυτοῦ καιρούς. Ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ
D χρόνου, καὶ τῆς τοῦ παντὸς ἀνακυκλήσεως μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὔσης, σὺ ὁ πάντα δυνατὸς Θεὸς τροπαῖς διαφόροις διεῖλας τὸ πᾶν, θέρος μὲν ἔαρι συνάψας, τούτῳ δὲ μετόπωρον περιγράψας, χειμῶνά τε περιορίσας ἔαρι· πάντα γὰρ ταῦτα σὺ ἔπλασας. Ἐπεὶ τοίνυν σὺ ὁ ἐξ αἰῶνος καὶ πρὸ αἰῶνος βασιλεὺς ἡμῶν τοιαῦτα πέφυκας μεγαλουργεῖν καὶ παραδοξοποιεῖν, μεταβάλλειν τε ἐκ τῶν ἐναντίων εἰς τὰ ἐναντία τὰ τῷ σῷ νεύματι παριστάμενα· εἰκότως ἀντιβολοῦμεν καὶ νῦν ταῖς ἡμετέραις ἱκετηρίαις ἐπινεῦσαι, μνησθῆναί τε ταύτης (ἀντὶ δὲ τοῦ, *ταύτης*, *ταῦτα* ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν)· ὅπως καὶ ἐφ' ἡμῶν μεταβολὴν ποιήσειας τῶν προκαταλαβόντων ἡμᾶς κακῶν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Σὺ κατηρτίσω φαῦσιν καὶ ἥλιον*, ὁ Ἀκύλας, *Σὺ ἡτοίμασας φωστῆρα καὶ ἥλιον* ἡρμήνευσεν.

VERS. 18, 19-21. *Inimicus improperavit Domino, et populus insipiens incitavit nomen tuum. Ne tradas bestiis animam confitentem tibi.* Talia sunt inenarrabilis virtutis tuæ opera, qualia declaratum est. Horum ut in nostri gratiam recorderis supplicamus.

Ἐχθρὸς ὠνείδισε τῷ Κυρίῳ, καὶ λαὸς ἄφρων παρώξυνε τὸ ὄνομά σου. Μὴ παραδῷς τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην σοι. Τὰ μὲν τῆς σῆς ἀνεκφράστου δυνάμεως ἔργα τοιαῦτά τινα, ὁποῖα δεδήλωται τυγχάνει. Τούτων δὲ σε μνησθῆναι

(1) An legendum τινὲς Αἰθίοπες? EDIT.

καὶ ἐφ' ἡμῶν ἱκετεύομεν. Ἐπειδὴ καὶ νῦν οἱ ἐχθροὶ A καὶ οἱ πολέμιοι, οὐχ ἡμᾶς τοὺς πολεμηθέντας καὶ ὑποχειρίους αὐτοῖς γενομένους, ἀλλὰ σὲ τὸν Θεὸν ἡμῶν ὀνειδίζουσι· καὶ λαὸς ἄφρων ὁ σὲ τὸν Θεὸν μὴ εἰδὼς, ἐπὶ δαίμοσι δὲ καὶ πολυθέῳ πλάνῃ καυχώμενος, οὐχ ἡμᾶς, ἀλλὰ σὲ καὶ τὸ σὸν ὄνομα παρώξυνεν· οὗ χάριν δεόμεθα καὶ ἀντιβολοῦμεν, μὴ ἐκδότους παραδοῦναι τοῖς ἀπηνέσι θηρσὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἐξομολογουμένων σοι, μηδὲ λήθην ποιήσασθαι εἰς τὸ παντελὲς, μὴ βορὰ γενώμεθα θηρίων ψυχὰς ἐσθίειν πεφυκότων· ὁποῖαί εἰσιν αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις, αἱ τῶν ψυχῶν τῶν ἀνθρωπίνων ἐπίβουλοί τε καὶ πολέμιοι· ἀλλὰ γὰρ *ἐπίβλεψον εἰς τὴν διαθήκην σου*, καὶ μνήσθητι τῆς συνθήκης σου, δι' ἧς ηὐδόκησας σῶσαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καινὴν διαθήκην αὐτοῖς διὰ τοῦ Χριστοῦ σου δεδωρημένος. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα B γεγόνασί τινες ἐσκοτισμένοι τὴν διάνοιαν καὶ *οἴκῳ ἀνομιῶν* πεπληρωμένοι, μὴ παραδεξάμενοι τὸν Χριστόν σου, ἀλλὰ σὺ ὡς φιλάνθρωπος Θεὸς τῶν σῶν πτωχῶν μὴ ἀποστραφῇς τὰς ἱκετηρίας. Τίνες δ' ἂν εἶεν οἱ πτωχοὶ οἱ ταῦτα ὑπὲρ παντὸς εὐχόμενοι τοῦ λαοῦ, ἀλλ' οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι πρὸς οὓς ἐλέγετο· *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι ὑμετέρα ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν;* Τούτοις γὰρ καὶ Ἡσαΐας ἐμαρτύρει ἐκ προσώπου λέγων τοῦ Χριστοῦ· *Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με.* Οὗτοι γοῦν ὑπερηύχοντο τοῦ παντὸς λαοῦ, μονονουχὶ φήσαντες ἂν οἱ πάντες αὐτοὶ ὁμοίως Παύλῳ τό· *Ηὐχόμην ἀνάθεμα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται.* Καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ προφῆται τοῦ Θεοῦ, δι' αὐτὸν πτωχεύοντες, ταῦθ' ὑπὲρ τοῦ παντὸς καθικέτευον ἔθνους.

Quia jam inimici hostesque nostri, non nobis debellatis sibique subjectis, sed tibi Deo nostro improperant : et populus insipiens, qui te Deum ignorat, dæmonibusque ac multorum numinum errore gloriatur, non nos, sed te et nomen tuum incitavit; ideo supplicamus et rogamus, ne animas confitentium tibi immanibus feris dedititias tradas, neque nos in perpetuum obliviscaris, ne bestiarum animas devorare solitarum esca evadamus : quales sunt adversariæ potestates, quæ humanis animabus insidiantur ac bellum inferunt : sed *respice in testamentum tuum*, et memor esto pacti tui, quo humanum genus salvum facere tibi complacuit, cum novum ipsis testamentum per Christum tuum elargitus es. Etiamsi enim quidam sunt, mente obscurati, qui *domo iniquitatum* repleti sunt, nec Christum tuum recipiunt; at tu utpote Deus clemens hominibus, pauperum tuorum supplicationes ne averseris. Quinam vero pauperes sunt, qui pro universo populo talia precantur, nisi discipuli Servatoris nostri et apostoli, quibus dicebatur : *Beati pauperes spiritu, quoniam vestrum est regnum cælorum* [27] ? Hæc enim Isaias ex persona Christi testificabatur : *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me; evangelizare pauperibus misit me* [28]. Hi itaque pro universo populo precabantur, idem fere dicentes quod Paulus : *Optabam anathema esse pro fratribus meis, cognatis meis secundum carnem, qui sunt Israelitæ* [29]. Ipsi quoque prophetæ Dei, qui propter ipsum pauperes erant, hæc pro tota gente precabantur.

Ἀνάστα, ὁ Θεὸς, δίκασον τὴν δίκην σου, C *μνήσθητι τῶν ὀνειδισμῶν σου, τῶν ὑπὸ ἄφρονος ὅλην τὴν ἡμέραν. Μὴ ἐπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν ἐχθρῶν σου, ἡ ὑπερηφανία τῶν μισούντων σε ἀνέβη διαπαντός.* Ἐπειδὴ οὐχ ἡμεῖς ἠδικήμεθα ἀλλὰ σύ· σὲ γὰρ ὠνείδισεν ὁ ἐχθρὸς, καὶ λαὸς ἄφρων τὸ σὸν ὄνομα παρώξυνε· τούτου χάριν ἀνάστηθι, ὁ Θεὸς, καὶ δίκασον τὴν δίκην σου. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Στῆθι, ὁ Θεὸς, προμάχησον τῆς μάχης σου, καὶ μνημόνευσον τοῦ ὀνείδους σου παρὰ ἄφρονος τοῦ διὰ πάσης ἡμέρας. Μὴ ἐπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν πολεμίων σου, ἤγουν* (1) *τῶν ἀνθεστηκότων σοι, μέχρις οὗ ἀναβαίνοντος ἀδιαλείπτως;* Και μέχρι τούτων ἵσταται ὁ λόγος παρακαλῶν τὸν Θεὸν διαναστῆναι καὶ δικάσαι τὴν δίκην αὐτοῦ, μνησθῆναί τε τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν ἀφρόνων, μηδὲ λήθῃ παρα- D δοῦναι τὰς φωνὰς τῶν ἐχθρῶν καὶ τὰς ὑπερηφανίας τῶν διαπαντὸς ἐπαιρομένων. Οὐ μὴν ἐπισυνῆπται τούτοις ἑξῆς χρηστοτέρα τις ἀπόκρισις, οὐδὲ ἀγαθῶν ἐπαγγελία τοῖς δεηθεῖσιν, ὅπερ ἔστιν ἐφ' ἑτέρων εὑρεῖν. Διόπερ ἀρχόμενος ὁ λόγος ἀπωσμὸν εἰς τέλος ἐθέσπισε τοῖς δηλουμένοις, καὶ δι' ὅλου τὸ, *εἰς τέλος*, ἐπῆγε τῇ τῶν σκυθρωπῶν προῤῥήσει. Ἔνθεν ὁρμώμενος καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος, γράφων περὶ αὐτῶν ἔλεγε τὸ, *Ἔφθασε δὲ εἰς αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος.*

Vers. 22-23. *Exsurge, Deus, judica causam tuam, memor esto opprobriorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die. Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum, superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.* Quia non nos injuria affecti sumus, sed tu : nam tibi inimicus improperavit, et populus insipiens incitavit nomen tuum; ideo exsurge, Deus, et judica causam tuam. Secundum Symmachum autem : *Sta, Deus, propugna certamen tuum, et recordare opprobrii tui ab insipiente per totam diem. Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum, id est, eorum qui tibi obsistunt. Usquequo ascendent indesinenter?* Et huc desinit sermo, Deum rogans ut exsurgat et judicet causam suam recordeturque opprobrii ab insipientibus illati, neque oblivioni tradat voces inimicorum ac superbiam eorum qui semper extolluntur. Neque tamen his bona responsio adjicitur, neque orationem bonorum promissio consequitur, quod aliis in psalmis reperire est. Ideo ab exordio abjectionem perpetuam memoratis hominibus vaticinabatur, et in toto psalmo tristium prædictioni illud, *in finem*, subdidit. Hinc occasione capta divinus Apostolus, de iisdem scribens dixit : *Pervenit autem ad eos ira in finem* [30].

[27] Matth. v, 3. [28] Isa. lxi, 1. [29] Rom. ix, 3, 4. [30] I Thess. ii, 16.

(1) Forte ἦχου.

1. IN FINEM, NE CORRUMPAS, PSALMUS ASAPH. LXXIV.

VERS. 2. *Confitebimur tibi, Deus, confitebimur tibi, et invocabimus nomen tuum*. Pro illo : *In finem, ne corrumpas*, Symmachus sic interpretatur : *Triumphalis de incorruptione psalmus Asaphi*. Sermo igitur est de incorruptione, quæ justis reconditur, quibus etiam victoriæ præmia ceu in thesauris reposita sunt. Quamobrem triumphalis dictus est : nos autem remittit in finem, de quo Apostolus ait : *Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo et Patri, cum destruxerit omnem principatum et potestatem et virtutem. Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus. Novissima inimica destruetur mors* [31]. In fine quippe, quotquot in hoc sæculo, in bono hujusmodi certamine vicerunt, incorruptam vitam consequentur. Quod sub finem præsens psalmus declarat his verbis : *Et omnia cornua peccatorum confringam, et exaltabuntur cornua justi*. Nam cum perinde atque Apostolus cornua confringenda esse dixisset, addidit illud : *Et exaltabuntur cornua justi*, atque hoc præsentis prophetiæ complementum est. Quare et psalmus et canticum simul nuncupatur; ex persona autem justorum initium ducit dicens : *Confitebimur tibi, Deus, confitebimur tibi, et invocabimus nomen tuum*. Ipsis namque solis convenit confessio cum gratiarum actione, qua Servator in Evangeliis Patri confitebatur dicens : *Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ* [32]. Primo autem confitentur, deinde invocant nomen ejus, qua invocatione salutem a Deo consequentur, ut fert dictum illud : *Et omnis quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit* [33]. Potest item hic sermo ad confessionem instituere eos, qui in præcedenti ruinam Jerosolymorum, et postremam ejus obsidionem deploraverant. Nam qui superius dixerant : *Utquid, Deus, repulisti in finem, iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ* [34]? et cætera ; nunc docentur confiteri Deo, et invocare nomen ejus. Quia vero duplex confessionis modus est, necessario hic bis dicitur illud : *Confitebimur tibi*. Per primum quippe, ut par est, confessio pro peccatis significatur; per secundum vero ii qui prius confitebantur, pro bonis acceptis gratiarum actionem emittunt.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΜΗ ΔΙΑΦΘΕΙΡΗΣ, ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΑΣΑΦ. ΟΔ'.

A *Ἐξομολογησόμεθά σοι, ὁ Θεός, ἐξομολογησόμεθά σοι, καὶ ἐπικαλεσόμεθα τὸ ὄνομά σου*. Ἀντὶ τοῦ, *Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς*, ὁ Σύμμαχος, *Ἐπινίκιος περὶ ἀφθαρσίας ψαλμὸς τοῦ Ἀσάφ*, ἡρμήνευσεν. Οὐκοῦν περὶ ἀφθαρσίας ὁ λόγος τῆς τοῖς δικαίοις ἀποκειμένης, οἷς καὶ τὰ τῆς νίκης ἀποτεθησαύρισται βραβεῖα. Διὸ καὶ ἐπινίκιος εἴρηται· ἀναπέμπει δὲ ἡμᾶς καὶ εἰς τὸ τέλος, περὶ οὗ φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν. Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρις οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ἔσχατος* B *ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος*. Εἰς ἐκεῖνο γὰρ τὸ τέλος οἱ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα τὸν καλὸν ἀγῶνα νενικηκότες τῆς ἀφθάρτου ζωῆς τεύξονται· ὃ δὴ πρὸς τοῖς τελευταίοις καὶ ὁ μετὰ χεῖρας λόγος παρίστησι λέγων· *Καὶ πάντα τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν συνθλάσω, καὶ ὑψωθήσεται τὰ κέρατα τοῦ δικαίου*. Συμφώνως γὰρ τῷ Ἀποστόλῳ ὁ παρὼν λόγος κλασθήσεσθαι τὰ κέρατα εἰπὼν, ἐπήγαγε τὸ, *Ὑψωθήσεται τὰ κέρατα τοῦ δικαίου*· καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ τῆς παρούσης προφητείας συμπέρασμα. Διὸ καὶ ψαλμὸς καὶ ᾠδὴ κατὰ τὸ αὐτὸ ὠνόμασται· ἐκ προσώπου δὲ τῶν δικαίων τὴν καταρχὴν ποιεῖται εἰπών· *Ἐξομολογησόμεθά σοι, ὁ Θεός, ἐξομολογησόμεθά σοι, καὶ ἐπικαλεσόμεθα τὸ ὄνομά σου*. Μόνοις γὰρ αὐτοῖς πρέπει ἡ εὐχαριστήριος ἐξομολόγησις, καθ' ἣν C καὶ ὁ Σωτὴρ ἐξωμολογεῖτο ἐν Εὐαγγελίοις πρὸς τὸν Πατέρα φάσκων· *Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς*. Πρῶτον δὲ ἐξομολογοῦνται, εἶτα ἐπικαλοῦνται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, διὰ τῆς τοιᾶσδε ἐπικλήσεως παρὰ τῷ Θεῷ τευξόμενοι σωτηρίας, κατὰ τὸ φάσκον λόγιον· *Καὶ πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται*. Δύναται δὲ ὁ λόγος διδασκαλικὸς εἶναι ἐξομολογήσεως τῶν ἐν τῷ πρὸ τούτου ἀποκλαυσαμένων τὴν πτῶσιν τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν ἐσχάτην αὐτῆς πολιορκίαν. Οἱ γὰρ εἰρηκότες ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, *Ἱνατί, ὁ Θεός, ἀπώσω εἰς τέλος, ὠργίσθη ὁ θυμός σου ἐπὶ πρόβατα νομῆς σου;* καὶ τὰ ἑξῆς, διδάσκονται νῦν ἐξομολογεῖσθαι τῷ Θεῷ καὶ ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἐπειδὴ διττός ἐστιν ὁ τῆς ἐξομολογήσεως τρόπος, ἀναγκαίως δεύτερον εἴρηται ἐπὶ τοῦ παρόντος τὸ, *Ἐξομολογησόμεθά σοι*· τοῦ μὲν πρώτου, ὡς εἰκὸς, ἐφ' ἁμαρτίας τὴν ἐξομολόγησιν δηλοῦντος, τοῦ δ' ἑξῆς τὴν ἐφ' οἷς εὖ πεπόνθασιν οἱ τὸ πρῶτον ἐξομολογησάμενοι εὐχαριστίαν.

VERS. 3, 4. *Narrabo mirabilia tua, cum accepero tempus, ego rectitudines judicabo*. Hasce Dei voces esse, dictorum sententia declarat : illud quippe : *Ego rectitudines judicabo*; ac rursum illud : *Ego confirmavi columnas ejus*, videlicet terræ; atque sub hæc illud, *Et omnia cornua peccatorum confringam*, quem dicere conveniat, nisi Deum? Si itaque ex persona Dei hæc dicantur, cur alius qui Deum noverat, ipsum quasi compellare sic videtur : *Narrabo mi-*

D *Διηγήσομαι τὰ θαυμάσιά σου, ὅταν ἐκλάβω καιρὸν, ἐγὼ εὐθύτητας κρινῶ*. Θεοῦ φωνὰς εἶναι τὰς προκειμένας ὁ νοῦς τῶν λεγομένων παρίστησι. Τὸ γὰρ, *Ἐγὼ εὐθύτητας κρινῶ*, καὶ πάλιν τὸ, *Ἐγὼ ἐστερέωσα τοὺς στύλους αὐτῆς*, δῆλον δ' ὅτι τῆς γῆς, καὶ ἑξῆς τὸ, *Καὶ πάντα τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν συγκλάσω*, τίνι ἂν ἁρμόζοι λέγειν ἢ Θεῷ; Εἰ τοίνυν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ ταῦτα λέγεται, πῶς ἕτερος εἰδὼς Θεὸν, ὡς πρὸς αὐτὸν ἀναφωνεῖ

[31] 1 Cor. xv, 24-26. [32] Matth. xi, 25. [33] Joel ii, 32; Act. ii, 21; Rom. x, 13. [34] Psal. lxxiii, 1.

λέγων· *Διηγήσομαι τὰ θαυμάσιά σου ὅταν λάβω* A *καιρὸν*, καὶ ἐπιφέρει· *Ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστι*· καὶ πάλιν, *Ὅτι ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου οἴνου ἀκράτου;* Πῶς δὲ πρὸς τούτοις ἅπασιν ἐπιλέγει· *Ἐγὼ δὲ ἀναγγελῶ εἰς τὸν αἰῶνα, ψαλῶ τῷ Θεῷ Ἰακώβ, καὶ πάντα τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν συγκλάσω;* Ὅρα τοίνυν εἰ μὴ διὰ τούτων ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος τὰς οἰκείας ἐνεργείας διδάσκει τὴν τοῦ Πατρὸς διεξιὼν θεολογίαν. Φησὶ γοῦν· *Διηγήσομαι τὰ θαυμάσιά σου ὅταν λάβω καιρόν.* Ὁ μὲν Ἀκύλας, *Ὅταν λάβω συνταγάς*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ὅταν λάβω τὴν συναγωγήν.* Καί μοι δοκεῖ εὐκαίρως εἰρηκέναι τὸ, *Ὅταν λάβω συνταγὰς*, ἤ, *τὴν συναγωγήν.* Ἐπαγγέλλεται γὰρ καιροῦ λαβόμενος πάντα τὰ θαυμάσια τοῦ Πατρὸς διηγήσασθαι ἐπὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν B Ἐκκλησίας, ἣν αὐτὸς ὁ Πατὴρ ἐπηγγέλλετο αὐτῷ εἰπών· *Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς.* Ὅταν οὖν λάβω, φησὶ, ταύτην τὴν συνταγὴν, καὶ ἐπειδὰν τύχω τούτου τοῦ καιροῦ, τηνικαῦτα παρ' αὐτοῖς τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἐπιστρέφουσι διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. Οἷς ἐπιλέγει· *Ἐγὼ εὐθύτητας κρινῶ.* Δικαιοσύνης γὰρ καὶ εὐθύτητος ἔργον τὸ μὴ Ἰουδαίους μόνους προσίεσθαι, μηδὲ τὸ ἐξ Ἀβραὰμ γένος κατὰ τὴν Μωσέως κλῆσιν, ἀλλ' ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν τὴν ἐκλογὴν ποιεῖσθαι τῶν σωζομένων. Διόπερ ὁ Πέτρος ἐν ταῖς Πράξεσιν ἀναγέγραπται εἰρηκώς· *Ἐπ' ἀληθείας οἶδα, ὅτι οὐκ ἔστι προσωποληπτης ὁ Θεός· ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν δεκτός ἐστιν αὐτῷ.* C Καὶ ὁ Παῦλος δὲ Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι τὸ Εὐαγγέλιον κηρύττεσθαί φησι λέγων· *Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον· δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται.* Οἷς ἀκολούθως ἐνταῦθα φάσκει τό· *Ἐγὼ εὐθύτητας κρινῶ.* Εἶτ' ἐπιλέγει· *Ἐτάκη ἡ γῆ καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες αὐτήν· ἐγὼ ἐστερέωσα τοὺς στύλους αὐτῆς.* Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Συσταθήσεται*, φησὶν, *ἡ γῆ σὺν τοῖς κατοικοῦσιν αὐτήν· ἐγὼ ἥδρασα τοὺς στύλους αὐτῆς.* Ταῦτα δὲ τοῖς ἐν τῷ πρὸ τούτου λελεγμένοις εἴρηται συμφώνως. Ἡ γὰρ πολιορκηθεῖσα γῆ καὶ πυρὶ παραδοθεῖσα, περὶ ἧς ἐλέγετο·— *Ὡς ἐν δρυμῷ* D *ξύλων ἀξίναις ἔκοψαν τὰς θύρας αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐν πέλυκι κα λαξευτηρίῳ κατέῤῥαξαν αὐτήν. ἐνεπύρισαν ἐν πυρὶ τὸ ἁγιαστήριόν σου, εἰς τὴν γῆν ἐβεβήλωσαν τὸ σκήνωμα τοῦ ὀνόματός σου*·—ταῦτα παθοῦσα ἐτάκη, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν διὰ τὰς ἀσεβείας αὐτῶν τοιαῦτα πεπόνθασι. Πλὴν τούτων ἀπολλυμένων, *ἐγὼ*, φησὶν, *ἐστερέωσα τοὺς στύλους αὐτῆς.* Τίνας δ' ἂν εἴποις τούτους ἢ τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους καὶ πάντας τοὺς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθητάς τε καὶ εὐαγγελιστάς; Ἐξ αὐτῆς γὰρ ἐκείνης προελθόντες τῆς γῆς, στῦλοι καὶ ἑδραίωμα γεγόνασι τῆς Ἐκκλησίας. Διὸ καὶ Παῦλος τοὺς κορυφαίους τῶν ἀποστόλων στύλους ὠνόμαζε λέγων· *Ἰάκωβος καὶ Κηφᾶς καὶ Ἰωάννης, οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι.*

rabilia tua, cum accepero tempus, ac infert: *Quoniam Deus judex est*; ac rursum: *Quia calix in manu Domini vini meri?* Cur his omnibus subjungit: *Ego autem annuntiabo in sæculum, cantabo Deo Jacob, et omnia cornua peccatorum confringam?* Animadverte igitur num his verbis unigenitum Dei Verbum, quæ ad Patris deitatem spectant enarrans, sua opera enuntiet. Ait itaque: *Narrabo mirabilia tua cum accepero tempus.* Aquila vero sic habet: *Cum accepero tempus statutum;* Symmachus autem: *Cum accepero synagogam.* Videturque mihi hæc opportune dicta esse: *Cum accepero tempus statutum*, vel, *synagogam.* Pollicetur quippe se in tempore opportuno omnia Patris in Ecclesia ex gentibus gesta mirabilia narraturum, quam Ecclesiam ipsi Pater promisit his verbis: *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ* [35]. Cum ergo hoc tempus stautum, inquit, accepero, et cum hanc opportunitatem consecutus ero, tunc omnibus gentibus quæ sese converterint narrabo omnia mirabilia tua. Quibus subdit: *Ego rectitudines judicabo.* Justitiæ namque et rectitudinis opus est, non Judæos solum admittere, neque Abrahami genus duntaxat secundum Moysis vocationem recipere, sed omnibus ex gentibus servandorum electionem facere. Quamobrem Petrus in Actibus dixisse scribitur: *In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus sed in omni gente qui timet eum acceptus est illi* [36]. Paulus autem Judæo primum, postea Græco prædicandum Evangelium esse dicit his verbis: *Non enim erubesco Evangelium: virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Judæo primum, et Græco. Justitia enim Dei in ipso revelatur* [37]. Quibus hic consequenter dicitur: *Ego rectitudines judicabo.* Deinde subjicit: *Liquefacta est terra et omnes qui habitant n ea: ego confirmavi columnas ejus.* Secundum Symmachum vero: *Constituetur*, inquit, *terra cum habitantibus in ea: ego confirmavi columnas ejus.* Hæc porro præcedentis psalmi dictis affinia sunt. Terra siquidem obsessa et igni tradita, de qua dicebatur: — *Quasi in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum, in securi et ascia dejecerunt eam. Incenderunt igne sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui* [38]; — hæc passa, liquefacta est; et una omnes qui habitabant in ea impietatum suarum causa hæc perpessi sunt. Cæterum his pereuntibus, *ego*, inquit, *confirmavi columnas ejus.* Quas eas esse dixeris, nisi sacros apostolos et omnes Servatoris nostri discipulos et evangelistas? Nam cum ex eadem terra prodiissent, columnæ et firmamentum Ecclesiæ facti sunt. Quapropter Paulus apostolorum coryphæos columnas vocabat dicens: *Jacobus et Cephas et Joannes, qui videntur columnæ esse* [39].

[35] Psal. II, 8. [36] Act. X, 34. [37] Rom. I, 16, 17. [38] Psal. LXXIII, 5-7. [39] Galat. II, 9

VERS. 5, 6. *Dixi iniquis : Nolite inique agere; et delinquentibus : Nolite exaltare cornu.* Columnas quidem sanctæ et catholicæ Ecclesiæ ego, inquit Deus, firmavi, utpote qui ex memorata terra liquefacta cum habitatoribus suis, ipsos elegerim; reliquos vero contestatus sum, præcipiens illis ipsosque cohortans ut ne inique agerent. Secundum Symmachum vero : *Dixi seditiosis*, inquit, *Ne seditiose agatis; et iniquis, Nolite exaltare cornu. Ne extollite in altum cornu vestrum loquentes cervice iniquitatem.* Eadem vero ipsa possunt ad alium ordinem, eorum videlicet qui ex circumcisione sunt, referri, qui contra Servatorem seditionem moverunt, et adversus eum insurrexerunt : quorum causa liquefacta est terra eorum et omnes qui habitabant in ea. Cæterum omnibus quoque per orbem gentibus apostolorum prædicatione testificatus est, ut ne inique agerent, et peccatoribus ut ne peccati cornu exaltarent, neque sese efferrent et arroganter agerent, neque loquerentur adversus Deum iniquitatem : quod sane ante agebant cum multiplicium deorum errori animum adhiberent, et Deum universorum ignorarent.

VERS. 7-9. *Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus, quoniam Deus judex est.* Et hæc quoque, ait, per apostolos meos omnibus hominibus testificatus sum, ut judicii Dei recordarentur, et omnis iniquitatis finem facerent, persuasi universorum judicem non procul abesse, sed omnia implere, et ubique præsentem esse. Quare convenit nos quasi in oculis ejus viventes animo ad eum converso degere. Neque enim procul abest, ita ut arbitremur eum longe a nobis habitare, sive in oriente, sive in occidente, sive in desertis et montibus. Nam medius et præsens universis, judex omnium est. Judicii autem illius officium est, ut unicuique pro merito tribuat, hunc humiliet et hunc exaltet; superbos quidem illosque qui cornu suum in altum extollunt humiliet, humiles vero exaltet, secundum illud : *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam* [40]. Quamobrem ait : *Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus*; pro quibus Symmachus sic interpretatus est : *Non enim ab oriente, non ab occidente, neque a deserto montium : sed Deus judex hunc quidem humiliat, hunc autem exaltat.* Et hoc sane, inquit, necessarium est omnes homines cognoscere, *Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto. Et inclinavit ex hoc in hoc; verumtamen fæx ejus non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ.* Secundum Symmachum vero : *Calix enim in manu Domini, et vinum merum replens effusum, ita ut trahant ab ipso. Verumtamen fæces ejus guttatim expriment bibentes improbi terræ.* Hæc item, ait, omnes homines docui, ne ignorent calicem illum omnes manere, quem cuique temperat et commiscet universorum judex. Hoc porro intelligas ex iis, quæ in prophetiis de calice ferun-

[40] Jac. IV, 6.

(1) An legendum ἅτε? EDIT.

A *Εἶπα τοῖς παρανομοῦσι, Μὴ παρανομεῖτε, καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι, Μὴ ὑψοῦτε κέρας.* Τοὺς μὲν στύλους τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐγὼ, φησὶν ὁ Θεὸς, ἐστερέωσα· ὅτι (1) ἐκλεξάμενος αὐτοὺς ἐκ τῆς ἀποδοθείσης γῆς ταχείσης μετὰ τῶν οἰκούντων αὐτήν· τοῖς δὲ λοιποῖς διεμαρτυράμην διαστειλάμενος καὶ παραινέσας μὴ παρανομεῖν. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Εἶπα*, φησὶ, *τοῖς στασιάζουσι, Μὴ στασιάζετε· καὶ τοῖς παρανόμοις, Μὴ ἐπαίρετε κέρας. Μὴ ἐπαίρετε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν λαλοῦντες τραχήλῳ ἀνομίαν.* Δύναται δὲ ταῦτα πρὸς τὸ ἕτερον τάγμα τὸ ἐκ περιτομῆς λέγεσθαι, τῶν καταστασιασάντων τοῦ Σωτῆρος καὶ κατεπαρθέντων αὐτοῦ· δι' οὓς ἐτάκη αὐτῶν ἡ γῆ καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες αὐτήν. Πλὴν καὶ τοῖς καθ' ὅλης τῆς B οἰκουμένης ἔθνεσι διὰ τοῦ τῶν ἀποστόλων κηρύγματος ἐμαρτύρατο μὴ παρανομεῖν, καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι μὴ ὑψοῦν τὸ τῆς ἁμαρτίας κέρας, μηδὲ ἐπαίρεσθαι καὶ καταθρασύνεσθαι, μηδὲ λαλεῖν ἀδικίαν κατὰ τοῦ Θεοῦ· ὅπερ πρότερον ἔπραττον πολυθέῳ προσέχοντες πλάνῃ, καὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν μὴ εἰδότες.

Ὅτι οὔτε ἀπὸ ἐξόδων, οὔτε ἀπὸ δυσμῶν, οὔτε ἀπὸ ἐρήμων ὀρέων, ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστι. Καὶ ταῦτα, φησὶ, διεμαρτυράμην διὰ τῶν ἐμῶν ἀποστόλων ἅπασιν ἀνθρώποις, μνημονεύειν τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ παύσασθαι πάσης παρανομίας, πεπεισμένους ὅτι οὐ πόῤῥω που ἀφέστηκεν ὁ τῶν ὅλων κριτής· πάντα δὲ πληροῖ καὶ πανταχοῦ πάρεστι. Διὸ C προσήκει ὡς ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ζῶντας ἐπιστρεφῶς πολιτεύεσθαι. Οὐ γὰρ μακρὰν ἀφέστηκεν, ὡς νομίσαι πόῤῥω που ἀπῳκίσθαι αὐτὸν, ἢ πρὸς αὐταῖς ἀνατολαῖς, ἢ κατὰ τὰ δυσμιαῖα μέρη, ἤ που ἐν ἐρημίαις καὶ ὄρεσι. Μέσος γὰρ ἐπιπαρὼν τοῖς πᾶσι, κριτὴς τῶν ὅλων ἐστί. Ἔργον τε αὐτοῦ τῆς κρίσεως τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμειν ἑκάστῳ, καὶ τοῦτον μὲν ταπεινοῦν, τοῦτον δὲ ὑψοῦν· ταπεινοῦν μὲν τοὺς ὑπερηφάνους καὶ τοὺς ἐπαίροντας εἰς ὕψος τὸ κέρας αὐτῶν· ὑψοῦν δὲ τοὺς ταπεινοὺς, κατὰ τό· *Ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.* Διό φησιν· *Ὅτι οὔτε ἀπὸ ἐξόδων καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου, οὔτε ἀπὸ δυσμῶν, οὔτε ἀπὸ ἐρήμων ὀρέων·* ἀνθ' ὧν ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· *Οὐ γὰρ ἀπὸ ἀνατολῆς, οὐδὲ ἀπὸ δύ-* D *σεως, οὐδὲ ἀπὸ ἐρήμου ὀρέων· ἀλλ' ὁ Θεὸς κριτὴς τοῦτον μὲν ταπεινοῖ, τοῦτον δὲ ὑψοῖ.* Καὶ τοῦτο δὲ, φησὶν, ἀναγκαῖον εἰδέναι πάντας ἀνθρώπους, *Ὅτι ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου οἴνου ἀκράτου, πλῆρες κεράσματος. Καὶ ἔκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο· πλὴν ὁ τρυγίας αὐτοῦ οὐκ ἐξεκενώθη, πίονται πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς γῆς.* Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ποτήριον γὰρ ἐν χειρὶ Κυρίου, καὶ οἶνος ἄκρατος πληρῶν ἐκχυθεὶς, ὥστε ἕλκειν ἀπ' αὐτοῦ. Πλὴν τὰς τρυγίας αὐτοῦ ἐκστραγγίσουσι πίνοντες οἱ φαῦλοι τῆς γῆς.* Καὶ ταῦτα, φησὶν, ἐδίδαξα πάντας ἀνθρώπους, ὡς ἂν μὴ ἀγνοεῖν, ὅτι περιμένει τοὺς πάντας τὸ ποτήριον, ὅπερ ἑκάστῳ

κίρνησιν ὁ τῶν ὅλων κριτής. Νοήσεις δὲ τοῦτο ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς προφητείαις λελεγμένων περὶ ποτηρίου· γέγραπται γοῦν ἐν Ἱερεμίᾳ οὕτως· *Εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ πρός με· Λάβε τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ ἀκράτου ἐκ χειρός μου, καὶ ποτιεῖς αὐτὸ πάντα τὰ ἔθνη, πρὸς ἃ ἐγὼ ἐξαποστελῶ σε πρὸς αὐτούς. Καὶ πίονται καὶ ἐξεμοῦνται, καὶ ἐκμανήσονται ἀπὸ προσώπου τῆς μαχαίρας, ἧς ἐγὼ ἀποστελῶ ἀναμέσον αὐτῶν. Καὶ ἔλαβον τὸ ποτήριον ἐκ χειρὸς Κυρίου, καὶ ἐπότισα πάντα τὰ ἔθνη πρὸς ἃ ἀπέστειλέ με Κύριος ἐπ' αὐτὰ, τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὰς πόλεις Ἰούδα, καὶ βασιλεῖς αὐτοῦ καὶ ἄρχοντας αὐτοῦ, τοῦ θεῖναι αὐτοὺς εἰς ἐρήμωσιν, καὶ εἰς ἄβατον καὶ εἰς συριγμόν· καὶ τὸν Φαραὼ βασιλέα Αἰγύπτου καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ τοὺς μεγιστᾶνας αὐτοῦ·* καὶ ἑξῆς φησι· *Καὶ πάντας τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς τῶν ἀλλοφύλων, τὴν Ἀσκάλωνα, καὶ τὴν Γάζαν, καὶ τὴν Ἀκκάρων, καὶ τὴν Ἰδουμαίαν, καὶ τὴν Μωαβῖτιν, καὶ τοὺς υἱοὺς Ἀμμὼν, καὶ πάντας βασιλεῖς Τύρου, πάντας βασιλεῖς Σιδῶνος, καὶ πάντας βασιλεῖς νήσου τοὺς ἐν τῷ πέραν τῆς θαλάσσης.* Μεθ' ἃ ἐπιλέγει οὕτως· *Εἶπε Κύριος παντοκράτωρ ὁ Θεὸς Ἰσραήλ· Πίετε καὶ μεθύσθητε, καὶ ἐξεμέσετε, καὶ πεσεῖτε, καὶ οὐ μὴ ἀναστῆτε ἀπὸ προσώπου τῆς μαχαίρας, ἧς ἐγὼ ἀποστελῶ ἀναμέσον ὑμῶν. Καὶ ἔσται ὅταν μὴ βούλωνται δέξασθαι τὸ ποτήριον ἐκ τῆς χειρός σου, ὥστε πιεῖν, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς. Οὕτως εἶπε Κύριος τῶν δυνάμεων· Πιόντες πίεσθε.* Δι' ὧν διδάσκει ὁ λόγος δίκην ἰατροῦ τοῖς ζεομένοις πικρᾶς ἀντιδότου τὸν Θεὸν ἐπάγειν τὰς κολάσεις, ὡς ἂν ἐμέσαιεν, καὶ ἀποκενώσειεν τὴν πλεονάσασαν ἐν αὐτοῖς κακίαν· καὶ πρώτην γε αὐτὴν τὴν Ἱερουσαλὴμ τοῦ λεχθέντος ποτοῦ πιεῖσθαι· εἶτα δὲ τὰ λοιπὰ ἔθνη, ὡς καὶ πάντων τῆς ὁμοίας τευξομένων καθάρσεως διὰ τῶν ἐπαχθησομένων αὐτοῖς τιμωριῶν. Καὶ τὸ παρὸν οὖν λόγιον καταλλήλως τῇ προφητικῇ διδασκαλίᾳ ποτήριον εἶναι διδάσκει ἐν χειρὶ Κυρίου, ἐν ᾧ τοὺς ἑκάστου καρποὺς συναγαγὼν, ὥσπερ ἄκρατον οἶνον ἐργάζεται. Εἶτ' ἐπιδίδωσι τὸ κατ' ἀξίαν πόμα ἀναλόγως ταῖς ἑκάστου πράξεσι κιρνῶν αὐτὸ κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λόγον. Μὴ γὰρ τὰς φαύλας πράξεις μόνας ἑκάστου, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀγαθὰς λογίζεσθαι, σταθμᾶσθαί τε ὥσπερ συμμετρίᾳ καὶ κατάλληλον τοῖς ἑκάστου ἔργοις ἀπεργάσασθαι τὸ κρᾶμα. Ὁ δὴ παρίστησι λέγων· *Καὶ ἔκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο·* ὡς ἂν μία γένοιτο κρᾶσις τῶν τε ἑκάστου μοχθηρῶν πράξεων καὶ τῶν χρηστοτέρων. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ἐξέκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο,* ὁ Σύμμαχος, *Ὥστε ἕλκειν ἀπ' αὐτοῦ,* ἡρμήνευσε· τὴν δὲ τρύγα πιεῖσθαι πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς. Οὐκέτι γὰρ κρᾶμα, ἀλλὰ τὸ ἔσχατον καὶ θολερὸν τοῖς τὰ μεγάλα ἡμαρτηκόσιν ἀποκείσεσθαι. Διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· *Πλὴν τὰς τρυγίας ἐκστραγγιοῦσι πίνοντες οἱ φαῦλοι τῆς γῆς.*

A tur; in Jeremia quippe scriptum est : *Dixit Dominus Deus Israel ad me, Sume calicem vini meri de manu mea, et potabis ipso omnes gentes, ad quas ego mittam te. Et bibent et voment et insanient a facie gladii, quem ego mittam in medium eorum. Et accepi calicem de manu Domini, et potavi omnes gentes ad quas misit me Dominus : Jerusalem et civitates Juda, reges ejus et principes ejus, ad ponendum eos in solitudinem, in inviam, et in subsannationem : et Pharaonem regem Ægypti, et pueros ejus et optimates ejus* [41] ; ac deinceps ait : *Et omnes reges terræ alienigenarum, Ascalonem, Gazam et Accaronem, Idumæam et Moabitidem, filios Ammon, et omnes reges Tyri, et omnes reges Sidonis, et omnes reges Insulæ trans mare* [42]. Postea vero sic concludit : B *Dixit Dominus omnipotens Deus Israel : Bibite et inebriamini, et vometis, et procumbetis, nec resurgetis a facie gladii, quem ego mittam in medium vestri. Et erit, si noluerint accipere calicem de manu tua, ut bibant, dices ad eos, Sic dicit Dominus virtutum, bibentes bibetis* [43]. Queis ediscitur, Deum instar medici, amarum antidotum egentibus offerre, nempe castigationes, ut evomant, malitiamque illam exuberantem quam intus habent exonerent; primamque Jerusalem eo calice potandam; deinde reliquas gentes, quia omnes simili purgatione per illatas castigationes evacuandi sunt. Præsens itaque sententia perinde atque prophetica illa doctrina, calicem esse docet in manu Domini; in quo singu- C lorum fructus colligens, quasi merum vinum exprimit. Deinde vero pro justitiæ ratione, et cujusque merito potum temperans, cujusque actionum proportione habita, ipsis bibendum propinat. Non enim prava duntaxat singulorum opera, sed etiam bona examinanda et æqua lance ponderanda sunt atque congruentem singulorum operibus potum parare opus est. Quod ipse declarat his verbis : *Et inclinavit ex hoc in hoc*; ita ut una commistione mala singulorum opera bonis temperentur. Pro illo autem, *Inclinavit ex hoc in hoc*, Symmachus, *Ita ut trahant ab ipso*, interpretatus est; et ut fæcem bibant omnes peccatores terræ. Non enim mistio temperata, sed quod extremum ac turbidum est, gravium scelerum reis reservatur. Quare secundum D Symmachum dictum est : *Verumtamen fæces ejus guttatim exprimens bibentes improbi terræ.*

Ἐγὼ δὲ ἀπαγγελῶ εἰς τὸν αἰῶνα, ψαλῶ τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Τὰ μὲν προλεχθέντα πάντα εἶπα τοῖς παρανομοῦσι, καὶ διεστειλάμην ἅπασι μαρτυράμενος. Ἐγὼ δὲ ὁ ἀνωτέρω εἰπών· *Διηγήσομαι τὰ θαυμάσιά σου, ὅταν λάβω καιρόν·* καὶ πάλιν φήσας· *Ἐγὼ εὐθύτητας κρινῶ·* καὶ αὖθις εἰπών· Ἐγὼ

VERS. 10, 11. *Ego autem annuntiabo in sæculum, cantabo Deo Jacob.* Supra memorata omnia inique agentibus dixi, et contestatus omnibus præcepta dedi. Ego vero qui superius dixi, *Narrabo mirabilia tua, cum accepero tempus* [43*] ; ac rursum : *Ego rectitudines judicabo* [44] ; iterumque, *Ego confirmavi*

[41] Jer xxv, 15-19. [42] ibid. 20-22. [43] ibid. 27 28. [43*] Psal. LXXIV, 2, 3. [44] ibid 5

columnas ejus [45]; postquam prædicta peccatoribus prædicavi et testificatus sum, et postquam judicis rationem omnes edocui, quid faciam? *In sæculum cantabo Deo Jacob.* Novi quippe eum qui religiosi viri Deus est, patrem esse meum: ipsique cantabo, ipsi præclara gesta mea annuntiabo. Deinde vero accepta a Patre judicandi potestate, *omnia cornua peccatorum confringam;* cum quidem quo tempore tolerantia, patientia et mansuetudine utendum erat, ipsos extolli concesserim; verum in fine cornua eorum contra Deum elata confringam; viceque versa cornua justi, quia demissa erant, exaltabo. Tunc vero exaltabitur justus, quando una cum rege suo regnabit secundum Apostolum qui ait: *Primitiæ enim Christus; deinde qui Christi sunt in adventu ejus; deinde finis, cum tradiderit regnum Deo et Patri, cum destruxerit omnem potestatem et virtutem* [46]. Quando scilicet justi vitæ immortalis calicem bibent; quem ipsis promisit dicens: *Donec bibam illum novum vobiscum in regno cœlorum* [47].

1. IN FINEM, IN HYMNIS, PSALMUS IPSI ASAPH, CANTICUM. LXXV.

Vers. 2, 3. *Notus in Judæa Deus, in Israel magnum nomen ejus.* Hic psalmus item ex numero eorum est qui ad bonum finem remittunt: præcedentique affinis, de judicio Dei verba facit. Quod deinceps his verbis declarat: *De cœlo auditum fecisti judicium, terra tremuit et quievit, cum exsurgeret in judicium Deus, ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.* Et in illo quidem iniquis dicebatur, *Nolite exaltare cornu, et nolite extollere in altum cornu vestrum* [48]; in præsenti vero, *Turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum.* Hi vero erant qui cornua extulerant. His porro altissimum dogma traditur, ut sciamus qui sit verus Israel, et quæ sit ejus secundum rectam veramque rationem regio, quæ vocatur Judæa; quæ item vera Jerusalem, quod Dei domicilium. Hæc Spiritus propheticus præcellenti sapientia dispensat, atque una iis qui abjectius Judaico more rem intelligunt, voluptatem ob nominum similitudinem affert; eos autem qui speculandi vi præditi sunt divinis institutis erudit. Judæus itaque qui nihil aliud est, quam caro et sanguis, carnali et corporeo more hæc audiet; deinde vero extolletur, sensu carnis suæ temere inflatus, neque caput tenens secundum S. Apostolum. Quare se Israelem esse, atque Judæam, nihil aliud quam Palæstinorum regionem esse putabit; locum vero Dei pro terrena Jerusalem habebit: quoniam Hebraica lectio in Salem locum ejus factum esse dicit: quo item modo reliqui interpretes, *in Salem* videlicet, ediderunt. Qui vero divina imbutus disciplina est, cum edidicerit, non omnes qui ex

A *ἐστερέωσα τοὺς στύλους αὐτῆς·* μετὰ τὸ κηρῦξαι καὶ μαρτύρασθαι τὰ προλεχθέντα τοῖς ἁμαρτωλοῖς, καὶ μετὰ τὸ διδάξαι τὸν περὶ τῆς κρίσεως λόγον τοὺς πάντας, τί πράξω; *Εἰς τὸν αἰῶνα ψαλῶ τῷ Θεῷ Ἰακώβ.* Οἶδα γὰρ ἐμαυτοῦ πατέρα τὸν γενόμενον τοῦ θεοφιλοῦς Θεὸν, κἀκείνῳ ψαλῶ, κἀκείνῳ ἀπαγγελῶ τὰ ἐμαυτοῦ κατορθώματα. Εἶθ' οὕτω λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρὸς τὴν τοῦ κρίνειν ἐξουσίαν, *πάντα τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν συγκλάσω·* συγχωρήσας μὲν αὐτοῖς ἐπαίρεσθαι κατὰ καιρὸν καθ' ὃν ἔδει χρήσασθαι τῇ ἀνοχῇ, καὶ τῇ μακροθυμίᾳ καὶ τῇ χρηστότητι· πλὴν ἐπὶ τέλει τὰ κέρατα αὐτῶν κατεπαρθέντα τοῦ Θεοῦ συγκλάσω· ἀνάπαλιν δὲ τὰ τοῦ δικαίου κέρατα ὑψώσω, ἐπείπερ ἦν τεταπεινωμένα. Τότε δὲ ὑψωθήσεται, ἐπειδὰν συμβασιλεύῃ τῷ ἑαυτοῦ βασιλεῖ
B κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ὅς φησιν· *Ἀπαρχὴ γὰρ Χριστός· εἶτα οἱ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ· εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν.* Ὅτε καὶ πίονται οἱ δίκαιοι ποτήριον ζωῆς ἀθανάτου· ὅπερ αὐτοῖς ἐπήγγελται εἰπών· *Ἕως ἂν πίω αὐτὸ καινὸν μεθ' ὑμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν*

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΕΝ ΥΜΝΟΙΣ, ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΑΣΑΦ, ΩΔΗ. ΟΕ'.

Γνωστὸς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεὸς, ἐν τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Τῶν ἐπ' ἀγαθὸν τέλος ἀναπεμπόντων καὶ ὁ παρὼν τυγχάνει ψαλμός. Συνᾴδει δὲ τῷ πρὸ αὐτοῦ, τοὺς περὶ τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ λόγους
C περιέχων. Ὃ δὴ παρίστησι φάσκων ἑξῆς· *Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἠκόντισας κρίσιν, γῆ ἐφοβήθη καὶ ἡσύχασεν ἐν τῷ ἀναστῆναι εἰς κρίσιν τὸν Θεὸν τοῦ σῶσαι πάντας τοὺς πραεῖς τῆς γῆς.* Καὶ ἐν ἐκείνῳ μὲν ἐλέγετο τοῖς παρανομοῦσι· *Μὴ ὑψοῦτε κέρας, καὶ μὴ ἐπαίρετε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν·* ἐν δὲ τῷ μετὰ χεῖρας· *Ἐταράχθησαν,* φησὶν, *οἱ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ· ὕπνωσαν ὕπνον αὐτῶν, καὶ οὐχ εὗρον οὐδὲν πάντες οἱ ἄνδρες τοῦ πλούτου.* Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τὰ κέρατα ὑψοῦντες. Παιδεύει δὲ διὰ τῶν προκειμένων ὁ λόγος δόγμα βαθύτατον, ὡς ἂν εἰδείημεν τίς ποτέ ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Ἰσραὴλ, καὶ τίς ἡ τούτου κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον χώρα ἡ ὀνομαζομένη Ἰουδαία· τίς τε ἡ ἀληθινὴ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὁποῖον τὸ τοῦ Θεοῦ οἰκητήριον. Ταῦτα τὸ προφητικὸν Πνεῦμα
D μεθ' ὑπερβαλλούσης σοφίας οἰκονομεῖ· ὁμοῦ καὶ τοῖς ταπεινότερον καὶ Ἰουδαϊκώτερον ἀκροωμένοις θυμηδίαν παρέχον διὰ τῆς ὁμωνυμίας τῶν δηλουμένων, ὁμοῦ καὶ τοὺς θεωρητικοὺς παιδεύματα διδάσκον θείων δογμάτων. Ὁ μὲν οὖν Ἰουδαῖος, πλέον οὐδὲν ἢ σὰρξ καὶ αἷμα τυγχάνων, σαρκίνως καὶ σωματικῶς ἀκούσεται τῶν προκειμένων· κἄπειτα ἐπαρθήσεται, εἰκῇ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ οὐ κρατῶν τὴν κεφαλὴν κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον. Διὸ ἑαυτὸν μὲν εἶναι τὸν Ἰσραὴλ οἰήσεται, καὶ τὴν Ἰουδαίαν οὐδ' ἑτέραν εἶναι τῆς Παλαιστίνων χώρας, καὶ τὸν τόπον τοῦ Θεοῦ, τὴν ἐπὶ γῆς Ἱερουσαλὴμ ἐπειδήπερ ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις περιέχει ἐν Σαλὴμ γε-

[45] Psal. LXXIV, 4, 5 [46] I Cor. XV, 23, 24. [47] Matth. XXVI, 29. [48] Psal. LXXIV, 5, 6.

γονέναι τὸν τόπον αὐτοῦ· καὶ οἱ λοιποὶ δὲ ἑρμηνευταὶ τοῦτον ἡρμήνευσαν τὸν τρόπον, *ἐν Σαλὴμ* ἐκδεδωκότες. Ὁ δὲ τοῖς θείοις δόγμασι μεμαθητευμένος, παιδευθεὶς, ὅτι οὐ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ οὗτοι Ἰσραὴλ, οὐδὲ ὅσοι σπέρμα Ἀβραάμ εἰσι, πάντες τέκνα· οὐ γὰρ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς ταῦτα τέκνα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα· ἔτι τε ἐπακούσας τοῦ αὐτοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, *Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή· ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι· οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ*· καὶ πάλιν· *Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἐν περιτομῇ οἱ ἐν πνεύματι Θεοῦ λατρεύοντες, καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες*· ἔτι μὴν ἐπιστήσας τὸ, *Βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα*, ὡς ἑτέρου ὄντος τοῦ μὴ κατὰ σάρκα, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα ἀληθινοῦ Ἰσραήλ· τούτοις μεμαθητευμένος, τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ ἐκδέξεται εἶναι τὸν ἐκ τοῦ πράγματος σημαινόμενον. Μεταλαμβάνεται γοῦν τοὔνομα εἰς τὸν ὁρῶντα τὸν Θεόν· τὸν διορατικὸν τοίνυν καὶ γνωστικὸν καὶ ἐπιστημονικὸν ἄνδρα μόνον εἶναι τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ ἀποφανεῖται· ὃν ἡ μετὰ χεῖρας παρίστησι λέξις φάσκουσα· *Ἐν τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ*. Ἐλέγχει δὲ τὸν Ἰουδαῖον οὐχ ἄξιον ὄντα τῆς προσηγορίας τοῦ Ἰσραὴλ ὁ προφητικὸς λόγος ἀποτεινόμενος πρὸς αὐτοὺς καὶ λέγων· *Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν*· καὶ, *Ἀκούσατε λόγον Κυρίου, ἄρχοντες Σοδόμων· προσέχετε νόμον Θεοῦ, λαὸς Γομόῤῥας*. Ὥσπερ οὖν ὁ φάσκων περὶ τῶν ἐθνῶν· Διότι ἀπ' ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν δεδόξασται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν τοῖς ἔθνεσι, *καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά*· καὶ πάλιν· *Διότι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι*, σαφῶς παρίστησι δύνασθαι τὰ ἔθνη εἶναι τὸν Ἰσραὴλ, εἴπερ *ἐν τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ*. Καὶ πρὸς μὲν Ἰουδαίους ἐλέγετο· *Ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτὸ*, δῆλον δ' ὅτι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. Καὶ αὖθις εἴρηται πρὸς αὐτούς· *Δι' ὑμᾶς διαπαντὸς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν*. Εἰ τοίνυν ἡ μετὰ χεῖρας Γραφὴ διδάσκει ἐκεῖνον εἶναι τὸν Ἰσραὴλ, παρ' ᾧ τὸ τοῦ Θεοῦ δοξάζεται ὄνομα, ἐκ τῶν εἰρημένων γένοιτ' ἂν κατάδηλος ὁ ὀφείλων λέγεσθαι κυρίως Ἰσραήλ. Ἀναλόγως δὲ τούτῳ νοήσεις καὶ τὴν Ἰουδαίαν· ἔνθα γάρ ἐστιν ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ, αὕτη ἐστὶν ἡ Ἰουδαία. Τοῦτο γοῦν ἡ Γραφὴ παρίστησι λέγουσα· *Γνωστὸς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεός*. Εἰ δὲ μὴ τὸ πρᾶγμα ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας, λέγω δὲ τῆς Παλαιστίνων χώρας εὑρίσκοιτο, πλείστης οὔσης εἰδωλολατρείας ἐν αὐτῇ γενομένης, αὐτῶν Ἰουδαίων τὸ παλαιὸν εἰδωλολατρευόντων ἐν αὐτῇ, ὡς τοὺς προφήτας ἀπελέγχειν αὐτοὺς καὶ λέγειν· *Κατὰ γὰρ τὸν ἀριθμὸν τῶν πόλεών σου ἦσαν θεοί σου Ἰούδα, καὶ κατὰ ἀριθμὸν ἀμφόδων Ἱερουσαλὴμ ἔθυον τῇ Βαάλ*· πῶς δυνατὸν ταύτην εἶναι λέγεσθαι τὴν τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ κεκτημένην Ἰουδαίαν; Διὰ τί δὲ

A Israele sunt, Israel esse: neque quotquot semen Abraham, filios ejus esse: non enim filii carnis, ii filii Dei sunt, sed filii promissionis, ii pro semine computantur; cum audierit item illud Apostoli dictum, *Non enim qui in manifesto, Judæus est, neque quæ in manifesto in carne est circumcisio; sed qui in abscondito, Judæus est: et circumcisio cordis in spiritu, non littera, cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est* [49]; ac rursum, *Nos enim sumus in circumcisione qui in spiritu Dei servimus, neque in carne confidimus* [50]; cum consideraverit etiam illud, *Respicite Israel secundum carnem* [51], utpote scilicet alio exsistente, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum verus Israel est; hæc edoctus, verum Israelem admittet eum qui ex

B opere demonstratur. Nomen porro accipitur pro eo qui *videt Deum*; ergo virum perspicacem, notitia præditum et doctum, solum esse verum Israelem declarabit, qualem hæc sententia prodit dicens, *In Israel magnum nomen ejus*. Evincit vero Judæum Israelis nomine dignum non esse propheticus sermo, qui ipsos respicit et sic habet: *Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis* [52]; et, *Audite verbum Domini, principes Sodomorum: attendite legi Dei, populus Gomorrhæ* [53]. Quemadmodum etiam qui de gentibus dicit, ab oriente sole usque ad occidentem, gloria celebrari nomen suum in gentibus; *et in omni loco*, ait, *thymiama offertur nomini meo et sacrificium mundum* [54]; ac rursum, *Quia magnum est nomen meum in gentibus* [55]; aperte declarat posse

C gentes Israel esse, siquidem *in Israel magnum nomen ejus*. Judæis vero dicebatur: *Vos autem profanatis illud* [56], videlicet nomen Dei. Rursumque illis dictum est: *Propter vos semper nomen meum blasphematur in gentibus* [57]. Si itaque hæc Scriptura docet illum esse Israelem penes quem nomen Dei celebratur, ex jam dictis manifestum fuerit qui vere et proprie Israel vocandus sit. Proportione quadam de Judæa idem intelligas. Nam ubi cognitio Dei est, ibi Judæa exsistit. Quod his verbis Scriptura declarat: *Notus in Judæa Deus*. Quod si id non in Judæa, sive in Palæstinorum terra reperitur, cum multa ibi idololatria fuerit, quando olim Judæi idola colebant, ita ut prophetæ ipsos

D coarguerent ac dicerent, *Nam secundum numerum civitatum tuarum erant dii tui, Juda, et secundum numerum biviorum Jerusalem sacrificabant ipsi Baal* [58], qui fieri potest hanc dici Judæam quæ notitiam Dei obtineat? Cur item non dicas Ægyptiorum regionem eo vocabulo dignam, de qua dictum est, *Et erit altare Domino in terra Ægypti* [59]; ac rursus, *Et notus erit Dominus Ægyptiis?* Nam si penes eos quibus notus est Deus Judæa reperitur, quid impediat quominus omnes qui cognitionem Dei acceperunt in Judæa esse dicantur? Quare consequenter ad isthæc, Ecclesia Dei per totum orbem

[49] Rom. II, 28, 29. [50] Philipp. III, 3. [51] I Cor. X, 18. [52] Isa. I, 4. [53] ibid. 10. [54] Malach. I, 11. [55] ibid. [56] ibid. 12. [57] Isa. LII, 5. [58] Jer. II, 28. [59] Isa. XIX, 19.

constituta, in qua qui est super omnia Deus notus est, Judæa congruenter dici possit. Neque aberres si dicas Judæam esse, totam divinitus inspiratam et Judaicam scripturam, quæ ceu possessio et ambitus veri Israelis nuncupari potest, quia in ipsa cognitio Dei continetur. Pari itaque modo vera Judæa et verus Israel intelligatur.

A οὐκ ἂν εἴποις τὴν Αἰγυπτίων χώραν ἀξίαν τῆς προσηγορίας, περὶ ἧς εἴρηται· *Καὶ ἔσται θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ ἐν χώρᾳ Αἰγύπτου*· καὶ αὖθις· *Καὶ γνωστὸς ἔσται Κύριος τοῖς Αἰγυπτίοις;* Εἰ γὰρ παρ' οἷς γνωστός ἐστιν ὁ Θεὸς παρὰ τούτοις καὶ ἡ Ἰουδαία τυγχάνει, τί τὸ κωλῦον μὴ πάντας τοὺς τὴν γνῶσιν ἀνειληφότας τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ εἶναι λέγεσθαι; Τούτοις οὖν ἀναλόγως καὶ ἡ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησία Θεοῦ, ἐν ᾗ ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς γνωστὸς ὢν τυγχάνει, Ἰουδαία τε εὐλόγως ἂν ῥηθείη. Οὐκ ἂν δὲ ἁμάρτοις Ἰουδαίαν εἶναι λέγων πᾶσαν τὴν θεόπνευστον καὶ Ἰουδαϊκὴν Γραφήν, κτῆμα οὖσαν καὶ ὡς περίχωρον τοῦ ἀληθινοῦ Ἰσραήλ, διὰ τὸ τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῇ περιέχεσθαι. Οὕτω μὲν οὖν ἡ ἀληθινὴ Ἰουδαία καὶ ὁ ἀληθινὸς Ἰσραὴλ νοηθήσεται κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον.

VERS. 3. Perpendas vero quomodo *factus est in pace locus ejus, et habitatio ejus in Sion*. Nam si locus ille, quem Judæi in honore habebant, bellis et vastationibus non obnoxius fuisset, merito Judæis concedi posset eum ipsum esse locum a Scriptura indicatum. Quod si ille a fundamentis dirutus et sæpe captus ab hostibus fuit, et tamen locus ejus in pace esse dicatur, non sane possit revera putari locus Dei esse, qui plerumque ab inimicis debellatus sit. Quare jam non dicit, *in Jerusalem*, ne quis laberetur Judaicam urbem esse cogitando; sed loco illius veram sententiam sic expressit, *Factus est in Salem locus ejus*. Salem vero *pax* explicatur: quare apud Septuaginta Interpretes dictum est, *Factus est in pace locus ejus*. Si igitur animæ omni prorsus bello liberæ in prosperitate, quiete et tranquillitate degentes, in terra reperiantur, jure dicantur illæ locus Dei esse, utpote quæ Spiritum divinum in se capiant. Ideo de talibus dictum est, *Inhabitabo in illis et inambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus* [60]. Quod si tales in terra perraro inveniantur; cum contra in civitate Dei, cœlesti Dei domicilium angelis, archangelis, divinis virtutibus, spiritibusque sanctis frequentetur; jure dicat quispiam ibi locum Dei esse, et illam veram esse pacem, quæ Salem hic Hebraice nuncupatur. Quare Apostolus cum nosset eam dicebat: *Illa vero quæ sursum est Jerusalem libera est, quæ est mater nostra* [61]. Nam Salem explicatur *pax;* Jerusalem vero, *visio pacis:* cujus lares in cœlestibus divinisque virtutibus exsistunt: in quibus Deus ipse ambulat, utpote quæ ejus deitatem capere valeant. Deinde dicitur: *Et habitatio ejus in Sion*. Postea subjungitur: — VERS. 4. *Ibi confregit potentias arcuum, telum, gladium et bellum*. Hic rursum, si in sensibili et terrena Sion hæc gesta essent, non esset causa invidendi Judæis sic explicare volentibus; quod si ipsis rebus gestis contrarium appareat, quia in obsidione inimicorum diruta fuit; necessarium est hic Sionem, quæ cum pace congruat, intelligere, scilicet Ecclesiam Dei; vel etiam cœlestem illam de qua divinus Apostolus hæc declaravit: *Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem, et multorum mil-*

[60] Levit. XXVI, 12. [61] Galat. IV, 26.

Νοήσεις δὲ ὅπως *ἐγενήθη ἐν εἰρήνῃ ὁ τόπος αὐτοῦ, καὶ τὸ κατοικητήριον αὐτοῦ ἐν Σιών*. Εἰ μὲν B γὰρ ὁ παρὰ Ἰουδαίοις τιμώμενος τόπος ἀπόρθητος καὶ ἀπολέμητος πεφύλακτο, λόγον εἶχε συγχωρεῖν Ἰουδαίων παισὶν αὐτὸν εἶναι νομίζειν τὸν ὑπὸ τῶν Γραφῶν δηλούμενον· εἰ δ' οὗτος μὲν ἐκ βάθρων ἀνῄρηται ἁλοὺς πολλάκις ὑπὸ πολεμίων, ἐν εἰρήνῃ δὲ λέγεται ὑπάρχειν ὁ τόπος αὐτοῦ· οὐκ ἂν δύναιτο ἀληθεῖ λόγῳ νομίζεσθαι τόπος εἶναι τοῦ Θεοῦ ὁ πολλάκις ὑπὸ πολεμίων ἁλούς. Διὸ οὐδὲ ὠνόμασε νῦν, *ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλήμ*, ὡς ἂν μή τις ἐκπέσοι ἐπὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν πόλιν· ἀντὶ δὲ ταύτης τὴν διάνοιαν τοῦ πράγματος παρέστησεν εἰπών· *Ἐγενήθη ἐν Σαλὴμ ὁ τόπος αὐτοῦ*. Σαλὴμ δὲ ἑρμηνεύεται *εἰρήνη*· διὸ παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα εἴρηται· *Ἐγενήθη ἐν εἰρήνῃ ὁ τόπος αὐτοῦ*. Εἰ μὲν οὖν καὶ ἐπὶ γῆς εὑρίσκοιντο ψυχαὶ παντὸς ἠλευθερωμέναι πολέμου ἐν εὐσταθείᾳ C καὶ ἀταραξίᾳ καὶ γαλήνῃ διάγουσαι, εἰκότως ἂν λεχθεῖεν καὶ αὗται τόπος τοῦ Θεοῦ, ὡς ἂν χωρητικαὶ οὖσαι θείου Πνεύματος. Διὸ περὶ τῶν τοιούτων εἴρηται τό, *Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεός, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός*. Εἰ δὲ σπανίως μὲν εὑρίσκοιντο ἐπὶ γῆς τοιοῦτοι, ἐν δὲ τῇ κατ' οὐρανὸν χρηματιζούσῃ Θεοῦ πόλει πληθύει τὸ τοῦ Θεοῦ οἰκητήριον, ἐν ἀγγέλοις, καὶ ἀρχαγγέλοις, καὶ θείαις δυνάμεσι, καὶ πνεύμασιν ἁγίοις· εἰκότως τὸν τόπον τοῦ Θεοῦ παρ' ἐκείνοις εἴποι ἄν τις, κἀκείνην εἶναι τὴν εἰρήνην ἀληθῶς Σαλὴμ ἐνταῦθα κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν φωνὴν ὠνομασμένην. Διὸ καὶ ὁ Ἀπόστολος ταύτην εἰδὼς ἔλεγεν· *Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστίν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν*. Σαλὴμ D μὲν γὰρ ἑρμηνεύεται *εἰρήνη*, Ἱερουσαλὴμ δὲ *ὅρασις εἰρήνης*· ἧς τὸ ἐφέστιον ἐν ταῖς κατ' οὐρανὸν θείαις τυγχάνει δυνάμεσιν· ἐν αἷς ὁ Θεὸς αὐτὸς ἐμπεριπατεῖ, χωρητικαῖς οὔσαις τῆς αὐτοῦ θεότητος. Ἑξῆς τούτοις λέγεται· *Καὶ τὸ κατοικητήριον αὐτοῦ ἐν Σιών*. Εἶτα συνάπτει φάσκων ὁ λόγος· *Ἐκεῖ συνέτριψε τὰ κράτη τῶν τόξων, ὅπλον καὶ ῥομφαίαν καὶ πόλεμον*. Καὶ ἐνταῦθα πάλιν εἰ μὲν ἐπὶ τῆς αἰσθητῆς καὶ ἐπιγείου Σιὼν ταῦτα πέπρακτο, οὐδὲ ἔδει φθονεῖν Ἰουδαίοις οὕτως ἐκδέχεσθαι βουλομένοις· εἰ δὲ πᾶν τοὐναντίον ἐξ αὐτῶν ὁρᾶται τῶν πραγμάτων, διὰ τὸ ἠρημῶσθαι τὴν Σιὼν ἐκ τῆς τῶν πολεμίων πολιορκίας, ἀνάγκη τῇ ἀποδοθείσῃ εἰρήνῃ καταλλήλως καὶ τὴν Σιὼν ἐκλαμβάνειν, ἤτοι τὴν

Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἢ τὴν ἐπουράνιον, ἣν ὁ θεῖος A Ἀπόστολος παρίστη λέγων· *Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς*. Ἐνταῦθα γὰρ μηδεμιᾶς ἁμαρτίας ἐνεργούσης, μηδέ τινος ὑφεστῶτος ψυχῶν πολεμίου, συντέτριπται τὰ κράτη τῶν τόξων, ἀνῄρηταί τε ὅπλον καὶ ῥομφαία· ὡς λέγεσθαι περὶ τῶν καταξιουμένων τῆς ἐκεῖ διατριβῆς· *Ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός*.

lium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum qui conscripti sunt in cœlis [62]. Hic enim nullo peccato vigente, nulloque animarum inimico exsistente, potentiæ arcuum contritæ sunt, telum et gladius ablata sunt, ita ut de iis qui illa mansione dignati sunt dicatur, *Abscessit dolor, tristitia et gemitus* [63].

Φωτίζεις σὺ θαυμαστῶς ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων, ἐταράχθησαν οἱ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ. Σφόδρα ἀκολούθως, μετὰ τὸ παραστῆσαι τὸν τόπον τοῦ Θεοῦ, διδάσκει, ὅτι ἀποκέκλεισται εἴσω τοῦ τόπου αὐτοῦ τὰ ἀγαθά· ἀκτῖνας δ' ὥσπερ ἐκπέμπει καὶ ἐπὶ τοὺς πορρωτάτω. B Διό φησι· *Φωτίζεις σὺ θαυμαστῶς ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων*. Τίνα δὲ ἦν τὰ αἰώνια ὄρη, ἀλλ' ἡ Σιὼν καὶ ἡ Σαλὴμ, τὰ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἀποδοθέντα; Ἄνωθεν γοῦν ἀπὸ τῶν οὐρανίων ὑψωμάτων, ὥσπερ ἐκ τινῶν αἰωνίων ὀρῶν, τὰς αὐγὰς τῶν τῆς θεότητος αὐτοῦ μαρμαρυγῶν, καὶ μέχρι τῶν ἐπὶ γῆς ἐκπέμπων, φωτίζει τὰς τῶν ἀξίων ψυχὰς, καταλάμπων αὐτὰς τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ Πνεύματι· ταύτας μὲν οὖν φωτίζει· τοὺς δὲ ἀναξίους τῶν φώτων αὐτοῦ προνοίᾳ τῆς δικαιοκρισίας αὐτοῦ μετερχόμενος θορυβεῖ. Διὸ ἐπιλέγει· *Ἐταράχθησαν πάντες οἱ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ*. Ἀσύνετοι γὰρ ἀληθῶς ὄντες τῇ καρδίᾳ, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *ὑπερήφανοι τὴν καρδίαν*, οὐ παρεδέξαντο τοῦ φωτὸς τοῦ Θεοῦ τὰς μαρμαρυγὰς, διὸ ἐταράχθησαν. Οἱ δ' αὐτοὶ, καὶ *ὑπνώσαντες τὸν* C *ὕπνον αὐτῶν, οὐχ εὗρον οὐδὲν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, ἄνδρες ὄντες πλούτου*. Πρὸς βραχὺ γὰρ ὀνειρώξαντες τῇ τοῦ θνητοῦ βίου φαντασίᾳ, καὶ μέγα φρονήσαντες ἐπὶ πλούτῳ, ἐνόμιζόν τινες εἶναι, κατεντρυφῶντες ταῖς ἀπὸ τοῦ πλούτου πορίζομέναις αὐτοῖς ἡδυπαθείαις· ὡς δὲ τοῦ ὕπνου διεγρηγόρησαν, μεταστάντες τοῦ παρόντος βίου, εὗρον ἑαυτοὺς οὐκ ἔχοντας οὐδὲν, οὐδέ τι ταῖς χερσὶ κρατοῦντας. Διὸ λέλεκταί που· *Μὴ φοβοῦ ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, καὶ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ· ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα, οὐδὲ συγκαταβήσεται αὐτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ*. Ἔνθεν εἰκότως οἱ ἀληθῶς ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ ἐταράχθησαν *ἀπὸ ἐπιτιμήσεως τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *ἀπὸ ἐμβριμήσεως*· τὸ D τηνικαῦτα γὰρ ὑπὸ ἀπόφασιν γενόμενοι τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίας, ταραχθήσονται εἰκότως, ἐπειδήπερ ἐνύσταξαν ἐπιβεβηκότες τοῖς ἑαυτῶν ἵπποις, δηλαδὴ τοῖς ἀκολάστοις σώμασι· δέον ἐγρηγορέναι καὶ νήφειν, μνημονεύοντας θείου προστάγματος λέγοντες· *Γρηγορεῖτε, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν*. Οἱ δὲ ἐνύσταζον καὶ ὕπνωσαν ὕπνον αὐτῶν, ὀνείροις καὶ φαντάσμασιν ἐκδοθέντες, ἵπποις τε θηλυμανέσι τοῖς αὐτῶν σώμασι χρησάμενοι. Οὗτοι τοιγαροῦν πάντες οἱ ποτὲ μὲν λεγόμενοι ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ, ποτὲ δὲ ἄνδρες τοῦ πλούτου, νυνὶ δὲ ἐπιβεβηκότες τοὺς ἵππους, τέως μὲν κατὰ τὴν θνητὴν ζωὴν ἐνύσταξαν, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *ἐκαρώθη-*

VERS. 5. *Illuminas tu mirabiliter a montibus æternis, turbati sunt insipientes corde.* Admodum consequenter, postquam locum Dei declaravit, docet non intra locum hujusmodi concludi bona; sed eum ceu radios exinde emittere ad eos qui longissime siti sunt. Quamobrem ait: *Illuminas tu mirabiliter a montibus æternis*. Quinam montes illi æterni, nisi Sion et Salem, de quibus superius actum? Ex supernis igitur et cœlestibus cacuminibus, ceu ex æternis montibus, deitatis suæ radios ad terrigenas usque emittens, eorum qui digni sunt animas illustrat Spirituque sancto suo illuminat. Has, inquam, illuminat; suo autem lumine indignos justi judicii sui providentia invadens conturbat. Quamobrem subdit, *Turbati sunt omnes insipientes corde*. Nam cum revera insipientes corde; sive secundum Symmachum, *superbi corde*, essent, divinæ lucis radios non exceperunt, ideo turbati sunt. Iidem vero ipsi postquam *dormierunt somnum suum, nihil invenerunt in manibus suis*, quia *viri divitiarum* erant. Nam cum ad breve tempus in mortalis vitæ phantasia dormitassent, et altum de divitiis saperent, rati se aliquid esse, in voluptatibus, quas sibi divitiæ conciliabant, demersi sunt. Experrecti autem, atque ex hac vita translati, sese nihil habentes, nec quidpiam manibus tenentes deprehenderunt. Quare alicubi dictum est [64]: *Ne timueris cum dives factus fuerit homo, et cum multiplicata fuerit gloria domus ejus; quoniam cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria ejus.* Unde nec immerito illi vere insipientes corde turbati sunt *ab increpatione Dei Jacob*; sive, secundum Symmachum, *a fremitu* [comminatione]. Tunc enim sententiam justi judicii Dei subeuntes, merito turbabuntur, quia dormitaverunt conscensis equis suis, videlicet lascivis corporibus; cum oportuisset vigilare et sobrie agere, memores divini præcepti dicentis: *Vigilate, quia nescitis diem, neque horam* [65]. Illi vero dormitabant, et dormierunt somnum suum, somniis et phantasiis dediti, equisque lascivis, corporibus nempe suis usi. Hi itaque omnes qui, modo insipientes corde, modo viri divitiarum, nunc ascendentes equos vocantur, dum in præsenti vita degerent, dormitaverunt; sive secundum Symmachum, *soporati sunt*, sopore et ebrietate animæ depressi. Deinde vero, *dormierunt somnum suum*, vanis phantasiis dediti; ac demum expergefacti, turbati sunt ab increpatione Dei Jacob. Hic porro erat Servator

[62] Hebr. XII, 22. [63] Isa. LI, 11. [64] Psal. XLVIII, 17, 18. [65] Matth. XXV, 13.

noster, Dei Verbum, qui ipsi Jacob Deus visus fuisse in Scriptura fertur : quique judicium in omnes a Patre accepit.

A *σαν*, κάρῳ καὶ μέθῃ ψυχῆς περιενεχθέντες· εἶτα δὲ *ὕπνωσαν ὕπνον αὐτῶν*, φαντασίαις ματαίαις ἐκδοθέντες· καὶ τέλος διυπνισθέντες, ἐταράχθησαν ἀπὸ ἐπιτιμήσεως τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. Οὗτος δὲ ἦν ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ τῷ Ἰακὼβ ἀναγεγραμμένος ὦφθαι Θεὸς, ὁ τὴν κατὰ πάντων κρίσιν παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀναδεδεγμένος.

VERS. 8. *Tu terribilis es, et quis resistet tibi? ex tunc ira tua.* Iis qui divinæ lucis radios excipere nolunt, terribilis esse dicitur. Quapropter sic superius ipsum Deum alloquebatur, *Illuminas tu mirabiliter a montibus æternis;* nunc autem eidem ait : *Tu terribilis es, et quis resistet tibi?* Ipse itaque et lucis largitor, et terribilis est; iis scilicet qui in dextera sunt, lucis administrator; iis qui in sinistra, terribilis, quibus etiam dicet : *Abite in ignem æternum, paratum diabolo et angelis ejus* [66]. Deinde subdit, *Ex tunc ira tua.* Ex tunc, a quonam tempore, nisi a quo dormitaverunt qui ascenderunt equos, et dormierunt somnum suum insipientes corde? Ex eo namque tempore sibi ipsis thesaurizaverunt iram in die iræ; ita ut ipsis dicatur : *Ite ad lumen ignis vestri, et ad flammam quam accendistis* [67]. Singuli namque quo tempore peccant, ex eo iram sibi thesaurizant : siquidem per iram intelligitur supplicium peccantibus reconditum. Deinde vero dicitur : — VERS. 9. *De cœlo auditum fecisti judicium.* Accuratius animadvertas, non dictum fuisse, *fecisti*, sed, *auditum fecisti.* Antequam enim judicii tempus eveniat iis qui ante judicium mortalem vitam obiere, per divinas lectiones, sermones de divino judicio ipsos audire fecit. Sed nunc quidem futurum judicium de cœlo auditum fecit : superveniente autem justi judicii Dei tempore (VERS. 10), *terra*, inquit, *tremuit et quievit, cum exsurgeret in judicium Deus, ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.* Aperte autem his declarat, quæ sit judicii causa; uti scilicet salvos faceret mansuetos terræ. Nam de impiis dictum est : *Non resurgent impii in judicio, neque peccatores in concilio justorum. Quoniam novit Dominus viam justorum, et iter impiorum peribit* [68]. Cum surrexerit itaque Deus in judicium, ut salvos faciat omnes mansuetos terræ, terra tremet et quiescet. Nam mansueti quidem salutem obtinebunt; alii autem, iræ tradentur. Reliqua vero terra, et qui medio in statu versantur, assumpto Dei timore a perturbatione quiescent. — VERS. 11. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.* Et hoc ait futurum esse cum exsurget in judicium Deus, ut salvos faciat omnes mansuetos terræ; quid aliud id fuerit, quam quod *cogitatio hominis confitebitur tibi?* Omnis quippe lingua, omnis hominum cogitatio mentisque perceptio tempore judicii confitebitur Deo, quando occulta hominum revelabuntur. *Et reliquiæ*, inquit, *cogitationis diem festum agent tibi.* Quid porro fuerit illud, *reliquiæ cogitationis*, nisi ratiocinium omni prava cogitatione purgatum? simile iis de quibus dictum est : *Reliquiæ secundum electionem gratiæ factæ sunt* [69].

Σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι; ἀπὸ τότε ἡ ὀργή σου. Τοῖς μὴ βουληθεῖσι τοῦ θείου φωτὸς τὰς αὐγὰς παραδέξασθαι φοβερὸς εἶναι λέγεται. Διὸ ἀνωτέρω μὲν αὐτῷ προσεφώνει τῷ Θεῷ λέγων· *Φωτίζεις σὺ θαυμαστῶς ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων*· νυνὶ δὲ τῷ αὐτῷ, *Σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι;* Οὐκοῦν ὁ αὐτὸς καὶ φωτὸς πάροχος, καὶ φοβερὸς τυγχάνει· τοῖς μὲν δεξιοῖς φωτὸς χορηγὸς, τοῖς δὲ ἀριστεροῖς φοβερὸς, οἷς δὴ καὶ φήσει· *Πορεύεσθε*
B *εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.* Εἶθ' ἑξῆς ἐπιφέρει· *Ἀπὸ τότε ἡ ὀργή σου.* Ἀπὸ τότε δὲ, πότε, ἀλλ' ἢ ἀφ' οὗ ἐνύσταξαν οἱ ἐπιβεβηκότες τοὺς ἵππους, καὶ ὕπνωσαν ὕπνον αὐτῶν οἱ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ; Ἐξ ἐκείνου γὰρ αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐθησαύρισαν ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς· ὡς λέγεσθαι πρὸς αὐτούς· *Πορεύεσθε τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν, καὶ τῇ φλογὶ ᾗ ἐξεκαύσατε.* Ἕκαστος γὰρ καθ' ὃν καιρὸν ἁμαρτάνει, ἀπὸ τότε ὀργὴν ἑαυτῷ θησαυρίζει· ὀργῆς νοουμένης τῆς τοῖς πλημμελοῦσι τεταμιευμένης τιμωρίας. Ἑξῆς δὲ εἴρηται· *Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἠκούτισας κρίσιν.* Πρόσχες δὲ ἐπιμελῶς, ὡς οὐκ εἴρηται, *ἐποίησας*, ἀλλ' *ἠκούτισας*. Πρὶν γὰρ ἐπιβῆναι τὸν τῆς κρίσεως καιρὸν τοῖς πρὸ τῆς κρίσεως τὸν θνητὸν βίον διανύουσι,
C τοὺς περὶ τῆς κρίσεως λόγους ἀκουσθῆναι ἐποίησε διὰ τῶν θείων ἀναγνωσμάτων. Ἀλλὰ νῦν μὲν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀκουστὴν ἐποίησε τὴν μέλλουσαν κρίσιν· ἐπιστάντος δὲ τοῦ καιροῦ τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίας, *Γῆ*, φησὶν, *ἐφοβήθη καὶ ἡσύχασεν ἐν τῷ ἀναστῆναι εἰς κρίσιν τὸν Θεὸν, τοῦ σῶσαι πάντας τοὺς πραεῖς τῆς γῆς.* Σαφῶς δὲ παρίστησι διὰ τούτων ὁ λόγος τὸ αἴτιον τῆς κρίσεως· ὑπὲρ γὰρ τοῦ σῶσαι τοὺς πραεῖς τῆς γῆς. Περὶ γὰρ τῶν ἀσεβῶν εἴρηται· *Οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων· ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.* Ἀναστάντος τοίνυν τοῦ Θεοῦ εἰς κρίσιν ὑπὲρ τοῦ σῶσαι πάντας τοὺς πραεῖς τῆς γῆς, γῆ φοβηθήσεται καὶ ἡσυχάσει. Οἱ μὲν γὰρ πραεῖς τεύξονται τῆς σωτηρίας, οἱ δὲ τῇ ὀργῇ παραδοθήσον-
D ται· ἡ δὲ λοιπὴ γῆ καὶ οἱ τὴν μέσην εἰληφότες κατάστασιν παύσονται τῆς ταραχῆς τὸν θεῖον ἀνειληφότες φόβον. *Ὅτι ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι, καὶ ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου ἑορτάσει σοι.* Καὶ τοῦτό φησιν ἔσεσθαι ἐν τῷ ἀναστῆναι τὸν Θεὸν εἰς κρίσιν, τοῦ σῶσαι πάντας τοὺς πραεῖς τῆς γῆς. Τί δὲ τοῦτο ἢ, *ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι;* Πᾶσα γὰρ γλῶσσα καὶ πᾶς λογισμὸς καὶ ἐνθύμησις ἀνθρώπων ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ κατὰ τὸν τῆς κρίσεως καιρὸν, ὅτε τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων φανερὰ γενήσεται. *Καὶ ἐγκατάλειμμα* δὲ, φησὶν, *ἐνθυμίου ἑορτάσει σοι.* Τί δ' ἂν γένοιτο *ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου* ἢ ὁ κεκαθαρμένος ἀπὸ πάσης πονηρᾶς ἐν-

[66] Matth. xxv, 41. [67] Isa. L, 11. [68] Psal. I, 5, 6. [69] Rom. xi, 5.

θυμήσεως λογισμός; ὅμοιος ὢν ἐκεῖνο.ς περὶ ὧν εἴρηται· *Λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν*. Οὕτω γοῦν αὐτὸς ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου ὠνόμασται· διὸ ἑορτάσει τότε, ἅτε δὴ κατὰ καιρὸν τὰς ἐπαγγελίας ἀπολαβὼν τῆς οὐρανίου βασιλείας.

Εὔξασθε καὶ ἀπόδοτε Κυρίῳ τῷ Θεῷ τὰς εὐχὰς ὑμῶν, πάντες οἱ κύκλῳ αὐτοῦ· τῷ φοβερῷ καὶ ἀφαιρουμένῳ πνεύματα ἀρχόντων, τῷ φοβερῷ παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς. Συντελέσας τὸν περὶ τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ λόγον, παραινετικῶς λοιπὸν πᾶσιν ἡμῖν προστάττει εὔχεσθαι, καὶ ἀποδιδόναι Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν τὰς εὐχάς· ὡς ἔτι δὲ καιρός ἐστι κατὰ τὸν ἐνεστῶτα βίον, ἀναγκαίως τοῦτο ποιεῖν παραινεῖ. Εὐχὰς δὲ τὰς ἐπαγγελίας εἴωθεν ὀνομάζειν· διὸ λέλεκται· *Ἐὰν εὔξῃ εὐχὴν, μὴ χρονίσῃς ἀποδοῦναι· ἀγαθὸν τὸ μὴ εὔξασθαι, ἢ τὸ εὔξασθαι καὶ μὴ ἀποδοῦναι*. Ἕκαστος τοίνυν τῶν ἡμῶν τὴν ἑαυτοῦ πρόθεσιν καὶ τὴν οἰκείαν ἐπαγγελίαν ὥσπερ εὐχὴν ἀποδιδότω, μεμνημένος τοῦ φήσαντος· *Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ Κυρίῳ τὰς εὐχάς σου· καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με*. Νῦν μὲν οὖν, φησὶν, *εὔξασθε καὶ ἀπόδοτε*. Ἔσται γὰρ καιρὸς ἐν ᾧ πάντες οἱ κύκλῳ αὐτοῦ οἴσουσι δῶρα. Κατὰ γὰρ τὸν τῆς βασιλείας αὐτοῦ καιρὸν *βασιλεῖς Θαρσεῖς καὶ νῆσοι δῶρα προσάξουσι, βασιλεῖς Ἀράβων καὶ Σαβὰ δῶρα προσοίσουσι, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς*. Τότε γοῦν καθημένῳ ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ προσκυνήσουσι πάντες μετὰ δώρων· τουτέστι, μεθ' ὧν ἐπιφέρεται ἕκαστος καρπῶν. Διόπερ ὡς ἔτι καιρός ἐστιν, ἐντεῦθεν ἤδη παραινεῖ εὔξασθαι καὶ ἀποδιδόναι· ὡς ἂν, τοὺς ἑαυτῶν θησαυροὺς ταμιευσάμενοι, κατὰ καιρὸν αὐτῷ προσκομίσωμεν, ἄξιοι γενόμενοι τῶν κυκλούντων αὐτοῦ τὸν θρόνον. Πάντες γὰρ κύκλῳ αὐτοῦ προσοίσουσιν αὐτῷ δῶρα, φοβερῷ ὄντι τοῖς μὴ πλησιάζουσιν αὐτῷ, μηδὲ τὰ δῶρα προσφέρουσι. Διὸ ἐπιλέγεται· *Τῷ φοβερῷ καὶ ἀφαιρουμένῳ πνεύματα ἀρχόντων, φοβερῷ παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς*. Τὸ γὰρ, *Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τοὺς υἱοὺς ἀνθρώπων*, λεχθήσεται καὶ ἐπ' ἐκείνων τῶν ποτε μὲν ἀρχόντων καὶ ἡγουμένων χρηματισάντων, καὶ Πνεύματος ἁγίου καταξιωθέντων, οὐ μὴν ἀξίως βιωσάντων τῆς χάριτος· ἀφ' ὧν ἀφαιρεῖται τὸ πνεῦμα, ὅπως, στερηθέντες αὐτοῦ, τῇ προσηκούσῃ παραδοθῶσι τιμωρίᾳ. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Τῷ νομοδότῃ, ἀφαιροῦντι μὲν πνεῦμα ἡγεμόνων, φοβερῷ δὲ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς*

Sic igitur et ipsum [ratiocinium] reliquiæ cogitationis vocatum est; quapropter tunc festum aget, utpote in tempore suo promissiones regni cœlestis accepturum.

VERS. 12, 13. *Vovete et reddite Domino Deo vota vestra, omnes qui in circuitu ejus estis : terribili et ei qui aufert spiritus principum, terribili apud reges terræ.* Absoluto de Dei judicio sermone, hortantis more præcipit nobis ut voveamus et Domino Deo nostro vota reddamus : dum adhuc in præsenti vita tempus adest, ut id agamus nos necessario commonet. Vota autem promissiones nuncupare solet; quare dictum est : *Si votum voveris, ne tardes reddere: melius enim est non vovere, quam vovere et non reddere* [70]. Unusquisque ergo nostrum propositum et promissionem suam, ceu votum reddat, memor dicti illius : *Immola Deo sacrificium laudis, et redde Domino vota tua : et invoca me in die tribulationis, et eruam te, et glorificabis me* [71]. Nunc igitur, ait, *Vovete et reddite.* Tempus enim aderit quo omnes qui in circuitu ejus sunt afferent munera. Nam tempore regni ipsius *reges Tharsis et insulæ munera offerent, reges Arabum et Saba dona adducent, et adorabunt eum omnes reges terræ* [72]. Tunc ipsum in throno gloriæ suæ sedentem, omnes cum donis adorabunt, id est, cum suis, quos afferent, fructibus. Idcirco dum adhuc tempus est, monet ut voveamus et reddamus, ut cum thesauros nostros condiderimus, eos opportuno tempore ipsi afferamus, digni habiti ut inter eos qui thronum ipsius circumdant annumeremur. Omnes enim in circuitu ejus afferent ipsi munera, qui non accedentibus ad eum, nec munera illi offerentibus terribilis est. Quare sic concluditur : *Terribili et ei qui aufert spiritus principum, terribili apud reges terræ.* Illud enim : *Non permanebit spiritus meus in filiis hominum* [73], de illis quoque dicetur qui olim principes et duces audiebant, et Spiritu sancto dignati sunt; sed non digno accepta gratia modo vixerunt : a quibus spiritus auferetur, ut eo privati, promerito supplicio dedantur. Secundum Symmachum vero : *Legislatori, auferenti quidem spiritum ducum, terribili autem regibus terræ.*

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΥΠΕΡ ΙΔΙΘΟΥΜ, ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΑΣΑΦ. ΟϚ'.

Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα, φωνῇ μου πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ προσέσχε μοι. Τῷ μὲν Ἀσὰφ εἴρηται ὁ ψαλμὸς, ἀνήνεκται δὲ εἰς πρόσωπον τοῦ Ἰδιθοὺμ, ὑπὲρ οὗ τὰ ἐμφερόμενα τῷ ψαλμῷ συνετάττετο. Ὅθεν ὁ Σύμμαχος, *Διὰ Ἰδιθοὺμ*, ὁ δὲ Ἀκύλας, *Ἐπὶ Ἰδιθοὺμ*, ἡρμήνευσαν. Καὶ νῦν μὲν ὁ Ἀσὰφ, τοὺς μετὰ χεῖρας λόγους συντάξας, ὥσπερ διδάσκαλος μαθητῇ ἐμμελετᾷν τῷ Ἰδιθοὺμ παραδέδωκεν· ἢ ὥσπερ ἰατρὸς τῷ θεραπείας δεομένῳ σωτή-

1. IN FINEM PRO IDITHUM, PSALMUS ASAPH, LXXVI.

VERS. 2. *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Deum, et intendit mihi.* Psalmus ab ipso Asaph dictus est, refertur autem ad personam Idithum, pro quo ea quæ in psalmo feruntur composita sunt. Unde Symmachus, *Propter Idithum*, Aquila vero, *Super Idithum* interpretati sunt. Et jam quidem Asaph hos sermones a se editos quasi magister discipulo ipsi Idithum ad meditandum tradit : vel quasi medicus ei qui medela eget, salutare

[70] Eccle. v, 3, 4. [71] Psal. XLIX, 14, 15. [72] Psal. LXXI, 10, 11. [73] Gen. VI, 3.

VERS. 5, 6. *Dixi iniquis : Nolite inique agere; et delinquentibus : Nolite exaltare cornu.* Columnas quidem sanctæ et catholicæ Ecclesiæ ego, inquit Deus, firmavi, utpote qui ex memorata terra liquefacta cum habitatoribus suis, ipsos elegerim; reliquos vero contestatus sum, præcipiens illis ipsosque cohortans ut ne inique agerent. Secundum Symmachum vero : *Dixi seditiosis*, inquit, *Ne seditiose agatis; et iniquis, Nolite exaltare cornu. Ne extollite in altum cornu vestrum loquentes cervice iniquitatem.* Eadem vero ipsa possunt ad alium ordinem, eorum videlicet qui ex circumcisione sunt, referri, qui contra Servatorem seditionem moverunt, et adversus eum insurrexerunt : quorum causa liquefacta est terra eorum et omnes qui habitabant in ea. Cæterum omnibus quoque per orbem gentibus apostolorum prædicatione testificatus est, ut ne inique agerent, et peccatoribus ut ne peccati cornu exaltarent, neque sese efferrent et arroganter agerent, neque loquerentur adversus Deum iniquitatem : quod sane ante agebant cum multiplicium deorum errori animum adhiberent, et Deum universorum ignorarent.

VERS. 7-9. *Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus, quoniam Deus judex est.* Et hæc quoque, ait, per apostolos meos omnibus hominibus testificatus sum, ut judicii Dei recordarentur, et omnis iniquitatis finem facerent, persuasi universorum judicem non procul abesse, sed omnia implere, et ubique præsentem esse. Quare convenit nos quasi in oculis ejus viventes animo ad eum converso degere. Neque enim procul abest, ita ut arbitremur eum longe a nobis habitare, sive in oriente, sive in occidente, sive in desertis et montibus. Nam medius et præsens universis, judex omnium est. Judicii autem illius officium est, ut unicuique pro merito tribuat, hunc humiliet et hunc exaltet; superbos quidem illosque qui cornu suum in altum extollunt humiliet, humiles vero exaltet, secundum illud : *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam* [60]. Quamobrem ait : *Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus*; pro quibus Symmachus sic interpretatus est : *Non enim ab oriente, non ab occidente, neque a deserto montium : sed Deus judex hunc quidem humiliat, hunc autem exaltat.* Et hoc sane, inquit, necessarium est omnes homines cognoscere, *Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto. Et inclinavit ex hoc in hoc; verumtamen fæx ejus non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ.* Secundum Symmachum vero : *Calix enim in manu Domini, et vinum merum replens effusum, ita ut trahant ab ipso. Verumtamen fæces ejus guttatim expriment bibentes improbi terræ.* Hæc item, ait, omnes homines docui, ne ignorent calicem illum omnes manere, quem cuique temperat et commiscet universorum judex. Hoc porro intelligas ex iis, quæ in prophetiis de calice ferun-

A *Εἶπα τοῖς παρανομοῦσι, Μὴ παρανομεῖτε, καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι, Μὴ ὑψοῦτε κέρας.* Τοὺς μὲν στύλους τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐγὼ, φησὶν ὁ Θεὸς, ἐστερέωσα· ὅτι (1) ἐκλεξάμενος αὐτοὺς ἐκ τῆς ἀποδοθείσης γῆς ταχείσης μετὰ τῶν οἰκούντων αὐτήν· τοῖς δὲ λοιποῖς διεμαρτυράμην διαστειλάμενος καὶ παραινέσας μὴ παρανομεῖν. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Εἶπα*, φησὶ, *τοῖς στασιάζουσι, Μὴ στασιάζετε· καὶ τοῖς παρανόμοις, Μὴ ἐπαίρετε κέρας. Μὴ ἐπαίρετε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν λαλοῦντες τραχήλῳ ἀνομίαν.* Δύναται δὲ ταῦτα πρὸς τὸ ἕτερον τάγμα τὸ ἐκ περιτομῆς λέγεσθαι, τῶν καταστασιασάντων τοῦ Σωτῆρος καὶ κατεπαρθέντων αὐτοῦ· δι' οὓς ἐτάκη αὐτῶν ἡ γῆ καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες αὐτήν. Πλὴν καὶ τοῖς καθ' ὅλης τῆς B οἰκουμένης ἔθνεσι διὰ τοῦ τῶν ἀποστόλων κηρύγματος ἐμαρτύρατο μὴ παρανομεῖν, καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι μὴ ὑψοῦν τὸ τῆς ἁμαρτίας κέρας, μηδὲ ἐπαίρεσθαι καὶ καταθρασύνεσθαι, μηδὲ λαλεῖν ἀδικίαν κατὰ τοῦ Θεοῦ· ὅπερ πρότερον ἔπραττον πολυθέῳ προσέχοντες πλάνῃ, καὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν μὴ εἰδότες.

Ὅτι οὔτε ἀπὸ ἐξόδων, οὔτε ἀπὸ δυσμῶν, οὔτε ἀπὸ ἐρήμων ὀρέων, ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστι. Καὶ ταῦτα, φησὶ, διεμαρτυράμην διὰ τῶν ἐμῶν ἀποστόλων ἅπασιν ἀνθρώποις, μνημονεύειν τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ παύσασθαι πάσης παρανομίας, πεπεισμένους ὅτι οὐ πόῤῥω που ἀφέστηκεν ὁ τῶν ὅλων κριτής· πάντα δὲ πληροῖ καὶ πανταχοῦ πάρεστι. Διὸ C προσήκει ὡς ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ζῶντας ἐπιστρεφῶς πολιτεύεσθαι. Οὐ γὰρ μακρὰν ἀφέστηκεν, ὡς νομίσαι πόῤῥω που ἀπῳκίσθαι αὐτὸν, ἢ πρὸς αὐταῖς ἀνατολαῖς, ἢ κατὰ τὰ δυσμιαῖα μέρη, ἢ που ἐν ἐρημίαις καὶ ὄρεσι. Μέσος γὰρ ἐπιπαρὼν τοῖς πᾶσι, κριτὴς τῶν ὅλων ἐστί. Ἔργον τε αὐτοῦ τῆς κρίσεως τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμειν ἑκάστῳ, καὶ τοῦτον μὲν ταπεινοῦν, τοῦτον δὲ ὑψοῦν· ταπεινοῦν μὲν τοὺς ὑπερηφάνους καὶ τοὺς ἐπαίροντας εἰς ὕψος τὸ κέρας αὐτῶν· ὑψοῦν δὲ τοὺς ταπεινοὺς, κατὰ τό· *Ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.* Διό φησιν· *Ὅτι οὔτε ἀπὸ ἐξόδων καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου, οὔτε ἀπὸ δυσμῶν, οὔτε ἀπὸ ἐρήμων ὀρέων·* ἀνθ' ὧν ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· *Οὐ γὰρ ἀπὸ ἀνατολῆς, οὐδὲ ἀπὸ δύ-* D *σεως, οὐδὲ ἀπὸ ἐρήμου ὀρέων· ἀλλ' ὁ Θεὸς κριτὴς τοῦτον μὲν ταπεινοῖ, τοῦτον δὲ ὑψοῖ.* Καὶ τοῦτο δὲ, φησὶν, ἀναγκαῖον εἰδέναι πάντας ἀνθρώπους, *Ὅτι ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου οἴνου ἀκράτου, πλῆρες κεράσματος. Καὶ ἔκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο· πλὴν ὁ τρυγίας αὐτοῦ οὐκ ἐξεκενώθη, πίονται πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς γῆς.* Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ποτήριον γὰρ ἐν χειρὶ Κυρίου, καὶ οἶνος ἄκρατος πληρῶν ἐκχυθεὶς, ὥστε ἕλκειν ἀπ' αὐτοῦ. Πλὴν τὰς τρυγίας αὐτοῦ ἐκστραγγίσουσι πίνοντες οἱ φαῦλοι τῆς γῆς.* Καὶ ταῦτα, φησὶν, ἐδίδαξα πάντας ἀνθρώπους, ὡς ἂν μὴ ἀγνοεῖν, ὅτι περιμένει τοὺς πάντας τὸ ποτήριον, ὅπερ ἑκάστῳ

[60] Jac. IV, 6.

(1) An legendum ἅτε? EDIT.

κίρνησιν ὁ τῶν ὅλων κριτής. Νοήσεις δὲ τοῦτο ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς προφητείαις λελεγμένων περὶ ποτηρίου· γέγραπται γοῦν ἐν Ἱερεμίᾳ οὕτως· *Εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ πρὸς μέ· Λάβε τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ ἀκράτου ἐκ χειρός μου, καὶ ποτιεῖς αὐτὸ πάντα τὰ ἔθνη, πρὸς ἃ ἐγὼ ἐξαποστελῶ σε πρὸς αὐτούς. Καὶ πίονται καὶ ἐξεμοῦνται, καὶ ἐκμανήσονται ἀπὸ προσώπου τῆς μαχαίρας, ἧς ἐγὼ ἀποστελῶ ἀναμέσον αὐτῶν. Καὶ ἔλαβον τὸ ποτήριον ἐκ χειρὸς Κυρίου, καὶ ἐπότισα πάντα τὰ ἔθνη πρὸς ἃ ἀπέστειλέ με Κύριος ἐπ' αὐτὰ, τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὰς πόλεις Ἰούδα, καὶ βασιλεῖς αὐτοῦ καὶ ἄρχοντας αὐτοῦ, τοῦ θεῖναι αὐτοὺς εἰς ἐρήμωσιν, καὶ εἰς ἄβατον καὶ εἰς συριγμόν· καὶ τὸν Φαραὼ βασιλέα Αἰγύπτου καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ τοὺς μεγιστᾶνας αὐτοῦ·* καὶ ἑξῆς φησι· *Καὶ πάντας τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς τῶν ἀλλοφύλων, τὴν Ἀσκάλωνα, καὶ τὴν Γάζαν, καὶ τὴν Ἀκκάρων, καὶ τὴν Ἰδουμαίαν, καὶ τὴν Μωαβῖτιν, καὶ τοὺς υἱοὺς Ἀμμὼν, καὶ πάντας βασιλεῖς Τύρου, πάντας βασιλεῖς Σιδῶνος, καὶ πάντας βασιλεῖς νήσου τοὺς ἐν τῷ πέραν τῆς θαλάσσης.* Μεθ' ἃ ἐπιλέγει οὕτως· *Εἶπε Κύριος παντοκράτωρ ὁ Θεὸς Ἰσραήλ· Πίετε καὶ μεθύσθητε, καὶ ἐξεμέσετε, καὶ πεσεῖτε, καὶ οὐ μὴ ἀναστῆτε ἀπὸ προσώπου τῆς μαχαίρας, ἧς ἐγὼ ἀποστελῶ ἀναμέσον ὑμῶν. Καὶ ἔσται ὅταν μὴ βούλωνται δέξασθαι τὸ ποτήριον ἐκ τῆς χειρός σου, ὥστε πιεῖν, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς. Οὕτως εἶπε Κύριος τῶν δυνάμεων· Πιόντες πίεσθε.* Δι' ὧν διδάσκει ὁ λόγος δίκην ἰατροῦ τοῖς δεομένοις πικρᾶς ἀντιδότου τὸν Θεὸν ἐπάγειν τὰς κολάσεις, ὡς ἂν ἐμέσαιεν, καὶ ἀποκενώσειεν τὴν πλεονάσασαν ἐν αὐτοῖς κακίαν· καὶ πρώτην γε αὐτὴν τὴν Ἱερουσαλὴμ τοῦ λεχθέντος ποτοῦ πιεῖσθαι· εἶτα δὲ τὰ λοιπὰ ἔθνη, ὡς καὶ πάντων τῆς ὁμοίας τευξομένων καθάρσεως διὰ τῶν ἐπαχθησομένων αὐτοῖς τιμωριῶν. Καὶ τὸ παρὸν οὖν λόγιον καταλλήλως τῇ προφητικῇ διδασκαλίᾳ ποτήριον εἶναι διδάσκει ἐν χειρὶ Κυρίου, ἐν ᾧ τοὺς ἑκάστου καρποὺς συναγαγὼν, ὥσπερ ἄκρατον οἶνον ἐργάζεται. Εἶτ' ἐπιδίδωσι τὸ κατ' ἀξίαν πόμα ἀναλόγως ταῖς ἑκάστου πράξεσι κιρνῶν αὐτὸ κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λόγον. Μὴ γὰρ τὰς φαύλας πράξεις μόνας ἑκάστου, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀγαθὰς λογίζεσθαι, σταθμᾶσθαί τε ὥσπερ συμμετρίᾳ καὶ κατάλληλον τοῖς ἑκάστου ἔργοις ἀπεργάσασθαι τὸ κρᾶμα. Ὃ δὴ παρίστησι λέγον· *Καὶ ἔκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο·* ὡς ἂν μία γένοιτο κρᾶσις τῶν τε ἑκάστου μοχθηρῶν πράξεων καὶ τῶν χρηστοτέρων. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ἐξέκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο*, ὁ Σύμμαχος, *Ὥστε ἕλκειν ἀπ' αὐτοῦ*, ἡρμήνευσε· τὴν δὲ τρύγα πιεῖσθαι πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς. Οὐκέτι γὰρ κρᾶμα, ἀλλὰ τὸ ἔσχατον καὶ θολερὸν τοῖς τὰ μεγάλα ἡμαρτηκόσιν ἀποκείσεσθαι. Διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· *Πλὴν τὰς τρυγίας ἐκστραγγιοῦσι πίνοντες οἱ φαῦλοι τῆς γῆς.*

tur; in Jeremia quippe scriptum est : *Dixit Dominus Deus Israel ad me, Sume calicem vini meri de manu mea, et potabis ipso omnes gentes, ad quas ego mittam te. Et bibent et voment et insanient a facie gladii, quem ego mittam in medium eorum. Et accepi calicem de manu Domini, et potavi omnes gentes ad quas misit me Dominus : Jerusalem et civitates Juda, reges ejus et principes ejus, ad ponendum eos in solitudinem, in inviam, et in subsannationem : et Pharaonem regem Ægypti, et pueros ejus et optimates ejus* [41] ; ac deinceps ait : *Et omnes reges terræ alienigenarum, Ascalonem, Gazam et Accaronem, Idumæam et Moabitidem, filios Ammon, et omnes reges Tyri, et omnes reges Sidonis, et omnes reges Insulæ trans mare* [42]. Postea vero sic concludit : *Dixit Dominus omnipotens Deus Israel : Bibite et inebriamini, et vometis, et procumbetis, nec resurgetis a facie gladii, quem ego mittam in medium vestri. Et erit, si noluerint accipere calicem de manu tua, ut bibant, dices ad eos, Sic dicit Dominus virtutum, bibentes bibetis* [43]. Queis ediscitur, Deum instar medici, amarum antidotum egentibus offerre, nempe castigationes, ut evomant, malitiamque illam exuberantem quam intus habent exonerent ; primamque Jerusalem eo calice potandam ; deinde reliquas gentes, quia omnes simili purgatione per illatas castigationes evacuandi sunt. Præsens itaque sententia perinde atque prophetica illa doctrina, calicem esse docet in manu Domini ; in quo singulorum fructus colligens, quasi merum vinum exprimit. Deinde vero pro justitiæ ratione, et cujusque merito potum temperans, cujusque actionum proportione habita, ipsis bibendum propinat. Non enim prava duntaxat singulorum opera, sed etiam bona examinanda et æqua lance ponderanda sunt atque congruentem singulorum operibus potum parare opus est. Quod ipse declarat his verbis : *Et inclinavit ex hoc in hoc* ; ita ut una commistione mala singulorum opera bonis temperentur. Pro illo autem, *Inclinavit ex hoc in hoc*, Symmachus, *Ita ut trahant ab ipso*, interpretatus est ; et ut fæcem bibant omnes peccatores terræ. Non enim mistio temperata, sed quod extremum ac turbidum est, gravium scelerum reis reservatur. Quare secundum Symmachum dictum est : *Verumtamen fæces ejus guttatim exprimen bibentes improbi terræ.*

Ἐγὼ δὲ ἀπαγγελῶ εἰς τὸν αἰῶνα, ψαλῶ τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Τὰ μὲν προλεχθέντα πάντα εἶπα τοῖς παρανομοῦσι, καὶ διεστειλάμην ἅπασι μαρτυράμενος. Ἐγὼ δὲ ὁ ἀνωτέρω εἰπών· *Διηγήσομαι τὰ θαυμάσιά σου, ὅταν λάβω καιρόν·* καὶ πάλιν φήσας· *Ἐγὼ εὐθύτητας κρινῶ·* καὶ αὖθις εἰπών· Ἐγὼ

VERS. 10, 11. *Ego autem annuntiabo in sæculum, cantabo Deo Jacob.* Supra memorata omnia inique agentibus dixi, et contestatus omnibus præcepta dedi. Ego vero qui superius dixi, *Narrabo mirabilia tua, cum accepero tempus* [43*] ; ac rursum : *Ego rectitudines iudicabo* [44] ; iterumque, *Ego confirmavi*

[41] Jer xxv, 15-19. [42] ibid. 20-22. [43] ibid. 27 28. [43*] Psal. LXXIV, 2, 3. [44] ibid 3

columnas ejus [45]; postquam prædicta peccatoribus prædicavi et testificatus sum, et postquam judicis rationem omnes edocui, quid faciam? *In sæculum cantabo Deo Jacob.* Novi quippe eum qui religiosi viri Deus est, patrem esse meum: ipsique cantabo, ipsi præclara gesta mea annuntiabo. Deinde vero accepta a Patre judicandi potestate, *omnia cornua peccatorum confringam;* cum quidem quo tempore tolerantia, patientia et mansuetudine utendum erat, ipsos extolli concesserim; verum in fine cornua eorum contra Deum elata confringam; viceque versa cornua justi, quia demissa erant, exaltabo. Tunc vero exaltabitur justus, quando una cum rege suo regnabit secundum Apostolum qui ait: *Primitiæ enim Christus; deinde qui Christi sunt in adventu ejus; deinde finis, cum tradiderit regnum Deo et Patri, cum destruxerit omnem potestatem et virtutem* [46]. Quando scilicet justi vitæ immortalis calicem bibent; quem ipsis promisit dicens: *Donec bibam illum novum vobiscum in regno cælorum* [47].

A *ἐστερέωσα τοὺς στύλους αὐτῆς*· μετὰ το κηρῦξαι καὶ μαρτύρασθαι τὰ προλεχθέντα τοῖς ἁμαρτωλοῖς, καὶ μετὰ τὸ διδάξαι τὸν περὶ τῆς κρίσεως λόγον τοὺς πάντας, τί πράξω; *Εἰς τὸν αἰῶνα ψαλῶ τῷ Θεῷ Ἰακώβ.* Οἶδα γὰρ ἐμαυτοῦ πατέρα τὸν γενόμενον τοῦ θεοφιλοῦς Θεὸν, κἀκείνῳ ψαλῶ, κἀκείνῳ ἀπαγγελῶ τὰ ἐμαυτοῦ κατορθώματα. Εἶθ' οὕτω λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρὸς τὴν τοῦ κρίνειν ἐξουσίαν, *πάντα τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν συγκλάσω*· συγχωρήσας μὲν αὐτοῖς ἐπαίρεσθαι κατὰ καιρὸν καθ' ὃν ἔδει χρήσασθαι τῇ ἀνοχῇ, καὶ τῇ μακροθυμίᾳ καὶ τῇ χρηστότητι· πλὴν ἐπὶ τέλει τὰ κέρατα αὐτῶν κατεπαρθέντα τοῦ Θεοῦ συγκλάσω· ἀνάπαλιν δὲ τὰ τοῦ δικαίου κέρατα ὑψώσω, ἐπείπερ ἦν τεταπεινωμένα. Τότε δὲ ὑψωθήσεται, ἐπειδὰν συμβασιλεύῃ τῷ ἑαυ- B τοῦ βασιλεῖ κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ὅς φησιν· *Ἀπαρχὴ γὰρ Χριστός· εἶτα οἱ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ· εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν.* Ὅτε καὶ πίονται οἱ δίκαιοι ποτήριον ζωῆς ἀθανάτου· ὅπερ αὐτοῖς ἐπήγγελται εἰπών· *Ἕως ἂν πίω αὐτὸ καινὸν μεθ' ὑμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν*

4. IN FINEM, IN HYMNIS, PSALMUS IPSI ASAPH, CANTICUM. LXXV.

VERS. 2, 3. *Notus in Judæa Deus, in Israel magnum nomen ejus.* Hic psalmus item ex numero eorum est qui ad bonum finem remittunt: præcedentique affinis, de judicio Dei verba facit. Quod deinceps his verbis declarat: *De cælo auditum fecisti judicium, terra tremuit et quievit, cum exsurgeret in judicium Deus, ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.* Et in illo quidem iniquis dicebatur, *Nolite exaltare cornu, et nolite extollere in altum cornu vestrum* [48]; in præsenti vero, *Turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum.* Hi vero erant qui cornua extulerant. His porro altissimum dogma traditur, ut sciamus qui sit verus Israel, et quæ sit ejus secundum rectam veramque rationem regio, quæ vocatur Judæa; quæ item vera Jerusalem, quod Dei domicilium. Hæc Spiritus propheticus præcellenti sapientia dispensat, atque una iis qui abjectius Judaico more rem intelligunt, voluptatem ob nominum similitudinem affert; eos autem qui speculandi vi præditi sunt divinis institutis erudit. Judæus itaque qui nihil aliud est, quam caro et sanguis, carnali et corporeo more hæc audiet; deinde vero extolletur, sensu carnis suæ temere inflatus, neque caput tenens secundum S. Apostolum. Quare se Israelem esse, atque Judæam, nihil aliud quam Palæstinorum regionem esse putabit; locum vero Dei pro terrena Jerusalem habebit: quoniam Hebraica lectio in Salem locum ejus factum esse dicit: quo item modo reliqui interpretes, *in Salem* videlicet, ediderunt. Qui vero divina imbutus disciplina est, cum edidicerit, non omnes qui ex

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΕΝ ΥΜΝΟΙΣ, ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΑΣΑΦ, ΩΔΗ. ΟΕ'.

Γνωστὸς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεὸς, ἐν τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Τῶν ἐπ' ἀγαθὸν τέλος ἀναπεμπόντων καὶ ὁ παρὼν τυγχάνει ψαλμός. Συνᾴδει δὲ τῷ πρὸ αὐτοῦ, τοὺς περὶ τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ λόγους περιέχων. Ὃ δὴ παρίστησι φάσκων ἑξῆς· C *Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἠκόντισας κρίσιν, γῆ ἐφοβήθη καὶ ἡσύχασεν ἐν τῷ ἀναστῆναι εἰς κρίσιν τὸν Θεὸν τοῦ σῶσαι πάντας τοὺς πραεῖς τῆς γῆς.* Καὶ ἐν ἐκείνῳ μὲν ἐλέγετο τοῖς παρανομοῦσι· *Μὴ ὑψοῦτε κέρας, καὶ μὴ ἐπαίρετε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν*· ἐν δὲ τῷ μετὰ χεῖρας· *Ἐταράχθησαν*, φησὶν, *οἱ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ· ὕπνωσαν ὕπνον αὐτῶν, καὶ οὐχ εὗρον οὐδὲν πάντες οἱ ἄνδρες τοῦ πλούτου.* Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τὰ κέρατα ὑψοῦντες. Παιδεύει δὲ διὰ τῶν προκειμένων ὁ λόγος δόγμα βαθύτατον, ὡς ἂν εἰδείημεν τίς ποτέ ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Ἰσραὴλ, καὶ τίς ἡ τούτου κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον χώρα ἡ ὀνομαζομένη Ἰουδαία· τίς τε ἡ ἀληθινὴ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὁποῖον τὸ τοῦ Θεοῦ οἰκητήριον. Ταῦτα τὸ προφητικὸν Πνεῦμα D μεθ' ὑπερβαλλούσης σοφίας οἰκονομεῖ· ὁμοῦ καὶ τοῖς ταπεινότερον καὶ Ἰουδαϊκώτερον ἀκροωμένοις θυμηδίαν παρέχον διὰ τῆς ὁμωνυμίας τῶν δηλουμένων, ὁμοῦ καὶ τοὺς θεωρητικοὺς παιδεύματα διδάσκον θείων δογμάτων. Ὁ μὲν οὖν Ἰουδαῖος, πλέον οὐδὲν ἢ σὰρξ καὶ αἷμα τυγχάνων, σαρκίνως καὶ σωματικῶς ἀκούσεται τῶν προκειμένων· κἄπειτα ἐπαρθήσεται, εἰκῇ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ οὐ κρατῶν τὴν κεφαλὴν κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον. Διὸ ἑαυτὸν μὲν εἶναι τὸν Ἰσραὴλ οἰήσεται, καὶ τὴν Ἰουδαίαν οὐδ' ἑτέραν εἶναι τῆς Παλαιστίνων χώρας, καὶ τὸν τόπον τοῦ Θεοῦ, τὴν ἐπὶ γῆς Ἱερουσαλὴμ ἐπειδήπερ ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις περιέχει ἐν Σαλὴμ γε-

[45] Psal. LXXIV, 4, 5. [46] I Cor. XV, 23, 24. [47] Matth. XXVI, 29. [48] Psal. LXXIV, 5, 6.

γονέναι τὸν τόπον αὐτοῦ· καὶ οἱ λοιποὶ δὲ ἑρμηνευταὶ τοῦτον ἡρμήνευσαν τὸν τρόπον, *ἐν Σαλὴμ* ἐκδεδωκότες. Ὁ δὲ τοῖς θείοις δόγμασι μεμαθητευμένος, παιδευθεὶς, ὅτι οὐ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ οὗτοι Ἰσραὴλ, οὐδὲ ὅσοι σπέρμα Ἀβραάμ εἰσι, πάντες τέκνα· οὐ γὰρ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς ταῦτα τέκνα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα· ἔτι τε ἐπακούσας τοῦ αὐτοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, *Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή· ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι· οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ·* καὶ πάλιν· *Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἐν περιτομῇ οἱ ἐν πνεύματι Θεοῦ λατρεύοντες, καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες·* ἔτι μὴν ἐπιστήσας τὸ, *Βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα,* ὡς ἑτέρου ὄντος τοῦ μὴ κατὰ σάρκα, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα ἀληθινοῦ Ἰσραήλ· τούτοις μεμαθητευμένος, τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ ἐκδέξεται εἶναι τὸν ἐκ τοῦ πράγματος σημαινόμενον. Μεταλαμβάνεται γοῦν τοὔνομα εἰς τὸν ὁρῶντα τὸν Θεόν· τὸν διορατικὸν τοίνυν καὶ γνωστικὸν καὶ ἐπιστημονικὸν ἄνδρα μόνον εἶναι τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ ἀποφανεῖται· ὃν ἡ μετὰ χεῖρας παρίστησι λέξις φάσκουσα· *Ἐν τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ.* Ἐλέγχει δὲ τὸν Ἰουδαῖον οὐκ ἄξιον ὄντα τῆς προσηγορίας τοῦ Ἰσραὴλ ὁ προφητικὸς λόγος ἀποτεινόμενος πρὸς αὐτοὺς καὶ λέγων· *Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν·* καὶ, *Ἀκούσατε λόγον Κυρίου, ἄρχοντες Σοδόμων· προσέχετε νόμον Θεοῦ, λαὸς Γομόῤῥας.* Ὥσπερ οὖν ὁ φάσκων περὶ τῶν ἐθνῶν· Διότι ἀπ' ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν δεδόξασται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν τοῖς ἔθνεσι, *καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά·* καὶ πάλιν· *Διότι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι,* σαφῶς παρίστησι δύνασθαι τὰ ἔθνη εἶναι τὸν Ἰσραὴλ, εἴπερ *ἐν τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ.* Καὶ πρὸς μὲν Ἰουδαίους ἐλέγετο· *Ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτὸ,* δῆλον δ' ὅτι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. Καὶ αὖθις εἴρηται πρὸς αὐτούς· *Δι' ὑμᾶς διαπαντὸς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.* Εἰ τοίνυν ἡ μετὰ χεῖρας Γραφὴ διδάσκει ἐκεῖνον εἶναι τὸν Ἰσραὴλ, παρ' ᾧ τὸ τοῦ Θεοῦ δοξάζεται ὄνομα, ἐκ τῶν εἰρημένων γένοιτ' ἂν κατάδηλος ὁ ὀφείλων λέγεσθαι κυρίως Ἰσραήλ. Ἀναλόγως δὲ τούτῳ νοήσεις καὶ τὴν Ἰουδαίαν· ἔνθα γάρ ἐστιν ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ, αὕτη ἐστὶν ἡ Ἰουδαία. Τοῦτο γοῦν ἡ Γραφὴ παρίστησι λέγουσα· *Γνωστὸς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεός.* Εἰ δὲ μὴ τὸ πρᾶγμα ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας, λέγω δὲ τῆς Παλαιστίνων χώρας εὑρίσκοιτο, πλείστης οὔσης εἰδωλολατρείας ἐν αὐτῇ γενομένης, αὐτῶν Ἰουδαίων τὸ παλαιὸν εἰδωλολατρευόντων ἐν αὐτῇ, ὡς τοὺς προφήτας ἀπελέγχειν αὐτοὺς καὶ λέγειν· *Κατὰ γὰρ τὸν ἀριθμὸν τῶν πόλεών σου ἦσαν θεοί σου Ἰούδα, καὶ κατὰ ἀριθμὸν ἀμφόδων Ἱερουσαλὴμ ἔθυον τῇ Βαάλ·* πῶς δυνατὸν ταύτην εἶναι λέγεσθαι τὴν τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ κεκτημένην Ἰουδαίαν; Διὰ τί δὲ

A Israele sunt, Israel esse: neque quotquot semen Abraham, filios ejus esse: non enim filii carnis, ii filii Dei sunt, sed filii promissionis, ii pro semine computantur; cum audierit item illud Apostoli dictum, *Non enim qui in manifesto, Judæus est, neque quæ in manifesto in carne est circumcisio; sed qui in abscondito, Judæus est: et circumcisio cordis in spiritu, non littera, cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est* [49]; ac rursum, *Nos enim sumus in circumcisione qui in spiritu Dei servimus, neque in carne confidimus* [50]; cum consideraverit etiam illud, *Respicite Israel secundum carnem* [51], utpote scilicet alio exsistente, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum verus Israel est; hæc edoctus, verum Israelem admittet eum qui ex B opere demonstratur. Nomen porro accipitur pro eo qui *videt Deum;* ergo virum perspicacem, notitia præditum et doctum, solum esse verum Israelem declarabit, qualem hæc sententia prodit dicens, *In Israel magnum nomen ejus.* Evincit vero Judæum Israelis nomine dignum non esse propheticus sermo, qui ipsos respicit et sic habet: *Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis* [52]; et, *Audite verbum Domini, principes Sodomorum: attendite legi Dei, populus Gomorrhæ* [53]. Quemadmodum etiam qui de gentibus dicit, ab oriente sole usque ad occidentem, gloria celebrari nomen suum in gentibus; *et in omni loco*, ait, *thymiama offertur nomini meo et sacrificium mundum* [54]; ac rursum, *Quia magnum est nomen meum in gentibus* [55]; aperte declarat posse C gentes Israel esse, siquidem *in Israel magnum nomen ejus.* Judæis vero dicebatur: *Vos autem profanatis illud* [56], videlicet nomen Dei. Rursumque illis dictum est: *Propter vos semper nomen meum blasphematur in gentibus* [57]. Si itaque hæc Scriptura docet illum esse Israelem penes quem nomen Dei celebratur, ex jam dictis manifestum fuerit qui vere et proprie Israel vocandus sit. Proportione quadam de Judæa idem intelligas. Nam ubi cognitio Dei est, ibi Judæa exsistit. Quod his verbis Scriptura declarat: *Notus in Judæa Deus.* Quod si id non in Judæa, sive in Palæstinorum terra reperitur, cum multa ibi idololatria fuerit, quando olim Judæi idola colebant, ita ut prophetæ ipsos D coarguerent ac dicerent, *Nam secundum numerum civitatum tuarum erant dii tui, Juda, et secundum numerum biviorum Jerusalem sacrificabant ipsi Baal* [58], qui fieri potest hanc dici Judæam quæ notitiam Dei obtineat? Cur item non dicas Ægyptiorum regionem eo vocabulo dignam, de qua dictum est, *Et erit altare Domino in terra Ægypti* [59]; ac rursus, *Et notus erit Dominus Ægyptiis?* Nam si penes eos quibus notus est Deus Judæa reperitur, quid impediat quominus omnes qui cognitionem Dei acceperunt in Judæa esse dicantur? Quare consequenter ad isthæc, Ecclesia Dei per totum orbem

[49] Rom. II, 28, 29. [50] Philipp. III, 3. [51] I Cor. X, 18. [52] Isa. I, 4. [53] ibid. 10. [54] Malach. I, 11. [55] ibid. [56] ibid. 12. [57] Isa. LII, 5. [58] Jer. II, 28. [59] Isa. XIX, 19.

constituta, in qua qui est super omnia Deus notus est, Judæa congruenter dici possit. Neque aberres si dicas Judæam esse, totam divinitus inspiratam et Judaicam scripturam, quæ ceu possessio et ambitus veri Israelis nuncupari potest, quia in ipsa cognitio Dei continetur. Pari itaque modo vera Judæa et verus Israel intelligatur.

A οὐκ ἂν εἴποις τὴν Αἰγυπτίων χώραν ἀξίαν τῆς προσηγορίας, περὶ ἧς εἴρηται· *Καὶ ἔσται θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ ἐν χώρᾳ Αἰγύπτου*· καὶ αὖθις· *Καὶ γνωστὸς ἔσται Κύριος τοῖς Αἰγυπτίοις;* Εἰ γὰρ παρ' οἷς γνωστός ἐστιν ὁ Θεὸς παρὰ τούτοις καὶ ἡ Ἰουδαία τυγχάνει, τί τὸ κωλῦον μὴ πάντας τοὺς τὴν γνῶσιν ἀνειληφότας τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ εἶναι λέγεσθαι; Τούτοις οὖν ἀναλόγως καὶ ἡ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησία Θεοῦ, ἐν ᾗ ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς γνωστὸς ὢν τυγχάνει, Ἰουδαία τε εὐλόγως ἂν ῥηθείη. Οὐκ ἂν δὲ ἁμάρτοις Ἰουδαίαν εἶναι λέγων πᾶσαν τὴν θεόπνευστον καὶ Ἰουδαϊκὴν Γραφὴν, κτῆμα οὖσαν καὶ ὡς περίχωρον τοῦ ἀληθινοῦ Ἰσραὴλ, διὰ τὸ τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῇ περιέχεσθαι. Οὕτω μὲν οὖν ἡ ἀληθινὴ Ἰουδαία καὶ ὁ ἀληθινὸς Ἰσραὴλ νοηθήσεται κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον.

Vers. 3. Perpendas vero quomodo *factus est in pace locus ejus, et habitatio ejus in Sion*. Nam si locus ille, quem Judæi in honore habebant, bellis et vastationibus non obnoxius fuisset, merito Judæis concedi posset eum ipsum esse locum a Scriptura indicatum. Quod si ille a fundamentis dirutus et sæpe captus ab hostibus fuit, et tamen locus ejus in pace esse dicatur, non sane possit revera putari locus Dei esse, qui plerumque ab inimicis debellatus sit. Quare jam non dicit, *in Jerusalem*, ne quis laberetur Judaicam urbem esse cogitando; sed loco illius veram sententiam sic expressit, *Factus est in Salem locus ejus*. Salem vero *pax* explicatur: quare apud Septuaginta Interpretes dictum est, *Factus est in pace locus ejus*. Si igitur animæ omni prorsus bello liberæ in prosperitate, quiete et tranquillitate degentes, in terra reperiantur, jure dicantur illæ locus Dei esse, utpote quæ Spiritum divinum in se capiant. Ideo de talibus dictum est, *Inhabitabo in illis et inambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus* [60]. Quod si tales in terra perraro inveniantur; cum contra in civitate Dei, cœlesti Dei domicilium angelis, archangelis, divinis virtutibus, spiritibusque sanctis frequentetur; jure dicat quispiam ibi locum Dei esse, et illam veram esse pacem, quæ Salem hic Hebraice nuncupatur. Quare Apostolus cum nosset eam dicebat: *Illa vero quæ sursum est Jerusalem libera est, quæ est mater nostra* [61]. Nam Salem explicatur *pax*; Jerusalem vero, *visio pacis*: cujus lares in cœlestibus divinisque virtutibus exsistunt: in quibus Deus ipse ambulat, utpote quæ ejus deitatem capere valeant. Deinde dicitur: *Et habitatio ejus in Sion*. Postea subjungitur: — Vers. 4. *Ibi confregit potentias arcuum, telum, gladium et bellum*. Hic rursum, si in sensibili et terrena Sion hæc gesta essent, non esset causa invidendi Judæis sic explicare volentibus; quod si ipsis rebus gestis contrarium appareat, quia in obsidione inimicorum diruta fuit; necessarium est hic Sionem, quæ cum pace congruat, intelligere, scilicet Ecclesiam Dei; vel etiam cœlestem illam de qua divinus Apostolus hæc declaravit: *Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem, et multorum mil-*

Νοήσεις δὲ ὅπως *ἐγενήθη ἐν εἰρήνῃ ὁ τόπος αὐτοῦ, καὶ τὸ κατοικητήριον αὐτοῦ ἐν Σιών*. Εἰ μὲν
B γὰρ ὁ παρὰ Ἰουδαίοις τιμώμενος τόπος ἀπόρθητος καὶ ἀπολέμητος πεφύλακτο, λόγον εἶχε συγχωρεῖν Ἰουδαίων παισὶν αὐτὸν εἶναι νομίζειν τὸν ὑπὸ τῶν Γραφῶν δηλούμενον· εἰ δ' οὗτος μὲν ἐκ βάθρων ἀνῄρηται ἁλοὺς πολλάκις ὑπὸ πολεμίων, ἐν εἰρήνῃ δὲ λέγεται ὑπάρχειν ὁ τόπος αὐτοῦ· οὐκ ἂν δύναιτο ἀληθεῖ λόγῳ νομίζεσθαι τόπος εἶναι τοῦ Θεοῦ ὁ πολλάκις ὑπὸ πολεμίων ἁλούς. Διὸ οὐδὲ ὠνόμασε νῦν, *ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ*, ὡς ἂν μή τις ἐκπέσοι ἐπὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν πόλιν· ἀντὶ δὲ ταύτης τὴν διάνοιαν τοῦ πράγματος παρέστησεν εἰπών· *Ἐγενήθη ἐν Σαλὴμ ὁ τόπος αὐτοῦ*. Σαλὴμ δὲ ἑρμηνεύεται *εἰρήνη*· διὸ παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα εἴρηται· *Ἐγενήθη ἐν εἰρήνῃ ὁ τόπος αὐτοῦ*. Εἰ μὲν οὖν καὶ ἐπὶ γῆς εὑρίσκοιντο ψυχαὶ παντὸς ἠλευθερωμέναι πολέμου ἐν εὐσταθείᾳ
C καὶ ἀταραξίᾳ καὶ γαλήνῃ διάγουσαι, εἰκότως ἂν λεχθεῖεν καὶ αὗται τόπος τοῦ Θεοῦ, ὡς ἂν χωρητικαὶ οὖσαι θείου Πνεύματος. Διὸ περὶ τῶν τοιούτων εἴρηται τὸ, *Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός*. Εἰ δὲ σπανίως μὲν εὑρίσκοιντο ἐπὶ γῆς τοιοῦτοι, ἐν δὲ τῇ κατ' οὐρανὸν χρηματιζούσῃ Θεοῦ πόλει πληθύει τὸ τοῦ Θεοῦ οἰκητήριον, ἐν ἀγγέλοις, καὶ ἀρχαγγέλοις, καὶ θείαις δυνάμεσι, καὶ πνεύμασιν ἁγίοις· εἰκότως τὸν τόπον τοῦ Θεοῦ παρ' ἐκείνοις εἴποι ἄν τις, κἀκείνην εἶναι τὴν εἰρήνην ἀληθῶς Σαλὴμ ἐνταῦθα κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν φωνὴν ὠνομασμένην. Διὸ καὶ ὁ Ἀπόστολος ταύτην εἰδὼς ἔλεγεν· *Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν*. Σαλὴμ
D μὲν γὰρ ἑρμηνεύεται *εἰρήνη*, Ἱερουσαλὴμ δὲ *ὅρασις εἰρήνης*· ἧς τὸ ἐφέστιον ἐν ταῖς κατ' οὐρανὸν θείαις τυγχάνει δυνάμεσιν· ἐν αἷς ὁ Θεὸς αὐτὸς ἐμπεριπατεῖ, χωρητικαῖς οὔσαις τῆς αὐτοῦ θεότητος. Ἑξῆς τούτοις λέγεται· *Καὶ τὸ κατοικητήριον αὐτοῦ ἐν Σιών*. Εἶτα συνάπτει φάσκων ὁ λόγος· *Ἐκεῖ συνέτριψε τὰ κράτη τῶν τόξων, ὅπλον καὶ ῥομφαίαν καὶ πόλεμον*. Καὶ ἐνταῦθα πάλιν εἰ μὲν ἐπὶ τῆς αἰσθητῆς καὶ ἐπιγείου Σιὼν ταῦτα πέπρακτο, οὐδὲ ἔδει φθονεῖν Ἰουδαίοις οὕτως ἐκδέχεσθαι βουλομένοις· εἰ δὲ πᾶν τοὐναντίον ἐξ αὐτῶν ὁρᾶται τῶν πραγμάτων, διὰ τὸ ἠρημῶσθαι τὴν Σιὼν ἐκ τῆς τῶν πολεμίων πολιορκίας, ἀνάγκη τῇ ἀποδοθείσῃ εἰρήνῃ καταλλήλως καὶ τὴν Σιὼν ἐκλαμβάνειν, ἤτοι τὴν

[60] Levit. XXVI, 12. [61] Galat. IV, 26.

Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἢ τὴν ἐπουράνιον, ἣν ὁ θεῖος A
Ἀπόστολος παρίστη λέγων· *Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς*. Ἐνταῦθα γὰρ μηδεμιᾶς ἁμαρτίας ἐνεργούσης, μηδέ τινος ὑφεστῶτος ψυχῶν πολεμίου, συντέτριπται τὰ κράτη τῶν τόξων, ἀνῄρηταί τε ὅπλον καὶ ῥομφαία· ὡς λέγεσθαι περὶ τῶν καταξιουμένων τῆς ἐκεῖ διατριβῆς· *Ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός*.

lium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum qui conscripti sunt in cœlis [62]. Hic enim nullo peccato vigente, nulloque animarum inimico existente, potentiæ arcuum contritæ sunt, telum et gladius ablata sunt, ita ut de iis qui illa mansione dignati sunt dicatur, *Abscessit dolor, tristitia et gemitus* [63].

Εὔξασθε καὶ ἀπόδοτε Κυρίῳ τῷ Θεῷ τὰς εὐχὰς ὑμῶν, πάντες οἱ κύκλῳ αὐτοῦ· τῷ φοβερῷ καὶ ἀφαιρουμένῳ πνεύματα ἀρχόντων, τῷ φοβερῷ παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς. Συντελέσας τὸν περὶ τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ λόγον, παραινετικῶς λοιπὸν πᾶσιν ἡμῖν προστάττει εὔχεσθαι, καὶ ἀποδιδόναι Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν τὰς εὐχάς· ὡς ἔτι δὲ καιρός ἐστι κατὰ τὸν ἐνεστῶτα βίον, ἀναγκαίως τοῦτο ποιεῖν παραινεῖ. Εὐχὰς δὲ τὰς ἐπαγγελίας εἴωθεν ὀνομάζειν· διὸ λέλεκται· *Ἐὰν εὔξῃ εὐχήν, μὴ χρονίσῃς ἀποδοῦναι· ἀγαθὸν τὸ μὴ εὔξασθαι, ἢ τὸ εὔξασθαι* B *καὶ μὴ ἀποδοῦναι*. Ἕκαστος τοίνυν τῶν ἡμῶν τὴν ἑαυτοῦ πρόθεσιν καὶ τὴν οἰκείαν ἐπαγγελίαν ὥσπερ εὐχὴν ἀποδιδότω, μεμνημένος τοῦ φήσαντος· *Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ Κυρίῳ τὰς εὐχάς σου· καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με*. Νῦν μὲν οὖν, φησίν, *εὔξασθε καὶ ἀπόδοτε*. Ἔσται γὰρ καιρὸς ἐν ᾧ πάντες οἱ κύκλῳ αὐτοῦ οἴσουσι δῶρα. Κατὰ γὰρ τὸν τῆς βασιλείας αὐτοῦ καιρὸν *βασιλεῖς Θαρσεῖς καὶ νῆσοι δῶρα προσάξουσι, βασιλεῖς Ἀράβων καὶ Σαβὰ δῶρα προσοίσουσι, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς*. Τότε γοῦν καθημένῳ ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ προσκυνήσουσι πάντες μετὰ δώρων· τουτέστι, μεθ' ὧν ἐπιφέρεται ἕκαστος καρπῶν. Διόπερ ὡς ἔτι καιρός C ἐστιν, ἐντεῦθεν ἤδη παραινεῖ εὔξασθαι καὶ ἀποδιδόναι· ὡς ἄν, τοὺς ἑαυτῶν θησαυροὺς ταμιευσάμενοι, κατὰ καιρὸν αὐτῷ προσκομίσωμεν, ἄξιοι γενόμενοι τῶν κυκλούντων αὐτοῦ τὸν θρόνον. Πάντες γὰρ κύκλῳ αὐτοῦ προσοίσουσιν αὐτῷ δῶρα, φοβερῷ ὄντι τοῖς μὴ πλησιάζουσιν αὐτῷ, μηδὲ τὰ δῶρα προσφέρουσι. Διὸ ἐπιλέγεται· *Τῷ φοβερῷ καὶ ἀφαιρουμένῳ πνεύματα ἀρχόντων, φοβερῷ παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς*. Τὸ γάρ, *Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τοὺς υἱοὺς ἀνθρώπων*, λεχθήσεται καὶ ἐπ' ἐκείνων τῶν ποτε μὲν ἀρχόντων καὶ ἡγουμένων χρηματισάντων, καὶ Πνεύματος ἁγίου καταξιωθέντων, οὐ μὴν ἀξίως βιωσάντων τῆς χάριτος· ἀφ' ὧν ἀφαιρεῖται τὸ πνεῦμα, ὅπως, στερηθέντες αὐτοῦ, τῇ προσηκούσῃ παραδοθῶσι τιμωρίᾳ. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Τῷ νομοδότῃ, ἀφαιροῦντι μὲν πνεῦμα ἡγεμόνων, φοβερῷ δὲ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς*

Sic igitur et ipsum [ratiocinium] reliquiæ cogitationis vocatum est; quapropter tunc festum aget, utpote in tempore suo promissiones regni cœlestis accepturum.

Vers. 12, 13. *Vovete et reddite Domino Deo vota vestra, omnes qui in circuitu ejus estis: terribili et ei qui aufert spiritus principum, terribili apud reges terræ*. Absoluto de Dei judicio sermone, hortantis more præcipit nobis ut voveamus et Domino Deo nostro vota reddamus: dum adhuc in præsenti vita tempus adest, ut id agamus nos necessario commonet. Vota autem promissiones nuncupare solet; quare dictum est: *Si votum voveris, ne tardes reddere: melius enim est non vovere, quam vovere et non reddere* [70]. Unusquisque ergo nostrum propositum et promissionem suam, ceu votum reddat, memor dicti illius: *Immola Deo sacrificium laudis, et redde Domino vota tua: et invoca me in die tribulationis, et eruam te, et glorificabis me* [71]. Nunc igitur, ait, *Vovete et reddite*. Tempus enim aderit quo omnes qui in circuitu ejus sunt afferent munera. Nam tempore regni ipsius *reges Tharsis et insulæ munera offerent, reges Arabum et Saba dona adducent, et adorabunt eum omnes reges terræ* [72]. Tunc ipsum in throno gloriæ suæ sedentem, omnes cum donis adorabunt, id est, cum suis, quos afferent, fructibus. Idcirco dum adhuc tempus est, monet ut voveamus et reddamus, ut cum thesauros nostros condiderimus, eos opportuno tempore ipsi afferamus, digni habiti ut inter eos qui thronum ipsius circumdant annumeremur. Omnes enim in circuitu ejus afferent ipsi munera, qui non accedentibus ad eum, nec munera illi offerentibus terribilis est. Quare sic concluditur: *Terribili et ei qui aufert spiritus principum, terribili apud reges terræ*. Illud enim: *Non permanebit spiritus meus in filiis hominum* [73], de illis quoque dicetur qui olim principes et duces audiebant, et Spiritu sancto dignati sunt; sed non digno accepta gratia modo vixerunt: a quibus spiritus auferetur, ut eo privati, promerito supplicio dedantur. Secundum Symmachum vero: *Legislatori, auferenti quidem spiritum ducum, terribili autem regibus terræ*.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΥΠΕΡ ΙΔΙΘΟΥΜ, ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΑΣΑΦ. ΟϚ'. D

Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα, φωνῇ μου πρὸς τὸν Θεόν, καὶ προσέσχε μοι. Τῷ μὲν Ἀσὰφ εἴρηται ὁ ψαλμός, ἀνήνεκται δὲ εἰς πρόσωπον τοῦ Ἰδιθοὺμ, ὑπὲρ οὗ τὰ ἐμφερόμενα τῷ ψαλμῷ συνετάττετο. Ὅθεν ὁ Σύμμαχος, *Διὰ Ἰδιθοὺμ*, ὁ δὲ Ἀκύλας, *Ἐπὶ Ἰδιθοὺμ*, ἡρμήνευσαν. Καὶ νῦν μὲν ὁ Ἀσάφ, τοὺς μετὰ χεῖρας λόγους συντάξας, ὥσπερ διδάσκαλος μαθητῇ ἐμμελετᾷν τῷ Ἰδιθοὺμ παραδέδωκεν· ἢ ὥσπερ ἰατρὸς τῷ θεραπείας δεομένῳ σωτή-

1. IN FINEM PRO IDITHUM, PSALMUS ASAPH, LXXVI.

Vers. 2. *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Deum, et intendit mihi*. Psalmus ab ipso Asaph dictus est, refertur autem ad personam Idithum, pro quo ea quæ in psalmo feruntur composita sunt. Unde Symmachus, *Propter Idithum*, Aquila vero, *Super Idithum* interpretati sunt. Et jam quidem Asaph hos sermones abs se editos quasi magister discipulo ipsi Idithum ad meditandum tradit: vel quasi medicus ei qui medela eget, salutare

[70] Eccle. v, 3, 4. [71] Psal. XLIX, 14, 15. [72] Psal. LXXI, 10, 11. [73] Gen. VI, 3.

pharmacum ad levamen morbi ægro offert. In superioribus autem pro eodem viro ipse David modo psalmum, modo canticum scripsit. Quare in psalmo xxxviii sic habet inscriptio : *In finem pro Idithum, canticum ipsi David*. Quod vir iste Davidi et Asapho æqualis fuerit, narrat Scriptura Paralipomenon uti superius commonstravimus. Mihique videtur Idithum doctrina de Providentia opus habuisse, quia ex hominibus multos videret impios, superbos et arrogantes, divitiis et ampla re familiari luxuriantes; ac vice versa justos abjectos et ab impiis oppressos. Vero simile igitur est illum hæc ægre tulisse, eaque de re tum Davidi tum ipsi Asaph verba fecisse, qualia ex antiquis alii proferebant : *Cur impii prospere agunt, et in divitiis consenuerunt? Semen eorum pro voto : pueri eorum ludentes, assumentes psalterium et citharam. Dicit autem Domino : Abscede a me : vias tuas scire nolo*[74]. Hæc ut verisimile est et similia quærenti Idithum, modo David, modo Asaph, quasi magistri et medici, ad eam ipsi elevandam opinionem, doctrinæ verba tradebant. Quapropter in xxxviii eum ad talia dicenda instituebat : *Dixi : Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me : obmutui et humiliatus sum et silui*, et cætera, quæ suis locis explicavimus. In lxi autem eumdem ipsum his verbis edocuit : *Nonne Deo subjecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Nam et ipse Deus meus et Salvator meus, susceptor meus non movebor amplius. Quousque irruitis in hominem, interficitis universi vos?* Quorum etiam mentem pro collata nobis gratia exposuimus. Consequenter Asaph eidem viro hoc in psalmo disciplinam tradit, ut in tentationibus hujusce vitæ, atque in iis quæ ipse ex prophetiis abs se enuntiatis de impiorum insultu, deque populi Dei abjectione probe noverat, non turbaretur, sed in hujusmodi angustiis ad Deum, ceu ad salutarem portum confugeret, ipsumque precibus sedulo compellaret, et ea diceret, quæ ipsi, quasi magister in præsenti psalmo offerebat. Qua suscepta ille disciplina, animæ suæ hanc medelam adhibebat, ad solatium suum his usus verbis : *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Deum, et intendit mihi*. Eo, inquit, modo me composui, ut dignus attentione Dei essem, quare *intendit mihi*. Talesque voces et clamores emisi, qui digni auditu Dei essent. Quamobrem secundum Symmachum dicitur : *Voce mea ad Deum, et clamante me ad Deum, aures suas præbuit*. His docebatur Idithum ne putaret Deum procul esse clamantibus ad se. Nam si ad primam vocem ipse propitium sibi Deum factum esse senserit, ipsa re docebatur divinum numen ubique adesse, et Providentiæ oculos dignis semper prospicere.

A ριον φάρμακον ἐπὶ τὸ χρήσασθαι αὐτῷ· καὶ ὠφελεῖσθαι τὸν θεραπευόμενον· ἐν δὲ τοῖς ἔμπροσθεν ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς ὁ Δαυῒδ ποτὲ μὲν ᾠδὴν, ποτὲ δὲ ψαλμὸν ἔγραφε. Διὸ ἐν μὲν τῷ λη' ψαλμῷ ἐπεγέγραπτο, *Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ, ᾠδὴ τῷ Δαυῒδ*. Ὅτι δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος συγχρονίσαι λέγεται τῷ Δαυῒδ καὶ τῷ Ἀσὰφ, ἡ τῶν Παραλειπομένων παρίστησι Γραφὴ, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀπεδείξαμεν. Καί μοι δοκεῖ ὁ Ἰδιθοὺμ διδασκαλίας δεδεῆσθαι τοῦ περὶ Προνοίας λόγου, διὰ τὸ συνορᾷν ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ πολλοὺς ἀθέους καὶ ἀσεβεῖς ἐπαιρομένους καὶ μεγαλαυχουμένους, πλούτῳ τε καὶ περιουσίᾳ ἐντρυφῶντας· δικαίους δὲ ἔμπαλιν ταπεινουμένους καὶ πρὸς τῶν ἀσεβῶν καταπονουμένους. Εἰκὸς γοῦν αὐτὸν ἐπὶ τούτοις ἀποδυσπετεῖν, καὶ λόγους τινὰς κεκινηκέναι πρός B τε αὐτὸν τὸν Δαυῒδ καὶ πρὸς τὸν Ἀσὰφ, ὁποίους ἐκίνουν καὶ ἕτεροι τῶν παλαιῶν, ὡς ὁ εἰπών· *Ἱνατί ἀσεβεῖς εὐθηνοῦσι, πεπαλαίωνται δὲ καὶ ἐν πλούτῳ, Ὁ σπόρος αὐτῶν κατὰ ψυχήν· τὰ δὲ παιδία αὐτῶν παίζοντα, ἀναλαμβάνοντα ψαλτήριον καὶ κιθάραν. Λέγει δὲ Κυρίῳ· Ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ· ὁδούς σου εἰδέναι οὐ βούλομαι*. Τοιαῦτά τινα, ὡς εἰκὸς, ἐπαπoροῦντι τῷ Ἰδιθοὺμ, οἷα διδάσκαλοι καὶ ἰατροὶ ποτὲ μὲν ὁ Δαυῒδ, ποτὲ δὲ ὁ Ἀσὰφ, διδασκαλίας παρεῖχον τῆς τοιᾶσδε δόξης θεραπευτικάς. Ὅθεν ἐν μὲν τῷ λη' τοιάδε λέγειν αὐτὸν ἐδίδασκεν· *Εἶπα· Φυλάξω τὰς ὁδούς μου τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν ἐν γλώσσῃ μου. Ἐθέμην τῷ στόματί μου φυλακὴν ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου· ἐκωφώθην καὶ ἐταπεινώθην καὶ ἐσίγησα*, καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς· ἃ C δὴ κατὰ τοὺς οἰκείους τόπους παραθέμενοι διεσαφήσαμεν. Ἐν δὲ τῷ ξα' πάλιν ὁ αὐτὸς λέγων τὸν αὐτὸν ἐδίδασκεν· *Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου. Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου καὶ Σωτήρ μου, ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπιπλεῖον. Ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον, φονεύετε πάντες ὑμεῖς;* Καὶ ταῦτα δὲ ὁποῖον ἔχει νοῦν κατὰ τὴν δοθεῖσαν χάριν ἡρμήνευται. Οἷς ἀκολούθως καὶ ὁ Ἀσὰφ διὰ τῶν μετὰ χεῖρας τῷ αὐτῷ ἀνδρὶ παραδίδωσι διδασκαλίαν τοῦ μὴ ταράττεσθαι ἐν τοῖς τοῦ βίου πειρατηρίοις, μηδὲ ἐν οἷς ἔγνω ἐκ τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῦ προφητειῶν περὶ τῆς τῶν ἀσεβῶν ἐπαναστάσεως, τῆς τε τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ ταπεινώσεως· καταφεύγειν δὲ ὡς ἐπὶ λιμένα D σωτήριον ἐν ταῖς τοιαῖσδε ἀμηχανίαις ἐπ' αὐτὸν τὸν Θεὸν, ταῖς τε πρὸς αὐτὸν ἱκετηρίαις σχολάζειν, καὶ ταῦτα λέγειν, ἅπερ αὐτῷ διὰ τοῦ προκειμένου ψαλμοῦ, οἷα διδάσκαλος, παρεδίδου. Καὶ δῆτα παραλαβὼν τὸ μάθημα τοῦτο, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐθεράπευε, κατεπᾴδων αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ λέγων· *Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα, φωνῇ μου πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ προσέσχε μοι*. Τοιοῦτον γὰρ, φησὶν, ἐμαυτὸν παρεσκεύαζον, ὡς ἄξιον εἶναι τῆς προσοχῆς τοῦ Θεοῦ· διὸ *προσέσχε μοι*· καὶ τοιαύτας τε ἠφίειν φωνὰς καὶ βοὰς, ὡς ἀξίας εἶναι αὐτὰς τῆς τοῦ Θεοῦ ἀκοῆς. Διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· *Φωνῇ μου πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ βοήσαντός μου πρὸς τὸν Θεὸν, παρέσχε τὰς ἀκοὰς αὐτοῦ*. Διὰ τούτων γὰρ ἐδιδάσκετο ὁ Ἰδιθοὺμ μὴ νομίζειν πόρρω που ἀφεστάναι τὸν Θεὸν τῶν

[74] Job xxi, 7-14.

ἐπιβοωμένων αὐτόν. Εἰ γὰρ ἅμα τῷ τὴν φωνὴν ἀναπέμψαι ᾔσθετο ἐπηκόου αὐτοῦ γενομένου τοῦ Θεοῦ, αὐτοῖς ἔργοις ἐδιδάσκετο πανταχοῦ παρεῖναι τὸ Θεῖον, καὶ τοὺς τῆς Προνοίας ὀφθαλμοὺς ἐφορᾷν τοὺς ἀξίους.

Ἀλλὰ καὶ *ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου*, φησὶ, *τὸν* A *Θεὸν ἐξεζήτησα ταῖς χερσί μου νυκτὸς ἐναντίον αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ ἠπατήθην*. Καὶ ὅτι μὲν πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων (ἐπειδὴ ἀπείραστος ἀνὴρ ἀδόκιμος), παντοίως διδάσκουσιν οἱ θεῖοι λόγοι· ὡς δὲ θλιβόμενοι κρείττους ἑαυτῶν ἐγίγνοντο, δοκιμὴν τῆς ἑαυτῶν παρέχοντες ὑπομονῆς, οὐ μὴν συγχεόμενοι ὡς εἰλιγγιᾷν καὶ θορυβεῖσθαι, διδάσκει ὁ εἰπὼν, *Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με*, καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος λέγων· *θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι· καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι· διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι*. Οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθά φησιν· *Ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου τὸν Θεὸν ἐξεζήτησα*· οὐ γὰρ ἀπέβλεπον ἐπὶ τοὺς θλίβοντας, οὐδ' ἐπὶ τοὺς ἐπαιρομένους· ἐπιστρέφων δὲ ἐμαυτοῦ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα πρὸς τὸν Θεὸν κατ' αὐτὸν τὸν τῆς B *θλίψεως* καιρὸν, αὐτὸν ἐξεζήτουν. Ἐζήτουν δὲ αὐτὸν ταῖς χερσί μου, δεδιδαγμένος ἐπαίρειν ὁσίους χεῖρας κατὰ τὸν φάσκοντα λόγον· *Βούλομαι δὲ τοὺς ἄνδρας προσεύχεσθαι, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας*. Καὶ τοῦτ' ἔπραττον οὐ δι' ἡμέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ νυκτὸς, τὰς χεῖράς μου ἐπαίρων ἐναντίον αὐτοῦ, καὶ διὰ τῆς προσευχῆς, καὶ διὰ τῶν πρὸς αὐτὸν φωνῶν ἐπιζητῶν αὐτόν. Διὸ, ταῦτα πράττων, *Οὐκ ἠπατήθην*· εὑρίσκετο γάρ μοι ζητούμενος· διὸ *προσέσχε μοι*, καὶ τὰς ἑαυτοῦ ἀκοὰς ἐμοὶ παρέσχεν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ταῖς χερσί μου νυκτὸς ἐναντίον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἠπατήθην*, ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· *Ἡ χείρ μου νυκτὸς ἐκτέτατο διηνεκῶς*. Ταύτην μὲν οὖν εἶχον μεγίστην καὶ μόνην παραμυθίαν. C Ἄλλως δὲ, οὐδενὸς ἠνειχόμην παρακαλεῖν με καὶ θεραπεύειν ἐθέλοντος ἀνθρώπου ἐν τῷ τῆς θλίψεώς μου καιρῷ. Διὸ ἐπιλέγει· *Ἀπηνήνατο παρακληθῆναι ἡ ψυχή μου*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Οὐκ ἐπείθετο παρηγορεῖσθαι ἡ ψυχή μου*· ἀλλ' ἀνθρώποις μὲν οὐκ ἐπειθόμην, τοῖς ἄλλως με παρηγορεῖν καὶ παρακαλεῖν· *ἐμνήσθην δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ ηὐφράνθην*· ἀπήρκει γάρ μοι ἡ τοῦ Θεοῦ μνήμη πρὸς εὐφροσύνην· ἀλλὰ καὶ *ἠδολέσχησα*, φησὶ, *καὶ ὠλιγοψύχησα*· ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε, *Διελάλουν ἐν ἐμαυτῷ καὶ ἐλειποθύμουν*. Ὅτι μὲν, φησὶ, ἐμαυτῷ διελάλουν, ἐλειποθύμουν· καὶ ὅτε ἠδολέσχουν παρ' ἐμαυτῷ, τηνικαῦτα ὠλιγοψύχει τὸ πνεῦμά μου· ὅτε δὲ ἀνεμιμνησκόμην τοῦ Θεοῦ, εὐφροσύνης ἐπληρούμην· ἀλλὰ καὶ ζητῶν αὐτὸν ταῖς χερσί μου νυκτὸς, D οὐκ ἠπατώμην· εὕρισκον γὰρ ὥσπερ πλησίον παρεστῶτά μοι, καὶ τῆς φωνῆς μου ἐπήκοον γιγνόμενον.

Προκατελάβοντο φυλακὰς οἱ ὀφθαλμοί μου, ἐταράχθην, καὶ οὐκ ἐλάλησα. Οἱ θλίβοντές με, φησὶ, λογισμοὶ τοιοῦτοι ἦσαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἑώρων τὴν ἀποβολὴν τοῦ λαοῦ, ἣν ἐθέσπισαν οἱ προλεχθέντες προφητικοὶ λόγοι, ἐθορυβούμην εἰκότως, καὶ ἐνενόουν πρὸς ἐμαυτὸν εἰ ἀθεράπευτον αὐτοῖς ἔσται τὸ κακόν. Τὸ μὲν γὰρ ἀποβληθῆναι αὐτοὺς καιρῷ τινι καὶ

VERS. 3. Sed etiam *in die tribulationis meæ*, inquit, *Deum exquisivi manibus meis nocte contra eum, et non sum deceptus*. Quod multæ sint proborum calamitates (nam vir non tentatus inglorius est), omnimode docent divinæ Scripturæ : quod autem in ærumnis degentes sibi ipsis superiores evaserint, experimentumque patientiæ suæ dederint, non confusi ita ut vertigine laborarent et turbarentur, ita docet ille, *In tribulatione dilatasti mihi* [75]; divinus item Apostolus hæc tradit, *Tribulationem patimur, sed non angustiamur; dejicimur, sed non perimus; persecutionem patimur, sed non derelinquimur* [76]. Sic igitur hic ait : *In die tribulationis meæ Deum exquisivi*. Non enim ad tribulationem inferentes, non ad tumidos illos respiciebam; sed oculo mentis meæ ad Deum *tribulationis* tempore converso, ipsum exquirebam. Manibus vero meis quærebam eum, institutus ad levandas sanctas manus secundum effatum illud : *Volo autem viros orare, levantes sanctas manus* [77]. Idque non die solum, sed etiam nocte manus meas contra eum erigebam; ita ut tam oratione quam vocibus emissis illum exquirerem. Quapropter hæc agens *non sum deceptus :* nam perquisitus ille inventus a me fuit, *et intendit mihi*, auresque mihi præbuit. Pro illo autem, *Manibus meis nocte contra eum, et non sum deceptus*, Symmachus hoc modo interpretatus est, *Manus mea nocte extensa erat assidue*. Hanc itaque maximam et solam nactus sum consolationem. Seu alio modo, afflictionis meæ tempore neminem ex hominibus admittebam qui vellet me consolari, ac mederi dolori meo. Quare subdit : — VERS. 4. *Renuit consolari anima mea;* sive, secundum Symmachum, *Non persuadebatur consolationem admittere anima mea;* sed hominibus quidem consolari et hortari volentibus non obtemperabam; verum *memor fui Dei et delectatus sum :* nam Dei memoria ad lætitiam mihi satis erat; quin etiam ait, *exercitatus sum, et defecit spiritus meus;* pro quo Symmachus interpretatus est, *Loquebar in meipso et animo deficiebam*. Quoniam, inquit, loquebar mihi ipsi, animo deficiebam : et cum exercitarer apud meipsum, tunc deficiebat spiritus meus; cum vero Dei recordarer, lætitia replebar; sed etiam cum eum manibus meis noctu exquirerem, non aberrabam : nam ipsum ceu vicinum, præsentem mihi, et voci meæ propitium deprehendebam.

VERS. 5. *Anticipaverunt vigilias oculi mei, turbatus sum et non sum locutus*. Cogitationes quæ mihi afflictionem pariebant tales erant. Quia enim abjectionem populi, quam memorati prophetici sermones vaticinati sunt, prospiciebam, jure turbabar, mecumque reputabam, num ipsorum calamitas sine remedio futura sit. Nam quod tempore quo-

[75] Psal. IV, 2. [76] II Cor. IV, 8, 9. [77] I Tim. II, 8.

dam abjiciendi, et quod in finem idipsum passuri essent, id sane credebam obtemperans prophetiæ dicenti : *Utquid, Deus, repulisti in finem, iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ* [78] ? ac in meipso dubius hærebam, isthæc revolvens : *Nunquid in æternum projiciet Dominus, aut non apponet ut complaceat adhuc?* et cætera. Hæc cogitans turbabar ; sed in memoriam repetebam dies antiquos, et annos æternos ex veteri Scriptura mecum reputabam, quoties videlicet cum ipsos peccati causa abjecisset, reduxit tamen ; et cum impie agentes hostibus tradidisset, iterum recepit. Cur ergo cum olim post gravia scelera revocaret eos, neque repelleret in finem nec absciuderet misericordiam suam ; nihil tale jam faciet, et humanitatis pristinæ misericordiæque obliviscetur, qui patiens et multæ misericordiæ, et miserationum amans est? Hæc nocte mecum reputabam, et scopebam spiritum meum, meas scilicet cogitationes examinans et explorans, discernensque spiritum, num qnid ad dubiorum solutionem subjiceret. Pro illo autem, *anticipaverunt vigilias oculi mei*, Symmachus, *impediebant*, inquit, *sursum aspicere oculi mei*. In me namque tot cogitationes colligens occludebam oculos meos, ut ne in sensibilia impingens a proposito abducerer. Clausis itaque corporis oculis, in meipso dubius hærebam, non voce loquens, non alium compellans, sed ipse mecum cogitabam. Quare pro illo, *Turbatus sum, et non sum locutus*, et cæteris, apud Symmachum dicitur, *Dubitabam, et non locutus sum*. — VERS. 6, 7. *Recogitabam dies pristinos, annos qui a sæculo sunt in memoriam revocabam. Sed psalmos meos noctu cum corde meo recitabam : et vir præsens erat spiritus meus.* Cum ita pervigil degerem, et noctes insomnes ducerem, ea sollicite volvebam animo, quæ superius dicta sunt : *Quasi in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum, in securi et ascia diruperunt eam. In terra polluerunt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde suo cognationes eorum simul : Quiescere faciamus dies festos Dei a terra. Signa nostra non vidimus, jam non est propheta, et nos non cognoscet amplius* [79]. In his igitur dubitabam, num mala hujusmodi perpessis remedium futurum sit. Verisimileque est Idithum, cum Asaphi prophetiam audisset, et talia secum reputaret, prophetam quasi magistrum interrogasse, ac interrogantis more hanc movisse quæstionem : Quid igitur, o propheta? cum hæc prophetice dixeris, ediscere nosseque velim : — VERS. 8-10. *Nunquid in æternum projiciet Dominus, et non apponet ut complaceat adhuc? aut in finem misericordiam suam abscindet a generatione in generationem? aut obliviscetur misereri Deus, aut continebit in ira misericordias suas?* Ad tales propositiones Asaph doctrinam suam paravit, psalmum pro ipso Idithum conscribens, eumque ad talia dicenda instituens : *Voce mea ad Do-*

A εἰς τέλος αὐτοὺς τοῦτο παθεῖν ἐπίστευον τῇ προφητείᾳ λεγούσῃ· *Ἱνατί, ὁ Θεός, ἀπώσω εἰς τέλος, ὠργίσθη ὁ θυμός σου ἐπὶ πρόβατα νομῆς σου;* ἐνηπόρουν δὲ πρὸς ἐμαυτὸν διανοούμενος ταῦτα· *Μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπώσεται Κύριος, ἢ οὐ προσθήσει τοῦ εὐδοκῆσαι ἔτι;* καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτα λογιζόμενος ἐταραττόμην· ἀλλ' ἔφερόν τε τῇ μνήμῃ τὰς παλαιὰς ἡμέρας καὶ τὰ ἐξ αἰῶνος ἔτη ἀπὸ τῶν παλαιῶν Γραμμάτων ἀναλεγόμενος, ὁσάκις ἁμαρτήσαντας αὐτοὺς ἀποβαλὼν, ἐπανήγαγεν, καὶ πολεμίοις παραδοὺς ἀσεβοῦντας, αὖθις ἀνεκτήσατο. Τί οὖν πάλαι μὲν αὐτοὺς καὶ μετὰ δεινὰς πλημμελείας ἀνεκαλεῖτο, μὴ εἰς τέλος ἀπωθούμενος, μηδὲ ἀποκόπτων τὸ ἔλεος αὐτοῦ· νῦν δὲ οὐδὲν τούτων ποιήσει, λήθην δὲ ἕξει τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας καὶ ἐπιλήσεται τοῦ οἰκτειρῆσαι ὁ μα-
B κρόθυμος καὶ πολυέλεος καὶ φιλοικτίρμων; Ταῦτα νυκτὸς πρὸς ἐμαυτὸν διελογιζόμην, καὶ τὸ πνεῦμά μου ἔσκαλλον, διερευνῶν καὶ βασανίζων τοὺς ἐμαυτοῦ λογισμοὺς, ἀνακρίνων τε τὸ πνεῦμα, εἴ τι ἄρα ὑποβάλοι πρὸς θεραπείαν τῶν ἠπορημένων. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Προκατελάβοντο φυλακὰς οἱ ὀφθαλμοί μου*, ὁ Σύμμαχος, *Ἐκώλυον*, φησὶ, *τὰς ἀναβλέψεις οἱ ὀφθαλμοί μου*. Συνάγων γὰρ εἰς ἐμαυτὸν τοὺς ἐμαυτοῦ λογισμοὺς, ἔμυον τὰ ὄμματα, ὡς ἂν μὴ τοῖς αἰσθητοῖς προβάλλων, περιελκοίμην τοῦ προκειμένου. Μύων οὖν τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ σώματος, πρὸς ἐμαυτὸν διηπόρουν, οὐ φωνῇ φθεγγόμενος, οὐδὲ πρὸς ἕτερον λαλῶν, αὐτὸς δὲ πρὸς ἐμαυτὸν ἐννοῶν. Διὸ ἀντὶ τοῦ, *Ἐταράχθην, καὶ οὐκ ἐλάλησα*, καὶ τῶν ἑξῆς,
C παρὰ τῷ Συμμάχῳ εἴρηται· *Διηπόρουν, καὶ οὐκ ἐλάλησα*. — *Ἀνελογιζόμην τὰς ἡμέρας τὰς πρώτας, τὰ ἔτη τὰ ἀπ' αἰῶνος ἀνεμιμνησκόμην. Ἀλλὰ ψαλμούς μου νυκτὸς πρὸς τὴν καρδίαν μου διελάλουν· καὶ ἀνὴρ συνὼν τὸ πνεῦμά μου.* Οὕτως ἐπαγρύπνως διακείμενος, καὶ τὰς νύκτας διαγρηγορῶν, ἐφρόντιζον περὶ τῶν ἔμπροσθεν δι' ὧν εἴρητο· *Ὡς ἐν δρυμῷ ξύλων ἀξίναις ἔκοψαν τὰς θύρας αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτὸ, πελύκει καὶ λαξευτηρίῳ κατέῤῥαξαν αὐτήν. Εἰς τὴν γῆν ἐβεβήλωσαν τὸ σκήνωμα τοῦ ὀνόματός σου. Εἶπαν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν αἱ συγγένειαι αὐτῶν ἐπὶ τὸ αὐτό· Καταπαύσωμεν τὰς ἑορτὰς τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῆς γῆς. Τὰ σημεῖα ἡμῶν οὐκ εἴδομεν, οὐκ ἔστιν ἔτι προφήτης, καὶ ἡμᾶς οὐ γνώσεται ἔτι.* Ἐπὶ τούτοις οὖν διηπόρουν, εἰ θεραπεία ἔσται τοῖς ταῦτα πεπονθόσι τὰ
D κακά. Καὶ εἰκός γε ἦν τὸν Ἰδιθοὺμ ἐπακούσαντα τῆς τοῦ Ἀσὰφ προφητείας, καὶ ταῦτα πρὸς ἑαυτὸν λογισάμενον, ἐπαπορῆσαι πρὸς τὸν προφήτην ὡς πρὸς διδάσκαλον, ἐρώτησίν τε αὐτῷ προσαγαγεῖν, καὶ ὥσπερ τινὰ προτείνοντα πρότασιν φάναι· Τί οὖν, ὦ προφῆτα; ἐπειδὴ ταῦτα προεφήτευσας, βούλομαι γνῶναι καὶ μαθεῖν, *Μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπώσεται Κύριος, καὶ οὐ προσθήσει τοῦ εὐδοκῆσαι ἔτι; ἢ εἰς τέλος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀποκόψει ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν; ἢ ἐπιλήσεται τοῦ οἰκτειρῆσαι ὁ Θεὸς, ἢ συνέξει ἐν τῇ ὀργῇ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ;* Καὶ δὴ πρὸς ταύτας τὰς προτάσεις τὴν διδασκαλίαν ὁ

[78] Psal. LXXIII, 1. [79] ibid., 5-9.

Ἀσάφ' ἐποιεῖτο, ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ Ἰδιθοὺμ γράφων τὸν ψαλμὸν, διδάσκων τε αὐτὸν λέγειν· *Φωνῇ μου πρὸς τὸν Κύριον ἐκέκραξα, φωνῇ μου πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ προσέσχε μοι*· παιδεύων μὴ πολυπραγμονεῖν τὰς τοῦ Θεοῦ βουλὰς· εὐχαῖς δὲ σχολάζειν, καὶ ταύταις μόναις προσέχειν τὸν νοῦν εὐσεβοῦντα καὶ εὐφημοῦντα τοῦ Θεοῦ τὰς κρίσεις. *Ἀνεξερεύνητα γὰρ τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ.*

Καὶ εἶπα, Νῦν ἠρξάμην· αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου. Ἀντὶ τούτου ὁ μὲν Ἀκύλας, *Καὶ εἶπα*, φησὶν, *ἀῤῥωστία μου· αὕτη ἀλλοίωσις δεξιᾶς Ὑψίστου*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Τρῶσίς μου ἐστὶν ἐπιδευτέρωσις δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου*· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις, *Καὶ εἶπα*, φησὶν, *ὠδῖνές μου εἰσὶν ἀλλοίωσις δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου*. Πρὸς τοῖς προηπορημένοις καὶ ταῦτα, φησὶ, πρὸς ἐμαυτὸν ἐνενόουν, ὅτι οἱ τοιοῦτοι λογισμοὶ, δι' ὧν ἀρτίως ἐπηπόρουν, ἀῤῥωστία μου εἰσὶν, ἢ ὠδῖνες εἰσὶν, ἢ τρώσεις μού εἰσιν. Ἐξ ἀσθενείας γὰρ ψυχῆς τοὺς τοιούτους προήκαμεν λόγους, καὶ ἀπὸ τρώσεως ψυχῆς· τετρωμένος γὰρ καὶ συναλγῶν ὡς ὑπὲρ ἑαυτοῦ μελῶν· ἀλλὰ καὶ ὠδίνων ὡς ὑπὲρ σπλάγχνων οἰκείων τοιαῦτα ἐφθεγξάμην. Ταῦτα δὲ πέπονθα, ἐπειδήπερ εἶδον ἀλλοίωσιν γενομένην τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου. Πάλαι μὲν γὰρ αὕτη κατειργάζετο πολλά τε θαύματα καὶ παραδόξους εὐεργεσίας τῷ λαῷ παρέχουσα· νυνὶ δὲ ἀλλοίωσις γεγένηται τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου. Διὸ καὶ ὠδῖνές με κατέσχον· ὁμολογῶ τετρῶσθαι τὴν ψυχὴν ἀῤῥωστίᾳ καὶ ἀσθενείᾳ γνώσεως. Τὴν δὲ ἀλλοίωσιν τῆς δεξιᾶς τοῦ Θεοῦ ἑώρων, ἀναμιμνησκόμενος τῶν παλαιῶν ἔργων αὐτοῦ. Διό φησιν· *Ἐμνήσθην τῶν ἔργων Κυρίου ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῶν θαυμασίων σου. Καὶ μελετήσω ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου, καὶ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασί σου ἀδολεσχήσω.* Ἀνθ' ὧν ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· *Ἀνεμιμνησκόμην τὰς περινοίας Κυρίου, ἀναπολῶν τὰ ἀρχαῖα τεράστιά σου καὶ διεμελέτων πάσας τὰς πράξεις σου, καὶ τὰ μηχανήματά σου διηγούμην*, ταῦτα ἀναφέρων τῇ μνήμῃ. Ἔπειτα νῦν ἀκούων, ὡς *εἰς τέλος ἀπώσω, καὶ ὠργίσθη ὁ θυμός σου ἐπὶ πρόβατα νομῆς σου*, εἰκότως ἐνενόησα, ὅτι ἀλλοίωσίς ἐστι τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου. Μεταβολῆς γὰρ ταῦτα σημεῖα καὶ ἀλλοιώσεως τῆς πάλαι τοῦ Θεοῦ περὶ τὸν λαὸν κηδεμονίας.

Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ἁγίῳ ἡ ὁδὸς αὐτοῦ· τίς θεὸς μέγας ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν; Σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ ποιῶν θαυμάσια. Τὴν ἀλλοίωσιν τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου συνιδὼν ὁποῖα εἰργάσατο· ἀντὶ γὰρ ἑνὸς ἔθνους πάντων τῶν ἐθνῶν εὐεργετικὴ κατέστη· οὐκέτι γὰρ ἑνὶ λαῷ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι καὶ πᾶσι τοῖς λαοῖς ἐγνώρισε· διόπερ ἐκπληττόμενος καὶ ἀποθαυμάζων, φημί· *ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ἁγίῳ ἡ ὁδός σου*· ἐπέκεινα γάρ ἐστι τῆς θνητῆς φύσεως ἡ κατάληψις τῆς ὁδοῦ σου· ὥστ' ἂν εὐλόγως φάναι τό· *Ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ.* Οὐκέτ' οὖν προσήκει πολυπρα-

minum clamavi, voce mea ad Deum, et intendit mihi, auctorque illi est, ut ne Dei consilia curiosius exploret, sed orationibus vacet, iisque solis intendat animum, pietati deditum et judicia Dei celebrantem. Nam *incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus* [80].

VERS. 11. *Et dixi, Nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ Altissimi.* Pro illo autem sic Aquila dicit, *Et dixi, infirmitas mea : hæc mutatio dexteræ Altissimi;* Symmachus vero, *Vulnus meum est iteratio dexteræ Altissimi;* quinta autem editio : *Et dixi*, inquit, *dolores mei sunt mutatio dexteræ Altissimi.* Ad proposita jam dubia, hæc item, inquit, mecum reputabam, cogitationes scilicet illas queis jam dubius animi eram, aut infirmitatem, aut dolores, aut vulnera mea esse. Nam ex animæ infirmitate tales sermones protuli, necnon ex vulnere animæ : vulneratus nempe et dolore affectus sum quasi pro membris meis; verum etiam quasi dolore parturiens pro visceribus meis talia effatus sum. Hæc porro sum perpessus, quia vidi factam dexteræ Altissimi mutationem. Olim quippe dextera illa mirabilia multa operabatur, beneficia incredibilia populo conferens; nunc vero dexteræ Excelsi mutatio facta est. Quamobrem dolores me detinebant, fateorque me animo vulneratum ex morbo et infirmitate cognitionis. Mutationem vero dexteræ Dei conspiciebam, recordatus illorum quondam operum ejus. Quapropter ait : — VERS. 12, 13. *Memor fui operum Domini, ab initio mirabilium tuorum : et meditabor in omnibus operibus tuis, et in adinventionibus tuis exercebor.* Pro quibus Symmachus hoc modo interpretatus est : *Recordabar cogitationum Domini, animo volvens antiqua prodigia tua. Et meditabar omnes actiones tuas, et machinamenta tua narrabam*, hæc memoria repetens. Deinde vero cum jam audiam, quomodo *repulisti in finem, et iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ* [81]; jure opinatus sum esse mutationem dexteræ Altissimi. Hæc quippe signa sunt mutationis Dei, ac amotionis ejus ab illa, quam olim de populo gerebat, sollicitudine.

VERS. 14, 15. *Deus, in sancto via ejus : quis deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia.* Cum videam mutationem dexteræ Altissimi, et qualia operata sit; nam unius gentis loco jam omnibus gentibus benefica est; non enim uni populo ut olim, sed omnibus gentibus et populis virtutem suam n[illegible]m fecit; ideo stupens et mirabundus aio : *Deus, in sancto via tua;* etenim viæ tuæ comprehensio humanam naturam exsuperat; ita ut hic apposite dicatur : *O altitudo divitiarum, sapientiæ et scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus* [82]! Non ultra ergo curiose inquirere, aut secreta explorare

[80] Rom. XI, 33. [81] Psal. LXXIII, 1. [82] Rom. XI, 33.

convenit : nam *quis novit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit*[83]? Idcirco dum hæc cogitat, obstupefactus de profunditate sapientiæ Dei sit : *Deus, in sancto via tua : quis deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia.* Quæ sint illa mirabilia sub hæc interpretatur dicens : *Notam fecisti in populis virtutem tuam*; pro quo Symmachus edidit, *Notam fecisti in gentibus fortitudinem tuam.* Nam quemadmodum olim (VERS. 16) *redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob et Joseph*, quando liberos eos eduxisti ex terra Ægypti, ex domo servitutis; eodem quoque modo jam, cum facta est mutatio dexteræ Altissimi, notam fecisti in populis virtutem tuam, et in gentibus fortitudinem tuam.

VERS. 17. *Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, et timuerunt, et turbatæ sunt abyssi.* Admodum consequenter postquam dixerat, *Notam fecisti in populis virtutem tuam*, sive, secundum Symmachum, *Notam fecisti in gentibus fortitudinem tuam*, futura vaticinans, virtutem Novi Testamenti prophetice declarat. Quare ait : *Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, et timuerunt.* Sicut enim in in exitu olim filiorum Israel ex Ægypto, *mare vidit et fugit, Jordanis conversus est retrorsum*[84]; eodem modo in adventu Emmanuelis, (id est, *nobiscum Deus*,) cum accessit ad Jordanem fluvium, aquæ videntes eum stupore perculsæ sunt. Quin etiam multitudo populorum in Ecclesiis Dei collecta, aquis consimilis (VERS. 18) secundum propheticum sermonem, *Vox gentium multarum, similis aquis multis*[85], Deum inter homines peregrinantem mentis oculis videns, salutari timore correpta est, de quo dicitur, *Initium sapientiæ timor Dei*[86]. Quandiu enim aquæ illæ cæcæ erant, Deum non videbant, nec timore ejus affectæ erant; nunc autem magnam utilitatem ex contemplatione et cognitione Verbi apud se peregrinantis acceperunt. Rursumque secundum historiam, cum Servator discipulos jussit ascendere in naviculam et transfretare; et quarta vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare; tunc etiam viderunt eum aquæ et timuerunt. Item quando increpavit ventos et mare, et facta est tranquillitas magna, turbatæ sunt abyssi, et multitudo sonitus aquarum. Hæc porro secundum prophetiam ad litteram implebantur; secundum vero penitiorem mentem, aquæ, nempe ecclesiastica multitudo omnibus ex gentibus collecta, initium sapientiæ effectæ sunt, utpote quæ divino timore affectæ fuerint, secundum illud, *Initium sapientiæ timor Domini*[87]. Abyssi vero, quæ diversæ ab aquis erant, turbatæ sunt, ita ut sonitum ac tumultum facerent. Dixeris porro abyssos esse gentium incredularum ordines, quæ variis temporibus contra Ecclesiam insurgentes, persecutiones concitarunt. Sed primo quidem aquæ Deum timuerunt, postea

A γμονεῖν, οὐδὲ τὰ ἀπόῤῥητα διερευνᾶσθαι· *τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο;* Διὸ κατὰ καιρὸν ταῦτα ἐννοήσας, ὑπερεκπλήττεται τὸ βάθος τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ, καί φησιν· *Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ἁγίῳ ἡ ὁδός σου· τίς θεὸς μέγας ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν; σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ ποιῶν θαυμάσια.* Ποῖα δὲ θαυμάσια διερμηνεύει ἑξῆς εἰπών· *Ἐγνώρισας ἐν τοῖς λαοῖς τὴν δύναμίν σου·* ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκε· *Γνωστὴν ἐποίησας ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν ἰσχύν σου.* Ὥσπερ γὰρ *ἐλυτρώσω* πάλαι ποτὲ *ἐν τῷ βραχίονί σου τὸν λαόν σου, τοὺς υἱοὺς Ἰακὼβ καὶ Ἰωσὴφ*, ὅτ' ἠλευθέρους αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐξ οἴκου δουλείας τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ νῦν, ὅτε γέγονεν ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου, ἐγνώρισας ἐν τοῖς λαοῖς τὴν δύναμίν σου, καὶ B ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν ἰσχύν σου.

Εἴδοσάν σε ὕδατα, ὁ Θεὸς, εἴδοσάν σε ὕδατα, καὶ ἐφοβήθησαν, καὶ ἐταράχθησαν αἱ ἄβυσσοι. Σφόδρα ἀκολούθως προειπὼν, *Ἐγνώρισας ἐν τοῖς λαοῖς τὴν δύναμίν σου·* ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Γνωστὴν ἐποίησας ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν ἰσχύν σου*, παρίστησι τὴν δύναμιν τῆς Καινῆς Διαθήκης προφητικῶς τὰ μέλλοντα θεσπίζων. Διό φησιν· *Εἴδοσάν σε ὕδατα, ὁ Θεὸς, εἴδοσάν σε ὕδατα, καὶ ἐφοβήθησαν.* Ὥσπερ γὰρ πάλαι ποτὲ ἐπὶ τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, *ἡ θάλασσα εἶδε, καὶ ἔφυγεν, ὁ Ἰορδάνης ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω·* τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ κατὰ τὴν παρουσίαν τοῦ Ἐμμανουὴλ, δηλαδὴ τοῦ μεθ' ἡμῶν Θεοῦ, ὁπηνίκα παρῄει ἐπὶ τὸν C Ἰορδάνην ποταμὸν, ἰδόντα αὐτὸν τὰ ὕδατα ἐξεπλάγη. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ πλήθη τῶν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ συγκροτουμένων λαῶν, ὕδασι παρωμοιωμένα κατὰ τὸν φάσκοντα προφητικὸν λόγον, *Φωνὴ ἐθνῶν πολλῶν ὁμοία ὑδάτων πολλῶν·* ἰδόντα ψυχῆς ὀφθαλμοῖς τὸν εἰς ἀνθρώπους ἐπιδεδημηκότα Θεὸν, φόβον ἀνέλαβον σωτήριον, περὶ οὗ εἴρηται· *Ἀρχὴ σοφίας φόβος Θεοῦ.* Ἕως μὲν γὰρ τυφλώττοντα ἦν ταῦτα τὰ ὕδατα, οὐχ ἑώρα τὸν Θεὸν, οὐδὲ φόβον εἶχεν αὐτοῦ· νυνὶ δὲ τὰ μεγάλα ὠφέληται ἀπὸ τῆς θέας καὶ τῆς γνώσεως τοῦ ἐπιδημήσαντος αὐτοῖς λόγου. Καὶ αὖθις κατὰ τὴν ἱστορίαν, ὁπηνίκα ὁ Σωτὴρ ἠνάγκασε τοὺς μαθητὰς ἀνελθεῖν εἰς τὸ πλοῖον καὶ προάγειν εἰς τὸ πέραν· εἶτα τετάρτῃ φυλακῇ τῆς νυκτὸς ἤρχετο πρὸς αὐτοὺς περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης· καὶ τότε D εἶδον αὐτὸν ὕδατα, καὶ ἐφοβήθησαν. Ἀλλὰ καὶ ὅτε ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη, ἐταράχθησαν αἱ ἄβυσσοι, καὶ πλῆθος ἤχους ὕδατος. Καὶ ταῦτα μὲν ἐτελεῖτο συμφώνως τῇ προφητείᾳ πρὸς λέξιν, πρὸς δὲ διάνοιαν, τὰ μὲν ὕδατα, λέγω δὲ τὰ πλήθη τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν συνηγμένα, ἀρχὴ σοφίας γέγονε, τὸν θεῖον ἀναλαβόντα φόβον κατὰ τὸ, *Ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου·* αἱ δὲ ἄβυσσοι, ἕτεραι οὖσαι παρὰ τὰ ὕδατα ἐταράχθησαν, ὡς ἦχον καὶ θόρυβον παρασχεῖν. Εἴποις δ' ἂν τὰς ἀβύσσους εἶναι τὰ τάγματα τῶν ἀπίστων ἐθνῶν τῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ κατὰ καιροὺς ἐπανισταμένων, καὶ τοὺς κατ' αὐτῆς διωγμοὺς ἐπεγειρόντων·

[83] Isa. XL, 13. [84] Psal. CXIII, 3. [85] Ezech. XLIII, 2. [86] Psal. CX, 10. [87] Psal. CX, 10.

Ἀλλὰ μὲν πρῶτα ὕδατα ἐφοβεῖτο τὸν Θεὸν, αἱ δὲ δηλωθεῖσαι ἄβυσσοι ἐταράττοντο· τρίτον δὲ τάγμα τυγχάνει παρὰ τὰ λελεγμένα τὸ τῶν νεφελῶν, ὃ δὴ φωνὴν ἔδωκε. Τίνες δὲ ἦσαν αἱ νεφέλαι, ἀλλ' ἢ αἱ κελευσθεῖσαι μὴ βρέχειν ἐπὶ τὸν πρότερον ἀμπελῶνα, κατὰ τὸ φῆσαν λόγιον· *Καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι τοῦ μὴ βρέξαι ἐπ' αὐτόν*, δῆλον δὲ, ὅτι τὸν ἐκ περιτομῆς λαόν; Νεφέλαι δὲ πεπληρωμέναι ὑδάτων μὴ ὕουσαι ἐπὶ τὸν παλαιὸν ἀμπελῶνα τίνες ἂν εἶεν ἢ οἱ τοῦ Σωτῆρος μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι καὶ εὐαγγελισταὶ, οἳ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τὸν ἐπουράνιον ὑετὸν διαδεδωκότες, φωνὴν ἔδωκαν, ὥστε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξελθεῖν τὸν φθόγγον αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν; Διὸ λέλεκται· *Φωνὴν ἔδωκαν αἱ νεφέλαι· καὶ γὰρ τὰ βέλη σου διαπορεύονται.* Ποῖα δὲ τὰ βέλη ἢ τὰ σωτήρια καὶ τὰ ἐκλεκτὰ τὰ τιτρώσκοντα τὰς τῶν σωζομένων ψυχὰς, δι' ὧν ἡ νύμφη Χριστοῦ ἡ Ἐκκλησία τετρῶσθαι ὁμολογεῖ φάσκουσα· *Ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ*; Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Σωτὴρ βέλος ὠνόμαστο κατὰ τὸν εἰπόντα προφήτην· *Ἔθηκέ με ὡς βέλος ἐκλεκτὸν, καὶ ἐν τῇ φαρέτρᾳ αὐτοῦ ἔκρυψέ με*· Ἀλλὰ τοῦ μὲν Πατρὸς βέλος ἦν ὁ μονογενὴς αὐτοῦ Λόγος· τοῦ δὲ Υἱοῦ βέλη ἐτύγχανον οἱ ἀπόστολοι, καὶ τὰ θεῖα καὶ πεπυρωμένα αὐτοῦ λόγια. Διὸ λέλεκται ἐν τῷ περὶ τοῦ ἀγαπητοῦ ψαλμῷ· *Τὰ βέλη σου ἠκονημένα, λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται.* Οὕτω δ' οὖν καὶ ἐνταῦθα εἴρηται· *Καὶ γὰρ τὰ βέλη σου διαπορεύονται.* Περιτρέχονται γὰρ ἁπανταχοῦ τὰ τοῦ Χριστοῦ βέλη διεπορεύετο κηρύττοντα· διὸ *φωνὴν ἔδωκαν αἱ νεφέλαι*· ἀλλὰ καὶ *Φωνὴ τῆς βροντῆς σου*, φησὶν, *ἐν τῷ τροχῷ*· βροντὴν δὲ ἐνταῦθα τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν αἰνίττεται. Ὡς γὰρ φωνὴ βροντῆς οὐράνιος τυγχάνει βοὴ, καὶ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ὑπερβάλλουσα δύναμιν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα, οὐράνιον τυγχάνον, οὐκ ἀνθρωπίνην περιεῖχεν ἰσχύν. Οὐδὲ γὰρ ἐκ θνητῆς βουλῆς ὡρμᾶτο· σὺν θεϊκῇ δὲ δυνάμει τὸν σύμπαντα ἐπλήρου κόσμον. Διὸ καὶ τοὺς ἀποστόλους αὐτοῦ ὁ Σωτὴρ *βοανῆργες* ὠνόμαζεν, ὅπερ ἑρμηνεύεται *υἱοὶ βροντῆς*. Οὐκοῦν καὶ ἐνταῦθα ἀκολούθως τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται· *Φωνὴ τῆς βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ.* Τροχὸν δὲ σημαίνει τὸν σύμπαντα βίον· ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ Ἐζεκιὴλ τροχὸς ἐν τροχῷ λέλεκται ὁ σύμπας τῶν ἀνθρώπων βίος. Ἔστι μὲν οὖν τροχὸς ὁ κόσμος σφαιροειδὴς ὢν, κυκλοφορητικῶς τε κινούμενος. Ἐνταῦθα δὲ τροχὸς ὁ τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ βίος, ἄπαυστον τὴν στροφὴν ποιούμενος· διὸ καὶ τροχὸς ἐν τῷ τροχῷ εἴρηται. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, *Φωνὴ βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ*· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Ἦχος βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ*· κατὰ δὲ τὸν Θεοδοτίωνα, *Φωνὴ βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ.* Καὶ θέα ὅπως κατὰ πάντας τοὺς ἑρμηνευτὰς *τροχὸς* ὠνόμασται· ἐπεὶ καὶ ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις *βαγελγὲλ* περιέχει, ὅπερ ἐστὶν *ἐν τῷ τροχῷ*· οὕτω δὲ ὠνόμασται καὶ ἐν τῷ Ἐζεκιήλ. Ἔνθα γενόμενος, παρασημειώσῃ, ὡς καὶ ἡ θεία Γραφὴ τὸ περιέχον τροχὸς οἶδε. Διὸ σφαιροειδῆ φασιν εἶναι τὸν κόσμον. Ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ Ἔσδρᾳ ὁ Ζορο-

memoratæ abyssi turbatæ sunt : præter illa vero tertius ordo superest, nempe nubium, quæ vocem dederunt. Quæ nubes illæ erant, nisi quibus præceptum fuerat ne pluerent super vineam illam pristinam; secundum illud, *Et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem* [88]; videlicet super populum ex circumcisione? Nubes autem aquis plenæ, nec super vineam illam pristinam pluentes, quænam fuerint nisi Salvatoris discipuli, apostoli et evangelistæ, qui per totum orbem cœlestem pluviam impertientes, vocem dederunt, ita ut in omnem terram exierit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum? Ideo dictum est : (Vers. 19.) *Vocem dederunt nubes, etenim sagittæ tuæ transeunt.* Quænam sagittæ, nisi salutares et electæ illæ, quæ animas salutem consecuturas vulnerant, queis se Christi sponsa Ecclesia vulneratam fatetur his verbis, *Quia vulnerata amore sum* [89]? Ipseque Salvator sagitta vocatur apud prophetam dicentem, *Posuit me quasi sagittam electam, et in pharetra sua abscondit me* [90]. Sed Patris quidem sagitta unigenitum ejus Verbum erat; Filii vero sagittæ erant apostoli, necnon divina et ignita ejus eloquia. Quamobrem in psalmo de dilecto dicitur : *Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent* [91]. Sic itaque in præsenti dictum est : *Etenim sagittæ tuæ transeunt.* Nam sagittæ Christi ubique prædicantes percurrebant; ideo *vocem dederunt nubes;* sed etiam, inquit, *vox tonitrui tui in rota.* Tonitruum hic evangelicam prædicationem subindicat. Sicut enim vox tonitrui cœlestis sonitus est, humanamque omnem virtutem exsuperat; sic et evangelica prædicatio, cœlestis cum sit, non humana virtute prædita erat. Neque enim ex mortali voluntate prodibat, sed divina potestate totum implebat orbem. Idcirco apostolos suos Servator *Boanerges* nuncupavit, quod significat *filios tonitrui.* Hic itaque consequenter ad priora dictum est, *Vox tonitrui tui in rota.* Rotam dicit, totam vitam significans : nam in Ezechiele [92] tota hominum vita rota in rota dicitur. Rota item est mundus qui sphærica forma est, atque in circulum movetur. Hic autem rota est hominum vita, quæ indesinenti conversione movetur : quæ causa est ut rota in rota dicta fuerit. Secundum Aquilam vero, *Vox tonitrui tui in rota;* secundum Symmachum, *Sonitus tonitrui tui in rota;* secundum Theodotionem, *Vox tonitrui tui in rota.* Et animadvertas velim secundum omnes interpretes, *rota*, dictum fuisse : quia Hebraica lectio, *Bagelgel*, circumfert, id est *in rota*; sic autem in Ezechiele quoque vocatur. Huc cum deveneris, observes velim divinam Scripturam id quod circumpositum est pro rota habere. Quare mundum ad sphæræ similitudinem constitutum aiunt. Nam in Esdra Zorobabel victoriæ præmium a rege reportavit, postquam dixerat : *Magnum est cœlum, et magnus sol, quia vertitur in circuitu cœli, et revertitur in proprium*

[88] Isa. v, 6. [89] Cant. II, 5. [90] Isa. XLIX, 2. [91] Psal. XLIV, 6. [92] Ezech. I, 16.

locum in uno die [93]. Quæ secundum physicam considerationem dicta sint. Hæc porro, quæ tractamus, evangelici Dei adventus virtutem vaticinantur; ut videlicet ejus opera multitudo gentium Deum cognoverit, abyssi turbatæ fuerint, memoratæ nubes vocem dederint; sagittæ ejus transierint, utque vox tonitrui ejus fuerit in rota; ad hæc vero omnia, ut fulgura ejus in orbe apparuerint. Quæ fulgura ejus esse dixeris, nisi splendorem charismatum sancti Spiritus qui per totum orbem fulgurat? *Nam divisiones gratiarum sunt, idem vero Spiritus. Et alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, alii fides* [94], et cætera. Quæ cum præstantia gratiæ Dei dona sint, ceu fulgura Ecclesiam ejus illustrant.

A ϭάϐελ τὰ νικητήρια ἀπηνέγκατο παρὰ τῷ βασιλεῖ εἰρηκώς· *Μέγας ὁ οὐρανὸς, καὶ μέγας ὁ ἥλιος, ὅτι στρέφεται ἐν τῷ κύκλῳ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐπανέρχεται εἰς τὸν ἴδιον τόπον ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ.* Ταῦτα μὲν οὖν κατὰ φυσικὴν θεωρίαν. Τὰ δὲ προκείμενα θεσπίζει τῆς εὐαγγελικῆς θεοφανείας τὴν δύναμιν· καὶ ὡς δι' αὐτῆς τὰ πλήθη μὲν τῶν ἐθνῶν τὸν Θεὸν ἐπέγνω, αἱ δὲ ἄϐυσσοι ἐταράχθησαν, αἱ δὲ προλεχθεῖσαι νεφέλαι ἔδωκαν φωνὴν, καὶ ὥστε τὰ βέλη αὐτοῦ διεπορεύθη, καὶ ὡς φωνὴ τῆς βροντῆς αὐτοῦ γέγονεν ἐν τῷ τροχῷ· καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις ὡς ἔφαναν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ. Τίνας δ' ἂν εἴποις τὰς ἀστραπὰς αὐτοῦ ἢ τὰ φέγγη τῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χαρισμάτων τὰ ἀστράπτοντα καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης; *Διαιρέσεις γὰρ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα. Καὶ ᾧ μὲν διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, καὶ ἄλλῳ λόγος γνώσεως, καὶ ἄλλῳ πίστις,* καὶ τὰ λοιπά· ἅτινα, ἐξαίρετα ὄντα τοῦ Θεοῦ χαρίσματα, ἐξαστράπτει καὶ καταλάμπει τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ.

VERS. 20. *In mari via tua et semitæ tuæ in aquis multis, et vestigia tua non cognoscentur.* Congruenter jam traditis, concussa et commota est terra. Pro illo enim, *et contremuit*, secundum omnes interpretes, *et commota est*, dicitur. Eo autem modo commota est terra, quo dicitur in Evangeliis [95]: *Et ingrediente Salvatore Hierosolymam, commota est omnis civitas dicens, Quis est hic?* Sicut enim per locum ipsi civitatis incolæ designantur, ita et hoc loco ipsos terræ incolas commotos et concussos esse dicitur. Quare ex evangelica prædicatione, in testimonium omnibus gentibus annuntiata, omnium aures commotæ sunt. Consequenter autem concussa et commota est terra propter ea quæ prius tradita sunt. Nam si illuxerunt fulgura ejus orbi terræ, si vox tonitrui ejus insonuit in rota, si sagittæ ejus in omnes transierunt, si nubes dederunt vocem suam, ex his omnibus sequitur concussam et commotam fuisse terram. Quomodo autem in mari via ejus fuerit, et semitæ ejus in aquis multis, ac quomodo vestigia ejus non cognoscantur, ex ipsius ad discipulos promissione intelligas, quæ sic habet : *Euntes docete omnes gentes in nomine meo* [96]; et : *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi* [97]. Nam ubique terrarum discipulis suis invisibiliter præsens, in mari vitæ, et in multis gentium aquis ambulabat : idque occulta et invisibili virtute peragebat : quare dicitur, *Et vestigia tua non cognoscentur.* Hæc itaque in salutari Dei adventu implebantur. Hæc autem, inquit, in salutari ejus ad homines adventu per mutationem dexteræ Altissimi sic impleta sunt; quemadmodum olim in priore populo, quando eductis illis ex terra Ægypti per mare transitum munivit : tunc enim commonstrata virtute sua, viam et semitas in aquis multis paravit; ita ut præeuntem ipsum totus Israel in transitu maris sequeretur, incessusque ejus ignotus incomprehensibilisque hominibus esset, quando deduxit

B *Ἐν τῇ θαλάσσῃ ἡ ὁδὸς σου καὶ αἱ τρίϐοι σου ἐν ὕδασι πολλοῖς, καὶ τὰ ἴχνη σου οὐ γνωσθήσονται.* Ἀκολούθως τοῖς ἀποδεδομένοις ἐσαλεύθη καὶ ἐσείσθη ἡ γῆ. Ἀντὶ γὰρ τοῦ, *καὶ ἔντρομος*, κατὰ πάντας τοὺς ἑρμηνευτὰς, *καὶ ἐσείσθη* εἴρηται. Οὕτω δὲ ἐσείσθη ἡ γῆ, ὡς εἴρηται ἐν Εὐαγγελίοις, *Καὶ εἰσελθόντος τοῦ Σωτῆρος εἰς Ἱεροσόλυμα ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις λέγουσα· Τίς ἐστιν οὗτος;* Ὡς γὰρ οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες ἐδηλοῦντο διὰ τοῦ τόπου, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ νῦν τοὺς τὴν γῆν οἰκοῦντας κλονηθῆναί φησι καὶ σεισθῆναι τὸ λόγιον. Διὸ πᾶσα ἀκοὴ κεκίνηται ἐκ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κεκηρυγμένου. Ἀκολούθως δὲ ἐσαλεύθη καὶ ἐσείσθη ἡ γῆ, ἢ ἐκλονήθη διὰ τὰ ἔμπροσθεν λελεγμένα. Εἰ γὰρ ἔφαC ναν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ, ἡ φωνὴ τῆς βροντῆς αὐτοῦ ἐξήχησεν ἐν τῷ τροχῷ, εἰ τὰ βέλη αὐτοῦ ἐπὶ πάντας διαπορεύηται, εἰ αἱ νεφέλαι τὴν αὐτῶν ἔδωκαν φωνὴν, ἀκόλουθον ἦν ἐκ τούτων ἁπάντων κλονηθῆναι καὶ σαλευθῆναι τὴν γῆν. Ὅπως δὲ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἡ ὁδὸς αὐτοῦ γέγονε, καὶ αἱ τρίϐοι αὐτοῦ ἐν ὕδασι πολλοῖς, καὶ ὡς τὰ ἴχνη αὐτοῦ οὐ γινώσκεται, εἴσῃ ἐπιστήσας τῇ πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐπαγγελίᾳ αὐτοῦ φησάσῃ· *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματί μου·* καὶ, *Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.* Ἀοράτως γὰρ ἁπανταχοῦ τῆς γῆς συνὼν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς ἐν τῇ τοῦ βίου θαλάσσῃ καὶ τοῖς πολλοῖς τῶν ἐθνῶν ὕδασιν ἐπορεύετο· καὶ τοῦτ' ἔπραττεν ἀοράτῳ καὶ ἀφανεῖ δυνάμει· διὸ λέD λεκται· *Καὶ τὰ ἴχνη σου οὐ γνωσθήσονται.* Ταῦτα μὲν οὖν ἐπληροῦτο κατὰ τὴν σωτήριον θεοφάνειαν· Οὕτω δὲ ταῦτα, φησὶν, ἐγίνετο ἐπὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους παρουσίας αὐτοῦ, κατὰ τὴν ἀλλοίωσιν τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου· ὥσπερ καὶ πάλαι ἐπὶ τοῦ προτέρου λαοῦ ὁπηνίκα ἐξαγαγὼν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου διήγαγε διὰ τῆς θαλάσσης· καὶ τότε γὰρ δεικνὺς τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ ὁδὸν ἐποίει καὶ τρίϐους ἐν ὕδασι πολλοῖς, ὡς προηγουμένῳ αὐτῷ ἐπακολουθεῖν

[93] III Esdr. IV, 34. [94] I Cor. XII, 4, 8, 9. [95] Matth. XXI, 10. [96] Matth. XXVIII, 19. [97] ibid 20.

ἐν τῇ πορείᾳ τῆς θαλάσσης τὸν πάντα Ἰσραὴλ, ἄγνωστόν τε εἶναι καὶ ἀκατάληπτον ἀνθρώποις τὴν πορείαν αὐτοῦ, ὅτε καὶ ὡδήγησεν *ὡς πρόβατα τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν χειρὶ Μωϋσῆ καὶ Ἀαρών*. Ἄλλος μὲν οὖν τὰ προκείμενα ἅπαντα ἐπὶ τὴν ἔξοδον τὴν ἀπ' Αἰγύπτου ἀνοίσει, τότε πεπληρῶσθαι φάσκων τὸ, *Εἴδοσάν σε ὕδατα, ὁ Θεὸς, εἴδοσάν σε ὕδατα, καὶ ἐφοβήθησαν, ἐταράχθησαν ἄβυσσοι, πλῆθος ἤχους ὕδατος·* πᾶσάν τε τὴν περικοπὴν ἀκολούθως ἐπὶ τὴν τότε πραχθεῖσαν ἱστορίαν ἀναπέμψει· ἐγὼ δὲ, μὴ εὑρὼν ὅπως τὰ ἑξῆς εἰρημένα κατὰ τὴν λέξιν ἐπληροῦτο· οὐ γὰρ μέμνηται ὁ Μωϋσέως νόμος, ὡς νεφέλαι τινὲς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον φωνὴν ἔδωκαν σωματικῶς, οὐδὲ ὡς βέλη αἰσθητὰ διεπορεύετο, οὐδὲ ὡς ὅλῃ οἰκουμένῃ ἔφαναν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ, καθ' ὃν χρόνον ἦσαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, τὴν ὑποπεσοῦσαν B εἰς τοὺς τόπους ἑρμηνείαν παρεθέμην. Ὁποίαν δὲ χρὴ τῶν εἰρημένων ἐκδοχῶν αἱρεῖσθαι θείᾳ (1) κρίσει ὁ ἐντυγχάνων εἴσεται.

ΣΥΝΕΣΕΩΣ ΤΩ ΑΣΑΦ. ΟΖʹ.

Προσέχετε, λαός μου, τὸν νόμον μου· κλίνατε τὸ οὖς ὑμῶν εἰς τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. Παρορμῶν ἡμᾶς ὁ λόγος ἐπὶ τὴν σύνεσιν τῶν ἐμφερομένων, *Συνέσεως* τὴν ἐπιγραφὴν ἐποιήσατο· ταύτης γὰρ δεόμεθα εἰς θήραν τῆς προκειμένης διανοίας. Πρῶτον μὲν οὖν ζητήσειεν ἄν τις εὐλόγως, τίνος πρόσωπον τυγχάνει τὸ φάσκον ἐν ἀρχῇ, *Προσέχετε, λαός μου, τὸν νόμον μου· κλίνατε τὸ οὖς ὑμῶν εἰς τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου.* Οὔτε γὰρ τῷ Ἀσὰφ οὔτε τῷ Δαυῒδ ἁρμόζει ταῦτα λέγειν· ἐπεὶ μὴ νομοθέται γεγόνασιν οὗτοι· οὔτε τὸ, *Οὖς ὑμῶν εἰς τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου*, ἔπρεπε λέγειν C ἤτοι τὸν Ἀσὰφ, ἢ τὸν Δαυῒδ· οὐ γὰρ οἰκεῖα ῥήματα προσέφερον, τῇ δὲ τοῦ θείου Πνεύματος βουλῇ διηκονοῦντο. Διὸ *συνέσεως* ἐπιγέγραπται, ὡς ἂν συνῶμεν τίς τέ ἐστιν ὁ ταῦτα λέγων, καὶ τίς ὁ λαὸς αὐτοῦ, καὶ τίς ὁ νόμος· ἕτερος γὰρ ἔοικεν εἶναι παρὰ τὸν Μωϋσέως. Ταῦτα δ' ἐπιλύεται τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν ᾧ εἴρηται· *Ταῦτα πάντα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν παραβολαῖς τοῖς ὄχλοις, καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς· ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου· ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς.* Διὰ ποίου δὲ προφήτου ταῦτα εἴρητο ἢ διὰ τοῦ προκειμένου Ἀσάφ; Ὃ μὴ συνιέντες τινὲς, προσέθηκαν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τὸ, *διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου·* ἐν δέ γε τοῖς ἀκριβέσιν ἀντιγράφοις D ἄνευ τῆς προσθήκης τῆς *διὰ Ἡσαΐου*, ἁπλῶς οὕτως εἴρηται· *Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου· ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς*, ἃ δὴ φέρεται ἐν τοῖς προκειμένοις, οὐ μὴν ἐν τῇ τοῦ Ἡσαΐου προφητείᾳ. Οὐκοῦν ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς παραθέσεως ὁ Σωτὴρ ἂν εἴη, καὶ οὐδὲ ἄλλος, ὁ ἐξ οἰκείου προσώπου φάσκων ἐπὶ τοῦ παρόντος τό· *Προσέχετε, λαός μου, τὸν νόμον μου.* Ἵνα δὲ συνῶμεν αὐτὸν, *συνέσεως* τὴν προγραφὴν ἐποιήσατο· ὡς μήτε ψαλμὸν μήτε ᾠδὴν μήτε τι τοιοῦτον

A (VERS. 21) *sicut oves populum suum in manu Moysi et Aaron*. Alius hæc omnia ad exitum ex Ægypto referet, dicetque hæc verba, *Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, et timuerunt, turbatæ sunt abyssi, multitudo sonitus aquarum*, tunc impleta fuisse : totamque clausulam ad illam historiam reducet; ego vero cum nusquam deprehendam ea quæ sequuntur ad litteram gesta fuisse; Moysis quippe lex non meminit, nubes quasdam illo tempore corporeo more vocem dedisse, neque sensiles sagittas transiisse, neque per totum orbem fulgura ejus illuxisse, quo tempore illi in deserto erant, eam, quæ mihi tum succurrebat, ad singula loca interpretationem addidi. Quam vero ex his interpretationem amplecti debeat, ex proprio judicio lector intelliget.

INTELLECTUS ASAPH. LXXVII

Attendite, popule meus, legem meam : inclinate aurem vestram in verba oris mei. Cum ad dictorum intelligentiam nos sermo provocet, *Intellectus* in titulo fertur ; eo quippe indigemus ad ejus sententiam investigandam. Et primo quidem opportune quæratur, quæ persona hæc initio dicat, *attendite, popule meus, legem meam ; inclinate aurem vestram in verba oris mei.* Non enim Davidi vel Asapho hæc dicere conveniat : illi quippe legislatores non fuere; neque illud, *Aurem vestram in verba oris mei*, vel Davidem vel Asaphum dicere par erat : neque enim propria verba proferebant, sed divini Spiritus voluntati ministrabant. Ideo *Intellectus* inscribitur, ut intelligamus quis hæc dicat, quis populus ejus, quæ lex; nam videtur alia a lege Moysis esse. Hæc porro solvit Evangelium [98], cum ait : *Hæc omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas, et sine parabola non loquebatur eis; ut impleretur quod dictum erat per prophetam dicentem, Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione.* Per quem prophetam hæc dicta sunt, nisi per hunc Asaphum? Quod non intelligentes quidam adjecerunt Evangelio, *per Isaiam prophetam :* sed in accuratis exemplaribus, sine additamento illo, *per Isaiam*, ita simpliciter dicitur, *ut impleretur quod dictum erat per prophetam dicentem, Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione*, quæ hic habentur, non autem in prophetia Isaiæ. Ex evangelico igitur testimonio Servator et non alius fuerit, qui ex propria persona in præsenti dicit, *Attendite, popule meus, legem meam.* Ut autem intelligamus ipsam esse, inscriptionem *Intellectus*, posuit; ita ut neque psalmus, neque canticum, neque quid simile hæc existimentur esse, sed Christi ad populum suum, sive ad Ecclesiam suam doctrinam, qua de Judaici populi sceleribus verba facit. Populum porro ejus alium esse ab eo qui in sequentibus accusatur intelliget,

[98] Matth. XIII, 34, 35.

(1) Forte, οἰκείᾳ.

[24] Joan. VI, 33. [25] ibid. 35. [26] ibid. 51, 52. [27] Exod. XVI, 6-8. [28] ibid., 13, 14-6. [29] Num. XI, 4. [30] ibid. 30, 34.

οὐκ ἠλαττόνησεν· ὁ τὸ ὀλίγον, συνήγαγε δέκα κόρους. Καὶ ἔψυξεν ἐν τοῖς ψυκτῆρσι κύκλῳ τῆς παρεμβολῆς τὰ κρέα ἢν πρὶν ἢ ἐκλιπεῖν (1). *Καὶ ὠργίσθη Κύριος. Καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, Μνήματα ἐπιθυμίας, ὅτι ἐκεῖ ἔθαψαν τὸν λαὸν τὸν ἐπιθυμητήν*·—εἰκότως οὖν καὶ ἡ μετὰ χεῖρας περικοπὴ διδάσκει ταῦτα λέγουσα· *Ἐπισιτισμὸν ἀπέστειλεν αὐτοῖς εἰς πλησμονὴν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Διδάσκει δὲ, ὡς ἄρα ὑπ' ἀνέμων ἐλαυνόμενα τὰ πτηνὰ κατεφέρετο εἰς τὴν παρεμβολήν. Καὶ κατὰ τὸν Σύμμαχον δὲ εἴρηται· *Ὡς ἦρεν Εὖρον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἐπήγαγεν ἐν τῇ δυναστείᾳ αὐτοῦ Νότον, ὡσεὶ ἄμμον θαλασσῶν πετεινὰ πτερωτά. Καὶ ἐπέβαλεν ἔνδον εἰς τὴν παρεμβολὴν αὐτῶν κύκλῳ τῶν σκηνῶν. Καὶ φαγόντες, ἐνεπλήσθησαν σφόδρα· καὶ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν ἤνεγκεν αὐτοῖς, οὐκ ἀπέστησαν τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν. Ἔτι τῆς βρώσεως αὐτῶν οὔσης ἐν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν, ὀργὴ οὖν Θεοῦ ἐπῆλθεν αὐτοῖς, καὶ ἀπέκτεινε τοὺς λιπαρωτέρους αὐτῶν καὶ τοὺς νεανίσκους τοῦ Ἰσραὴλ ὤκλασε.* Καὶ ταῦτ' ἔπασχον εὐλόγως· ὁ μὲν γὰρ αὐτοῖς εἰς ἔνδειξιν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως παραδόξως καὶ ταῦτα παρεῖχεν· οἱ δὲ ἀπλήστῳ χρώμενοι τῇ κρεωφαγίᾳ, χολερικῷ πάθει διεφθείροντο, μὴ προσέχοντες μὲν τῷ τοῦ παραδόξου θαύματι, μηδὲ δοξάζοντες τὸν παραδοξοποιόν· ὅλοι δὲ τῶν σαρκῶν γιγνόμενοι, διὸ καὶ ἐπεσπῶντο ἑαυτοῖς ὄλεθρον.

A vento impulsa, in castra fuisse delata. Secundum Symmachum vero dicitur : *Qui tulit Eurum de cœlo, et induxit in virtute sua Notum, quasi arenam marium volatilia pennata. Et injecit intus in castra eorum, in circuitu tabernaculorum. Et manducantes saturati sunt valde : et concupiscentiam eorum attulit eis, non abstiterunt a concupiscentia sua. Cum adhuc esca eorum esset in dentibus eorum, ira igitur Dei invasit illos, et occidit pinguiores eorum, et juniores Israelis prostravit.* Hæc porro jure passi sunt. Nam ille quidem ad potentiæ suæ indicium mirabiliter illa suppeditavit; ipsi vero insaturabili carnium comestione usi, intestinorum morbo perierunt : ingenti miraculo non animum adhibentes, nec gloriam tanti prodigii auctori referentes; sed toti carnibus dediti, suam sibi perniciem procurarunt.

B *Ἐν πᾶσι τούτοις ἥμαρτον ἔτι, καὶ οὐκ ἐπίστευσαν ἐν τοῖς θαυμασίοις αὐτοῦ. Καὶ ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι αὐτῶν καὶ τὰ ἔτη αὐτῶν μετὰ σπουδῆς.* Ἐλεγκτικὸς ὢν καὶ κατηγορητικὸς τῆς Ἰουδαίων μοχθηρίας ὁ λόγος, καταρίθμησιν ποιεῖ καὶ τῶν πεπλημμελημένων αὐτοῖς, παριστῶν, ὅτι μὴ μάτην αὐτοὺς τὰ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ μετῆλθεν. Καὶ δὴ διδάσκει, ὡς καὶ μετὰ τὰ προλεχθέντα πάντα, αὔξοντες ἑαυτῶν τὰ κακὰ, ἥμαρτον ἔτι· καὶ ἥμαρτον, ἐπεὶ οὐκ ἐπίστευσαν τοῖς θαυμασίοις αὐτοῦ. Τοιαῦτα γὰρ ὀφθαλμοῖς ὁρῶντες, ἐνικῶντο ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας (2). Εἶτα, *καὶ ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι αὐτῶν.* Δέον γὰρ θεωροὺς γενομένους τῶν τοῦ Θεοῦ μεγαλουργημάτων, ὅλους αὐτοὺς ἀναθεῖναι αὐτῷ· οἱ δὲ θρεμμάτων ἀλόγων δίκην τῇ τῶν σωμάτων προσεῖχον ματαιότητι, ἐν ἀλογίᾳ καὶ ἀνοίᾳ κατηγοροῦντες, καὶ μηδὲν πλέον ἐκ τῶν εἰς αὐτοὺς χορηγουμένων εἰς γνῶσιν Θεοῦ καὶ ψυχῆς σωτηρίαν ποριζόμενοι. Οὕτως οὖν *ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι αὐτῶν*· οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ *τὰ ἔτη αὐτῶν μετὰ σπουδῆς* ἐξέλιπον· κατὰ κοινοῦ γὰρ ἀκουστέον τοῦ, *ἐξέλιπον*· ἀνθ' οὗ πεποίηκεν ὁ Ἀκύλας· *Καὶ συνετέλεσεν ὡς ἀτμὸν τὰς ἡμέρας αὐτῶν, καὶ τὰ ἔτη αὐτῶν κατέσπευσε.* Τοῦ μὲν γὰρ ἐν ματαιότητι τὰς ἡμέρας καταναλίσκοντος καὶ τὰ ἔτη παρατρέχει κατεσπευσμένως· τοῦ δὲ τὰς ἡμέρας ἐν φωτὶ καὶ ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς ἐκτελοῦντος αἱ ἡμέραι οὐκ ἐκλείπουσιν, ἀλλὰ πλήρεις γίνονται, καὶ τὰ ἔτη αὐτοῦ ἐντελῆ τυγχάνει καὶ μεμακρυμμένα. Διὸ κἀκείνοις τοῖς μετὰ τοιαύτας παραδοξοποιίας ἐν ἀπιστίᾳ καταγηράσασιν μάταιος καὶ ἐσπευσμένως παρατρέχων ὁ χρόνος. Αὐτίκα δ' οὖν διὰ μὲν τῶν θαυμάτων καὶ τῶν εἰς αὐτοὺς εὐερ-

VERS. 32, 33. *In omnibus his peccaverunt adhuc, et non crediderunt in mirabilibus ejus. Et defecerunt in vanitate dies eorum, et anni eorum cum festinatione.* Cum sermo in arguenda et incusanda Judæorum improbitate totus sit, eorum scelera enumerat, declaratque non sine causa ipsos iram Dei invasisse. Ac docet, eos post prædicta illa omnia, mala augentes sua, adhuc peccasse : peccasse scilicet quia non crediderunt mirabilia ejus. Cum talia namque ipsis oculis viderent, a concupiscentia sua superabantur. Deinde, *et defecerunt in vanitate dies eorum.* Cum oportuisset enim illos, spectatores nempe prodigiorum Dei, totos sese ipsi committere; illi contra brutorum instar corporis vanitati animum habebant, cum stultitia et insipientia conquerentes, nihilque ex bonis sibi subministratis ad Dei cognitionem et animæ salutem conferentes. Sic itaque *defecerunt in vanitate dies eorum;* neque id tantum, sed etiam *anni eorum cum festinatione* defecerunt : nam illud, *defecerunt*, in communi pro utroque accipiendum. Pro quo Aquila edidit : *Et consummavit quasi vaporem dies eorum, et annos eorum festinare fecit.* Ejus quippe qui in vanitate dies suos transigit, anni festinanter decurrunt; ejus contra qui dies in luce et bonis operibus insumit, dies non deficiunt; sed pleni evadunt, et anni ejus perfecti et diuturni sunt. Quamobrem iis qui post tot patrata miracula, in incredulitate consenuerunt, vitæ tempus vanum est et festinanter decurrit. A miraculis itaque illis, et a collatis sibi beneficiis nihil statim fructus percipiebant; sed per illatam sibi ultionem meliores evadebant. Quare deinde subdit :—VERS 34. *Cum*

(1) *Καὶ ἔψυξεν... τὰ κρέα ἢν πρὶν ἢ ἐκλείπειν.* Phrasis omnino mendosa. Exemplar Vaticanum versionis LXXviralis habet : Καὶ ἔψυξαν ἑαυτοῖς ψυγμοὺς κύκλῳ τῆς παρεμβολῆς. Τὰ κρέα ἔτι ἦν ἐν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν πρινὴ ἐκλείπειν, καὶ Κύριος ἐθυμώθη, κ. τ. λ. EDIT.

(2) Ms. in marg. : *Γρ.* ἀπιστίας.

occideret eos quærebant eum, et revertebantur et diluculo veniebant ad Deum. Verberati quippe et supplicio affecti brutorum jumentorum instar ad verberantis sensum revocabantur (Vers. 35), cum ex recta ratione ad meliorem se frugem non reciperent. Quos sic alloquitur Scriptura : *Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus. In camo et freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te. Multa flagella peccatorum, sperantes autem in Domino misericordia circumdabit* [31].

Vers. 36, 37. *Et dilexerunt eum in ore suo, et lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento ejus.* Cum in sui gratiam miracula ederentur, non credebant : verberati autem et interfecti revertebantur ad Deum. Verum id non sincere præstabant, sed simulate tantum et labiorum tenus Dei laudes celebrabant, nec puro sane animo; ita ut illis hoc dictum conveniat : *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Frustra autem colunt me* [32]. Et ipsi quidem ad tantam improbitatem devenerunt; ille vero boni patris instar, majore erga illos misericordia commotus, propitius erat peccatis eorum, neque tradebat eos in extremam perniciem; imo vero dæmonem exterminatorem, et iræ suæ ministrum ultoremque angelum, qui furor ejus vocabatur, placato Patre suo, ab iisdem avertebat. Quare dictum est :—Vers. 38 *Ipse autem est misericors, et propitius fiet peccatis eorum, et non disperdet. Et abundabit ut avertat iram suam, et non accendet omnem iram suam.* Nam cum eos patienter ferret, nondum in finem illos repudiabat. Secundum Symmachum autem dicitur : *Ipse misericors, propitius peccato, et non disperdens. Et multum avertit iram suam, et non excitavit totum furorem suum.* Ad hæc aliam in eos accusationem instituit dicens : — Vers. 39. *Et recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens et non rediens.* Quia enim *qui adhæret Domino, unus spiritus est,* et, *qui adhæret carni, unum corpus est* [33]; jure carnales et corporeos illos esse ob corporis et voluptatum amorem, et carnem esse factos ait. Ideo dicit : *Recordatus est quia caro sunt.* Quomodo autem caro sint sub hæc explicat his verbis : *Spiritus vadens et non rediens.* Nam spiritus carnis terrenus, mortalis, et ruinæ obnoxius. Tales erant illi tempore diluvii de quibus dicitur : *Non permanebit spiritus meus in hominibus, quia carnes sunt* [34]; ita ut alius sit spiritus divinus initio hominibus inditus; alius vero spiritus carnis. Nam spiritus carnis talis fuerit qualis ille qui in brutis est, spiritus scilicet vadens et non rediens. Ipsum vero proprio nomine *prudentiam carnis* vocat Apostolus, cum ait : *Nam prudentia carnis inimicitia est in Deum : legi enim Dei non subjicitur, neque enim potest. Prudentia vero spiritus, vita et pax* [35]. Sic porro qui incusantur ca-

A γεσιῶν οὐδὲν πλέον ἐκτῶντο πρὸς ὠφέλειαν, διὰ δὲ τῆς μετερχομένης αὐτοὺς ὀργῆς κρείττους ἐγίγνοντο. Διὸ ἑξῆς ἐπιλέγει· *Ὅταν ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, ἐξεζήτουν αὐτὸν, καὶ ἐπέστρεφον καὶ ὤρθριζον πρὸς τὸν Θεόν.* Μαστιζόμενοι γὰρ καὶ κολαζόμενοι, κτηνῶν ἀλόγων δίκην αἴσθησιν ἀνελάμβανον τοῦ τύπτοντος, λόγῳ μὲν ὀρθῷ μὴ σωφρονιζόμενοι· πρὸς οὓς εἶπεν ἂν ὁ λόγος· *Μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις. Ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαι τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σέ. Πολλαὶ αἱ μάστιγες τῶν ἁμαρτωλῶν· τοὺς δὲ ἐλπίζοντας ἐπὶ Κύριον ἔλεος κυκλώσει.*

Καὶ ἠγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτῷ. Ἡ δὲ καρδία αὐτῶν οὐκ εὐθεῖα μετ' αὐτοῦ, οὐδὲ ἐπιστώθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ. Τῶν μὲν παραδόξων ἀπολαύοντες οὐκ ἐπίστευον· μαστιζόμενοι δὲ καὶ ἀποκτεινόμενοι, ἐπέστρεφον πρὸς τὸν Θεόν. Ἀλλ' οὐδὲ B τοῦτο γνησίως ἐποίουν, προσποιήσει δὲ καὶ εἰρωνείᾳ μέχρι χειλέων εὐφημεῖν ἐδόκουν, οὐ μὴν καθαρῷ λογισμῷ τοῦτ' ἔπραττον· ὡς καὶ ἐπ' αὐτῶν ἁρμόττειν τὸ φῆσαν λόγιον· *Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Μάτην δὲ σέβονταί με.* Καὶ αὐτοὶ μὲν εἰς τοσοῦτον ἤλαυνον μοχθηρίας· ὁ δὲ, πατρὸς ἀγαθοῦ δίκην οἶκτον αὐτῶν πλείονα λαμβάνων, ἱλάσκετο ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν, καὶ οὐ παρεδίδου αὐτοὺς εἰς ἐσχάτην διαφθοράν· ἀλλὰ καὶ τὸν φθοροποιὸν δαίμονα καὶ τὸν τῆς ὀργῆς ὑπηρέτην ἄγγελον τιμωρὸν, θυμὸν αὐτοῦ ὀνομαζόμενον, ἀπέστρεφεν ἐξ αὐτῶν, τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα ὑπὲρ αὐτῶν ἱλασκόμενος. Διὸ εἴρηται· *Αὐτὸς δέ ἐστιν οἰκτίρμων καὶ ἱλάσεται ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν, καὶ οὐ διαφθερεῖ. Καὶ πληθυνεῖ τοῦ ἀπο-* C *στρέψαι τὸν θυμὸν αὐτοῦ, καὶ οὐχὶ ἐκκαύσει πᾶσαν τὴν ὀργὴν αὐτοῦ.* Ἔτι γὰρ τότε μακροθυμῶν αὐτοὺς ἔφερεν οὔπω εἰς τέλος αὐτοὺς ἀπωθούμενος. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· Αὐτὸς, φησὶν, *ἐλεήμων, ἐξιλάσκων ἁμαρτίας, καὶ μὴ διαφθείρων. Καὶ ἐπὶ πολὺ ἀπέστρεψεν τὴν ὀργὴν αὐτοῦ, καὶ οὐ διήγειρεν ὅλον τὸν θυμὸν αὐτοῦ.* Ἐπὶ τούτοις ἄλλο τι αὐτῶν κατηγορεῖ λέγων· *Καὶ ἐμνήσθη, ὅτι σάρξ εἰσι, πνεῦμα πορευόμενον καὶ οὐκ ἐπιστρέφον.* Ἐπειδὴ γὰρ *ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι, καὶ ὁ κολλώμενος τῇ σαρκὶ ἓν σῶμα γίνεται,* εἰκότως κρεώδεις τινὰς καὶ σαρκώδεις φησὶν αὐτοὺς γεγονέναι διὰ τὸ φιλήδονον καὶ φιλοσώματον, καὶ οὕτως αὐτοὺς γενέσθαι σάρκας. Διό φησιν· *Ἐμνήσθη ὅτι σάρξ εἰσι.* D Πῶς δὲ σάρκες ἦσαν διασαφεῖ λέγων ἑξῆς· *Πνεῦμα πορευόμενον καὶ οὐκ ἐπιστρέφον.* Τὸ γὰρ πνεῦμα τῆς σαρκὸς τοιοῦτον, γεῶδες καὶ θνητὸν καὶ ἀπολλύμενον. Τοιοῦτοι δέ τινες γεγόνεισαν καὶ οἱ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, περὶ ὧν εἴρητο· *Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας·* ὡς ἑτέρου μὲν ὄντος τοῦ θείου πνεύματος τοῦ κατ' ἀρχὰς ἀνθρώποις ἐμπνευσθέντος, ἑτέρου δὲ τοῦ τῆς σαρκὸς πνεύματος. Τό γέ τοι τῆς σαρκὸς πνεῦμα τοιοῦτον ἂν εἴη, οἷον καὶ τὸ ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις, ὅπερ ἐστὶ

[31] Psal. xxxi, 9, 10. [32] Matth. xv, 8, 9.; Isa. xxix, 13. [33] I Cor. vi, 16, 17. [34] Gen. vi, 3. [35] Rom. viii, 6, 7.

πνεῦμα πορευόμενον καὶ οὐκ ἐπιστρέφον. Ὀνομάζει δὲ αὐτὸ οἰκείῳ ὀνόματι ὁ Ἀπόστολος, φρόνημα σαρκὸς, ἐν οἷς φησι· *Τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς Θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται, οὐδὲ γὰρ δύναται· τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος ζωὴ καὶ εἰρήνη.* Οὕτω δὲ σάρκες οἱ κατηγορούμενοι γεγόνεισαν ἐκ τοῦ φιλοσωματεῖν· ὡς καὶ περὶ αὐτῶν δικαιότατα ἂν εἰρῆσθαι τό· *Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.*

A ro facti sunt, quod corpus diligerent; ut justissime de illis dicatur: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis*[34].

Ποσάκις παρεπίκραναν αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ, παρώργισαν αὐτὸν ἐν γῇ ἀνύδρῳ! Καὶ ἐπέστρεψαν καὶ ἐπείρασαν τὸν Θεὸν, καὶ τὸν Ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ παρώξυναν. Οὐκ ἐμνήσθησαν τῆς χειρὸς αὐτοῦ, ἡμέρας ἧς ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐκ χειρὸς θλίβοντος. Ὡς ἔθετο ἐν Αἰγύπτῳ τὰ σημεῖα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέρατα αὐτοῦ ἐν πεδίῳ Τάνεως. Μετέστρεψεν εἰς αἷμα τοὺς ποταμοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ ὀμβρήματα αὐτῶν ὅπως μὴ πίωσιν. Ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς κυνόμυιαν καὶ κατέφαγεν αὐτοὺς, καὶ βάτραχον καὶ διέφθειρεν αὐτούς. Καὶ ἔδωκε τῇ ἐρυσίβῃ τὸν καρπὸν αὐτῶν, καὶ τοὺς πόνους αὐτῶν τῇ ἀκρίδι. Καὶ ἀπέκτεινεν ἐν χαλάζῃ τὴν ἄμπελον αὐτῶν, καὶ τὰς συκαμίνους αὐτῶν ἐν τῇ πάχνῃ. Καὶ παρέδωκεν εἰς χάλαζαν τὰ κτήνη αὐτῶν, καὶ τὴν ὕπαρξιν αὐτῶν τῷ πυρί. Μετὰ τὰ προλεχθέντα πάντα παρέμενον παραπικραίνοντες, τουτέστι πικρὸν ἑαυτοῖς τὸν Θεὸν καθιστῶντες, χρηστὸν ὄντα τῇ φύσει καὶ ἀγαθὸν καὶ γλυκὺν, τοῖς δὲ τιμωρίας ἀξίοις πικρὸν νομιζόμενον. Οὗτοι γοῦν οἱ ἐν τῇ ἐρήμῳ παρώργισαν αὐτὸν, ἑαυτοῖς τὴν ὀργὴν ἐπισπώμενοι. Καὶ πάλιν ἐπέστρεφον καὶ ἐπείραζον τὸν Θεὸν, καὶ τὸν Ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ παρώξυνον. Καὶ ταῦτα πάντα διέπραττον μὴ ἀναλαμβάνοντες τῇ μνήμῃ τὰς πάλαι δειχθείσας αὐτοῖς παραδόξους δυνάμεις· καθ' ὃν καιρὸν λυτρούμενος αὐτοὺς ἐκ χειρὸς θλίβοντος τοῦ Φαραὼ, ἠλευθέρου τῆς τῶν Αἰγυπτίων δυναστείας, διαφόρως τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν αἰκιζόμενος ἐν τῷ Τάνεως πεδίῳ· ἐν ᾧ πρῶτον ἐγίγνετο ἡ τοῦ ποταμοῦ εἰς αἷμα μεταβολὴ, Αἰγυπτίοις οὖσα τοιαύτη, οὐ μὴν καὶ τοῖς βοηθουμένοις. Ὅθεν καὶ τὰ ὀμβρήματα αὐτῶν, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *αἱ κατάῤῥοιαι αὐτῶν*, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *τὰ ῥεῖθρα αὐτῶν*, μετεβάλλετο εἰς αἷμα. Πᾶσα γὰρ σύστασις ὑδάτων τὰ ὅμοια τῷ ποταμῷ ἔπασχεν. Ἀλλὰ τούτων οὐδεμίαν ἐποιοῦντο μνήμην οἱ κατηγορούμενοι, οὐδὲ τῇ διὰ τῆς κυνομυίας κατ' Αἰγυπτίων πληγῇ προσεῖχον τὸν νοῦν, οὐδὲ τῇ διὰ τῶν βατράχων μάστιγι, οὐδὲ τῇ διὰ τῆς ἐρυσίβης (1)· ἀλλ' οὐδ' ὅπως δι' αὐτοὺς οἱ Αἰγύπτιοι ἀκρίδι καὶ χαλάζῃ, καὶ πάχνῃ καὶ πυρὶ παραδοθέντες ἐκολάζοντο. Τούτων δ' ἔργοις τὴν πεῖραν εἰληφότες, ἀμνήμονες ἁπάντων ἐγίγνοντο. Διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· *Οὐκ ἀνεμιμνήσκοντο τὴν χεῖρα αὐτοῦ, τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τοῦ θλίβοντος· τοῦ ποιήσαντος τὰ σημεῖα αὐτοῦ καὶ τὰ τέρατα αὐτοῦ ἐν Αἰγύπτῳ, ἐν πεδίῳ Τάνεως· τοῦ μεταβαλόντος εἰς αἷμα τοὺς ποταμοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ ῥεῖθρα αὐτῶν, ἵνα μὴ πίωσι· τοῦ ἐπιπέμψαντος αὐτοῖς κυνόμυιαν φα-*

VERS. 40-48. *Quoties exacerbaverunt eum in deserto, in iram concitaverunt eum in terra inaquosa! Et conversi sunt et tentaverunt Deum, et Sanctum Israel exacerbaverunt. Non sunt recordati manus ejus, diei qua redemit eos de manu tribulantis. Sicut posuit in Ægypto signa sua, et prodigia sua in campo Taneos. Convertit in sanguinem flumina eorum, et imbres eorum ne biberent. Misit in eos cœnomyiam et comedit eos, et ranam et disperdidit eos. Et dedit*
B *ærugini fructum eorum, et labores eorum locustæ. Et occidit in grandine vineam eorum, et moros eorum in pruina. Et tradidit grandini jumenta eorum, et possessionem eorum igni.* Post prædicta omnia, exacerbantes, inquit, permanserunt, id est, Deum sibi acerbum constituentes, qui tamen mansuetus natura, bonus et dulcis est; sed ab iis qui supplicio digni sunt acerbus existimatur. Hi igitur qui in deserto irritaverunt eum, sibi iram attraxerunt. Rursumque vertebantur ut tentarent Deum, et Sanctum Israel exacerbarent. Hæc porro omnia agebant quod mirabiles illas sibi olim exhibitas virtutes memoria non repeterent: quo tempore de manu Pharaonis se opprimentis redemit eos, et ab Ægyptiorum dominatu liberavit, variasque inimicis eorum
C inflixit plagas in campo Taneos: ubi primo contigit fluminis in sanguinem mutatio, quæ quidem Ægyptiis talis erat, non autem iis qui juvabantur. Quare imbres quoque eorum, sive secundum Aquilam, *fluxus eorum*; sive secundum Symmachum, *alvei eorum*, in sanguinem vertebantur. Omnis quippe aquarum collectio, paria flumini passa est. At ii qui accusantur, nullam eorum memoriam retinebant, neque animo repetebant cœnomyiæ plagam Ægyptiis immissam, non ranarum neque æruginis flagellum; sed neque qua ratione illorum gratia Ægyptii locustæ, grandini, pruinæ et igni traditi castigabantur. Horum experimentum cum opere cepissent, immemores tamen omnium erant. Quare secundum Symmachum dictum est: *Non sunt re-*
D *cordati manus ejus, diei qua liberavit eos de tribulante, ejus qui fecit signa sua et prodigia sua in Ægypto, in campo Taneos; qui immutavit in sanguinem flumina eorum, et alveos eorum ut non biberent; qui misit ipsis cœnomyiam ad comedendum eos, et ranam ad disperdendum eos; qui dedit ærugini fructus eorum et labores eorum locustæ; qui occidit in grandine vineam eorum, et sycomoros eorum in verme; qui tradidit pesti jumenta eorum, et possessiones eorum avibus.* Pro illo autem, *ærugini*, Symmachus

[34] Psal. XLVIII, 21.

(1) Ms. ἐρισύβης.

similiter *myzetæ*, sive *ærugini*; Aquila autem, *brucho*, interpretati sunt; ac rursum pro illo, *pruinæ*, Symmachus, *vermi*, Aquila, *in glacie*, edidit. Hæc porro a Moyse prætermissa hic enarrantur : videtur autem ærugo et myzetes, idem esse qui a Moyse cinips vocatur. Nam cum Moysis Scriptura decem plagas memoret; hic sermo, sanguinem, ranas, cœnomyiam, locustam, grandinem, jumentorum mortem, primogenitorum obitum, recensuit; non autem ciniphes, non tumores, non tenebras; pro illis autem æruginem dixit et pruinam; quorum loco, myzeten aut bruchum, vermem aut glaciem reliqui interpretati sunt.

A *γεῖν αὐτοὺς, καὶ βάτραχον διαφθεῖραι αὐτούς· τοῦ δόντος τῷ μυζήτῃ τὰ γεννήματα αὐτῶν, καὶ τοὺς κόπους αὐτῶν τῇ ἀκρίδι· τοῦ ἀποκτείναντος ἐν χαλάζῃ τὴν ἄμπελον αὐτῶν καὶ τὰς συκομόρους αὐτῶν ἐν σκώληκι· τοῦ ἐκδόντος λοιμῷ τὰ κτήνη αὐτῶν, καὶ τὰ κτήματα αὐτῶν οἰωνοῖς.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *τῇ ἐρυσίβῃ* (1), ὁ μὲν Σύμμαχος ὁμοίως *τῷ μυζήτῃ*, ὁ δὲ Ἀκύλας *τῷ βρούχῳ*, ἡρμήνευσε· καὶ πάλιν ἀντὶ τοῦ, *τῇ πάχνῃ*, ὁ μὲν Σύμμαχος *τῷ σκώληκι*, ὁ δὲ Ἀκύλας *ἐν κρύει*, ἐκδεδώκασι. Σεσιωπημένα δὲ ταῦτα παρὰ Μωσεῖ τὸ παρὸν λόγιον ἐδίδαξεν. Ἔοικε δὲ ἡ ἐρυσίβη καὶ ὁ μυζήτης αὐτὸς εἶναι ὁ παρὰ Μωσεῖ κεκλημένος κνίψ. Τῆς γὰρ Μωσέως Γραφῆς μνημονευούσης δέκα πληγῶν, ὁ παρὼν λόγος τοῦ αἵματος ἐμνημόνευσε καὶ τῶν βατράχων καὶ τῆς κυνομυίας καὶ τῆς ἀκρίδος καὶ τῆς χαλάζης, καὶ τοῦ θανάτου τῶν κτηνῶν, καὶ τοῦ θανάτου τῶν πρωτοτόκων· σκνιπῶν τε (*sic*) οὐκ ἐμνήσθη, οὐδὲ τῶν φλυκτανῶν, οὐδὲ τοῦ σκότους· ἀντὶ δὲ τούτων ἐρυσίβην εἶπε καὶ πάχνην· ἀνθ' ὧν μυζήτην ἢ βροῦχον, ἢ σκώληκα, ἢ κρύος οἱ λοιποὶ ἡρμήνευσαν.

VERS. 49-51. *Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem et iram et tribulationem, immissionem per angelos malos. Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit a morte animabus eorum, et jumenta eorum in morte conclusit. Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.* Præter ea quæ superius dicta sunt, hæc etiam contra Ægyptios pro salute populi operatus Deus est : *Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem et iram et tribulationem.* Cum autem ira et indignatio frequenter memoretur, hic sermo hujus vocis significationem in sequentibus aperit dicens, *Immissionem per angelos malos*; sive secundum Symmachum, *Immissionem angelorum mala inferentium.* Nam angelorum mala inferentium immissio, secundum humanum cogitandi morem ira et indignatio Dei esse putatur. Non enim iræ commotionem in Deo existimare consentaneum est; sed supplicia impiis justo Dei judicio per immissionem angelorum, qui ad hoc deputati sunt, inflicta, ira et indignatio vocantur. Cæterum cum Ægyptiis immissiones angelorum mala inferentium factæ fuissent, ipse viam fecit semitæ iræ suæ, secundum Symmachum vero, *stravit callem iræ suæ.* Hisque traditum populo tempore illatæ Ægyptiis vindictæ mysticum cultum subindicare mihi videtur. Tunc enim jubetur Paschæ festum celebrari, et immolari agnum ad symbolum Agni Dei pro hominibus immolandi, inungique sanguine superliminaria domorum, ut hoc conspecto, exterminator abstineret a damno hoc agentibus inferendo. Scriptum est enim : *Et transibit Dominus ad percutiendum Ægyptios, et videbit sanguinem in superliminari et in utroque poste. Et pertransibit Dominus januam, et non permittet ingredi exterminatorem in domos vestras ad percutiendum* [37].

B *Ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς ὀργὴν θυμοῦ αὐτοῦ, θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλῖψιν, ἀποστολὴν δι' ἀγγέλων πονηρῶν. Ὡδοποίησε τρίβον τῇ ὀργῇ αὐτοῦ, οὐκ ἐφείσατο ἀπὸ θανάτου τῶν ψυχῶν αὐτῶν, καὶ τὰ κτηνὴ αὐτῶν εἰς θάνατον συνέκλεισε. Καὶ ἐπάταξε πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, ἀπαρχὴν παντὸς πόνου αὐτῶν ἐν τοῖς σκηνώμασι Χάμ.* Πρὸς τοῖς λεχθεῖσι καὶ ταῦτα κατὰ τῶν Αἰγυπτίων ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τοῦ λαοῦ ὁ Θεὸς εἰργάζετο· *Ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς ὀργὴν θυμοῦ αὐτοῦ, θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλῖψιν.* Πολλαχοῦ δὲ τῆς ὀργῆς ὀνομαζομένης καὶ τοῦ θυμοῦ, ὁ παρὼν λόγος τὴν διάνοιαν ἑρμηνεύει τῆς τοιαύτης φωνῆς ἑξῆς ἐπιλέγων· *Ἀποστολὴν δι' ἀγγέλων πονηρῶν*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Ἐπαποστολὴν ἀγ-* C *γέλων κακούντων.* Ἡ γὰρ τῶν κακούντων ἀγγέλων ἐπαποστολὴ ὡς πρὸς ἀνθρώπους ἐνομίζετο θυμὸς εἶναι καὶ ὀργὴ Θεοῦ. Οὐ γὰρ δὴ πάθος εἶναι ὀργῆς περὶ τὸν Θεὸν προσήκει νομίζειν· τὰς δὲ κατὰ τῶν ἀσεβῶν τιμωρίας κρίσει δικαίᾳ Θεοῦ δι' ἀποστολῆν ἀγγέλων τῶν εἰς τοῦτο τεταγμένων γιγνομένας ὀργὴν καὶ θυμὸν καλεῖσθαι. Πλὴν ἀλλὰ τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπαποστολῆς ἀγγέλων κακούντων γενομένης, αὐτὸς ὡδοποίησε τρίβον τῇ ὀργῇ αὐτοῦ· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *διέστρωσε ἀτραπὸν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ.* Καί μοι δοκεῖ διὰ τούτων αἰνίττεσθαι τὴν παραδοθεῖσαν τῷ λαῷ μυστικὴν λατρείαν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐπελθούσης τοῖς Αἰγυπτίοις ὀργῆς. Τότε γὰρ διάταττεται τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν ἐπιτελέσαι, θύσαντας μὲν πρό- D βατον κατὰ σύμβολον τοῦ μέλλοντος ὑπὲρ ἀνθρώπων τυθήσεσθαι Ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ, χρίσαντας δὲ ἑαυτῶν τὰς φλιὰς τῶν οἴκων τῷ αἵματι· ὡς ἄν, τοῦτο θεασάμενος ὁ ὀλοθρευτής, ἀναχωρήσειε τῆς κατὰ τῶν τοῦτο πραξάντων ἐπιβολῆς. Γέγραπται γοῦν· *Καὶ παρελεύσεται Κύριος πατάξαι τοὺς Αἰγυπτίους· καὶ ὄψεται τὸ αἷμα ἐπὶ τῆς φλιᾶς, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν σταθμῶν. Καὶ παρελεύσεται Κύριος τὴν θύραν· καὶ οὐκ ἀφήσει τὸν ὀλοθρεύοντα εἰσελθεῖν εἰς τὰς οἰκίας ὑμῶν πατάξαι.*

Sed illis quidem viam paravit ut effugerent iram

Ἀλλὰ τούτοις μὲν ὡδοποίησε τρίβον πρὸς τὸ ἐκ-

[37] Exod. XII, 23.

(1) Ms. ἐρισύβη.

φυγεῖν τὴν ὀργὴν αὐτοῦ· τῶν δὲ Αἰγυπτίων οὐκ ἐφείσατο· παρεδίδου δὲ εἰς θάνατον τὰς ψυχὰς αὐτῶν, ἀξίων ὄντων τῆς τοιαύτης τιμωρίας· ἐπειδήπερ, ἀσεβείαις ἐκδεδομένοι καὶ τῇ πολυθέῳ καὶ Αἰγυπτιακῇ δεισιδαιμονίᾳ, ἄλλῳ θανάτῳ τὰς ψυχὰς ἐτύγχανον βεβαπτισμένοι. Διόπερ ὁ παρὼν λόγος οὐ κοινὸν θάνατον ἐπεληλυθέναι αὐτοῖς διδάσκει, ἀλλὰ ψυχῶν θάνατον. Ὁ γὰρ ὀλοθρευτής, ᾧ παρεδόθησαν, ἅμα τῇ τοῦ σώματος διαλύσει, τὰς ψυχὰς αὐτῶν παρελάμβανεν, εἰς ὄλεθρον αὐτὰς ἀπάγων. Διὸ καὶ αὖθις γέγραπται· *Οὐκ ἐφείσατο ἀπὸ θανάτου τῶν ψυχῶν αὐτῶν*. Εἶτα διασαφεῖ λέγων ἑξῆς· *Καὶ ἐπάταξε πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, ἀπαρχὴν τῶν πόνων αὐτῶν*. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἀπαρχὴν τῶν πόνων αὐτῶν ἐν τοῖς σκηνώμασι Χάμ*· ὁ Σύμμαχος· *Πρωτεῖον δυνάμεων αὐτῶν*, ἡρμήνευσε. Τὰ γὰρ πρωτότοκα καὶ πρωτεῖον ἦν τῆς δυνάμεως τῶν γεννησάντων. Διὰ μὲν οὖν τῶν πρώτων πληγῶν, ὥσπερ εἰς μετάνοιαν αὐτοὺς προσκαλούμενος διὰ τῆς ἀνοχῆς καὶ μακροθυμίας, πεφεισμένως αὐτοῖς ἐπῆγε τὰς τιμωρίας. Ἐπὶ τέλει δὲ οὐκ ἐφείσατο ἀπὸ θανάτου τῶν ψυχῶν αὐτῶν· ἀλλὰ καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν εἰς θάνατον συνέκλεισεν. Ἐπεὶ καὶ πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτῳ ἀνῃρεῖτο, κτηνῶν τε καὶ ἀνδρῶν. Σφόδρα δὲ ἀκριβῶς ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων θανάτῳ φησὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν παραδεδόσθαι· ἦν γὰρ ὁ ὀλοθρευτὴς δαίμων, ὁ τὰς ψυχὰς αὐτῶν καὶ μετὰ θάνατον παραλαμβάνων· ἐπὶ δὲ τῶν κτηνῶν οὐκέτι ψυχῶν ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ μόνου τοῦ κοινοῦ καὶ σωματικοῦ θανάτου· οὐ γὰρ μετέχει ψυχῆς τὰ κτήνη τῆς μετὰ τὴν τοῦ σώματος λύσιν παραμενούσης ὁμοίως ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς. Τὴν δὲ αὐτὴν ἱστορίαν διαφόρως Μωσῆς τε καὶ ὁ παρὼν λόγος ἡρμήνευσεν· ὁ μὲν ὀλοθρευτὴν εἰπὼν διακονῆσαι τὸν θάνατον τῶν πρωτοτόκων· ὁ δὲ παρὼν λόγος δι' ἀγγέλων πονηρῶν ταῦτα γεγονέναι. Κἀκεῖ μὲν ὁ Μωσῆς τῷ αἵματι κεχρῖσθαι τὰς φλιάς, καὶ τοῦτο φυλακτήριον γεγονέναι τῶν διαφυγόντων τὸν ὀλοθρευτήν· ἐνταῦθα δὲ ὡδοποιηκέναι τρίβον εἴρηται ὁ Θεὸς πρὸς τὸ ἀποφυγεῖν τὴν ὀργὴν αὐτοῦ. Ταῦτα δέ, φησί, συνετελεῖτο ἐν τοῖς σκηνώμασι Χάμ· ἤ, *ἐν ταῖς σκηνώσεσι Χάμ*, κατὰ τὸν Σύμμαχον· ἤ, *ἐν ταῖς σκέπαις Χάμ*, κατὰ τὸν Ἀκύλαν. Δι' ὧν διδασκόμεθα τὴν Αἴγυπτον γεγονέναι σκηνώματα τοῦ Χάμ. Τριῶν γὰρ παίδων τοῦ Νῶε γενομένων, Σήμ, Χάμ, Ἰάφεθ, ὁ Χὰμ γέγονε πατὴρ τοῦ Χαναάν, Χαναὰν δὲ πατὴρ τοῦ Μεσραΐμ, ὃς ἦν Αἴγυπτος, ἀφ' οὗ Αἰγύπτιοι πάντες· ὥστ' εἰκότως τὴν τῶν Αἰγυπτίων χώραν σκηνώματα τοῦ προπάτορος τοῦ Μεσραῒμ εἰρῆσθαι. Οὗτος δὲ ἦν ὁ Χὰμ τὴν Αἴγυπτον πρῶτος οἰκήσας.

Καὶ ἀπῆρεν ὡς πρόβατα τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. Μετὰ τὴν κατὰ τῶν Αἰγυπτίων δεκάτην πληγήν, ὅπως τὴν ἀπ' Αἰγύπτου πορείαν πεποίηνται διδάσκει φάσκων· *Καὶ ἀπῆρεν ὡς πρόβατα τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἀνήγαγεν αὐτοὺς καὶ ὡσεὶ ποίμνιον ἐν ἐρήμῳ. Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐν ἐλπίδι, καὶ οὐκ ἐδειλίασαν*. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν· *Καὶ καθωδήγησεν αὐτοὺς εἰς πεποίθησιν, καὶ οὐκ ἐπτοήθησαν*· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Ὡδή-*

suam : Ægyptiis vero non pepercit; verum in mortem tradidit animas eorum, dignorum sane tali supplicio, quia impietatibus et Ægyptiacæ multorum deorum superstitioni dediti, alia in morte, animæ scilicet, demersi erant. Quare hic non communem mortem ipsis illatam esse docetur; sed mortem animarum. Nam exterminator ille, cui traditi sunt, statim atque corpora dissoluta sunt, animas abripuit, in perniciem abducens eas. Quare rursum scribitur, *Non pepercit a morte animabus eorum*. Postea vero hæc declarat : *Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum*. Pro illo autem, *primitias laboris eorum in tabernaculis Cham*, Symmachus, *primitias virtutis eorum*, interpretatus est. Nam primogenita, primitiæ virtutis gignentium erant. Per primas itaque plagas quasi ad pœnitentiam ipsos evocans, per patientiam et tolerantiam suam, paulatim ipsis supplicia inferebat. In fine vero non pepercit a morte animabus eorum; sed etiam jumenta eorum in morte conclusit. Nam omne primogenitum in terra Ægypti occidebatur, tam jumentorum, quam hominum. Sed accurate admodum de hominibus quidem ait animas eorum morti traditas fuisse : aderat quippe dæmon exterminator, qui animas etiam eorum post mortem abriperet. Cum de jumentis porro agitur, non ultra animas commemorat; sed solum communem et corporalem mortem : jumenta siquidem non animas habent, quæ post corporis solutionem maneant, perinde atque hominum animæ. Hanc vero ipsam historiam diverso modo Moyses et hic psalmus enarrant. Nam ille quidem dixit exterminatorem primogenitorum morti ministrasse; hic vero sermo per angelos malos hæc facta fuisse narrat. Atque illic quidem Moyses sanguine superliminaria uncta fuisse narrat, et hoc signum fuisse ad tutelam eorum qui ab exterminatore effugerunt; hic vero Deus viam fecisse dicitur et semitam, ut effugerent iram suam. Hæc porro, inquit, in tabernaculis Cham effecta sunt, sive secundum Symmachum, *in habitationibus Cham*; sive secundum Aquilam, *in tectis Cham*. Queis edocemur Ægyptum fuisse tabernacula Cham. Cum enim Noæ tres filii fuerint, Sem, Cham, Japhet; Cham fuit pater Chanaan; Chanaan vero pater Mesraim, qui erat Ægyptus; a quo Ægyptii omnes; ita ut jure Ægyptiorum regio tabernacula avi Mesraim esse dicatur. Hic porro Cham erat, qui primus Ægyptum incoluit.

VERS. 52, 53. *Et abstulit sicut oves populum suum*, etc. Post decimam Ægyptiorum plagam, quomodo exitus ex Ægypto contigerit his verbis docet : *Et abstulit sicut oves populum suum, et perduxit eos tanquam gregem in deserto : et deduxit eos in spe et non timuerunt*; secundum Aquilam vero : *Et deduxit eos in fiducia, et non territi sunt*; secundum Symmachum, *Deduxit eos sine timore et terrore ; et inimicos eorum operuit mare*. Et hæc

quidem ante eorum in deserto commorationem gesta sunt; neque enim sermo serie rerum utitur; sed utpote in hymno et cantico præpostere res enarrat. Quare cum ea quæ ipsis in deserto contigerant, et peccata quæ in solitudine admiserant, quotiesque ipsum exacerbaverant enarrasset; postea priorum mentionem facit, ut sermonem non tristibus, sed Dei beneficiis circumscribat. Quapropter sub hæc rebus a Deo in Ægypto gestis, et maris Rubri transitui addit illud :—Vers. 54, 55. *Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem hunc quem acquisivit dextera ejus.* Hic ea quæ in deserto contigerant silentio mittit, quia eorum recensionem præmiserat. Mons autem quinam, nisi Sionis, in quo Jerusalem sub hæc post Asaphi et Davidis tempora structa est? Deinde narrationem resumit ita loquens : *Et ejecit a facie eorum gentes, et sorte divisit eis terram in funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.* Postquam ingressum in terram promissionis memoravit, et quomodo occupaverint montem Sion, quem longis postea temporibus David, pulsis gladio Jebusæis obtinuit; historiam resumit, compendio narrans, quomodo post mortem Moysis, duce Jesu filio Nave, transierint in terram promissionis, et alienigenas bello ab se devictos a regione exegerint, et funiculo dimensam terram sorte diviserint. Deinde ipsos iterum coarguit (Vers. 56-58), dicens eos prioribus in deserto admissis peccatis nova mala addidisse : ac postquam terram obtinuissent, Deum excelsum ibi iterum tentasse et exacerbasse, et testimonia ejus per Moysem sibi tradita non custodisse; sed sese avertisse ac despexisse quemadmodum patres eorum, et versos fuisse in arcum pravum. Nam cum oportuisset inimicos Dei et adversarias sibi potestates telis impetere et confodere; ipsi idolis dediti Deum blasphemis et nefariis verbis impetivere. Quare facti sunt in arcum pravum : quod sub initium declaratum his verbis est : *Filii Ephraim intendentes et mittentes arcubus, conversi sunt in die belli.* Quomodo autem conversi fuerint in arcum pravum declarat postea dicens : *Et irritaverunt eum in collibus, et in sculptilibus suis ad æmulationem provocaverunt eum.*

A *γησεν αὐτοὺς ἀφόβους καὶ ἀπτοήτους· καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐκάλυψεν ἡ θάλασσα.* Καὶ ταῦτα μὲν πρότερα ἦν τῆς κατὰ τὴν ἔρημον διατριβῆς· οὐ μὴν καὶ ὁ λόγος τῇ τάξει κέχρηται τῶν πεπραγμένων· ὡς ἐν ὕμνῳ δὲ καὶ ᾠδῇ τὰ δεύτερα πρῶτα τίθησι καὶ τὰ πρῶτα δεύτερα. Διὸ τὰ κατὰ τὴν ἔρημον συμβάντα, καὶ ὅσα ἥμαρτον ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ὁσάκις παρεπίκραινον προδιηγησάμενος, μετὰ ταῦτα τὴν τῶν πρώτων μνήμην ποιεῖται, ὡς ἂν τὸν λόγον περιγράψειε μὴ εἰς λυπηρά, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίαις. Διόπερ ἑξῆς ἐπισυνάπτει τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πεπραγμένοις, καὶ τῇ διόδῳ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, τὸ, *Καὶ εἰσήγαγεν αὐτοὺς εἰς ὄρος ἁγιάσματος αὐτοῦ, ὄρος τοῦτο ὃ ἐκτήσατο ἡ δεξιὰ αὐτοῦ·* τὰ κατὰ τὴν ἔρημον ἐνταῦθα B ἀποσιωπήσας, διὰ τὸ προειληφέναι αὐτῶν τὴν διήγησιν. Ὄρος δὲ ποῖον ἢ τὸ Σιών, ἐφ' ᾧ Ἱερουσαλὴμ (1) ὕστερον μετὰ τοὺς χρόνους τοῦ Ἀσὰφ καὶ τοῦ Δαυῒδ ᾠκοδομήθη; εἶτ' ἐπαναλαμβάνει τὴν διήγησιν διὰ τῶν ἑξῆς λέγων· *Καὶ ἐξέβαλεν ἀπὸ προσώπου αὐτῶν ἔθνη, καὶ ἐκληροδότησεν αὐτοὺς ἐν σχοινίῳ κληροδοσίας. Καὶ κατεσκήνωσεν ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν τὰς φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ.* Μνημονεύσας τῆς εἰσόδου τῆς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ὡς ἀπειλήφασι τὸ ὄρος τὸ Σιών, ὅπερ μακροῖς ὕστερον χρόνοις ἐκτήσατο Δαυῒδ ἐν ῥομφαίᾳ τὸν Ἰεβουσαῖον ἐλάσας, ἐπαναλαμβάνει τὴν ἱστορίαν ἐπιτεμνόμενος, ὡς μετὰ τὴν τελευτὴν Μωσέως, ἡγουμένου αὐτῶν Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, παρῆλθον εἰς τὴν γῆν C τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ὡς ἐξέβαλον τοὺς ἀλλοφύλους πολέμῳ κρατήσαντες τῆς χώρας, καὶ ὡς κλήρῳ διείλαντο σχοίνῳ μετρήσαντες τὴν γῆν. Εἶτ' αὖθις αὐτῶν κατηγορεῖ, διδάσκων, ὡς πρὸς τοῖς ἡμαρτημένοις κατὰ τὴν ἔρημον προσθήκας κακῶν ἐποιήσαντο· καὶ μετὰ τὸ κτήσασθαι τὴν γῆν, ἐπείρασαν πάλιν ἐνταῦθα καὶ παρεπίκραναν τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον, καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ τὰ διὰ Μωσέως αὐτοῖς παραδεδομένα οὐκ ἐφύλαξαν· ἀλλ' ἀπέστρεψαν καὶ ἠθέτησαν, καθὼς οἱ πατέρες αὐτῶν, καὶ μετετέθησαν εἰς τόξον στρεβλόν. Δέον γὰρ τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ καὶ τὰς πολεμίους αὐτῶν δυνάμεις τὰς ἀντικειμένας τοξεύειν καὶ βάλλειν, οἱ δὲ εἰδωλολατρήσαντες τὸν Θεὸν ἔβαλλον βλασφήμοις καὶ ἀθεμίτοις λόγοις. Διὸ γεγόνασιν εἰς τόξον στρεβλόν· ὃ δὴ κατ' ἀρχὰς ἐδήλου τὸ λόγιον φῆσαν· *Υἱοὶ Ἐφραῒμ ἐντείνοντες καὶ βάλλοντες τόξοις, ἐστράφησαν ἐν ἡμέρᾳ πολέμου.* Πῶς δὲ ἐστράφησαν εἰς τόξον στρεβλὸν διασαφεῖ λέγων ἑξῆς· *Καὶ παρώργισαν αὐτὸν ἐν τοῖς βουνοῖς* (2) *καὶ ἐν τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν παρεζήλωσαν αὐτόν.*

Vers. 59. *Audivit Deus et sprevit, et ad nihilum redegit valde Israel.* Postquam mala ab ipsis etiam in terra promissionis perpetrata recensuit, justum Dei judicium postea declarat, comprobatque jure eos post prædicta omnia ira Dei invasos fuisse. Nam cum versi sunt in arcum pravum, et cum *irritaverunt eum in collibus suis, et in sculptilibus suis ad æmulationem provocaverunt eum;* tunc Deus nec ipsos intueri, tales scilicet cum essent, nec in eos respicere; imo vero neque impiam eorum vocem

D *Ἤκουσεν ὁ Θεὸς καὶ ὑπερεῖδε, καὶ ἐξουδένωσε σφόδρα τὸν Ἰσραήλ.* Καταλέξας καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας πεπραγμένα αὐτοῖς κακά, παρίστησιν ἑξῆς τὴν δικαιοκρισίαν τοῦ Θεοῦ, δεικνύς, ὡς εὐλόγως μετὰ πάντα τὰ προλελεγμένα μετῆλθεν αὐτοὺς ἡ ὀργή. Ὅτε γὰρ ἐστράφησαν εἰς τόξον στρεβλόν, καὶ ὅτε *παρώργισαν αὐτὸν ἐν τοῖς βουνοῖς αὐτῶν, καὶ ἐν τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν παρεζήλωσαν αὐτόν,* τὸ τηνικαῦτα οὐδὲ ἐμβλέπειν αὐτοὺς ὁ Θεὸς τοιούτους ὄντας, ἀλλ' οὐδὲ ὁρᾷν ἠξίου· ἀλλ' οὐδὲ ἀκούειν αὐτῶν

(1) F. τὸ ἱερόν.

(2) Γρ. βωμοῖς.

τῆς ἀσεβοῦς φωνῆς. Διὸ ἐπιλέγει· *Ἤκουσεν ὁ Θεὸς* A *καὶ ὑπερίδε*, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *καὶ ἀνυπερθέτησε*· μηκέτι ἀναβολὴν μηδὲ ὑπέρθεσιν αὐτοῖς ἐνδούς· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Καὶ ἀπεδοκίμασε σφόδρα τὸν Ἰσραήλ*. Οὕτως δὲ ἤκουσεν ὁ Θεὸς, ὡς καὶ ἐπὶ Σοδομιτῶν εἴρητο· *Φωνὴ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας βοᾷ πρός μέ*. Τῶν γὰρ ἀσεβῶν αὐτὰ κέκραγε καὶ βοᾷ τὰ τῆς ἀσεβείας πράγματα· ὧν ἀκούσας ὁ Θεὸς *ἀπώσατο τὴν σκηνὴν Σηλὼμ, σκήνωμα οὗ κατεσκήνωσεν ἐν ἀνθρώποις*. Ἐν γὰρ τῇ Σηλὼμ πρῶτον ἔστη ἡ σκηνὴ, ἔνθα ἱερᾶτο Ἡλεὶ καὶ Σαμουὴλ, ὡς παρίστησιν ἡ Γραφὴ τῶν Βασιλειῶν. Ταύτην οὖν ἀπώσατο πρώτην τὴν ἐν Σηλὼμ σκήνωσιν διὰ τὰς ἀσεβείας αὐτῶν. Διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· *Καὶ ἀπέῤῥιψε τὴν σκήνωσιν τὴν Σηλὼμ, καὶ τὴν σκήνωσιν τὴν ἱδρυθεῖσαν ἐν ἀνθρώποις*. B Ὅπως δὲ τοῖς ἀνθρώποις παρεδόθη ἡ κιβωτὸς διὰ τὰ ἀσεβήματα τοῦ λαοῦ, καὶ ὡς ἐκράτησαν αὐτῆς οἱ πολέμιοι, ἀπήγαγόν τε παρ' ἑαυτοῖς, καὶ ὡς οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐτροπώθησαν, καὶ ὡς οἱ υἱοὶ Ἡλεὶ πεπτώκασιν, οἱ ἱερεῖς ὄντες, ὅ τε τούτων πατὴρ ὡς ἀπώλετο ἐπὶ τῇ τῶν παίδων ἀγγελίᾳ, ἡ πρώτη παρίστησι τῶν Βασιλειῶν. Διὸ εἴρηται ἐνταῦθα· *Καὶ ἀπώσατο τὴν σκηνὴν Σηλῶ, σκήνωμα οὗ κατεσκήνωσεν ἐν ἀνθρώποις. Καὶ παρέδωκεν εἰς αἰχμαλωσίαν τὴν ἰσχὺν αὐτῶν*. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *τὴν ἰσχὺν αὐτῶν*, *τὸ κράτος αὐτῶν* ἡρμήνευσεν ὁ Ἀκύλας. Κράτος δὲ αὐτῶν καὶ ἰσχὺν καὶ καλλονὴν, εἰς αἰχμαλωσίαν καὶ εἰς χεῖρας θλίβοντος παραδοθέντα τίνα ἂν εἴποις ἢ τὴν κιβωτὸν, ἣν ὁ παρὼν αἰνίττεται λόγος φάσκων· C *Καὶ παρέδωκεν εἰς αἰχμαλωσίαν τὴν ἰσχὺν αὐτῶν, καὶ τὴν καλλονὴν αὐτῶν εἰς χεῖρας ἐχθροῦ;* Ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρέδωκεν εἰς χεῖρας ἐχθροῦ, τὸν δὲ λαὸν συνέτριψεν ἐν ῥομφαίᾳ. Διὸ λέλεκται κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Καὶ ἐξέδωκεν εἰς μάχαιραν τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ ὑπερίδεν*· καὶ δὴ ὑπεριδόντος αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ, τὰ ἑξῆς ἐγίνετο. Τίνα δὲ ταῦτα; *Τοὺς νεανίσκους αὐτῶν κατέφαγε πῦρ, καὶ αἱ παρθένοι αὐτῶν οὐκ ἐπενθήθησαν*. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, *Οὐχ ὑπεμνήσθησαν*· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Οὐκ ἐπῃνέθησαν*. Οὐκέτι γὰρ μετὰ ὕμνων καὶ ἐπαίνων συνήθως ταῖς γαμουμέναις παρεδίδοντο ἀνδράσι, κατὰ τὴν τῶν λοιπῶν ἑρμηνείαν, διὰ τὴν καταλαβοῦσαν αὐτοῖς (1) τότε συμφοράν. Κατὰ δὲ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα ἔκδοσιν, D αἰχμάλωτοι ἀπαχθεῖσαι, ἐν τῷ θνήσκειν αὐτὰς οὐκ εἶχον τοὺς πενθοῦντας, διὰ τὸ μὴ παρεῖναι αὐτοῖς τοὺς προσήκοντας· ἀλλὰ καὶ *οἱ ἱερεῖς αὐτῶν ἐν ῥομφαίᾳ ἔπεσαν* (οὗτοι δ' ἦσαν οἱ τοῦ Ἡλεὶ υἱοί), *καὶ αἱ χῆραι δὲ αὐτῶν οὐ κλαυσθήσονται*. Καὶ ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βασιλειῶν, ὅπως, τῶν υἱῶν Ἡλεὶ πεσόντων ἐν τῷ πολέμῳ, αἱ τούτων γυναῖκες, χῆραι καταλειφθεῖσαι, δεινὸν ὑπέμειναν θάνατον. Διὸ λέλεκται κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Καὶ αἱ χηρευθεῖσαι αὐτῶν οὐκ ἔκλαυσαν*· οὐδὲ γὰρ ὑπέστησαν, ὥστε κλαῦσαι· συναπώλοντο δὲ καὶ αὗται τοῖς τικτομένοις κατὰ τὴν φάσκουσαν ἱστορίαν·

audire dignabatur. Quamobrem subdit, *Audivit Deus et sprevit*, secundum Aquilam vero, *Et non distulit*, nullum spatium neque dilationem illis concedens; secundum Symmachum vero, *Et reprobavit valde Israel*. Sic autem audivit Deus, ut de Sodomitis dicitur: *Vox Sodomorum et Gomorrhæ clamat ad me* [38]. Impiorum enim vel ipsa impia gesta clamant et vociferantur. — Vers. 60. Quæ audiens Deus *repulit tabernaculum Silom, tabernaculum ubi habitavit in hominibus*. Nam in Silom primum stetit tabernaculum, in qua sacrorum antistites erant Heli et Samuel, ut declarat Scriptura Regnorum [39]. Hoc itaque primum in Silom statutum tabernaculum propter impietates eorum repulit. Quare secundum Symmachum dicitur: *Et abjecit tabernaculum Silom, et tabernaculum firmatum in hominibus*. Quomodo autem hominibus tradita fuerit arca ob impietates populi, et quomodo inimici ceperint illam, abduxerintque secum; filii vere Israel in fugam versi sint, filii Heli qui sacerdotes erant ceciderint, eorumque pater, accepto de filiis nuntio, perierit, narrat primus Regnorum liber. Quapropter hic dicitur: *Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum ubi habitavit in hominibus*. — Vers. 61. *Et tradidit in captivitatem virtutem eorum*. Pro illo autem, *virtutem eorum*, Aquila, *robur eorum*, interpretatus est. Robur autem, virtutem et pulchritudinem, in captivitatem et in manus inimici tradita, quæ dixeris esse, nisi arcam, quam hic sermo subindicat dicens, *Et tradidit in captivitatem virtutem eorum, et pulchritudinem eorum in manus inimici?*—Vers. 62-64. Sed hæc quidem tradidit in manus inimici, populum vero contrivit gladio. Ideo secundum Symmachum dicitur: *Et tradidit in machæram populum suum et hæreditatem suam sprevit*. Deo autem ipsos spernente, ea quæ sequuntur evenerunt. Quæ illa? *Juvenes eorum comedit ignis, et virgines eorum non sunt lamentatæ*; secundum Aquilam vero, *non sunt desponsatæ*; secundum Symmachum autem, *non sunt laudatæ*. Non ultra enim, secundum reliquos interpretes, cum hymnis et laudibus, ut consuetum desponsatis est, viris tradebantur, ob immissam tunc ipsis calamitatem. Secundum LXX Interpretes autem, in captivitatem actæ, cum morerentur, non erat qui lugeret, quod non adessent propinqui earum; imo etiam *sacerdotes eorum in gladio ceciderunt* (hi porro erant filii Heli), *et viduæ eorum non plorabuntur*. In primo Regnorum libro legitur, cum filii Heli in bello cecidissent, eorum uxores viduas relictas, gravem sustinuisse mortem. Quare dicitur secundum Symmachum, *Et viduatæ eorum non ploraverunt*: neque enim exsistebant ut flere possent; nam una cum partu suo exstinctæ sunt, ut fert hæc historia: *Et factum est in diebus illis convenerunt allophyli in bellum contra Israel* [40]; deinde vero cum exisset populus ad pugnam, *Cæsus est*, inquit,

[38] Gen. XVIII, 20. [39] I Reg. IV, VII. [40] I Reg. IV, 1.

(1) Syntaxis postulat αὐτούς. Edit.

Israel : et facta est plaga magna valde : et ceciderunt de Israel triginta millia ex ordinibus : et arca Dei capta est, et ambo filii Heli mortui sunt, Ophni et Phinees. Et cucurrit vir Jeminæus ex castris, et venit in Silom in illa die, scissa veste, et conspersus pulvere caput. Et ecce Heli in sella ad portam contra bivium spectans. Erat enim cor ejus pavens pro arca Dei. Sub hæc dicitur : *Erat autem Heli quasi nonaginta octo annorum, et oculi ejus caligaverant, et non videbat. Et vir ille accedens dixit : Ego sum qui veni ex castris, et ego ex acie fugi hodie. Et ait, Quid actum est, fili mi? Et respondit puer et dixit : Fugit*, inquit, *Israel a facie allophylorum, et facta est plaga magna in populo, et ambo filii tui mortui sunt, et arca Dei capta est. Et factum est cum memorasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum juxta ostium, et contritum est dorsum ejus, et mortuus est, quia senex homo erat et gravis. Nurus autem ejus uxor Phinees prægnans erat vicinaque partui : et audito nuntio quod capta esset arca Dei, et mortuus esset socer suus, et vir suus, flevit et peperit, quia irruerant dolores in eam, et in tempore suo* (1) *mortua est. Et dixerunt mulieres quæ astabant ei, Ne timeas, quia filium peperisti : quæ non respondit, neque animadvertit.* Postea subjungit : *Et allophyli acceperunt arcam Dei, et asportaverunt eam in Azotum. Et acceperunt allophyli arcam Domini, et intulerunt eam in domum Dagon* [41]. Hæc porro omnia hic compendio memorantur : nam subjungitur : — VERS. 65. *Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens et crapulatus a vino.* Postquam arca capta fuit ab allophylis, et postquam supra dicta contra populum gesta sunt, suam Deus providentiam commonstrans, invisibili virtute allophylos incessit et ulciscitur. Quare dictum est : *Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens et crapulatus a vino;* secundum Symmachum vero, *Tanquam potens loquens ex vino;* secundum Aquilam, *Tanquam potens crapulatus ex vino.* Deinde seipsum excitans, inimicos suos percutit, videlicet qui arcam testamenti ceperant (VERS. 66), et percutit eos in posteriora, datque eis opprobrium sempiternum. Quomodo percusserit eos in posteriora historia declarat, quæ sic habet in primo libro Regnorum [42] : *Et aggravata est manus Domini super Azotios, et afflixit eos, et percussit eos in podicibus eorum, Azotum et fines ejus;* et rursum : *Et translata est*, inquit, *arca Domini in Getham, et factum est postquam translata est, facta est manus Domini in urbe, fortitudine magna valde. Et percussit viros urbis a parvo usque ad magnum, et percussit eos in podicibus eorum. Et mittunt arcam Dei in Ascalonem : et clamaverunt Ascalonitæ dicentes : Quid avertistis arcam Dei ad interficiendum nos?* Hinc subjungit : *Quia facta est confusio mortis in*

A *Καὶ ἐγενήθη ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ συναθροίζονται ἀλλόφυλοι εἰς πόλεμον ἐπὶ Ἰσραήλ·* εἶθ' ἑξῆς προελθόντος τοῦ λαοῦ εἰς τὸν πόλεμον, *Πταίει*, φησὶν, *ἀνὴρ Ἰσραήλ· καὶ ἐγένετο πληγὴ μεγάλη σφόδρα· καὶ ἔπεσαν ἐξ Ἰσραὴλ τριάκοντα χιλιάδες ταγμάτων· καὶ ἡ κιβωτὸς δὲ τοῦ Θεοῦ ἐλήφθη, καὶ ἀμφότεροι οἱ υἱοὶ Ἡλεὶ ἀπέθανον, Ὀφνεὶ καὶ Φινεές. Καὶ ἔδραμεν ἀνὴρ Ἰεμιναῖος ἐκ τῆς παρατάξεως, καὶ ἦλθεν εἰς Σηλὼμ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, τὰ ἱμάτια αὐτοῦ διεῤῥωγότα, καὶ γῆ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ. Καὶ ἰδοὺ Ἡλεὶ ἐπὶ τοῦ δίφρου παρὰ τὴν πύλην σκοπεύων τὴν δίοδον· ὅτι ἦν ἡ καρδία αὐτοῦ ἐξεστηκυῖα περὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ Θεοῦ.* Εἶθ' ἑξῆς εἴρηται· *Καὶ Ἡλεὶ ὡς* ϟη' *ἐτῶν· καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐπανέστησαν*, B *καὶ οὐκ ἔβλεπε. Καὶ ὁ ἀνὴρ προσελθὼν εἶπεν· Ἐγώ εἰμι ὁ ἥκων ἐκ τῆς παρεμβολῆς, καὶ ἐγὼ ἐκ τῆς παρατάξεως πέφευγα σήμερον. Καὶ εἶπε· Τί ἐστι τὸ γεγονὸς ῥῆμα, τέκνον; Καὶ ἀπεκρίθη τὸ παιδάριον, καὶ εἶπε· Πέφευγεν ἀνὴρ Ἰσραὴλ ἐκ προσώπου ἀλλοφύλων, καὶ πληγὴ μεγάλη γέγονεν ἐν τῷ λαῷ, καὶ ἀμφότεροι οἱ υἱοί σου τεθνήκασι, καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ ἐλήφθη. Καὶ ἐγένετο, ὡς ἐμνήσθη τῆς κιβωτοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ δίφρου ὀπισθίως ἐχόμενος τῆς πύλης, καὶ συνετρίβη ὁ νῶτος αὐτοῦ, καὶ ἀπέθανεν· ὅτι πρεσβύτης ὁ ἄνθρωπος καὶ βαρύς. Καὶ νύμφη αὐτοῦ γυνὴ Φινεὲς συνειληφυῖα τοῦ τεκεῖν· καὶ ἤκουσε τὴν ἀπαγγελίαν, ὅτι ἐλήφθη ἡ κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι* C *τέθνηκεν ὁ πενθερὸς αὐτῆς καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, καὶ ἔκλαυσε καὶ ἔτεκεν, ὅτι ἐπεστράφησαν αἱ ὠδῖνες αὐτῆς ἐπ' αὐτήν· καὶ ἐν τῷ καιρῷ αὐτῆς ἀποθνήσκει. Καὶ εἶπαν αὐτῇ αἱ γυναῖκες αἱ παρεστηκυῖαι αὐτῇ· Μὴ φοβοῦ, ὅτι υἱὸν τέτοκας· καὶ οὐκ ἀπεκρίθη, καὶ οὐκ ἐνόησεν ἡ καρδία αὐτῆς.* Καὶ ἑξῆς ἐπιλέγεται τούτοις· *Καὶ ἀλλόφυλοι ἔλαβον τὴν κιβωτὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰσήνεγκαν αὐτὴν εἰς Ἄζωτον. Καὶ ἔλαβον οἱ ἀλλόφυλοι τὴν κιβωτὸν Κυρίου, καὶ εἰσήνεγκαν αὐτὴν εἰς οἶκον Δαγών.* Τούτων δὴ πάντων ἐπιτέμνεται τὴν μνήμην ὁ παρὼν λόγος, καὶ ἐπιλέγει· *Καὶ ἐξηγέρθη ὡς ὁ ὑπνῶν Κύριος, ὡς δυνατὸς καὶ κεκραιπαληκὼς ἐξ οἴνου* Μετὰ τὸ ληφθῆναι τὴν κιβωτὸν ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, καὶ μετὰ τὸ D πραχθῆναι τὰ προλελεγμένα κατὰ τοῦ λαοῦ, τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ δεικνὺς ὁ Θεὸς, μετέρχεται τοὺς ἀλλοφύλους ἀοράτῳ δυνάμει κολάζων αὐτούς. Διὸ λέλεκται· *Καὶ ἐξηγέρθη ὡς ὁ ὑπνῶν Κύριος, ὡς δυνατὸς κεκραιπαληκὼς ἐξ οἴνου*· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Ὡς δυνατὸς διαλαλῶν ἐξ οἴνου*· κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, *Ὡς δυνατὸς κεκραιπαληκὼς ἐξ οἴνου.* Εἶτα διεγείρας αὐτὸς ἑαυτὸν, πατάσσει τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, δηλαδὴ τοὺς τὴν κιβωτὸν τῆς Διαθήκης ἀπολαβόντας· καὶ πατάσσει αὐτοὺς εἰς τὰ ὀπίσω, δίδωσί τε

[41] I Reg. v, 1, 2. [42] ibid., 6.

(1) Id est *sui partus.*

αὐτοῖς ὄνειδος αἰώνιον. Πῶς δὲ εἰς τὰ ὀπίσω ἐπάτα- A ξεν αὐτοὺς, διδάσκει ἡ ἱστορία τοῦτον ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βασιλειῶν ἔχουσα τὸν τρόπον· *Καὶ ἐβαρύνθη χεὶρ Κυρίου ἐπὶ τοὺς Ἀζωτίους, καὶ ἐβασάνισεν αὐτοὺς, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς εἰς τὰς ἕδρας αὐτῶν, τὴν Ἄζωτον καὶ τὰ ὅρια αὐτῆς·* καὶ αὖθις· *Καὶ μετῆλθε*, φησὶν, *ἡ κιβωτὸς τοῦ Κυρίου εἰς Γεθθά. Καὶ ἐγένετο μετὰ τὸ μετελθεῖν αὐτὴν, καὶ γίνεται χεὶρ Κυρίου ἐν τῇ πόλει κράτος μέγα σφόδρα. Καὶ ἐπάταξε τοὺς ἄνδρας τῆς πόλεως ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς εἰς τὰς ἕδρας αὐτῶν. Καὶ ἐξαποστέλλουσι τὴν κιβωτὸν τοῦ Θεοῦ εἰς Ἀσκάλωνα· καὶ ἐβόησαν οἱ Ἀσκαλωνῖται λέγοντες· Τί ἀπεστρέψατε τὴν κιβωτὸν τοῦ Θεοῦ θανατῶσαι ἡμᾶς;* Καὶ ἐπιλέγει ἑξῆς· *Ὅτι ἐγενήθη σύγχυσις θανάτου ἐν ὅλῃ τῇ* B *πόλει βαρεῖα σφόδρα, ὡς εἰσῆλθεν ἡ κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ ἐκεῖ· καὶ οἱ ζῶντες καὶ οἱ ἀποθανόντες ἐπλήχθησαν εἰς τὰς ἕδρας· καὶ ἀνέβη ἡ κραυγὴ τῆς πόλεως εἰς τὸν οὐρανόν.* Διὰ δὴ ταῦτα λέλεκται ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ· *Καὶ ἐπάταξε τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω· ὄνειδος αἰώνιον ἔδωκεν αὐτοῖς.* Ὄνειδος γὰρ ἦν τὸ ἐν ταῖς ἕδραις πληγῆναι αὐτοὺς, ὡς ἂν ἀκολασταίνοντας ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσι. Τοὺς μὲν ἐχθροὺς οὕτως ἐτιμωρήσατο· τοὺς δὲ οἰκείους ἑτέρῳ μετήρχετο. Διὸ εἴρητο· *Καὶ ἀπώσατο τὸ σκήνωμα Ἰωσήφ.* Ποῖον δὲ τοῦτο ἀλλ' ἢ τὴν Σηλώμ; Ἦν γὰρ αὐτὴ τῆς κληρονομίας Ἐφραΐμ· Ἐφραῒμ δὲ τοῦ Ἰωσὴφ υἱὸς ἦν. Διὸ ἐπιλέγει· *Καὶ ἀπώσατο τὸ σκήνωμα Ἰωσὴφ, καὶ τὴν φυλὴν Ἐφραῒμ οὐκ ἐξελέξατο·* καίπερ αὐτὴν πρώτην ἐκλεξάμενος, καὶ τὸ σκήνωμα Ἰωσὴφ πρῶτον τιμήσας. Διὸ καὶ ἡ Σηλὼμ εἰς ἐσχάτην ἐρημίαν κατέστη. Παιδεύει δὲ διὰ τούτων ὁ λόγος διὰ τοῦ παραδείγματος τῆς Σηλὼμ μὴ μέγα φρονεῖν τοὺς ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, τὴν σκηνὴν καὶ τὴν κιβωτὸν ὑποδεξαμένους· πείσεσθαι γὰρ τὰ ὅμοια τοῖς πρώτοις, εἰ μὴ ἄξιοι γίνοιντο τοῦ Θεοῦ· ὃ δὴ καὶ ἀπέβη ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις.

A *tota urbe gravis valde, ut intravit arca Dei illuc: et viventes et mortui percussi erant in podicibus; et ascendit clamor urbis in cœlum.* Ideo in præsenti psalmo dictum est : *Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit eis.* Opprobrium quippe erat in podicibus percussos illos fuisse, utpote qui iis in partibus lascivi fuissent. Inimicos quidem suos sic ultus est; proprios vero sibi alio modo castigavit. Quare dictum est : — VERS. 67. *Et repulit tabernaculum Joseph.* Quodnam illud nisi Silom? Erat enim ea ex sorte Ephraim : Ephraim autem filius Joseph erat. Ideo subdit : *Et repulit tabernaculum Joseph, et tribum Ephraim non elegit;* etiamsi primum eam elegisset, et tabernaculum Joseph prius affecisset honore. Quare Silom B in extremam solitudinem redacta est. Iis vero docet exemplo illius Silom, ut ne altum sapiant qui in Jerusalem habitant, quod tabernaculum et arcam acceperint : quippe similia primis passuri, nisi Deo digni efficiantur, quod sane sequenti tempore contigit.

Καὶ ἐξελέξατο τὴν φυλὴν Ἰούδα, τὸ ὄρος Σιὼν C *ὃ ἠγάπησε. Καὶ ᾠκοδόμησεν ὡς μονοκερώτων τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ ἐν τῇ γῇ, ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα.* Φυλὴν μὲν φυλῆς ἀντικατηλλάξατο, τὴν φυλὴν Βενιαμὶν ἀντὶ τῆς φυλῆς Ἰωσήφ· καὶ τόπον δὲ ἀντὶ τόπου εἵλατο, τῆς Σηλὼμ τὴν Ἱερουσαλὴμ προκρίνας· ἀλλὰ καὶ ὄρος ἀντὶ ὄρους ἠγάπησε, τὸ Σιὼν δηλαδὴ ἀντὶ τοῦ ὄρους τοῦ ἐν Σηλώμ. Εἶτά φησι· *Καὶ ᾠκοδόμησεν ὡς μονοκερώτων τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ·* κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, *Καὶ ᾠκοδόμησεν ὁμοίως ὑψηλοῖς ἁγίασμα αὐτοῦ·* κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Καὶ ᾠκοδόμησεν ὡς τὰ ὑψηλὰ τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ.* Ὁμοίως οὖν ὑψηλοῖς καὶ ὡς τὰ ὕψη ᾠκοδόμησε τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ. Ἀναπέμπει δ' ἡμᾶς ὁ λόγος εἰς βαθὺ καὶ ἀπόρρητον νοῦν, διδάσκων, ὡς τὸ ἐπὶ γῆς ἁγίασμα τὸ ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τῷ ὄρει D Σιὼν καταστὰν ὁμοίωσιν εἶχε τῶν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, καὶ ᾠκοδόμητο ὡς τὰ ὕψη κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν γενόμενον τῶν ἐν οὐρανοῖς ὑψηλῶν· ἃ δὴ καὶ ὁ Ἀπόστολος παρίστη λέγων· *Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστίν·* καὶ, *Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ.* Διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται, *Καὶ ᾠκοδόμησεν ὁμοίως ὑψηλοῖς ἁγίασμα αὐτοῦ·* κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Καὶ ᾠκοδόμησεν ὡς τὰ ὑψηλὰ τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ·* κατὰ δὲ τοὺς Ἑβδομήκοντα, *Ὡς μονοκερώτων ᾠκοδόμησε τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ·* νοούντων ἡμῶν

VERS. 68, 69. *Et elegit tribum Juda, montem Sion, quem dilexit. Et ædificavit sicut unicornium sanctificium suum in terra, fundavit eam in sæculum.* Tribum pro tribu commutavit, tribum Benjamin pro tribu Joseph : et locum pro loco elegit; Hierosolymam Silo anteponens; imo etiam montem pro monte dilexit, Sion videlicet, pro monte qui in Silo erat. Deinde ait : *Et ædificavit sicut unicornium sanctificium suum;* secundum Aquilam vero, *Et ædificavit simile excelsis sanctificium suum;* secundum Symmachum autem, *Et ædificavit ut excelsa sanctificium suum.* Sanctificium itaque suum simile excelsis, aut ut excelsa ædificavit. Nos autem ad profundum et arcanum sensum sermo remittit, docens sanctificium illud in terra, in Jerusalem et in monte Sion constitutum, similitudinem habuisse cum eo quod in excelsis est, et ad excelsorum modum constructum fuisse, ad imaginem et similitudinem excelsorum cœlestium; quæ item Apostolus declaravit dicens : *Illa vero quæ sursum est Jerusalem libera est* [43]; et, *Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem* [44]. Quare secundum Aquilam dicitur, *Et ædificavit simile excelsis sanctificium suum;* secundum Symmachum vero, *Et ædificavit ut excelsa sanctificium suum;* secundum LXX vero Interpretes, *Ædificavit sicut unicornium sanctificium suum.* Nos

[43] Gal. IV, 26. [44] Hebr. XII, 22.

porro intelligimus unicornes esse eos, quorum unum cornu descriptum in cœlo est, quos Apostolus his verbis declarabat: *Et ad multorum millium angelorum celebritatem, et Ecclesiam primogenitorum, qui descripti sunt in cœlis* [45]. Sed etiam, inquit, *in terra fundavit eam in sæculum.* Secundum Symmachum autem, *sicut terram, quam fundavit in sæculum.* Nam sanctificium illud quod in sensibili et terrena Jerusalem est, sic ædificavit in terra. Sicut enim terra media inter aquas comprehenditur secundum Scripturam, ita et Jerusalem media inter alienigenas gentes posita erat. Quare dictum est in prophetiis: *Hæc est Jerusalem, in medio gentium posui illam* [46]. Sub hæc autem ait: — Vers. 70. *Elegit David servum suum,* de quo dictum est: *Inveni David servum meum, virum secundum cor meum;* quem elegit, non tantum ut primus ex tribu Juda regnaret, sed ita ut dignus judicaretur, ex cujus semine Christus Dei prodiret. Elegit autem eum pluribus ipsum fratribus suis anteponens. Accepitque eum ex gregibus *ovium, et de post fetantes.* Nam qui suscitat de terra inopem, et de stercore erigit pauperem, Davidem humilem et abjectum, ita ut nec cum fratribus suis connumeraretur, neque pro viro haberetur, elegit, prius in pastorali institutum, et ex cura fetarum quam gesserat, edoctum quam accurata sollicitudo egentibus adhibenda esset. Inde susceptum illum ex irrationabilium ovium pastorali cura, produxit Deus et constituit ut (Vers. 71) *pasceret Jacob servum suum, et Israel hæreditatem suam.* Ut enim experimentum sui dederat in pastorali irrationabilium ovium cura, rationabiliori ovili præfectus est. Quo pacto autem pecora pasceret declaravit ipse Sauli dicens: *Pastor agebat servus tuus patri suo in ovili: et quando veniebat leo aut ursus, et arripiebat ovem ex grege, post illum adibam, et percussi illum et extraxi ex ore ejus. Et insurrexit in me, et comprehendi fauces ejus, et percussi occidique illum. Leonem et ursum percussit servus tuus. Et erit alienigena et incircumcisus ut unus ex illis, qui exprobravit aciei Dei viventis. Et ait David: Dominus qui eripuit me de manu leonis et de manu ursi, ille me eripiet de manu alienigenæ incircumcisi istius* [47]. His enim cum fidei et pietatis suæ experimentum dedisset, necnon providentiæ quam de pecoribus sibi commissis gerebat, Deus elegit eum et ad imperium in rationabiliora pecora provexit. Ille vero sibi commissos populos non crudeliter, non dure, non superbe, sed in innocentia cordis sui pascebat (Vers. 72); sive, secundum Aquilam et Symmachum, *secundum simplicitatem cordis sui. Et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.* Secundum Aquilam vero, *Et in prudentia palmarum suarum deduxit eos;* secundum Symmachum, *Et secundum puritatem manuum suarum deduxit eos.* Pascebat itaque David humanum rationabileque ovile; sed

A μονοκέρωτας εἶναι τοὺς τὸ ἓν κέρας ἐπιγραφομένους κατ' οὐρανὸν, οὓς ἐδήλου λέγων ὁ Ἀπόστολος· *Καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς.* Ἀλλὰ καὶ *ἐν τῇ γῇ,* φησὶν, *ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα.* Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Ὡς τὴν γῆν, ἣν ἐθεμελίωσεν εἰς τὸν αἰῶνα.* Τὸ γὰρ ἁγίασμα τὸ ἐν τῇ αἰσθητῇ καὶ ἐπιγείῳ Ἱερουσαλὴμ οὕτως ᾠκοδόμησεν εἰς τὴν γῆν. Ὥσπερ γὰρ ἡ γῆ μέση ἀπείληπται ὑδάτων κατὰ τὴν Γραφήν· οὕτω καὶ ἡ Ἱερουσαλὴμ μέση τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν συνειστήκει. Διὸ λέλεκται ἐν προφητείαις· *Αὕτη ἡ Ἱερουσαλὴμ, ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν τέθεικα αὐτήν.* Εἶτ' ἐπὶ τούτοις· *Ἐξελέξατο,* φησὶ, *Δαυῒδ τὸν δοῦλον αὐτοῦ,* περὶ οὗ εἴρηται· *Εὗρον Δαυῒδ τὸν δοῦλόν μου, ἄνδρα* B *κατὰ τὴν καρδίαν μου·* ὃν ἐξελέξατο, οὐχ ὥστε πρῶτον ἐκ φυλῆς Ἰούδα βασιλεῦσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὥστε ἄξιον κριθῆναι τοῦ προελθεῖν ἐκ σπέρματος αὐτοῦ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ. Ἐξελέξατο δὲ αὐτὸν τῶν ἀδελφῶν πλειόνων ὄντων προκρίνας. Ἀνέλαβέ τε αὐτὸν ἐκ τῶν ποιμνίων *τῶν προβάτων, καὶ ἐξόπισθεν τῶν λοχευομένων.* Ὁ γὰρ ἐγείρων ἀπὸ γῆς πτωχὸν καὶ ἀπὸ κοπρίας ἀνιστῶν πένητα, καὶ τὸν Δαυῒδ ταπεινὸν ὄντα καὶ ἀπεῤῥιμμένον, ὡς μηδὲ συγκαταριθμεῖσθαι τοῖς αὐτοῦ ἀδελφοῖς, μηδὲ εἰς ἄνδρα λογίζεσθαι, ἐξελέξατο προπαιδαγωγούμενον ἐν τῇ ποιμαντικῇ, καὶ διὰ τῆς τῶν λοχευομένων θρεμμάτων προνοίας τὸ ἐπιμελὲς τῶν δεομένων κηδεμονίας ἐκδιδασκόμενον. Ἔνθεν αὐτὸν ἀναλαβὼν ἐκ τῆς C τῶν ἀλόγων προβάτων ποιμαντικῆς, προήγαγεν ὁ Θεὸς καὶ κατέστησε *ποιμαίνειν Ἰακὼβ τὸν δοῦλον αὐτοῦ καὶ Ἰσραὴλ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ.* Ὡς γὰρ δοκιμὴν δεδωκότα ἐν τῇ τῶν ἀλόγων θρεμμάτων ποιμαντικῇ, ἐπὶ τὴν λογικωτέραν καθίστη ποίμνην. Ὅπως δ' ἐποίμαινε τὰ θρέμματα παρίστη λέγων αὐτὸς πρὸς τὸν Σαούλ· *Ποιμαίνων ἦν ὁ δοῦλός σου τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἐν τῷ ποιμνίῳ· καὶ ὅταν ἤρχετο ὁ λέων ἢ ἄρκος* (1), *καὶ ἐλάμβανε πρόβατον ἐκ τῆς ἀγέλης, καὶ ἐξεπορευόμην ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξα αὐτὸν, καὶ ἐξέσπασα ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Καὶ ἐπανίστατο ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐκράτησα τοῦ φάρυγγος αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξα καὶ ἐθανάτωσα αὐτὸν, καὶ τὸν λέοντα καὶ τὴν ἄρκον ἔτυπτεν ὁ δοῦλός σου. Καὶ ἔσται ὁ ἀλλόφυλος ὁ ἀπερίτμητος ὡς εἷς* D *τούτων, ὃς ὠνείδισε παρατάξει Θεοῦ ζῶντος. Καὶ εἶπε Δαυῒδ· Κύριος, ὃς ἐξείλατό με ἐκ χειρὸς τοῦ λέοντος καὶ ἐκ χειρὸς τῆς ἄρκου, οὗτος ἐξελεῖταί με ἐκ χειρὸς τοῦ ἀλλοφύλου τοῦ ἀπεριτμήτου τούτου.* Διὰ γὰρ τούτων δοκιμὴν δεδωκότα πίστεως καὶ εὐσεβείας, τῆς τε τῶν ὑπ' αὐτὸν θρεμμάτων ἀλόγων προνοίας, ἐξελέξατο Θεὸς καὶ προήγαγεν ἐπὶ τὴν τῶν λογικωτέρων θρεμμάτων ἀρχήν. Ὁ δὲ, ὑποδεξάμενος τοὺς παραδοθέντας αὐτῷ, οὐκ ἀπηνῶς, οὐδὲ σκληρῶς, οὐδὲ ὑπερηφάνως, ἀλλ' ἐν ἀκακίᾳ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἐποίμαινεν αὐτούς· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ Σύμμαχον, *κατὰ τὴν ἁπλότητα τῆς καρδίας αὐτοῦ. Καὶ ἐν ταῖς συνέσεσι τῶν χειρῶν αὐτοῦ ὡδήγη-*

[45] Heb. XII, 22. [46] Ezech. V, 5. [47] I Reg. XVII, 34.

(1) Ἄρκτος.

A *σεν αὐτούς*. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, *Καὶ ἐν φρονήσεσι ταρσῶν αὐτοῦ καθωδήγησεν αὐτούς*. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Καὶ κατὰ τὴν καθαριότητα τῶν χειρῶν αὐτοῦ ὡδήγησεν αὐτούς*. Ἐποίμαινε τοίνυν ὁ Δαυῒδ τὴν ἀνθρωπίνην καὶ λογικὴν ποίμνην· ἀλλ' οὐκ ἐν σοφίᾳ ἀνθρωπίνῃ, οὐδὲ ἐν τῇ ἑαυτοῦ συνέσει, ἀλλ' ἐν ἀκακίᾳ καὶ ἁπλότητι, τὴν πᾶσαν ἐγχειρίζων τῷ Θεῷ φροντίδα. Τήν γε μὴν ἑαυτοῦ σύνεσιν διὰ τῶν χειρῶν ἐπεδείκνυτο, τουτέστι διὰ τῶν πράξεων καὶ διὰ τοῦ βίου, καὶ τῆς λοιπῆς πολιτείας. Καὶ μέχρι τούτου ἵσταται τὰ τῆς παρούσης ὑποθέσεως, κατηγορίαν περιέχοντα τῆς τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ μοχθηρίας, διδασκαλίαν τε τῆς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας διὰ τὰς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐπηπορημένας φωνὰς, πρὸς ἃς ὥσπερ ἀπολογία τις ἀναγκαίως ἐπενήνεκται τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίας. Ταῦτα δὲ πάντα ἡμᾶς τοὺς ἐξ ἐθνῶν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ παιδεύει, σωφρονίζων ἡμᾶς διὰ τῶν παλαιῶν παραδειγμάτων, ὥσπερ οὖν ἀρχομένοις ἡμῖν εἴρηται τοῦ λόγου.

non in sapientia humana, non prudentia propria, sed in innocentia et simplicitate, totam curam Deo committens, suam vero intelligentiam manibus, id est operibus, vitæ genere et reliquo instituto commonstrabat. Et huc desinit præsens argumentum, improbitatis Judaici populi accusationem divinæque patientiæ doctrinam complectens, concinnatum ad præpositas quasdam dubias voces, ad quas ceu defensio quædam justi Dei judicii necessario instituitur. Hæc porro omnia nos, qui ex gentibus sumus, Christus Dei edocet, priscis exemplis nos ad frugem revocans, ut initio sermonis dictum a nobis est.

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΑΣΑΦ. ΟΗ'.

B *Ὁ Θεὸς, ἤλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου, ἔθεντο Ἱερουσαλὴμ εἰς ὀπωροφυλάκιον*. Ὅτι πρὸ τοῦ τὸν ναὸν οἰκοδομηθῆναι τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ, γέγονεν ὁ Ἀσὰφ τῷ Δαυῒδ συνακμάσας, δῆλον ἐκ τῆς ἱστορίας. Προφητικῶς οὖν τὰ μέλλοντα μακροῖς ὕστερον χρόνοις συμβήσεσθαι καὶ διὰ τῶν παρόντων θεσπίζει. Ἀλλὰ διὰ μὲν τοῦ ο' καὶ γ' τὴν ὑστάτην τῆς πόλεως ἅλωσιν καὶ τὸν ἔσχατον ἀφανισμὸν τοῦ ναοῦ, τὸν ἐπὶ Ῥωμαίων γενόμενον μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τόλμαν τῶν οἰκητόρων, προανεφώνει, ὡς προαποδέδεικται· διὰ δὲ τῶν μετὰ χεῖρας ἐπεληλυθέναι μὲν ἔθνη τῇ κληρονομίᾳ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ νεὼν μεμιαγκέναι, αὐτήν τε τὴν πόλιν εἰς ὀπωροφυλάκιον τεθεικέναι σημαίνει· οὐ μὴν πυρὶ παραδεδόσθαι τὸν τόπον, οὐδὲ τοιαῦτα πεπονθέναι ὁποῖα ἐδήλου C διὰ τοῦ προλεχθέντος. Ἔτι δὲ διὰ τοῦ παρόντος προστίθησιν, ὡς ἄρα οἱ τὸν τόπον μιάναντες πολλοὺς ἀνεῖλον ὁσίους ἄνδρας καὶ Θεοῦ δούλους· ὧν τὰ νεκρὰ σώματα μὴ συγχωρήσαντες τῇ κατὰ φύσιν παραδοθῆναι ταφῇ, τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ βορὰν ἔθεντο. Ταῦτα δὲ οὐκ ἂν εὕροις πραχθέντα οὔτε κατὰ τὴν ὑστάτην πολιορκίαν τοῦ τόπου· ἐπεὶ μηδὲ ὑπῆρχεν τοῖς τότε παρ' αὐτοῖς ὁσίοις, τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων, ἀνοσίων καὶ ἀσεβῶν ἁπάντων γεγονότων διὰ τὰ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν κατά τε τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ τετολμημένα αὐτοῖς. Ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας εὕροις ἂν τὰ μετὰ χεῖρας γενόμενα· ἐπεὶ μηδὲ τότε ὁσίους ἄνδρας καὶ θεοφιλεῖς ὑπὸ τῶν D Βαβυλωνίων ἀνῃρῆσθαι ἡ ἱστορία παραδίδωσι. Πότε τοίνυν ἐπληροῦτο ταῦτα; Οὐκ ἔστιν ἕτερον εἰπεῖν χρόνον, ἢ τὸν ἐπὶ Ἀντιόχου, καθ' ὃν ἡ τῶν Μακκαβαίων γραφὴ τὰ μετὰ χεῖρας προλεγόμενα δι' ἔργων κεχωρηκότα δείκνυσι. Γέγραπται γοῦν ἐν αὐτῇ τοῦτον τὸν τρόπον· *Καὶ ὑπέστρεψεν Ἀντίοχος μετὰ τὸ πατάξαι τὴν Αἴγυπτον ἐν τῷ ρ' καὶ μ' καὶ γ' ἔτει, καὶ ἀνέβη ἐπὶ Ἰσραὴλ ἐν ὄχλῳ βαρεῖ· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἁγίασμα ἐν ὑπερηφανίᾳ. Καὶ ἔλαβε τὸ θυμιατήριον τὸ χρυσοῦν, καὶ τὴν λυχνίαν τοῦ φωτὸς, καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτῆς, καὶ τὴν τράπεζαν τῆς προθέσεως, καὶ τὰ σπονδία, καὶ τὰς φιάλας, καὶ τὰς θυΐσκας τὰς χρυσᾶς, καὶ τὸ*

1. PSALMUS IPSI ASAPH. LXXVIII.

Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam. Quod ante templi in Jerosolyma constructionem Asaph æqualis et coætaneus Davidi fuerit, ex historia planum est. Prophetice ergo quæ diuturno post tempore eventura erant in præsenti vaticinatur. Sed in LXXIII quidem, postremum urbis excidium, et ultimam templi ruinam quæ sub Romanis post civium ejus in Salvatorem nostrum ausus contigit, prænuntiabat, ut superius comprobatum est. In præsenti vero venisse quidem gentes in hæreditatem Dei, templum quod in ea erat polluisse, ipsamque urbem in pomorum custodiam posuisse significat; neque tamen ait C igni traditum locum fuisse, neque talia passum, qualia in prædicto psalmo narrabat. Addit insuper in præsenti, eos qui locum polluerunt, multos occidisse viros sanctos et Dei servos: quorum mortua corpora non sinentes naturali sepulturæ tradi, in escam volatilibus cœli posuerunt. Hæc porro gesta non deprehendas in postrema loci obsidione: quia hæc non accidere viris sanctis qui penes illos erant. Ii namque qui urbem incolebant scelesti omnes et impii erant, ob suos in Servatorem nostrum et in ejus apostolos ausus. Sed neque in Babylonica captivitate hæc facta reperias, quia ne tunc quidem sancti et religiosi viri a Babyloniis trucidati in historia feruntur. Quandonam igitur D hæc impleta fuere? Non potest aliud indicari tempus, nisi Antiochi, sub quo Machabæorum scriptura, quæ hic prænuntiantur contigisse narrat. Scriptum itaque ibi legitur: *Et reversus est Antiochus, postquam percussit Ægyptum, in centesimo et quadragesimo tertio anno; et ascendit in Israel cum multitudine gravi; et ingressus est in sanctuarium cum superbia, et accepit altare aureum, et candelabrum luminis, et universa vasa ejus, et mensam propositionis, et libatoria, et phialas, et mortariola aurea, et velum, et coronas, et ornatum qui in facie templi erat. Et comminuit omnia: et accepit thesauros occultos, quos invenit. Et sublatis omnibus, reversus abiit in terram suam. Et fecit cæ-*

dem magnam : et factus est planctus magnus in Israel. Et scripsit rex omni regno suo, ut essent omnes populus unus, et relinqueret unusquisque legem suam [48]. *Et amplexæ sunt omnes gentes verbum regis : et multi ex filiis Israel consenserunt cultui ejus, et sacrificaverunt idolis, et coinquinaverunt Sabbatum* [49]. Post hæc autem dicitur : *Et ædificavit abominationem desolationis in altari. Et in civitatibus Juda in circuitu ædificaverunt altaria, et in portis suis, et in plateis thymiama adolebant. Et libros* (1) *psalmi quos invenerunt scindentes, igne combusserunt* [50]. Adjiciturque : *Et multi in Israel definierunt in se, ut non manducarent immunda. Et elegerunt mori, ut non contaminarentur cibis, et mortui sunt. Et facta est ira magna in Israel valde* [51]. Hæc porro diuturnis postea temporibus, post Assyriaca et Medica, post Persica et post Alexandri Macedonis mortem gesta sunt. At Spiritus divinus per hunc prophetam hæc ipsa vaticinatur dicens : *Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam.* — VERS. 2-4. *Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ. Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Jerusalem, et non erat qui sepeliret. Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio et derisio iis qui in circuitu nostro sunt.* Pro illo autem, *in pomorum custodiam*, Aquila, *in acervum lapidum ;* Symmachus vero, *in saltus*, ediderunt.

A *καταπέτασμα, καὶ τοὺς στεφάνους, καὶ τὸν κόσμον τὸν κατὰ πρόσωπον τοῦ ναοῦ. Καὶ ἐλέπισε πάντα· καὶ ἔλαβε τοὺς θησαυροὺς τοὺς ἀποκρύφους, οὓς εὗρε. Καὶ λαβὼν σύμπαντα, ἐπιστρέψας ἀπῆλθεν εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ. Καὶ ἐποίησε φονοκτονίαν μεγάλην· καὶ ἐγένετο πένθος μέγα ἐπὶ Ἰσραήλ. Καὶ ἔγραψεν ὁ βασιλεὺς πάσῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ εἶναι πάντας λαὸν ἕνα, καὶ ἐγκαταλιπεῖν ἕκαστος τὰ νόμιμα αὐτοῦ. Καὶ ἀπεδέξαντο πάντα τὰ ἔθνη τὸν λόγον τοῦ βασιλέως· καί γε πολλοὶ ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ εὐδόκησαν τῇ λατρείᾳ αὐτοῦ, καὶ ἔθυσαν τοῖς εἰδώλοις, καὶ ἐβεβήλωσαν τὸ Σάββατον.* Καὶ μετὰ ταῦτα εἴρηται· *Καὶ ᾠκοδόμησε βδέλυγμα ἐρημώσεως ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. Καί γε ἐν πόλεσι Ἰούδα κύκλῳ ᾠκοδόμησαν βωμούς· καὶ διὰ τῶν θυρῶν τῶν οἰκιῶν,* B *καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἐθυμίων ἐπ' αὐτούς. Καὶ τὰ βιβλία τοῦ ψαλμοῦ ἃ εὗρον κατασχίσαντες, ἐνεπύρισαν ἐν πυρί.* Καὶ ἐπιλέγεται· *Καὶ πολλοὶ ἐν Ἰσραὴλ ὠχυρώθησαν ἐν αὐτοῖς τοῦ μὴ φαγεῖν κοινά. Καὶ ἀπεδέξαντο ἀποθανεῖν, ἵνα μὴ μιανθῶσι τοῖς βρώμασι, καὶ ἀπέθανον. Καὶ ἐγένετο ὀργὴ μεγάλη ἐπὶ Ἰσραὴλ σφόδρα.* Ταῦτα δὲ μακροῖς ὕστερον ἐπληροῦτο χρόνοις μετὰ τὰ Ἀσσύρια καὶ Μηδικὰ, καὶ μετὰ τὰ Περσικὰ καὶ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακέδονος τελευτήν. Τό γε μὴν Πνεῦμα τὸ θεῖον διὰ τοῦ μετὰ χεῖρας προφήτου αὐτὰ δὴ ταῦτα θεσπίζει λέγον· *Ὁ Θεὸς, εἰσήλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου, ἔθεντο Ἱερουσαλὴμ εἰς ὀπωροφυλάκιον. Ἔθεντο τὰ θνησιμαῖα τῶν δούλων σου βρῶμα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, τὰς σάρκας τῶν ὁσίων σου τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. Ἐξέχεαν τὸ αἷμα αὐτῶν ὡς ὕδωρ κύκλῳ Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἦν ὁ θάπτων. Ἐγενήθημεν ὄνειδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν, μυκτηρισμὸς καὶ χλευασμὸς τοῖς κύκλῳ ἡμῶν.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *εἰς ὀπωροφυλάκιον*, ὁ μὲν Ἀκύλας, *εἰς λιθολογίαν*, ὁ δὲ Σύμμαχος, *εἰς δρυμοὺς* ἐκδεδώκασι.

VERS. 5 *Usquequo, Domine, irasceris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus ?* Videtur mihi propheta Asaph post accusationem Judaici populi, quam in præcedenti instituit, hæc apposite inducere, quæ quasi ad placationem et ad medelam eorum quæ prius reprehensa fuere composita sunt. Recenset itaque varia mortis genera Judæorum qui pro pietate martyrium tunc subierunt. Quorum morticina inimici Dei in escas volatilibus cœli dederunt, et carnes sanctorum Dei bestiis terræ. Opportune igitur pro iis Deum placat, ac si sacrificium ipsi morte sanctorum suorum offeratur. Quamobrem ait : *Usquequo, Domine, irasceris in finem ?* ad priorum memoriam sermonem reducens, queis dicebatur : *Utquid, Deus, repulisti in finem* [52] ? Vult enim extremam illam populi ruinam et abjectionem cohiberi, et per sanguinis sanctorum suorum memoriam iram sedari. Utrumque vero dictum, nempe, *Usquequo, Domine, irasceris in finem ?* et quod sequitur, *Exardescet sicut ignis zelus*

C *Ἕως πότε, Κύριε, ὀργισθήσῃ εἰς τέλος, ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ὁ ζῆλός σου ;* Δοκεῖ μοι ὁ προφήτης Ἀσὰφ μετὰ τὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους κατηγορίαν, ἣν πεποίηται ἐν τῷ πρὸ τούτου, τὰ προκείμενα καὶ ἀκολούθως ἐπάγειν, ἐξιλεούμενα ὥσπερ καὶ θεραπεύοντα τὰ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐληλεγμένα. Καταλέγει γοῦν τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας θανάτους τῶν παρ' αὐτοῖς Ἰουδαίοις μεμαρτυρηκότων· ὧν τὰ θνησιμαῖα οἱ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ ἔθεντο βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰς σάρκας τῶν ὁσίων τοῦ Θεοῦ τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. Εὐκαίρως τοίνυν ἐπὶ τούτοις ἱλάσκεται τὸν Θεὸν, ὡσανεὶ θυσίας αὐτῷ προσενη- D νεγμένης τοῦ θανάτου τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Διό φησιν· *Ἕως πότε, Κύριε, ὀργισθήσῃ εἰς τέλος ;* Ἀναπέμπων τὸν λόγον ἐπὶ τὴν μνήμην τῶν ἔμπροσθεν, δι' ὧν εἴρητο· *Ἱνατί, ὁ Θεὸς, ἀπώσω εἰς τέλος ;* Βούλεται γὰρ τὴν εἰς τέλος ἀπόπτωσιν καὶ ἀποβολὴν τοῦ λαοῦ ἐπισχεθῆναι, καὶ τὰ τῆς ὀργῆς παύσασθαι διὰ τῆς μνήμης τοῦ αἵματος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Κατ' ἀμφότερον δὲ ἀκούσῃ τὸ, *Ἕως πότε, Κύριε,*

[48] I Mach. I, 21. [49] ibid. 44. [50] ibid. 57. [51] ibid. 65. [52] Psal. LXXIII, 1.

(1) Hæc in Bibliis paulum diversa sunt.

ὀργισθήσῃ εἰς τέλος; καὶ κατὰ τοὺς ἑξῆς ἐπιλεγομένους, *Ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ὁ ζῆλός σου;* Ἕως πότε γὰρ καὶ τοῦτο ἔσται; Λέλεκται δὲ ὁ ζῆλος κατὰ παραβολὴν τῶν δι' ὑπερβολὴν διαθέσεως ζηλούντων τὰς ἑαυτῶν γαμετὰς, εἰ προσέχοιεν ἑτέροις ἀνδράσιν· οὕτω γοῦν καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ἐκδίκησιν τῶν τὰς πρὸς αὐτὸν συνθήκας παραβαινόντων ζῆλον εἴωθε καλεῖν ὁ λόγος. Ἱκετεύει τοίνυν ὁ Προφήτης ἤτοι ἐξ ἰδίου προσώπου, ἢ καὶ ὡς ἐκ τῶν κατὰ τοὺς Ἀντιόχου χρόνους διασωθέντων, μετὰ τὴν πρόῤῥησιν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι κατὰ Ἀντίοχον τὸν τῆς Συρίας βασιλέα, καθ' ὃν οἱ ὅσιοι τοῦ Θεοῦ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας θάνατον ὑπομεμενήκασι, παύσασθαι μὲν τὰ τῆς ὀργῆς τῆς κατὰ τοῦ λαοῦ, μετελθεῖν δὲ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Διό φησιν· *Ἔκχεον τὴν ὀργήν σου ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ μὴ γινώσκοντά σε, καὶ ἐπὶ βασιλείας αἳ τὸ ὄνομά σου οὐκ ἐπεκαλέσαντο. Ὅτι κατέφαγον τὸν Ἰακὼβ, καὶ τὸν τόπον αὐτοῦ ἠρήμωσαν.* Κατὰ καιρὸν δὲ ἐν τούτοις τοῦ Ἰακὼβ οἶμαι πεποιῆσθαι τὴν μνήμην τῆς τοῦ παλαιοῦ προπάτορος θεοσεβείας ἕνεκα. Ὡς γὰρ ὑπομιμνήσκων τὸν Θεὸν τοῦ θεοφιλοῦς ἀνδρὸς καὶ τῆς ἐκείνου ἀρετῆς, δυσωπεῖ διὰ τῆς ἐκείνου μνήμης, καὶ ἱλεοῦται τὰ παρόντα. Ἐν μὲν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ, ὁπηνίκα τοῦ Ἰωσὴφ ἐμνημόνευεν, οὐ τὸν Ἰωσὴφ, ἀλλὰ τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ἀποβεβλῆσθαι ἔλεγε διὰ τοῦ· *Καὶ ἀπώσατο τὸ σκήνωμα Ἰωσὴφ, καὶ τὴν φυλὴν Ἐφραῒμ οὐκ ἐξελέξατο,* τοῦ λόγου σημαίνοντος τὸν ἐν Σηλὼμ τόπον· ἐπείπερ ἐν κλήρῳ τῆς φυλῆς Ἰωσὴφ ἔκειτο ἡ Σηλώμ· ἐν τούτοις δὲ τοῦ Ἰακὼβ μέμνηται καὶ τοῦ τόπου αὐτοῦ· διὰ μὲν τοῦ Ἰακὼβ τοὺς ἀπογόνους τοῦ θεοφιλοῦς ἀνδρὸς δηλῶν, διὰ δὲ τοῦ τόπου αὐτοῦ τὴν Ἱερουσαλὴμ σημαίνων, ἣν εἰς ἔρημον ἐλθεῖν κατὰ τοὺς Ἀντιόχου συνέβη χρόνους. Εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγει· *Μὴ μνησθῇς ἡμῶν ἀνομιῶν ἀρχαίων.* Οἱ δ' ὑπὲρ ἀρχαίων ἁμαρτημάτων εὐχόμενοι δῆλοι ἂν εἶεν μὴ νεωτέροις ἐνεχόμενοι πταίσμασιν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα,* ὁ Σύμμαχος, *Τάχυνον, προκαταλαβέτω ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου, ὅτι ἠτονήσαμεν σφόδρα,* ἡρμήνευσεν. Ὥσπερ δὲ ἀθλητὴς, πολλοὺς ὑποστὰς ἀγῶνας καὶ ἄθλους ὑπομείνας πολλοὺς ἐν φροντίδι καθέστηκε, μή πη ἐξατονήσας πέσῃ· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἵδε ἱκετεύουσι προκαταληφθῆναι καὶ βοηθείας τυχεῖν. Διό φασι· *Ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα. Βοήθησον ἡμῖν, ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἕνεκεν τῆς δόξης τοῦ ὀνόματός σου· Κύριε, ῥῦσαι ἡμᾶς, καὶ ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου.* Καὶ ταῦτα ὁ Προφήτης ἐκ προσώπου τῶν κατὰ Ἀντίοχον βασιλέα δεδιωγμένων προφέρεται· προφητικῶς τὴν εὐχὴν διὰ τῆς γραφῆς τοῖς μέλλουσι διώκεσθαι καταλιπὼν, ὡς ἂν ἔχοιεν ἐξ ἑτοίμου εἰδέναι, ὁποίοις προσήκει κεχρῆσθαι αὐτοὺς λόγοις ἐν ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν εὐχαῖς. Οὐ μὴν εἰς ἐκείνους μόνους ἵσταται τὰ λεγόμενα· ἁρμόσειε δὲ καὶ πᾶσι τοῖς τὰ παραπλήσια πεπονθόσι, ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς διωγμοῖς, μυ-

A *tuus?* sic intelligas: Quousque hæc erunt? Dicitur autem zelus, ad exemplum eorum qui nimiæ zelotypiæ affectu tenentur erga uxores, si ad alios viros accedant; sic enim et in Deo ultionem eorum qui pacta cum eo inita transgressi sunt, zelum Scriptura solet appellare. Supplicat ergo Propheta, sive ex propria persona, sive eorum nomine qui tempore Antiochi salvi facti sunt, post prædictionem eorum quæ tempore Antiochi Syriæ regis eventura erant, quando sancti Dei pro pietate mortem subiere, ut cesset ira populo immissa, et invadat inimicos ejus. Quamobrem ait: — VERS. 6, 7. *Effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt, et in regna quæ nomen tuum non invocaverunt. Quia comederunt Jacob, et locum ejus desolaverunt.* Opportune exi- B stimo hic Jacobi mentionem fieri, ob religionem prisci illius atavi. Nam talem virum Deo dilectum ejusque virtutem ipsi Deo commemorans, videtur ejus mentione facta ipsum deprecari, et in præsenti casu propitium reddere. In præcedenti quidem psalmo, quando Josephum memoravit, non ipsum Josephum, sed tabernaculum ejus repulsum fuisse dixit his verbis: *Et repulit tabernaculum Joseph, et tribum Ephraim non elegit* [31], hisque significat locum illum in Silo situm; quia in tribu Joseph Silo jacebat. Hic vero Jacobum meminit et locum ejus: per Jacobum, religiosi illius viri posteros indicans; per locum vero ejus, Hierosolymam, quam in solitudinem verti tempore Antiochi contigit. Sub hæc adjicit: — VERS. 8. *Ne memineris iniquitatum* C *nostrarum antiquarum.* Eos qui pro pristinis illis peccatis supplicant, palam est non esse nuperis delictis obnoxios. Pro illo autem, *Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis*, Symmachus, *Accelera, præveniant nos misericordiæ tuæ, quia infirmati sumus valde*, interpretatus est. Quemadmodum enim athleta qui multa subiit certamina, et pugnas multas sustinuit, in sollicitudine degit, ne debilior factus labatur; ita hi quoque precantur se præmuniri et auxilium consequi. Quare aiunt: *Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.* — VERS. 9. *Adjuva nos, Deus salvator noster, propter gloriam nominis tui; Domine, libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.* Hæc D Propheta ex persona eorum qui tempore Antiochi regis vexabantur, pronuntiat; orationem iis qui persecutionem passuri erant scriptam prophetice relinquens, ut in promptu cognoscere possent, quibus uti verbis in suis ad Deum precibus opus esset. Neque iis solum hæc tradita sunt; omnibus quippe similia patientibus competunt, quia in persecutionibus quæ nostra ætate contigerunt, sexcenti supra recensitis similia sunt perpessi, qui opportune utique talibus dictis usi fuerint, queis ad ita loquendum instituimur: *Propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.* Etiamsi enim nos auxilio digni non simus, at nomen gloriæ tuæ ne apud

[31] Psal. LXXVII, 67.

gentes blasphemetur, ac si non valeat nos liberare: *Et propitius*, inquit, *esto peccatis nostris propter nomen tuum*. Superius quidem dicebatur : *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum* : sed illic quidem, *iniquitatum*, dicitur. Iniquitates sane olim admiseramus antequam divinis legibus obsequeremur ; quæ merito antiquæ dicuntur. Nam ante Dei cognitionem scelera nostra iniquitates antiquæ erant; nunc vero cum hæc precamur non iniquitatum ulterius, sed peccatorum nobis conscii sumus; at iis quoque propitius esto rogamus, propter nomen tuum quod invocatum est super nos. Siquidem nomini consulens tuo quo nos exornamur, propitius esto peccatis nostris : ne forte nobis subjugatis, inimici blasphema dicta in nomen tuum proferant dicentes : — VERS. 10. *Ubi est Deus eorum?* At illud, *ubi*, dicere nunquam permittantur; sed tu Servator noster conspícuus effectus, ulciscere sanguinem servorum tuorum, qui effusus est. Ad hæc in precibus tempore persecutionis dicenda instituimur, hostiarum et holocaustorum loco sanguinem sanctorum martyrum proponentes, ac hujusmodi supplicationes emittentes. Hæc quoque ante nos qui in Judaico populo similia sunt perpessi, memorato tempore dicere edocebantur : quo et apud illos generosi martyres commonstrati sunt. Illorum meminit Machabæorum scriptura [54] : in iisque erat Eleazarus vir illustris, ætate provectus, qui generosam mortem pro pietate erga Deum vitæ prætulit. Sed etiam quædam mirabilis septem filiorum mater, certamine martyrii omni laude superior perfuncta est; filii quoque illius septem varias pugnas subeuntes, faustam perseverantiæ virtutem exhibuere [55]. Alii quoque plurimi sancti viri fuere, quorum mortem et sanguinis effusionem in oratione sermo commemorat his verbis : *Et innotescat in nationibus coram oculis nostris ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est*. Alii quidem sanguinem suum quasi libamina pro tota gente tradidere; alii vero non similia passi, alio modo pro pietate certamen inierunt carceribus mancipati, et vinculis constricti. Quorum item gemitus et dolores laboresque opportune in oratione commemorat dicens : — VERS. 11. *Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum*. Compeditos vero, non labere si dicas eos esse qui in mortalibus corporibus toto vitæ suæ tempore macerati sunt. Qualis erat Paulus dicens : *Nos autem viventes in tabernaculo, ingemiscimus gravati* [56]; et rursum : *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus* [57]? Tales erant Dei prophetæ, omnesque qui in corporibus suis nec deliciis nec voluptatibus dediti fuerunt, sed contra vitam suam afflixere jejuniis, laboribus, aliisque asceticis macerationibus; qui non pro se tantum, sed etiam pro toto populo imo pectore ad Deum ingemiscebant. Quare dicitur : *Introeat in conspectu*

A ρίοι τὰ ὅμοια τοῖς προλεχθεῖσιν ὑπομεμενήκασιν· οἱ καὶ εὐκαίρως χρήσαιντο ταῖς προκειμέναις φωναῖς, ἐν αἷς διδασκόμεθα λέγειν· *Ἕνεκεν τῆς δόξης τοῦ ὀνόματός σου, Κύριε, ῥῦσαι ἡμᾶς*. Κἂν γὰρ ἡμεῖς μὴ ἄξιοι ὦμεν βοηθείας, ἀλλὰ τό γε ὄνομα τῆς σῆς δόξης μὴ βλασφημείσθω παρὰ τοῖς ἔθνεσιν, ὡς μὴ ἰσχῦσαν ἡμᾶς ῥύσασθαι· *Καὶ ἱλάσθητι*, δέ φησι, *ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου*. Ἀνωτέρω μὲν οὖν ἐλέγετο· *Μὴ μνησθῇς ἡμῶν ἀνομιῶν ἀρχαίων*· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν *ἀνομιῶν*· ἀνομίαι δὲ ἦσαν πάλαι ἡμῖν πεπραγμέναι πρὸ τῆς τοῦ θείου νόμου ὑπακοῆς, αἵτινες εἰκότως ἀρχαῖαι εἴρηνται. Πρὸ γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως τὰ πλημμελούμενα ἡμῖν ἀνομήματα ἦν ἀρχαῖα· νῦν δὲ, ὅτε τὰ τῆς εὐχῆς ἀναπέμπομεν, οὐκέτι μὲν ἀνομίας, ἁμαρτίας δὲ ἑαυτοῖς B συνοίδαμεν· ἀλλὰ καὶ ταύτας ἱλασθῆναι ἀξιοῦμεν διὰ τὸ ἐπικεκλημένον ἡμῖν σὸν ὄνομα. Τοῦ γὰρ σαυτοῦ φειδόμενος ὀνόματος τοῦ κοσμοῦντος ἡμᾶς, ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, μήποτε, λαβόντες ἡμᾶς ὑποχειρίους οἱ ἐχθροὶ, βλασφημήσωσι τὸ σὸν ὄνομα λέγοντες· *Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν;* Ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὲν, *ποῦ*, εἰπεῖν αὐτοῖς μὴ συγχωρηθείη· ἐμφανὴς δὲ γενόμενος σὺ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν τὴν ἐκδίκησιν ποίησαι τοῦ αἵματος τῶν δούλων σου τοῦ ἐκκεχυμένου. Ταῦτα λέγειν ἐν εὐχαῖς παιδευόμεθα κατὰ τοὺς τῶν διωγμῶν καιροὺς, ἀντὶ θυσίας καὶ ὁλοκαυτωμάτων τὰ αἵματα τῶν ἁγίων μαρτύρων προβαλλόμενοι, καὶ τοιαύτας ἀναπέμποντες ἱκετηρίας. Ταῦτα δὲ καὶ πρὸ ἡμῶν οἱ ἐν τῷ Ἰουδαίων ἔθνει τὰ ὅμοια πεπονθότες κατὰ τὸν δηλωθέντα καιρὸν λέγειν C ἐδιδάσκοντο· καθ' ὃν παρ' αὐτοῖς γενναῖοι μάρτυρες ἀπεδείχθησαν. Ὧν μέμνηται ἡ γραφὴ τῶν καλουμένων Μακκαβαίων· ἐν οἷς ἦν Ἐλεάζαρός τις, ἐπιφανὴς ἀνὴρ, προβεβηκὼς μὲν τὴν ἡλικίαν, τὸ δὲ μετ' εὐκλείας θάνατον τῆς ζωῆς αὐτῆς προτιμήσας ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν Θεὸν εὐσεβείας. Ἀλλὰ καὶ μήτηρ ἑπτὰ παίδων θαυμασία τις καὶ ὑπὲρ πάντα λόγον ἐναθλήσασα τῷ μαρτυρίῳ· παῖδές τε ταύτης ἑπτὰ διαφόροις ὑποστάντες ἄθλοις, ἐξαίσιον ἀρετὴν καρτερίας ἐνεδείξαντο. Ἄλλοι τε παρὰ τούτοις πλεῖστοι ὅσιοι, ὧν τῆς τελευτῆς καὶ τῶν αἱμάτων τῆς ἐκχύσεως διὰ τῆς εὐχῆς μνημονεύων ὁ λόγος φησί· *Καὶ γνωσθήτω ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν ἡ ἐκδίκησις τοῦ αἵματος τῶν δούλων σου τοῦ ἐκκεχυμένου*. D Οἱ μὲν τὰ αἵματα ἑαυτῶν ὥσπερ σπονδὰς ὑπὲρ τοῦ παντὸς ἔθνους ἐκδεδώκασιν· οἱ δὲ, μὴ τὰ ὅμοια τούτοις πεπονθότες, ἄλλῳ τρόπῳ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ὑπέμειναν ἀγῶνα, ἔργοις (1) καὶ δεσμοῖς πεδούμενοι. Ὧν καὶ αὐτῶν τοὺς στεναγμοὺς καὶ τὰς ὀδύνας καὶ τοὺς πόνους εὐκαίρως διὰ τῆς εὐχῆς ἀναμιμνήσκει λέγων· *Εἰσελθέτω ἐνώπιόν σου ὁ στεναγμὸς τῶν πεπεδημένων*. Πεπεδημένους δὲ οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπὼν καὶ τοὺς ἐν τοῖς θνητοῖς σώμασι πάντα τὸν τῆς ζωῆς αὐτῶν βίον κατατρυχομένους. Ὁποῖος ἦν Παῦλος λέγων· *Ἡμεῖς οἱ ζῶντες ἐν τῷ σκήνει στενάζομεν βαρούμενοι*· καὶ πάλιν· *Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ*

[54] II Mach. VI, 18. [55] II Mach. VII. [56] II Cor. V, 4. [57] Rom. VII, 24.

(1) Γρ. εἱργμοῖς.

σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Τοιοῦτοι δὲ ἦσαν καὶ οἱ τοῦ Θεοῦ προφῆται, καὶ πάντες οἱ μὴ καθηδυπαθοῦντες ἐν τοῖς ἑαυτῶν σώμασι, μηδὲ τρυφῇ καὶ ἡδονῇ σχολάζοντες· τοὔμπαλιν δὲ πιέζοντες ἑαυτῶν τὴν ζωὴν ἀσιτίαις καὶ πόνοις καὶ ταῖς ἄλλαις ἀσκητικαῖς κακοπαθείαις· οἳ καὶ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ παντὸς λαοῦ ἐκ βάθους καρδίας πρὸς τὸν Θεὸν ἔστενον. Διὸ λέλεκται· *Εἰσελθέτω ἐνώπιόν σου ὁ στεναγμὸς τῶν πεπεδημένων*. Τίνες δέ εἰσι οἱ ταῦτα διδασκόμενοι λέγειν, ἑξῆς παρίστησι φάσκων· *Περιποίησαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων*. Ἡμεῖς μὲν γὰρ οὐ κατηξιώμεθα μέχρι θανάτου ἀγωνίσασθαι, οὐδὲ ὑπὲρ Θεοῦ κενῶσαι τὰ ἑαυτῶν αἵματα· ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν ταῦτα πεπονθότων ἐσμὲν υἱοί, σεμνυνόμενοι ἐπὶ τῇ τῶν πατέρων ἀρετῇ, δεόμεθα δι' ἐκείνους ἐλεηθῆναι. Διό φαμεν· *Περιποίησαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων*.

A *tuo gemitus compeditorum*. Quinam porro sint qui ad hæc dicenda instituti sunt sub hæc aperit his verbis: *Patrocinare filiis occisorum*. Nos siquidem non digni habiti sumus qui ad mortem usque certaremus, ac pro Deo sanguinem funderemus; sed quia filii sumus eorum qui hæc sunt perpessi, virtute patrum nostrorum ornati, precamur ut illorum gratia misericordiam consequamur. Quare dicimus: *Patrocinare filiis occisorum*.

Ἀπόδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν ἑπταπλασίονα εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτῶν, ὃν ὠνείδισάν σε, Κύριε. Ἡμεῖς δὲ λαός σου καὶ πρόβατα νομῆς σου, ἀνθομολογησόμεθά σοι εἰς τὸν αἰῶνα. Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἐξαγγελοῦμεν τὴν αἴνεσίν σου. Ἡμᾶς μὲν περιποίησαι, εἰ καὶ μὴ δι' ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τοὺς πατέρας. Τοῖς δὲ γείτοσιν ἡμῶν, τουτέστι τοῖς ἐπανισταμένοις ἡμῖν καὶ τὸν καθ' ἡμῶν πόλεμον διεγείρουσιν, ἀπόδος τὰ ἀμοιβαῖα, πολυπλασιάζων τὴν ὀφειλομένην αὐτοῖς ὑπὲρ ὧν ἔδρασαν τιμωρίαν, μὴ τοῖς καθ' ἡμῶν ἀρκεσθέντες κακοῖς, ἀλλ' ἤδη καὶ σὲ τὸν ἐπὶ πάντων Κύριον βλασφήμοις καὶ ὀνειδιστικοῖς περιβάλλοντες λόγοις. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν, φησὶν, ἀπόδος τὴν ἀξίαν τιμωρίαν πρὸς ὠφελείας αὐτῶν γενησομένην, ἐπιστρεφομένων καὶ σωφρονιζομένων δι' αὐτῆς· ἡμᾶς δὲ σῶζε, τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων· οἳ, εἰ καὶ μὴ τοῖς πατράσι γεγόναμεν ὅμοιοι, ἀλλ' ὅμως σου τυγχάνομεν λαὸς καὶ τῆς σῆς νομῆς πρόβατα· διὸ *ἀνθομολογησόμεθά σοι εἰς τὸν αἰῶνα*, εὐχαριστοῦντες δηλαδὴ καὶ τοὺς πρέποντας ὕμνους καὶ δοξολογίας ὑπὲρ ὧν εὖ πεπόνθαμεν σοὶ τῷ πάντων ἀγαθῶν δοτῆρι Θεῷ ἀναπέμποντες. Ἐφεξῆς τε *κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν ἐξαγγελοῦμεν τὴν αἴνεσίν σου* παισὶν ἡμετέροις καὶ παίδων παισὶ, διαδόχοις τε αὐτῶν τοῖς μετὰ ταῦτα γενησομένοις, ὥσπερ ἀγαθὸν κλῆρον παραδώσοντες τῆς αἰνέσεως τὰ σωτήρια μαθήματα.

Vers. 12-14. *Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, improperium ipsorum, quod exprobraverunt* B *tibi, Domine. Nos autem populus tuus et oves pascuæ tuæ, confitebimur tibi in sæculum. In generationem et generationem annuntiabimus laudem tuam.* Nobis patrocinare, etsi non nostri causa, sed propter patres nostros. Vicinis vero nostris, id est iis qui insurgunt in nos, nobisque bellum movent, vices retribuas, multiplicans illud sceleribus eorum debitum supplicium. Non sat illis fuit mala inflixisse nobis; sed te quoque universorum Dominum blasphemis et contumeliosis dictis impetiverunt. Verum illis ad utilitatem suam promeritum redde supplicium; ita ut eo convertantur et ad meliorem se frugem recipiant; nos autem occisorum filios, salute dona, qui, etiamsi non patribus C similes fuerimus, attamen populus tuus sumus et oves pascuæ tuæ; quare *confitebimur tibi in sæculum*, gratias scilicet agentes debitosque hymnos et laudes pro acceptis beneficiis tibi omnium bonorum largitori Deo emittentes. Deinceps vero *in generationem et generationem annuntiabimus laudem tuam* filiis nostris, filiis filiorum et eorum posteris, salutarem laudis tuæ disciplinam, ceu optimam sortem, tradentes.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΑΛΛΟΙΩΘΗΣΟΜΕΝΩΝ, ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΩ ΑΣΑΦ.

ΟΘ'.

Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, πρόσχες, ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσήφ. Τέσσαρές εἰσιν οἱ ἐπιγεγραμμένοι, *Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων*· δύο μὲν τοῦ Δαυΐδ, ὁ νθ' καὶ ὁ ξη', τῶν δὲ υἱῶν Κορὲ εἷς, ὁ μδ', καὶ τοῦ Ἀσὰφ ὡσαύτως ὁ μετὰ χεῖρας. Ὁ μὲν οὖν νθ' ἀπόπτωσιν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐδήλου καὶ κλῆσιν ἐθνῶν· ἔλεγε δ' οὖν ἀρχόμενος, *Ὁ Θεὸς, ἀπώσω ἡμᾶς, καὶ καθεῖλες ἡμᾶς, ὠργίσθης*, καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς. Εἶτα προϊὼν, ἐπῆγε· *Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου. Ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐκτενῶ τὸ ὑπόδημά μου, ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ἐφιλίασαν*· ἢ, ὑπετάγησαν. Ὡσαύτως καὶ ὁ ξη', *Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων* ἐπιγεγραμμένος, τὰ πάθη τοῦ Σωτῆρος καὶ τὴν τοῦ Ἰσραὴλ ἀποβολὴν παρίστησι λέγων· *Γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτῶν εἰς παγίδα καὶ εἰς ἀνταπόδοσιν καὶ εἰς σκάνδαλον. Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν,*

1. IN FINEM, PRO HIS QUI COMMUTABUNTUR, TESTIMONIUM ASAPH.

LXXIX.

Vers. 2. *Qui pascis Israel, intende, qui deducis velut ovem Joseph.* Quatuor sunt inscripti, *Pro iis* D *qui commutabuntur;* duo quidem Davidis, LIX et LXVIII, filiorum Core unus, XLIV, Asaphi item hic quem tractamus. Quinquagesimus nonus lapsum Judaici populi et vocationem gentium significabat, his verbis orsus: *Deus, repulisti nos et destruxisti nos, iratus es*, et cætera quæ sequuntur. Sub hæc autem: *Moab lebes spei meæ. In Idumæam extendam calceamentum meum; mihi allophyli amici facti sunt*, sive, *subditi sunt*. Similiter LXVIII, *Pro iis qui commutabuntur* inscriptus, cruciatus Servatoris et Israelis abjectionem declarat his verbis: *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, et in retributionem et in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper incurva. Effunde super eos iram tuam, et furor iræ tuæ com-*

prehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta, et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt, et super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Hi quidem Davidis sunt. Filiorum vero Core XLIV, cui titulus, *Pro iis qui commutabuntur*, canticum pro Dilecto emisit, cujus adventum vaticinans, vocationem Ecclesiæ ex gentibus addidit, hoc eam modo subindicans : *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus tuus, et adorabunt eum, filia Tyri in muneribus.* Eodem itaque modo hic quem tractamus, *Pro iis qui commutabuntur* inscriptus, ac in finem remittens, Christi adventum, Judaici populi captivitatem et Hierosolymorum incendium quod a Babyloniis factum est prænuntiat. Primo quidem orditur ab exitu Judæorum ex Ægypto, et habitatione eorum in Palæstina : deinde adjicit obsidionem post hæc ab Assyriis et Babyloniis factam : ad hæc autem supplicationem effundit pro Christi adventu : quæ singulatim in hujus prophetiæ interpretatione explicabuntur. Initio autem eum qui pascit Israel psalmus evocat : hic porro erat Dei Verbum, uti plerumque comprobavimus, declarantes non Deum qui super omnia est, sub hominis figura visum Abrahamo fuisse ; neque Moysi oracula fudisse, nec in deserto præcessisse populum ; sed hunc non alium esse, quam eum qui in Evangelio dicit : *Antequam Abraham fieret, ego sum*[88] ; et, *Abraham pater vester exsultavit ut videret diem meum, et vidit, et gavisus est*[88*]. Ipsum ergo jam evocat dicens : *Qui pascis Israel, intende*, etc., rogatque ut ostendat faciem suam pro communi omnium salute, adventumque ejus quamprimum contingere supplicat his verbis : *Excita potentiam tuam, et veni ut salvos facias nos ;* ac tertio cum dicit, *Ostende faciem tuam, et salvi erimus.* Deinde vero adventus modum declarat dicens : *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, et super filium hominis, quem confirmasti tibi.* Incorporeum namque Dei Verbum rogat, ut per virum dexteræ suæ, et per Filium hominis beneficam virtutem suam omnibus largiatur. Divini itaque et salutaris adventus hac ratione mentionem fecit ; Israelis vero ruinam ita vaticinatur : *Utquid destruxisti maceriam ejus ?* scilicet vineæ, quam ex Ægypto transtulit, *et vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam. Exterminavit eam aper de silva, et singularis ferus depastus est eam. Incensa igni et suffossa.* Hæc de vinea percurrens, Judaicæ gentis vastationem prænuntiabat. Jure itaque in titulo hæc dicta testimonium vocantur : nam testimonium hæc futura esse dixit. Unde apud Symmachum et Aquilam, *testificatio* dicitur. Illius autem loco, *pro iis qui commutabuntur*, Symmachus, *pro floribus ;* Aquila vero, *pro liliis*, interpretati sunt. Prosperitatem siquidem Ju-

A *καὶ τὸν νῶτον αὐτὸν διαπαντὸς σύγκαμψον. Ἔκχεον ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὀργήν σου, καὶ ὁ θυμὸς τῆς ὀργῆς σου καταλάβοι αὐτούς. Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη, καὶ ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν· ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας κατεδίωξαν, καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν.* Οὗτοι μὲν οὖν οἱ τοῦ Δαυΐδ. Τῶν δὲ υἱῶν Κορὲ ὁ μδʹ, *Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων* τὴν ἐπιγραφὴν ἔχων, ᾠδὴν ἀνέπεμπε ὑπὲρ τοῦ Ἀγαπητοῦ, οὗ τὴν παρουσίαν θεσπίσας ἐπισυνῆπτε τὴν κλῆσιν τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας τοῦτον αἰνιττόμενος τὸν τρόπον· *Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. Καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου, ὅτι αὐτός ἐστι*
B *Κύριός σου, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ, θυγάτηρ Τύρου ἐν δώροις.* Κατὰ τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον καὶ ὁ μετὰ χεῖρας *Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων* ἐπιγεγραμμένος, καὶ εἰς τὸ τέλος ἀναπέμπων, Χριστοῦ παρουσίαν, τοῦ τε Ἰουδαίων ἔθνους τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ τὸν ἐμπρησμὸν τῆς Ἱερουσαλὴμ ὃν πέπονθεν ὑπὸ Βαβυλωνίων προαναφωνεῖ. Πρῶτον μὲν οὖν διεξέρχεται τὴν ἀπ' Αἰγύπτου τῶν Ἰουδαίων ἔξοδον, καὶ τὴν κατοίκησιν αὐτῶν τὴν ἐπὶ τῆς τῶν Παλαιστίνων γῆς· ἔπειτα συνάπτει τὴν μετὰ ταῦτα εἰσελθοῦσαν αὐτοῖς πολιορκίαν ὑπὸ Ἀσσυρίων καὶ Βαβυλωνίων καὶ πρὸς τούτοις ἱκετηρίαν ἐκτίθεται ὑπὲρ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπιφανείας· ταῦτα δὲ κατὰ μέρος δειχθήσεται ἐν τῇ τῶν προφητευομένων ἑρμηνείᾳ· κατὰ δὲ τὴν ἀρχὴν
C ἀνακαλεῖται ὁ ψαλμὸς τὸν ποιμαίνοντα τὸν Ἰσραήλ· οὗτος δὲ ἦν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὡς πολλάκις ἀπεδείξαμεν παριστῶντες, μὴ τὸν ἐπέκεινα τὸν ὅλων Θεὸν εἶναι τὸν ὦφθαι τῷ Ἀβραὰμ ἐν ἀνδρὸς σχήματι ἀναγεγραμμένον, καὶ τῷ Μωϋσεῖ κεχρηματικέναι, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ προωδευκέναι τοῦ λαοῦ· εἶναι δὲ τοῦτον οὐδέτερον τοῦ ἐν Εὐαγγελίοις εἰρηκότος· *Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι*· καὶ, *Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ ἴδε καὶ ἐχάρη.* Αὐτὸν δὴ οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀνακαλεῖται φάσκων· *Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, πρόσχες*, καὶ τὰ ἑξῆς, ἐπιφᾶναί τε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἁπάντων σωτηρίας ἀντιβολεῖ, τήν τε παρουσίαν αὐτοῦ ᾗ τάχος γενέσθαι ἀξιοῖ λέγων· *Ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ, εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς.* Τρίτον δὲ
D εἰπὼν, *Ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθησόμεθα*, τὸν τρόπον τῆς ἐπιφανείας παρίστησιν ἑξῆς ἐπιλέγων· *Γενηθήτω ἡ χείρ σου ἐπ' ἄνδρα δεξιᾶς σου, καὶ ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου, ὃν ἐκραταίωσας σεαυτῷ.* Τὸν γὰρ ἀσώματον τοῦ Θεοῦ Λόγον ἀξιοῖ δι' ἀνδρὸς δεξιᾶς αὐτοῦ καὶ διὰ Υἱοῦ ἀνθρώπου τὴν εὐεργετικὴν αὐτοῦ δύναμιν δωρήσασθαι τοῖς πᾶσι. Τῆς μὲν οὖν σωτηρίου θεοφανείας τὴν μνήμην τοῦτον ἐποιήσατο τὸν τρόπον, τὴν δὲ τοῦ Ἰσραὴλ ἀπόπτωσιν ὧδέ πη θεσπίζει λέγων· *Ἱνατί καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς;* δηλονότι τῆς ἀμπέλου, ἣν ἐξ Αἰγύπτου μετήγαγε, *καὶ τρυγῶσιν αὐτὴν πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν. Ἐλυμήνατο αὐτὴν ὗς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μο-*

[88] Joan. VIII, 58. [88*] ibid. 56.

νιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν. *Ἐμπεπυρισμένη ἐν πυρὶ καὶ κατεσκαμμένη.* Ταῦτα περὶ τῆς ἀμπέλου διελθὼν, τὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐθέσπιζεν ἐρημίαν. Εἰκότως οὖν ἐν τῇ προγραφῇ καὶ μαρτύριον κέκληται τὰ λεγόμενα· μαρτύριον γὰρ ταῦτα ἔσεσθαι, καὶ διεμαρτύρατο. Ὅθεν παρὰ τῷ Συμμάχῳ καὶ παρὰ τῷ Ἀκύλᾳ *μαρτυρία* εἴρηται. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων*, ὁ μὲν Σύμμαχος, *ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν*, ὁ δὲ Ἀκύλας, *ὑπὲρ τῶν κρίνων*, ἡρμήνευσαν· ἄνθεσι καὶ κρίνοις τὴν πρόσκαιρον βραχὺν γενομένην ποτὲ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους εὐπραγίαν παραβάλλοντος τοῦ λόγου. Ἀναπέμπει δῆτα ὁ Προφήτης ἱκετηρίαν πρὸς τὸν πάλαι ἐφορῶντα καὶ ἐπισκοποῦντα τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ τοῦτον ἀνακαλούμενός φησιν· *Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, πρόσχες*· οὕτω δὲ δυσωπεῖ ὑπομιμνήσκων τῆς πάλαι αὐτοῦ ἐπισκοπῆς. Τοῖς γὰρ σοῖς, φησὶ, θρέμμασι καὶ τοῖς σοῖς προβάτοις πρόσχες, ὁ ποτὲ ποιμάνας αὐτά. Εἰ γὰρ καί ποτε ἄλλοτε τὴν ποιμαντικὴν ὑπέμεινας ἀνθρώπων φροντίδα, ὡδήγησάς τε τὸν ἐν ἀνθρώποις γενόμενόν σου λαὸν, τούτων αὐτῶν μνήσθητι· καὶ μὴ παρίδῃς οὓς τοσαύτης ἠξίωσας προνοίας. Πρόσχες οὖν, φησὶ, καὶ κατανόησον ὁποῖα πέπονθεν ἡ σὴ ποίμνη, καὶ ὡς ἐλυμήνατο αὐτοὺς ὗς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν, καὶ ὡς γέγονεν ἐμπεπυρισμένη πυρὶ καὶ ἀνεσκαμμένη ἀπὸ ἐπιτιμήσεως τοῦ προσώπου σου. Διδάσκει δὲ ταῦτα ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ὁ Προφήτης τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, μελετᾷν καὶ ἀπαγγέλλειν προλαβὼν τοὺς χρόνους καὶ τὰ πράγματα· ἵν' ἐπειδὰν ἐπιστῇ καὶ δι' ἔργων χωρήσῃ τὰ προπεφητευμένα, δέχοιεν ἐξ ἑτοίμου τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἱκετηρίας τὴν γνῶσιν. Τίς δέ ἐστιν ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, αὐτὸς παρίστησιν ὁ εἰπών· *Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκουσί με τὰ ἐμά*· καὶ αὖθις· *Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων.* Αὐτὸς δὲ ἦν καὶ ὁ τὸν Ἰωσὴφ ὡσεὶ πρόβατον ὁδηγῶν ἤτοι τὴν φυλὴν, ἢ τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος μεταφορικῶς ἀπὸ μιᾶς ὀνομάζων φυλῆς τῆς τοῦ Ἰωσήφ· ἢ καὶ μᾶλλον αὐτὸν τὸν ἄνδρα τὸν τῆς φυλῆς προπάτορα. Ἐπειδὴ συνῆν αὐτῷ ἐπιβουλευομένῳ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, καὶ πιπρασκομένῳ τοῖς Ἰσμαηλίταις, καὶ εἰς Αἴγυπτον καταγομένῳ, καὶ τῷ Πετεφρῇ δουλεύοντι, τήν τε ἀκόλαστον δέσποιναν ἀποστρεφομένῳ, ὡς εἰς δεσμωτήριόν τε καθειργμένῳ. Ἐν πᾶσι γοῦν τούτοις ἐπισημαίνεται ἡ Μωϋσέως γραφὴ λέγουσα· *Καὶ ἦν Κύριος μετὰ Ἰωσήφ.* Ὅθεν μοι δοκεῖ κυριώτερον ἡρμηνευκέναι ὁ Θεοδοτίων φήσας· *Ὁ καθοδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσήφ.* Οὕτω δ' ἂν εἴποις καὶ πεποιμάνθαι αὐτὸν τὸν Ἰσραὴλ τὸν πρῶτον χρηματίσαντα ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ. Ἦν δὲ οὗτος Ἰακὼβ, ὁ παῖς τοῦ Ἰσαάκ. Ἐπεὶ κἀκεῖνος μόνος εἰς τὴν μέσην τῶν ποταμῶν καταβὰς μετὰ τῆς εἰς τὸν Θεὸν ἐλπίδος, αὐτὸν εὕρατο ποιμένα τὸν συνόντα αὐτῷ τοῦ Θεοῦ Λόγον, τὸν τὰς ἐπιφανείας αὐτῷ πεποιημένον. Εὐκαίρως οὖν δυσωπῶν ὁ λόγος τὸν Θεὸν, οὐ βούλεται μὲν τοῦ πλήθους

A dæorum brevem et temporaneam, floribus et liliis comparat. Supplicationem igitur emittit Propheta ad eum qui olim Israelem curabat et inspiciebat, Dei scilicet Verbum, quod invocans ait : *Qui pascis Israel, intende.* Sic autem ipsum flectere conatur, antiquam ejus in populum inspectionem commemorans. Tua, inquit, pecora, ovesque tuas cures, qui olim pascebas illas. Nam si quondam pastoralem hominum sollicitudinem subiisti, si populum, qui inter homines alios tuus dicebatur, deduxisti, horum memento, neque despicias eos quos tanta providentia dignatus es. Intende igitur, inquit, et considera quanta grex ille tuus patiatur, quomodo vineam illam exterminaverit aper de silva, et singularis ferus depastus sit eam, quomodo fuerit incensa
B igni et suffossa ab increpatione vultus tui. Hæc porro in Spiritu sancto Judaicam gentem Propheta docet, tempora et eventus rerum meditari ac prænuntiare occupans ; ut cum res quæ in prophetia feruntur advenerint, in promptu notitiam illius ad Deum emissæ supplicationis exciperent. Quis vero sit qui pascit Israel, declarat ipse qui ait : *Ego sum pastor bonus, et cognosco meas, et cognoscunt me meæ* [59]; et rursum : *Ego sum pastor bonus, et animam meam pono pro ovibus* [60]. Ipse vero erat qui Josephum, vel tribum ejus, ut ovem deducebat; sive etiam totam Judaicam gentem metaphorice ab una tribu Joseph subindicans ; sive potius ipsum virum tribus progenitorem. Quoniam ipsi insidiis fratrum
C impetito, Ismaelitis vendito, in Ægyptum deducto, Petephræ servienti, impudicam dominam aversanti, in carcerem item conjecto, aderat. Nam in omnibus his adfuisse Moysis scriptura commemorat dicens : *Et erat Dominus cum Joseph* [61]. Unde commodius vertisse mihi videtur Theodotio, qui ait : *Qui deducis quasi ovem Joseph.* Ita quoque dixeris ipsum Israelem, qui primus hoc nomine appellatus est, a pastore ductum fuisse. Hic vero Jacob erat, filius Isaac. Nam ille cum solus in Mesopotamiam spe in Deum fultus descenderet, pastorem suum invenit qui aderat sibi, Verbum scilicet Dei, quod ipsi apparere solebat. Opportune itaque Deo supplicans, non turbam impiorum memorat, sed unius tantum et alterius ex religiosis illis olim viris men-
D tionem facit, ex progenitorum virtute et religione posteros eorum misericordiam consequi deprecans. — Vers. 3. Hic vero ipse qui sanctorum olim virorum pastor fuit, is qui cherubinis vehitur erat. Quibusnam cherubinis, nisi iis qui ab Ezechiele visi sunt, quorum imagines et symbola jussus Moyses supra arcam ex auro posuit? Cherubim autem meminit Ezechiel hoc pacto loquens : *Et vidi, et ecce super firmamentum, quod erat super caput cherubim, quasi lapis sapphiri, similitudo throni in ipso* [62]. Postea vero ait : *Et egressa est gloria Domini a limine domus, et ascendit super cherubim :*

[59] Joan. x, 14. [60] ibid., 11. [61] Gen. xxxix, 2. [62] Ezech. i, 26.

et assumpserunt cherubim alas suas, et elevata sunt a A *terra in conspectu meo dum exirent: et rotæ hærebant ipsis. Et steterunt ad præliminaria portæ domus e regione positæ, et gloria Dei Israel erat supra eos* [63]. Viden' quo pacto hic currus Dei describatur de quo alibi dicitur, *Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium?* Cherubim vero currus erant, ita ut supra caput ipsorum throni similitudo esset, et supra thronum gloria Domini. Quænam esset gloria Domini initio libri declaratur, ubi dicitur: *Super cherubim quasi species erat lapidis sapphiri, similitudo throni super ipsum: et super similitudinem throni similitudo quasi species hominis desuper. Et vidi quasi formam electri a specie lumborum et desuper; et a specie lumborum usque deorsum, quasi species ignis, et lux ejus in circuitu*; adjicitque: *Hæc visio similitudinis gloriæ Domini* [64].

τῶν ἀσεβῶν μνημονεύειν· ἑνὸς δὲ καὶ δευτέρου τῶν πάλαι θεοφιλῶν ἀνδρῶν μνήμην ποιεῖται, διὰ τῆς τῶν προπατόρων ἀρετῆς καὶ θεοσεβείας τοὺς ἐξ αὐτῶν γενομένους ἐλέου τυχεῖν ποτνιώμενος. Ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος ὁ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ποτε γενόμενος ποιμὴν, καὶ τοῖς χερουβὶμ ἐποχούμενος ἦν. Ποίοις δὲ χερουβὶμ ἢ τοῖς παρὰ τῷ Ἐζεκιὴλ τεθεωρημένοις, ὧν εἰκόνας καὶ σύμβολα Μωϋσῆς διὰ χρυσοῦ ὑπεράνω τῆς κιβωτοῦ κελευσθεὶς ἐποίει; Μέμνηται δὲ τῶν χερουβὶμ ὁ Ἐζεκιὴλ, τοῦτον λέγων τὸν τρόπον· *Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐπάνω τοῦ στερεώματος τοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ χερουβὶμ ὡς λίθος σαπφείρου ὁμοίωμα θρόνου ἐπ' αὐτῷ.* Καὶ μεθ' ἕτερά φησι· *Καὶ ἐξῆλθε δόξα Κυρίου ἀπὸ τοῦ αἰθρίου τοῦ οἴκου, καὶ ἐπέβη ἐπὶ τὰ χερουβίμ· καὶ ἀνέλαβε τὰ χερουβὶμ τὰς πτέρυγας αὐτῶν, καὶ* B *ἐμετεωρίσθησαν ἀπὸ τῆς γῆς ἐνώπιον ἐμοῦ ἐν τῷ ἐξελθεῖν αὐτὰ, καὶ οἱ τροχοὶ ἐχόμενοι αὐτῶν. Καὶ ἔστησαν ἐπὶ τὰ πρόθυρα τῆς πύλης τοῦ οἴκου τῆς ἀπέναντι, καὶ δόξα Θεοῦ Ἰσραὴλ ἦν ἐπ' αὐτῶν ὑπεράνω.* Ὁρᾷς ὅπως ἐν τούτοις τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ διαγράφεται, περὶ οὗ λέλεκται ἐν ἑτέρῳ, *Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον χιλιάδες εὐθηνούντων;* Χερουβὶμ δὲ ἦν τὸ ἅρμα, ὡς ὑπὲρ κεφαλῆς θρόνου ὁμοίωμα, καὶ ἐπὶ τούτῳ δόξα Κυρίου. Τίς δὲ ἡ δόξα Κυρίου ἦν κατ' ἀρχὰς τῆς βίβλου δηλοῦται, ἔνθα εἴρηται· *Ὑπεράνω τῶν χερουβὶμ ὡς ὅρασις λίθου σαπφείρου, ὁμοίωμα θρόνου ἐπ' αὐτοῦ· καὶ ἐπὶ τοῦ ὁμοιώματος τοῦ θρόνου ὁμοίωμα ὡς εἶδος ἀνθρώπου ἄνωθεν. Καὶ εἶδον ὡς ὄψιν ἠλέκτρου ἀπὸ ὁράσεως ὀσφύος ἕως ἄνω· καὶ ἀπὸ ὁράσεως ὀσφύος ἕως κάτω, ὡς ὅρασις πυρὸς, καὶ φέγγος αὐτοῦ κύκλῳ·* καὶ ἐπιλέγει· *Αὕτη ἡ ὅρασις ὁμοιώματος δόξης Κυρίου.*

Vides quomodo gloriam Dei in throno sedentem explicans, formam hominis descripserit? Quænam alia fuerit illa hominis forma, quæ non ipse Deus, sed gloria Dei dicta est, quam unigenitum Dei Verbum, quod aliquando gloriam Dei Patris, aliquando speciem hominis propter hominem quem assumpsit, nuncupat? cujus quæ ad dei- C tatem spectabant electro, omnis materiæ pretiosissimo, simile dicebatur; quæ vero a lumbis usque deorsum erant, modo speciei ignis, modo lucis splendori; quia quæ in naturæ consortium veniunt, homines scilicet in terra constituti, vario modo ejus virtutibus opus habent: nam ii qui luce digna faciunt, illuminante vi indigent; qui vero igne digna perpetrant, comburente et ultrice virtute. Cœlestium porro imagines et symbola adornare jussus Moyses, cherubim ex auro confecit: hæc vero arcæ insidebant, in quorum medio propitiatorium ex auro factum consistebat: eratque propitiatorium in medio cherubim aurigæ instar ipsis impositum; ita ut propitiatorium illud ex auro factum, imago D et exemplar esset ejus qui super cherubim in Ezechiele propheta visus est; quem Verbum esse Dei commonstravimus. Quare divinus Apostolus ipsum Verbum propitiatorium vocat, dicens: *Quem proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine ejus* [65]. Hæc autem a Moyse ex auro figurate confecta, cherubim dico et propitiatorium, populo præibant in solitudine, coram Ephraim, Benjamin et Manasse. Nam in exitu duodecim tribuum, ante arcam tres tribus castrametabantur, nempe Juda, Issachar et Zabulon; arcam item tres tribus sequebantur, nempe Ephraim, Benjamin et Manasse, a

B idque agebant septimo mense, quo congregati, Tubarum solemnitatem celebrabant: idque semel per annum præstabant. Ait ergo legis scriptura: *Mense septimo, prima mensis erit vobis requies, memoriale tubarum: vocabitur sancta vobis* [87]. Ut igitur in neomenia illa clangebant, ita etiamnunc vocatos buccinare cupit. Erat autem dies illa solemnitatis Tubarum, dies conspicua; atque de illa Moyses: *Omne opus servile non facietis: dies celebritatis erit vobis* [88]. Quapropter hic quoque dicitur: *In insigni die solemnitatis vestræ.* Erat ergo insignis dies et festus dies, non alius rei quam tubarum: quare Tubarum festum vocabatur. Cum autem tres essent eodem mense solemnitates, prima Tubarum, quæ in
C neomenia celebrabatur; secunda Propitiationis, decima die mensis; tertia Tabernaculorum; solam Tubarum diem imitari præcipit dicens: *Buccinate in neomenia tuba;* quod clarius ita protulisset: Sicut olim in neomenia, locum omnem circumcursantes buccinabant, ut festum indicarent; similiter et vos qui jubemini, *buccinate.* Vult porro gentium præcones, non cæteris Judaicis observationibus animum adhibere, sed sola prædicatione uti, et omnibus hominibus salutare et evangelicum verbum buccinare. Horum namque symbola Moyses instituebat, eratque præceptum in Israel (VERS. 5) lege sancitum quod buccinare oporteret, dieique festi tempus tuba omnibus significare. Hoc vero præceptum ex judicio, voluntate et decreto Dei Jacob
D edebatur. Ipse namque Deus, qui Jacobo olim in viri specie et forma visus est, hic erat qui olim istbæc populum facere figurate per Moysem jubebat. Quod autem buccinare hic, clamare et omnibus annuntiare, significet, docet Servator his verbis: *Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te* [89].

[86] Matth. x, 27. [87] Levit. xxiii, 24. [88] Lev. xxiii, 7. [89] Matth. vi, 2.

VERS. 6. *Testimonium in Joseph posuit illud, cum exiret de terra Ægypti, linguam quam non noverat audivit.* Memoratum de tubis præceptum, testimonium, inquit, posuit in Joseph. Secundum Symmachum vero: *Testificationem per Joseph posuit illud:* testimonium vero quasi testificatus dabat: eratque illud signum alterius rei. Aliquas enim tubas subindicabat, quarum officium cum apostoli Servatoris nostri, tum evangelici verbi præcones partim explebant, per omnem terram clangentes, omnibusque gentibus salutaris Dei adventus festum prædicantes. Arcanorum vero consummationem per angelos futuram docet qui ait: *Tuba canet enim, et mortui in Christo resurgent primi* [90]; ac rursum: *In momento, in ictu oculi, in novissima tuba* [91]; iterumque: *Ipse Dominus in jussu et in voce archangeli, et in tuba Dei descendet* [92]. His porro Servator discipulos suos initiabat dicens: *Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum potestate et majestate magna. Et mittet angelos suos cum tuba magna, et congregabunt electos ejus ex quatuor ventis, a summis cœlorum usque ad extremum eorum* [93]. Sed mortuorum quidem resurrectio, per evangelicas tubas annuntiantes adventum regni Filii Dei, efficietur: apostoli autem jam in primo adventu ejus tubis, magnis scilicet Spiritus sancti vociferationibus utentes, quotquot olim secundum animam mortui erant, ad vitam quæ in Deo est revocarunt. Quorum symbola tradens Moyses, Tubarum festum lege sancivit. Quapropter dicitur: *Testimonium in Joseph posuit illud.* Quodnam illud præceptum erat? de tubis scilicet: ab una autem tribu Joseph totam gentem indicavit. Cur autem in his totam gentem Joseph vocavit? Quia Josephi occasione omnes in Ægyptum descenderunt. Quandonam vero testimonium, videlicet tubarum legem populo posuit, nisi quo tempore eduxit eum de terra Ægypti, quando linguam quam non noverat audivit? Cum enim in deserto versarentur, voce Dei dignati sunt, qui Decalogum ipsorum auribus exceptum, servandum tradidit. Tempore autem illo ab Ægyptiaca servitute et calamitate liberati sunt. Quamobrem dictum est: — (VERS. 7.) *Divertit ab oneribus dorsum ejus, manus ejus in cophino servierunt;* secundum Symmachum vero: *Abstulerunt ab onere humerum ejus: manus ejus a cophino liberatæ sunt.* Nam cum Pharaoni servirent, ac luto lateribusque astringerentur, civitates ipsi ædificantes, tunc sane cophinis manus, oneribus humeri defatigabantur. Cæterum visitatione Dei adveniente, liberi evasere. Quare ait: *Divertit ab oneribus dorsum ejus.* Quis vero divertit, nisi qui liberavit eos Deus? His porro dignatus eos est, quia in tribulatione ipsum invocabant. Quod etiam Moysis Scriptura declarat dicens: *Et ingemuerunt filii Israel, et clamaverunt ad Dominum, et ascendit clamor eorum ad*

A *Μαρτύριον ἐν τῷ Ἰωσὴφ ἔθετο αὐτὸ, ἐν τῷ ἐξελθεῖν αὐτὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου, γλῶσσαν ἣν οὐκ ἔγνω ἤκουσε.* Τὸ προλεχθὲν περὶ σαλπίγγων πρόσταγμα μαρτύριον, φησὶν, ἔθετο ἐν τῷ Ἰωσήφ· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Μαρτυρίαν διὰ τοῦ Ἰωσὴφ ἔταξεν αὐτό·* τὸ δὲ μαρτύριον ὥσπερ διαμαρτυρόμενος ἐδίδου· καὶ ἦν τοῦτο σημεῖον ἑτέρου πράγματος· ᾐνίττετο γὰρ περί τινων σαλπίγγων, ὧν ἐκ μέρους μὲν οἱ ἀπόστολοι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ οἱ τοῦ εὐαγγελικοῦ λόγου κήρυκες ἀπεπλήρουν τὰ ἔργα, εἰς πᾶσαν τὴν γῆν σαλπίζοντες, καὶ πᾶσιν ἔθνεσι κηρύττοντες τὴν τῆς σωτηρίου θεοφανείας ἑορτήν. Τὰ δὲ ἀποτελέσματα τῶν ἀποῤῥητοτέρων δι' ἀγγέλων ἔσεσθαι διδάσκει ὁ εἰπών· *Σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἐγερθήσονται πρῶτοι·* καὶ πάλιν· B *Ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι·* καὶ πάλιν· *Αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι καὶ ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται.* Ταῦτα δὲ καὶ ὁ Σωτὴρ ἐμυσταγώγει τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς, λέγων· *Καὶ ὄψονται τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. Καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος μεγάλης, καὶ ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν.* Ἀλλ' ἡ μὲν τῶν νεκρῶν ἀνάστασις ἔσται ποτὲ διὰ σαλπίγγων εὐαγγελικῶν εὐαγγελιζομένων τὴν ἄφιξιν τῆς βασιλείας τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· καὶ οἱ ἀπόστολοι δὲ ἐντεῦθεν ἤδη κατὰ τὴν πρώτην αὐτοῦ C παρουσίαν σάλπιγξι χρώμενοι, ταῖς τοῦ ἁγίου Πνεύματος μεγαλοφωνίαις πάντας ἀνεκαλοῦντο τοὺς ψυχὰς νενεκρωμένους ἐπὶ τὴν ἐν Θεῷ ζωήν· ὧν τὰ σύμβολα Μωσῆς παραδιδοὺς, τὴν περὶ σαλπίγγων ἐνομοθέτει ἑορτήν. Διὸ λέλεκται· *Μαρτύριον ἐν τῷ Ἰωσὴφ ἔθετο αὐτό.* Τί δὲ αὐτὸ ἦν τὸ πρόσταγμα; τὸ περὶ τῶν σαλπίγγων· ἀπὸ μιᾶς δὲ φυλῆς τῆς τοῦ Ἰωσὴφ τὸ πᾶν ἐδήλου ἔθνος. Διὰ τί δὲ ἐν τούτοις τὸ πᾶν ἔθνος Ἰωσὴφ ὠνόμασεν; Ἐπειδήπερ προφάσει τοῦ Ἰωσὴφ οἱ πάντες κατεληλύθεισαν εἰς Αἴγυπτον. Πότε δὲ μαρτύριον τὸν περὶ σαλπίγγων νόμον ἔθετο τῷ λαῷ, ἢ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, καθ' ὃν ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ὁπηνίκα γλῶσσαν ἣν οὐκ ἔγνω ἤκουσεν; Ἐπὶ τῆς ἐρήμου γὰρ διατρίβοντες, φωνῆς Θεοῦ κατηξιώθησαν, τὴν Δεκάλογον αὐτοῖς D ἐξάκουστον διατατιομένου. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ καὶ τῆς παρ' Αἰγυπτίοις δουλείας τε καὶ κακοπαθείας ἠλευθεροῦντο. Διὸ λέλεκται· *Ἀπέστησεν ἀπὸ ἄρσεων τὸν νῶτον αὐτοῦ· αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐν τῷ κοφίνῳ ἐδούλευσαν·* κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Παρεῖλον ἀπὸ βασταγμοῦ τὸν ὦμον αὐτοῦ, αἱ χεῖρες αὐτοῦ κοφίνου ἀπηλλάγησαν.* Ὅτε γὰρ ἐδούλευον τῷ Φαραὼ, πηλῷ τε καὶ πλινθείᾳ κατειργάζοντο, οἰκοδομοῦντες αὐτῷ τὰς πόλεις, τὸ τηνικαῦτα κοφίνοις μὲν τὰς χεῖρας, βαστάγμασι δὲ τοὺς ὤμους κατεπονοῦντο. Πλὴν ἀλλὰ τούτων ἁπάντων ἐλεύθεροι κατέστησαν τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῖς γενομένης. Διό φησιν· *Ἀπέστησεν ἀπὸ ἄρσεων τὸν νῶτον αὐτοῦ.* Τίς δὲ ἀπέστησεν,

[90] I Thess. IV, 15. [91] I Cor. XV, 52. [92] I Thess. IV, 15. [93] Matth XXIV, 30.

ἀλλ' ἢ ὁ ἐλευθερώσας αὐτοὺς Θεός; Τούτων δὲ αὐτοὺς A ἠξίου, ἐπειδήπερ ἐν θλίψει αὐτὸν ἐπεκαλοῦντο· καὶ τοῦτο δὲ ἡ Μωσέως παρίστησι Γραφὴ λέγουσα· *Καὶ κατεστέναξαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, καὶ ἀνεβόησαν πρὸς Κύριον, καὶ ἀνέβη βοὴ αὐτῶν πρὸς τὸν Θεόν.* Οἷς ἀκολούθως καὶ τὸ παρόν φησι λόγιον· *Ἐν θλίψει ἐπεκαλέσω με, καὶ ἐῤῥυσάμην σε· ἐπήκουσά σου ἐν ἀποκρύφῳ καταιγίδος, ἐδοκίμασά σε ἐπὶ ὕδατος ἀντιλογίας.* Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ἐπήκουσά σου ἐν ἀποκρύφῳ καταιγίδος,* ὁ μὲν Ἀκύλας· *Ἐπακούσω σου ἐν ἀποκρύφῳ βροντῆς·* καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις ὁμοίως. Εἶτα ἐπιλέγει· *Ἐδοκίμασά σε ἐπὶ ὕδατος ἀντιλογίας.* Ὃ δὴ καὶ αὐτὸ σαφῶς ἡ Μωσέως παρίστησι Γραφὴ λέγουσα· *Οὐκ ἦν δὲ ὕδωρ πιεῖν τῷ λαῷ· καὶ ἐλοιδορεῖτο ὁ λαὸς πρὸς Μωσῆν, καὶ ἔλεγον· Δὸς ἡμῖν ὕδωρ, ἵνα πίωμεν. Ὁ* B *δὲ ἔλεγε· Τί λοιδορεῖσθέ μοι, ἢ τί πειράζετε Κύριον;* Καὶ ἑξῆς· *Εἶπε Μωσῆς πρὸς Κύριον λέγων· Τί ποιήσω τῷ λαῷ τούτῳ; ἔτι μικρὸν, καὶ λιθοβολήσουσί με. Εἶθ' ὁ Κύριος πρὸς αὐτόν φησιν· Ὧδε ἐγὼ ἕστηκα πρὸ τοῦ σὲ ἐκεῖ, ἐπὶ τῆς πέτρας ἐν Χωρήβ. Καὶ πατάξω τὴν πέτραν, καὶ ἐξελεύσεται ὕδωρ, καὶ πίεται ὁ λαός. Καὶ ἐποίησεν οὕτως Μωσῆς. Καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου Πειρασμὸς καὶ Λοιδόρησις, διὰ τὴν λοιδορίαν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ διὰ τοῦ πειράζειν αὐτοὺς Κύριον, λέγοντας· Εἰ ἔστι Κύριος ἐν ἡμῖν, ἢ οὔ;* Ταῦτα πάντα τὸν ἐξ ἐθνῶν λαὸν διδάσκει ἡ μετὰ χεῖρας προφητεία, ὡς ἂν μάθοιο ποίων ἔτυχεν ὁ πρῶτος λαὸς, καὶ εἰς οἷον ἐλήλυθε τέλος, σωφρονί- C ζοιτό τε ἐκ τοῦ παραδείγματος. Διὸ τοῖς προλεχθεῖσιν ἐπισυνάπτει τὰ ἑξῆς ἀναγκαίως, ἐν οἷς εἴρηται· *Ἄκουσον, λαός μου, καὶ διαμαρτυροῦμαί σοι· Ἰσραὴλ, ἐὰν ἀκούσῃς μου, οὐκ ἔσται σοι θεὸς πρόσφατος, οὐδὲ προσκυνήσεις θεῷ ἀλλοτρίῳ. Ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου ὁ ἀναγαγών σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου· πλάτυνον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό. Καὶ οὐκ ἤκουσεν ὁ λαός μου τῆς φωνῆς μου, καὶ Ἰσραὴλ οὐ προσέσχε μοι. Καὶ ἐξαπέστειλα αὐτοὺς κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν· πορεύσονται ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν.* Τὰ μὲν παρ' ἐμοῦ, φησὶ, δεδωρημένα τῷ λαῷ τοιαῦτα ἦν, ὁποῖα διεξῆλθεν ὁ λόγος· τὰ δ' ἐξ αὐτῶν εἰς ἐμὲ οὐχ ὅμοια, οὐδὲ ἄξια ὧν ἔτυχον παρ' ἐμοῦ. Ἐγὼ μὲν γὰρ ὁ τῶν τοσούτων αὐτοῖς χορηγὸς D ἀγαθῶν, ἓν τοῦτ' αὐτοῖς, τὸ δὴ τῶν νόμων κεφάλαιον, λέγω δὲ τὸ μὴ εἰδωλολατρεῖν, ἐμὲ δὲ μόνον Θεὸν εἰδέναι, παρεκελευσάμην, αὐτὰ δὴ ταῦτα παραινῶν καὶ λέγων· *Ἄκουσον, λαός μου, καὶ διαμαρτυροῦμαί σοι· Ἰσραὴλ, ἐὰν ἀκούσῃς μου, οὐκ ἔσται ἐν σοὶ θεὸς πρόσφατος, οὐδὲ προσκυνήσεις θεῷ ἀλλοτρίῳ· ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου ὁ ἀναγαγών σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου.* Ταῦτα παρῄνουν, ταῦτα παρεκελευόμην, ταῦτα ὁ πᾶς τῆς ἐμῆς νομοθεσίας ἐβούλετο νοῦς. Συνῆπτό τε τοῖς παραγγέλμασιν ἀγαθῶν ἐπαγγελία, δι' ὧν ἔφασκον· *Πλάτυνον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό.* Εἰ γὰρ ταῦτα φυλάξετε,

Deum [24]. Quibus accinit hoc dictum sic habens : — (Vers. 8.) *In tribulatione invocasti me, et liberavi te, exaudivi te in abscondito tempestatis, probavi te apud aquam contradictionis.* Pro illo autem : *Exaudivi te in abscondito tempestatis*, Aquila sic habet : *Exaudiam te in abscondito tonitrui*, et quinta editio similiter. Deinde subdit : *Probavi te apud aquam contradictionis.* Quod ipsum clare Moysis Scriptura enarrat his verbis : *Non erat autem aqua ad bibendum populo : et jurgatus est populus contra Moysem dicens : Da nobis aquam, ut bibamus. Ille vero dicebat : Quare jurgamini mecum, aut cur tentatis Dominum* [25]? Postea vero : *Dixit Moyses ad Dominum : Quid faciam populo huic ? parum aberit quin lapident me. Deinde ait Dominus ad eum : Hic ego sto ante te in petra in Choreb. Et percutiam petram, et exibit aqua, et bibet populus. Et fecit ita Moyses. Et vocavit nomen loci illius, Tentationem et Jurgium, propter jurgium filiorum Israel, et quia tentaverunt Dominum dicentes : An est Dominus in nobis, necne* [26]? Hæc universum ex gentibus populum docet præsens prophetia, ut sciant quæ prisco illi populo acciderint, et qui finis ejus fuerit ; atque ex ejus exemplo ad cautelam vocetur. Quare prædictis hæc quæ sequuntur necessario adjicit : — Vers. 9-13. *Audi, populus meus, et testificabor tibi : Israel, si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti ; dilata os tuum, et implebo illud. Et non audivit populus meus vocem meam, et Israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum ; ibunt in adinventionibus suis.* Talia erant, inquit, munera populo per me collata, qualia sermo enarravit. Sed quæ in me ipsi peregere, non similia, neque digna iis erant quæ a me consecuti sunt. Siquidem ego tot tantorumque ipsis largitor bonorum, hoc unum ab eis expetens, quod sane legum summa et caput est, ut non idola, sed me solum Deum colerent, præcepi, his illos commonens verbis : *Audi, populus meus, et testificabor tibi : Israel, si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti.* Hæc monui, hæc præcepi : hæc erat totius legis meæ mens et sententia. Præceptis vero bonorum promissio copulabatur, cum dicerem : *Dilata os tuum, et implebo illud.* Nam hæc si servetis, affatim ubertimque cibi vobis suppeditabuntur, sive corporei, sive ii qui per divinas disciplinas animæ subministrantur. Ego quidem hæc monebam, hæc promittebam ; illi autem vocem meam non audierunt : et Israel, qui tantis beneficiis ornatus est, non intendit mihi : ideo jure *dimisi eos secundum desideria cordis eorum.* Pro quo Symmachus interpretatus est : *Non audivit autem populus meus vocem meam, et Israel non obtemperavit mihi. Dimisi ergo illos beneplacito cordis sui, ut*

[24] Exod. II, 22. [25] Exod. XVII, 1. [26] ibid. 4.

ambulent in consiliis suis. Hinc divinus Apostolus de quibusdam docet : *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum* [97]. Pro illo autem, *Non erit in te Deus recens* : Aquila, *Non erit in te fortis alienus* ; Symmachus vero : *Non sit in te Deus extraneus* , interpretati sunt Extraneum autem : alienum et recentem Deum, qui talis apud gentes falso reputatur, nominavit, multorum numinum idololatriam sic carptim memorans. Quibus subdit : *Ego enim sum Dominus Deus tuus*, declarans se neque extraneum, neque alienum, neque recentem Deum esse. Erat quippe unum et idem Dei Verbum, quod olim diversimode antiquis illis oracula fundebat, quodque Deus Jacob vocatur, quod item in consummatione sæculorum in terra visum est. B Nam etiam ante divinum suum adventum in mundo erat, et mundus per ipsum factus est. Quamobrem hæc instituta tradit : *Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti.*

A ἀκοπιάτως ἕξετε καὶ πεπληρωμένως τὰς τροφὰς, εἴτε τὰς τοῦ σώματος, εἴτε καὶ τὰς διὰ θείων μαθημάτων τῇ ψυχῇ χορηγουμένας. Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα παρῄνουν καὶ ἐπηγγελλόμην· οἱ δὲ οὐκ ἤκουον τῆς ἐμῆς φωνῆς· καὶ ὁ τοσούτων κατηξιωμένος εὐεργεσιῶν Ἰσραὴλ οὐ προσέσχε μοι· ὅθεν εἰκότως *ἐξαπέστειλα αὐτοὺς κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν*. Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν εἰπών· *Οὐχ ὑπήκουσε δὲ ὁ λαός μου τῆς φωνῆς μου, καὶ Ἰσραὴλ οὐκ ἐπείσθη μοι. Ἀφῆκα οὖν αὐτοὺς τῇ ἀρεσκείᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν, ὁδεύειν ταῖς βουλαῖς αὐτῶν.* Ἐντεῦθεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος διδάσκει περί τινων λέγων· *Διὸ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν.* Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Οὐκ ἔσται ἐν σοὶ Θεὸς πρόσφατος*, ὁ Ἀκύλας· *Οὐκ ἔσται ἐν σοὶ ἰσχυρὸς ἀλλότριος*· ὁ δὲ Σύμμαχος· *Μὴ ἔστω ἐν σοὶ Θεὸς ξένος*, ἡρμήνευσε. Ξένον δὲ καὶ ἀλλότριον Θεὸν καὶ πρόσφατον, τὸν πεπλανημένως παρὰ τοῖς ἔθνεσι νενομισμένον ὠνόμασε, τὴν πολύθεον εἰδωλολατρείαν οὕτω παραπεμπόμενος. Οἷς ἐπιλέγει· *Ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου*, παριστὰς ἑαυτὸν οὔτε ξένον, οὔτε ἀλλότριον, οὔτε πρόσφατον ὄντα Θεόν. Ἦν γὰρ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ ὁ πάλαι διαφόρως τοῖς παλαιοῖς χρηματίζων, ὁ δὴ καὶ Θεὸς Ἰακὼβ ἐπικεκλημένος, ὁ καὶ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐπὶ γῆς ὀφθείς. Ἐν γὰρ τῷ κόσμῳ ἦν καὶ πρὸ τῆς θεοφανείας, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Διόπερ παρακελεύεται λέγων· *Ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, ὁ ἀναγαγών σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου.*

VERS. 14, 15. *Si populus meus audisset me, Israel si in viis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, et super tribulantes eos misissem manum meam.* Iram quippe Dei non injuria nec sine causa Judaicam invasisse gentem sufficienter defendit. C Videturque mihi ad præcedentes interrogationes : *Utquid, Deus, repulisti in finem, iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ* [98] ? ac rursum : *Utquid destruxisti maceriam ejus, et vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam* [99] ? responsionem instituere. Nam qua de causa hæc passi sint, declarat his verbis : Quia *non audivit populus meus vocem meam, et Israel non intendit mihi*; et : *Si populus meus audisset me, Israel si in viis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem.* Pro quo Symmachus interpretatus est : *In minimo forsitan inimicos eorum vicissem, et super adversarios eorum convertissem manum meam.* Hæc sane fecissem, inquit, contra inimicos populi, D si morigeros illos habuissem, et si in viis meis, quas præscripseram ipsis, incessissent. Nunc vero cum inobsequentes et immorigeri facti sint, sese ipsi inimicos Dei constituerunt. Deinde quoniam Spiritus sanctus immorigeros et inobsequentes illos, populum suum per humanitatis exsuperantiam vocavit, docet neminem, qui vere populus Dei sit, ipsi repugnaturum. Quamobrem infert : — VERS. 16. *Inimici Domini mentiti sunt ei*; secundum Symmachum autem : *Dominum exosum faciunt, qui mentiuntur ipsi.* Additque : *Et erit tempus eorum in sæculum.* Etiamsi enim talia ausi fuerint, attamen præsens sæculum obtinebunt. Et hoc eorum tem-

Εἰ ὁ λαός μου ἤκουσέ μου, Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη· ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐταπείνωσα, καὶ ἐπὶ τοὺς θλίβοντας αὐτοὺς ἐπέβαλον ἂν τὴν χεῖρά μου. Ἱκανῶς ἀπολελόγηται, ὅτι μὴ ἀκρίτως μήτε ὡς ἔτυχε μετῆλθε τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἡ ἐκ Θεοῦ ὀργή. Καί μοι δοκεῖ πρὸς τὰς ἀνωτέρω λελεγμένας πεύσεις, ἐν τῷ *Ἵνα τί ὁ Θεὸς, ἀπώσω εἰς τέλος, ὠργίσθη ὁ θυμός σου ἐπὶ πρόβατα νομῆς σου*; καὶ πάλιν· *Ἵνα τί καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς, καὶ τρυγῶσιν αὐτὴν πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν*; τὴν ἀπόκρισιν πεποιῆσθαι. Ἵνα τί γὰρ τὰ τοιαῦτα πεπόνθασι διδάσκει λέγων· Ὅτι *οὐκ ἤκουσεν ὁ λαός μου τῆς φωνῆς μου, καὶ Ἰσραὴλ οὐ προσέσχε μοι.* καὶ, *Εἰ ὁ λαός μου ἤκουσέ μου, Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη· ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐταπείνωσα.* Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· *Ἐν ὀλιγίστῳ ἂν ἐχθροὺς αὐτῶν ἥττησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐναντίους αὐτῶν ἀνέστρεψα ἂν τὴν χεῖρά μου.* Ταῦτα ἂν ἔπραξα, φησὶ, κατὰ τῶν ἐχθρῶν τοῦ λαοῦ, εἰ ἔσχον αὐτοὺς ὑπηκόους, καὶ εἰ ταῖς ὁδοῖς μου αἷς διεταξάμην αὐτοῖς ἐπορεύθησαν. Νῦν δὲ ἀνήκοοι καὶ ἀπειθεῖς γενόμενοι, αὐτοὶ ἑαυτοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ κατέστησαν. Εἶτ' ἐπειδήπερ λαὸν αὐτοῦ ὠνόμασε τοὺς ἀπειθεῖς καὶ ἀνηκόους καθ' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διδάσκει ὅτι οὐδεὶς Θεῷ ἀπειθήσειε λαὸς αὐτοῦ. Διὸ ἐπιλέγει· *Οἱ ἐχθροὶ Κυρίου ἐψεύσαντο αὐτῷ*· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Μισοποιοὶ Κυρίου οἱ ψευσάμενοι αὐτῷ.* Καὶ προστίθησι· *Καὶ ἔσται ὁ καιρὸς αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα.* Εἰ γὰρ καὶ τοιαῦτα τετολμήκασιν, ὅμως τὸν παρόντα αἰῶνα ἕξουσι. Καὶ οὗτός ἐστιν αὐτῶν ὁ καιρὸς, ἐν

[97] Rom. I, 24. [98] Psal. LXXIII, 1. [99] Psal. LXXIX, 13.

ᾧ καὶ μετὰ τοσαῦτα πλημμελήματα *ἐψώμισεν αὐτοὺς ἐκ στέατος πυροῦ, καὶ ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτούς*. Κατὰ τοῦτο δὲ ἐπλήρου καταξιώσας αὐτοὺς τῆς οἰκείας τροφῆς, οὐ μόνον τῆς σωματικῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐπουρανίου καὶ πνευματικῆς, ὁπηνίκα πρώτοις αὐτοῖς ἐπεδήμει ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, τροφὴν αὐτοῖς παρεῖχε τὸν ἐπουράνιον ἄρτον αὐτὸς ἑαυτόν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐψώμισεν αὐτοὺς ἐκ πέντε ἄρτων παραδόξως ἐπὶ τῆς ἐρήμου· ὥσπερ πάλαι διὰ Μωσέως τὸ μάννα. Ἔτι δὲ καὶ *ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτούς*· πέτρα δὲ ἦν αὐτὸς, χορηγῶν αὐτοῖς τὰ πάσης ἡδονῆς καὶ παντὸς μέλιτος γλυκύτερα μαθήματα, περὶ ὧν ἦν εἰπεῖν· *Ὡς γλυκέα τὰ λόγιά σου τῷ φάρυγγί μου! ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου*. Καὶ πάλαι δὲ διὰ Μωσέως ἐκ πέτρας αὐτοῖς παρεῖχε ποτόν. Μέλι δὲ ἐνταῦθα τὸ ἐκ πέτρας οὐδ' ἄλλως ἢ κατὰ διάνοιαν ἐκδεκτέον· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς Μωσῆς τὴν αὐτὴν τίθησι μαρτυρίαν, λέγων ἐν μεγάλῃ ᾠδῇ· *Ἐθήλασαν μέλι ἐκ πέτρας, καὶ ἔλαιον ἐκ στερεᾶς πέτρας*. Ἅπερ πρὸς μὲν ψιλὴν τὴν λέξιν οὐχ ὑφέστηκεν, ἀλληγορικῶς δὲ κατὰ μόνην τὴν διάνοιαν ἐξακούεται. Αὐτὸς γὰρ ὁ Χριστὸς ἡ πέτρα, ταῦτα πάντα παρέχων αὐτοῖς διὰ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας, οὐ καθ' ὃν χρόνον ἐπεδήμει μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου ἐπιδημίας αὐτοῦ· ὡς ἐξ ἅπαντος αὐτοὺς μὲν εἶναι ἀναπολογήτους, δικαίαν δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν μετὰ τὰ τοσαῦτα τὴν ἀποβολὴν αὐτῶν ἐργασαμένην. Ἀλλὰ γὰρ ταῦτα ἡμᾶς τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἐπὶ τὴν ἔνθεον ἀγαλλίασιν διὰ τῶν πρώτων κεκλημένους ὁ λόγος διδάσκει προφυλαττομένους, μή πη τοῖς ὁμοίοις καὶ αὐτοί ποτε περιπέσοιμεν.

A pus est, quo post tot tantaque scelera (VERS. 17) *cibavit eos ex adipe frumenti, et de petra melle saturavit eos*. Tunc porro illos proprio cibo replere dignatus est, non corporeo solum, sed etiam cœlesti et spirituali, cum ad ipsos primos Christus Dei peregrinatus est atque in cibum ipsis, cœlestem panem, scilicet seipsum, dedit. Quin etiam in deserto ex quinque panibus mirabiliter cibavit eos; sicut olim per Moysem manna impertiit. Insuperque *ex petra melle saturavit eos*: petra autem ipse erat, disciplinas suas, qualibet voluptate ac melle dulciores, ipsis suppeditans, de quibus dicere liceat: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel ori meo* [1]. Olim item per Moysem ex petra potavit eos. Mel autem de petra, hic non alio quam intel-
B ligendi more excipias: quoniam ipse Moyses in magno cantico idem testimonium profert dicens: *Suxerunt mel de petra, et oleum ex duro saxo* [2]. Quæ quidem non secundum nudam lectionem evenerunt; sed allegorice solum et cogitandi modo intelliguntur. Nam ipse Christus petra est, qui hæc omnia illis per doctrinam suam impertiebat, non eo solum tempore quo peregrinabatur, sed etiam ante carnalem suum adventum; ita ut ipsi prorsus inexcusabiles; Dei vero judicium, quo sub hæc ipsos repudiavit, justum sit. Cæterum hæc nobis qui ex gentibus ad divinam exsultationem per priora verba vocati sumus, ad cautelam traduntur, ne in paria ipsi quoque incidamus.

C

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΑΣΑΦ. ΠΑ'.

Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρίνει. Ὁ μὲν πρὸ τούτου λόγος κατηγορεῖ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων λαοῦ, σαφῶς τοῦ Θεοῦ φάσκοντος· *Οὐκ ἤκουσεν ὁ λαός μου τῆς φωνῆς μου, καὶ Ἰσραὴλ οὐ προσέσχε μοι. Καὶ ἐξαπέστειλα αὐτοὺς κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῆς καρδίας αὐτῶν*· καὶ πάλιν· *Εἰ ὁ λαός μου ἤκουσέ μου, Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη· ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐταπείνωσα*· ὁ δὲ μετὰ χεῖρας ἀκολούθως ἐκείνοις τῶν προέδρων τοῦ λαοῦ κατηγορεῖ· ὡς πρὸς ἄρχοντα γοῦν καὶ κριτὰς ἀποτείνεται λέγων· *Ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν, καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε; Κρίνατε πτωχὸν καὶ ταπεινὸν, ὀρφανὸν καὶ πένητα δικαιώσατε*. Εἶτα ἐπιλέγει· Ἐγὼ ταῦτα παρεκελευόμην· οἱ δὲ *οὐκ ἔγνωσαν οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται*. Θεοὺς δὲ αὐτοὺς ἀποκαλεῖ, ἤτοι διὰ τὴν τιμὴν ἣν ἀπένεμεν αὐτοῖς ὁ λαός· οὕτω μετὰ πλείστου φόβου καὶ τιμῆς προσιὼν αὐτοῖς ὡσεὶ καὶ αὐτῷ τῷ Θεῷ· ἢ ἐπειδήπερ χώραν Θεοῦ ἐπεῖχον τὸ κρίνειν ἀναδεδεγμένοι, κολάζοντές τε καὶ τιμωρούμενοι τοὺς ἀδικοῦντας κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς νόμον· ἢ διὰ τὸ τετιμῆσθαι αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῷ τῆς υἱοθεσίας ὀνόματι, ὡς λέγεσθαι περὶ αὐτῶν· *Υἱοὺς ἐγέννησα*

1. PSALMUS IPSI ASAPH. LXXXI.

Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat. Qui hunc præcedit sermo totum Judæorum populum incusat: nam ibi Deus aperte dicit: *Non audivit populus meus vocem meam, et Israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum*; ac rursum: *Si populus meus audisset me, Israel si in viis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem*: hic vero psalmus consequenter ad illa populi præsides accusat, principem enim et judices compellat his verbis: *Usquequo judicatis iniquitatem, et fa-*
D *cies peccatorum sumitis? judicate pauperem et humilem, pupillum et inopem justificate*. Deinde subdit: Hæc ego præcipiebam, illi vero *nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant*. Deos autem vocat eos, sive honoris quo populus ipsos afficiebat causa, cum timore atque veneratione ipsos perinde atque Deum adiens; sive quia locum Dei occuparent, judicandi munere suscepto, iniquos secundum legem sibi traditam supplicio pœnisque afficientes; vel quia a Deo adoptionis nomine exornati sunt; ita ut de ipsis dicatur: *Filios genui et exaltavi*; vel quia ad imaginem et similitudinem Dei, per spiritualem et rationabilem illam in homi-

[1] Psal. CXVIII, 103. [2] Deut. XXXII, 13.

nibus substantiam, effecti sunt. In hoc itaque psalmo statim post prædicta, eos qui accusantur his affatur: *Ego dixi: Dii estis et filii Altissimi omnes. Vos autem sicut homines moriemini, et sicut unus ex principibus cadetis.* Præsides itaque populi, sacerdotes videlicet et antistites sacrorum ac reliquos principes dijudicans Deus Verbum, hæc quæ jam tractamus enarrat. Quare dicitur: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat*; secundum Aquilam autem: *Deus stetit in synagoga fortium, in visceribus Dominus judicat*; secundum Symmachum vero: *Deus stetit in cœtu Dei, in mediis Deus judicans.* Hic vero Deus, scilicet Dei Verbum, memoratam deorum synagogam judicans et dijudicans, accusationes reis inducit. Et quia potentes potenter examinabuntur; jure prædictorum deorum ordinem segregat et seorsim judicat; cum jam in præcedenti psalmo promiscuæ populi turbæ accusationem protulerit. Imo etiam dijudicat, de iis qui digni salute sunt, ac de iis qui secus se habent, sententiam ferens. Non superbe, non tyrannice, non in alto constitutus judicat; sed judicandis sese attemperans, medius stat inter illos, per hominem quem suscepit ipsis habitu similis effectus. Hinc vero eos qui judicium subituri sunt, præviis monitis ad resipiscentiam vocat; ipsisque prospicit, ut ne in judicii supplicium incidant; sed sese prius emendent, sibique caveant ex oblatis criminibus.

Quocirca dicit: — VERS. 2, 3. *Usquequo judicatis iniquitatem, et facies peccatorum sumitis? Judicate egeno et pupillo.* His porro similia per Isaiam quoque propheticus Spiritus vociferatus est: *Discite bonum facere, quærite judicium, judicate pupillo et defendite viduam; et venite, et disceptemus, dicit Dominus. Etsi fuerint peccata vestra sicut purpura, quasi nivem dealbabo* [a]. Sed hoc quidem pactum Scriptura proponere antevertit; qui autem deorum nomine ornati, et tanta doctrina dignati sunt, *nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Hæc porro ad tempus item primæ Servatoris nostri peregrinationis referantur, quo ad synagogas Judæorum accedens, et in medium principum veniens, cum ipsis disputabat, ipsosque coarguebat, testificans edicensque ea quæ in futuro judicio ipsis eventura erant. Sic itaque Deus illo tempore stabat in synagoga deorum, et in medio memoratos deos judicabat. Pro illo namque, *dijudicat*, Symmachus et Aquila, *judicans*, interpretantur. Et perpende, quæso, quo pacto deos nominaverit eos de quibus judicatur, nec synagogam deorum memorare dubitaverit, ad confusionem eorum qui Salvatoris deitatem abnegant. Nam si eos qui convicti fuerant, et propter nequitiam male audiebant, deos vocare cunctatus non est; tot mirabilium opificem operum, qui judicium a Patre accepit, qui

A *καὶ ὕψωσα*· ἢ διὰ τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονέναι διὰ τὴν ἐν ἀνθρώποις νοερὰν καὶ λογικὴν οὐσίαν. Αὐτίκα γοῦν ἐν αὐτῷ τῷ προκειμένῳ ψαλμῷ προϊὼν, ὁ λόγος φησὶ πρὸς τοὺς κατηγορουμένους· *Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες. Ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε.* Τοὺς δὴ οὖν τοῦ λαοῦ προεστῶτας, ἱερέας δηλαδὴ καὶ ἀρχιερέας, τούς τε λοιποὺς ἄρχοντας ἀνακρίνων ὁ Θεὸς Λόγος, τὰ μετὰ χεῖρας διεξέρχεται. Διὸ εἴρηται· *Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρίνει*· κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν· *Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ ἰσχυρῶν, ἐν ἐγκάτῳ Κύριος κρίνει*· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ὁ Θεὸς κατέστη ἐν συνόδῳ Θεοῦ, ἐν μέσοις θεὸς κρίνων.* Κρίνων δὲ οὗτος ὁ Θεὸς, δηλαδὴ ὁ τοῦ Θεοῦ

B Λόγος, καὶ διακρίνων τὴν λεγομένην συναγωγὴν τῶν θεῶν, ἐλέγχους προσάγει τοῖς κρινομένοις. Καὶ ἐπεὶ δυνατοὶ δυνατῶς ἐτασθήσονται, εἰκότως τὸ τάγμα τῶν προλελεγμένων θεῶν ἀφορίζει ἰδίως καὶ κρίνει, προδιελθὼν ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ τὸν ἔλεγχον τοῦ πλήθους τοῦ λαοῦ. Ἀλλὰ καὶ διακρίνει, κρίνων τοὺς ἀξίους σωτηρίας καὶ τοὺς μὴ τοιούτους. Κρίνει δὲ οὐκ ἐπηρμένως, οὐδὲ τυραννικῶς, ἐν ὕψει τε προκαθεζόμενος, ἀλλὰ συγκαταβαίνων τοῖς κρινομένοις, μέσος αὐτῶν ἵσταται, ὁμοιούμενος αὐτοῖς τῷ σχήματι δι' οὗ ἀνείληφεν ἀνθρώπου. Ἐντεῦθέν τε ἤδη προλαβὼν ἀποτείνεται σωφρονίζων τοὺς μέλλοντας κρίνεσθαι, καὶ προφυλαττόμενος αὐτοὺς πρὸς τὸ μὴ περιπεσεῖν τῇ τῆς κρίσεως τιμωρίᾳ, προκατορθῶσαι δὲ καὶ προφυλάξασθαι διὰ τῶν προσαγομένων αὐτοῖς ἐλέγχων.

C Διὸ φάσκει· *Ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν, καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε; Κρίνατε πτωχῷ καὶ ὀρφανῷ.* Τὰ ὅμοια δὲ τούτοις καὶ διὰ Ἡσαΐου τὸ προφητικὸν Πνεῦμα κέκραγε λέγον· *Μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, κρίνατε ὀρφανῷ καὶ δικαιώσατε χήρᾳ· καὶ δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει Κύριος. Καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ.* Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ λόγος προδιαστέλλεται· οἱ δὲ τῇ τῶν θεῶν ἐπηγορίᾳ τιμηθέντες, καὶ τοσαύτης διδασκαλίας ἀξιωθέντες, *οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται.* Ταῦτα δὲ καὶ εἰς τὸν καιρὸν τῆς πρώτης τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας ἀναφέροιτο ἂν, καθ' ὃν ἐν ταῖς συναγωγαῖς παραβάλλων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ μέσος τῶν ἀρχόντων παριὼν, τὰς πρὸς αὐτοὺς

D ἐποιεῖτο διαλέξεις, ἐλέγχους τε αὐτοῖς ἐπῆγε, μαρτυρόμενος καὶ διαστελλόμενος τὰ περὶ τῆς μελλούσης αὐτοὺς διαλήψεσθαι κρίσεως. Οὕτως οὖν ὁ Θεὸς ἦν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἑστὼς ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἐν μέσῳ τε τοὺς προλεχθέντας κρίνων θεούς· ἀντὶ γὰρ τοῦ, *διακρίνει*, ὁ Σύμμαχος καὶ ὁ Ἀκύλας, *κρίνων*, ἐκδεδώκασι. Καὶ ὅρα ὅπως θεοὺς ὠνόμασε τοὺς κρινομένους, καὶ θεῶν συναγωγὴν οὐκ ὤκνησεν ἀποκαλέσαι, εἰς δυσώπησιν τῶν ἀρνουμένων τοῦ Σωτῆρος τὴν θεότητα. Εἰ γὰρ τοὺς ἐλεγχομένους καὶ ἐπὶ κακίᾳ διαβαλλομένους οὐκ ὤκνει θεοὺς ὀνομάζειν, τὸν τῶν τοσούτων παραδόξων ἔργων ποιητὴν, τὸν τὴν κρίσιν

[a] Isa. I, 17.

παρὰ τοῦ Πατρὸς εἰληφότα, πῶς οὐ δικαιότατον τῇ τοῦ Θεοῦ σεβασμίῳ τιμῇ σεμνύνειν; Τοῦτό τοι καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ δυσωπητικῶς πρὸς αὐτοὺς τοὺς Ἰουδαίων ἄρχοντας προύτεινεν, αὐταῖς δὲ ταύταις κεχρημένος ταῖς παρούσαις λέξεσιν. Εἰρηκότων γὰρ αὐτῶν· *Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι σὺ, ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν·* ἀνταπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· *Οὐκ ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν, ὅτι, Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε; Εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος ἐγένετο τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ Γραφὴ, ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασε καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε, ὅτι βλασφημεῖ, ὅτι εἶπον· Υἱὸς Θεοῦ εἰμι.* Εἰ δὲ λέγοι ὁ Σωτὴρ, ὅτι, *Οὐκ ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ;* μὴ θαυμάσῃς· ἐπεὶ πάντα λόγον Θεοῦ, οὐ μόνον τὸν διὰ Μωσέως, ἀλλὰ καὶ τὸν διὰ τῶν προφητῶν λελεγμένον, ὥσπερ τινὰ βασιλικὸν νόμον ἀποδέχεσθαι διδάσκει· ὥστε καὶ τὰ διὰ τῶν προφητῶν παρηγγελμένα εὐλόγως ἄν τινα εἶναι φάναι νόμους Θεοῦ· καὶ τὸ διὰ τῆς ψαλμῳδίας ὁμοίως. Αὐτὸς οὖν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, καὶ μέσος τῶν ἐν ἀνθρώποις ὠνομασθέντων θεῶν γεγονὼς, ἔκρινεν αὐτοὺς, ὁπηνίκα πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν· *Ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς, αὐτὸς ὑμᾶς κρίνει.* Καὶ μᾶλλον οὕτω πρέποι ἂν ἐκδέχεσθαι τὴν παροῦσαν Γραφὴν, ἢ νομίζειν τὸν ἐπέκεινα τῶν ὅλων Θεὸν, αὐτὸν τὸν Πατέρα, ἐν τούτοις εἰσάγεσθαι μεταξὺ θεῶν ἑτέρων ἑστῶτα. Οὔτε γὰρ ἰσοτίμους αὐτῷ τινας εἶναι ὑπονοεῖν θέμις, οὔτε αὐτὸν εἰς τοσοῦτον καταγαγεῖν, ὡς μέσον ἀνθρώπων παρεῖναι καὶ ἑστάναι ὑποτίθεσθαι. Ταῦτα δὲ πάντα ἂν ἁρμόζοι τῷ Χριστῷ τοῦ Θεοῦ· ὃς δὴ φάσκων· *Ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν, καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε;* οὐ πρὸς ἐκείνους μόνους οἷς παρὼν ὡμίλει, ἀλλὰ καὶ πρὸς πάντας εἴποι ἂν ταῦτα, τοὺς τὴν ἐξουσίαν τοῦ κρίνειν ἑτέρους εἰληφότας. Μέμφεται δὲ εἰκότως τοὺς καθυποκρινομένους μὲν τὰ τῶν πλουσίων πρόσωπα, καταπονοῦντας δὲ τοὺς πένητας· δέον τῷ τῆς δικαιοσύνης ζυγῷ δικάζειν, μνημονεύοντας φάσκοντος νόμου· *Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει.* Νυνὶ δὲ πολλάκις καὶ ἡμεῖς ἐπὶ μὲν τῶν πενήτων πταιόντων σμικρά τινα ἀπότομοι γιγνόμεθα κριταὶ, καὶ ἀπαραίτητοι ἐν ταῖς κατ' αὐτῶν ἀποφάσεσι· πλουσίων δὲ τὰ μέγιστα ἐξαμαρτανόντων, ἔπειτα παραβαλλόντων εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, πρόσωπα λαμβάνομεν· ὥστε καὶ πρὸς ἡμᾶς ἁρμόττει τό· *Ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν, καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε;* Ἐν δὲ τῷ λέγειν, *ἕως πότε*, ὑπομιμνήσκει τῆς τοῦ βίου ἀπαλλαγῆς. Πόσον γὰρ, φησὶν, ἕξετε χρόνον ἐν ᾧ τοιοῦτοι ἔσεσθε; καὶ λοιπὸν διαλήψεται ὑμᾶς ἡ τοῦ Θεοῦ κρίσις.

A non æquissimum fuerit venerabili Dei honore celebrare? Quod ipse Servator pudore Judæorum principes afficiens, eosdemque his ipsis verbis compellans, objiciebat. Nam cum illi dixissent: *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia; quia tu, homo cum sis, facis teipsum Deum:* respondit eis Jesus: *Nonne scriptum est in lege vestra: Ego dixi, Dii estis? Si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura; quem Pater sanctificavit et misit in mundum, vos dicitis quia blasphemat, quia dixi: Filius Dei sum* [4]. Quod si Servator dicat: *Nonne est scriptum in lege?* ne mireris; quoniam quemlibet sermonem Dei, non solum qui per Moysem, sed etiam per prophetas prolatus sit, quasi regiam quamdam legem accipiendum doceat; B ita ut præcepta per prophetas tradita, jure leges Dei esse dicantur; et similiter quæ in Psalmis feruntur. Ipsum itaque Dei Verbum, quod formam servi accepit et habitu inventum est ut homo, stetit in synagoga deorum, et medium stans inter homines, qui dii vocantur, judicabat eos, cum diceret illis: *Sermo quem locutus sum vobis, ipse vos judicat* [5]. Hanc porro Scripturam præstabilius est hoc accipere modo, quam putare Deum qui super omnia est, ipsum Patrem, hic induci inter alios deos stantem. Neque enim licet alios ipsi honore æquales esse suspicari, neque ipsum ita deprimere, ut medius inter homines esse et stare supponatur. Hæc porro omnia Christo Dei competant: qui sane C cum hæc dicit: *Usquequo judicatis iniquitatem, et facies peccatorum sumitis?* non eos solum quos præsens alloquebatur; sed etiam omnes quotquot potestatem de aliis judicandi acceperint, sic compellat. Merito autem arguit eos, qui divitum personam in occulto accipiunt, pauperes autem opprimunt; cum oporteat cum justitiæ bilance judicium ferre, memores legis quæ ait: *Non accipies personam in judicio* [6]. Nunc autem plerumque nos erga pauperes in modica lapsos, immanes sumus judices, atque in sententia contra eos ferenda inexorabiles; divitum vero qui gravissima crimina perpetrant, ac deinde in Ecclesiam Dei accedunt, personam accipimus, ita ut nobis etiam competat illud: *Usquequo judicatis iniquitatem, et facies peccatorum sumitis?* D Cum autem dicit, *usquequo*, de vitæ exitu nos admonet. Quantum, inquit, temporis vobis aderit, quo tales sitis? ac demum vos Dei judicium invadet.

Διὸ ἐπιλέγει· *Κρίνατε πτωχὸν καὶ ὀρφανὸν, ταπεινὸν καὶ πένητα δικαιώσατε. Ἐξέλεσθε πένητα, καὶ πτωχὸν ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσασθε.* Ἐὰν μὲν οὖν τούτων ἀκροώμενοι παιδευώμεθα καὶ τὰ παραγγέλματα φυλάττοιμεν, τῆς ἐκ τῶν λόγων ὠνάμεθα ὠφελείας. Ἐπεὶ καὶ ἡμῖν λεχθήσεται· *Οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται.* Τί δὲ οὐχ

VERS. 4. Quare subdit: *Judicate egenum et pupillum, humilem et pauperem justificate. Eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate.* Si itaque his auditis ad disciplinam accedamus et præcepta servemus, ex sermonibus utilitatem percipiemus. Etenim nobis quoque dicetur: — VERS. 5. *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambu-*

[4] Joan. x, 33. [5] Joan. xii, 48. [6] Deut. xvi, 19.

lant. Quid autem nescierunt neque intellexerunt, nisi se quamprimum tribunali Dei sistendos esse, rationem de judiciis injuste latis reddituros? Illi vero judicium Dei præ oculis non ponentes, in tenebris ambulant, ignorantiæ caligine mentis oculos opplentes. Quamobrem par est eos verbi splendore illustratos, aut non judicare, memores ejus qui dixit : *Nolite judicare, ut non judicemini* [7]; aut si id aliquando necesse fuerit, justissimum judicium ferre, ac peccatores convincere; etiamsi oportuerit pro veritate mori : in animum inducentes, in universali Dei judicio, quod per Christum suum laturus est, omnium fore consummationem et mutationem. Quod judicium declarat id quod sequitur : — **Vers. 6, 7.** *Movebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi : Dii estis, et filii Altissimi omnes. Vos autem sicut homines moriemini, et sicut unus de principibus cadetis.* Memoratis diis, ducibus videlicet et principibus populi, qui in medium eorum venit Deus, hæc etiam loquitur, docens, se quidem Patris liberalitatem imitatum, nulla invidia cohibitum, deitatem communicare suam; ita ut illos quoque omnes deos et filios Altissimi vocaret, quod tamen sibi soli inerat; illi vero gratiam contumelia affecerunt. Quo pacto autem qui a Deo imperium accepere, deorum honorem apud subditos obtineant, intelliges, si animo advertas dictum Moysi fuisse : *Ecce constitui te hodie deum Pharaonis, et Aaron frater tuus erit tibi propheta* [8]. Sicut enim Moyses, cum homo Dei esset, et ab eo honorem accepisset, deus Pharaonis appellatus est; eodem modo quotquot a Deo honorem acceperint, deorum loco subditis habentur. Quamobrem iidem subditi ad eos cum reverentia et timore accedunt, non ob militare satellitium, non ob divitias et potestatem; sed ob honorem ipsis a Deo inditum. Sic enim Moysis vultus gloria replebatur, sic apostolorum Salvatoris nostri, sic olim Dei prophetarum, sic omnium qui vere servi Dei erant; qui dum sine splendore pauperesque vitam degerent, a religiosis tamen hominibus ob inditam sibi gratiam in honore habebantur. Ego quidem, ait, sic volui, sic dixi : *Dii estis.* Volui sane vos perinde atque me in medio vestrum stantem Deum, Altissimi filios effici; vos autem gratiam contempsistis. In vestra itaque humana malitia, et in peccatis vestris moriemini. *Anima enim quæ peccaverit, ipsa morietur* [9]. Quapropter *vos sicut homines moriemini, et sicut unus de principibus cadetis.* Quemadmodum enim olim diabolus honore affectus fuit apud Deum, et principum in cœlis angelorum unus fuit; deinde pravo consilio usus, ex loco suo decidit, ita ut de illo dicatur : *Quomodo cecidit de cœlo Lucifer, qui mane oriebatur* [10]? tales et vos quoque fuistis : non quod natura mali sitis; sed electione vestra non bona usi. Sane vero ea quæ a me proficiscuntur, ad Dei honorem vos evocabant. Vos autem lapsus principem imitati, *sicut*

ἔγνωσαν οὐδὲ συνῆκαν, ἢ ὅτι ὅσον οὔπω καὶ αὐτοὶ παραστήσονται τῷ βήματι τοῦ Θεοῦ, λόγον δώσοντες περὶ ὧν οὐ δικαίως ἔκριναν; Οἱ δὲ μὴ πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενοι τὴν κρίσιν τοῦ Θεοῦ ἐν σκότει διαπορεύονται, τῷ τῆς ἀγνοίας σκότῳ τὰ τῆς ψυχῆς αὐτῶν ὄμματα πληρώσαντες. Διὸ προσήκει, τῷ τοῦ λόγου φέγγει φωτιζομένους, ἢ μὴ κρίνειν, μνημονεύοντας τοῦ εἰρηκότος· *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε·* ἢ εἰ ἀνάγκη ποτὲ κρίνειν, κατὰ τὸ δικαιότατον τοῦτο ποιεῖν καὶ ἐλέγχειν τοὺς ἁμαρτάνοντας, κἂν δέοι ὑπὲρ ἀληθείας θνήσκειν, πεπεισμένους ἀκριβῶς, ὅτι πάντων ἔσται συντέλεια καὶ μεταβολὴ ἐπὶ τῇ καθολικῇ κρίσει τοῦ Θεοῦ, ἣν ποιήσεται διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ· ἣν καὶ ὁ παρὼν παρίστησι λόγος ἐπισυνάπτων ἑξῆς τό· *Σαλευθήσονται πάντα τὰ θεμέλια τῆς γῆς. Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες· ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε.* Ἔτι πρὸς τοὺς προλεχθέντας θεούς, ἡγουμένους δηλαδὴ καὶ ἄρχοντας τοῦ λαοῦ, ὁ μέσος αὐτῶν γενόμενος Θεὸς καὶ τὰ παρόντα ἀποτείνεται, διδάσκων, ὡς αὐτὸς μὲν, τὴν τοῦ Πατρὸς ἀφθονίαν μιμούμενος, πᾶσιν αὐτοῖς τῆς αὐτοῦ θεότητος οὐκ ἐφθόνησε μεταδοῦναι, ὡς καὶ θεοὺς ἀναγορεῦσαι αὐτοὺς καὶ υἱοὺς Ὑψίστου πάντας ἂν εἰπεῖν, ὅπερ αὐτῷ μόνῳ προσῆν· οἱ δὲ τὴν χάριν ἐνύβρισαν. Νοήσεις δὲ πῶς τιμὴν θεῶν οἱ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀρχὴν εἰληφότες παρὰ τοῖς ἀρχομένοις ἐκτήσαντο, ἐπιστήσας ὅπως εἴρηται τῷ Μωσεῖ· *Ἰδοὺ καθέστηκά σε σήμερον θεὸν τῷ Φαραὼ, καὶ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου ἔσται σοι προφήτης.* Ὥσπερ γὰρ Μωσῆς, ἄνθρωπος ὢν Θεοῦ καὶ παρ' αὐτοῦ τὴν τιμὴν λαβὼν, θεὸς ἀνηγορεύθη τοῦ Φαραώ· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ πάντες οὓς ἂν τιμήσειεν ὁ Θεὸς, θεῶν χώραν παρὰ τοῖς ὑποτεταγμένοις εἰλήφασιν. Ἔνθεν καὶ οἱ ἀρχόμενοι προσίασιν αὐτοῖς μετὰ εὐλαβείας καὶ δέους, οὐ διά τινα δορυφορίαν στρατιωτικὴν, οὐ διὰ πλοῦτον καὶ δυναστείαν, διὰ δὲ τὴν ὑπὸ Θεοῦ περιθεῖσαν αὐτοῖς τιμήν. Οὕτω γὰρ καὶ Μωσέως ἦν δεδοξασμένον τὸ πρόσωπον· οὕτω καὶ τῶν ἀποστόλων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, οὕτω καὶ τῶν πάλαι τοῦ Θεοῦ προφητῶν, οὕτω καὶ πάντων τῶν ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ δούλων, ἀδόξως μενόντων καὶ πτωχῶν κατὰ τὸν βίον, τετιμημένων δὲ παρὰ τοῖς θεοσεβέσι διὰ τὴν ἐκ Θεοῦ δεδομένην αὐτοῖς χάριν. Ἐγὼ μὲν οὖν, φησὶ, καὶ ἠθέλησα, καὶ εἶπον· *Θεοί ἐστε·* βουληθεὶς ὑμᾶς ὁμοίως ἐμοὶ τῷ μέσῳ ὑμῶν ἑστῶτι Θεῷ υἱοὺς γενέσθαι τοῦ Ὑψίστου· ὑμεῖς δὲ τὴν χάριν ἠθετήσατε. Ταῖς γοῦν ἀνθρωπίναις κακίαις καὶ ταῖς ὑμετέραις ἁμαρτίαις ἐναποθνήσκετε. Ψυχὴ γὰρ ἡ *ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ ἀποθανεῖται.* Διὸ καὶ *ὑμεῖς ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε.* Ὡς γὰρ ἦν ποτε ὁ διάβολος τιμῆς ἠξιωμένος παρὰ τῷ Θεῷ καὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀρχοντικῶν ἀγγέλων εἷς· εἶτα μοχθηρᾷ προαιρέσει χρησάμενος ἀποπέπτωκε τῆς αὐτοῦ χώρας, ὡς εἰρῆσθαι περὶ αὐτοῦ· *Πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ Ἑωσφόρος ὁ πρωὶ ἀνατέλλων;* τοιοῦτοί τινες καὶ ὑμεῖς γεγό-

Matth. vii, 1. [8] Exod. vii, 1. [9] Ezech. xviii, 4. [10] Isa. xiv, 12.

νατε, οὐκ ἐκ φύσεως ὄντες κακοὶ, χρησάμενοι δὲ οὐκ A ἀγαθῇ τῇ προαιρέσει. Διὸ τὰ μὲν παρ' ἐμοῦ εἰς Θεοῦ τιμὴν ὑμᾶς ἐκάλει· ὑμεῖς δὲ τὸν ἄρχοντα τῆς πτώσεως μιμησάμενοι, ὡς *εἷς τῶν ἀρχόντων καὶ αὐτοὶ πίπτετε*. *Ἀνάστα, ὁ Θεὸς, κρῖνον τὴν γῆν, ὅτι σὺ κληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι*. Σφόδρα ἀκολούθως διὰ τοῦ πρὸ τούτου ψαλμοῦ κατηγορήσας ὁ λόγος τοῦ παντὸς Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ διὰ τοῦ μετὰ χεῖρας δὲ ὡσαύτως τῶν ἀρχόντων τοῦ λαοῦ κατηγορίαν πεποιημένος, διαλλαγὴν αἰτεῖ καὶ ἐπιφάνειαν εὔχεται γενέσθαι οὐκέτι τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Διὸ ἐπιλέγει· *Ἀνάστα, ὁ Θεὸς, κρῖνον τὴν γῆν, ὅτι σὺ κληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι*. Τίς δέ ἐστιν ὁ κληρονομήσας ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, μὴ ἐρώτα, τὸ δὲ πρᾶγμα ἐξέταζε, καὶ εὑρήσεις οὐδὲ ἄλλον ἢ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ· B πρὸς ὃν λέλεκτο ὑπὸ τοῦ Πατρός· *Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς*. Τοῦτον οὖν διεγείρων τὸν ἐν μέσῳ τῶν θεῶν Θεὸν στάντα καὶ διελέγξαντα τοὺς προλεχθέντας, ἤδη ποτὲ ἐπὶ πέρας ἐπαγαγεῖν τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπαγγελίαν ὁ παρὼν ἀξιοῖ λόγος φήσας· *Ἀνάστα, ὁ Θεὸς, κρῖνον τὴν γῆν, ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν*. Οἱ μὲν γὰρ προκατηγορηθέντες, φησὶ, κακοὶ γενόμενοι κριταὶ, ἐν σκότῳ διεπορεύθησαν· ἐπεὶ δέ σοι πρέπει τὸ δικαίως κρίνειν· μόνῳ γὰρ τὴν κρίσιν ὁ Πατὴρ ἔδωκε τῷ Υἱῷ· ἤδη ποτὲ σὺ αὐτὸς ἀνάστηθι, διὰ τῆς σαυτοῦ ἀναστάσεως τὴν κοινὴν πάντων ἀνθρώπων ἀνάστασιν ποιησόμενος· καὶ κρῖνον τὴν γῆν, πάντας δηλαδὴ τοὺς τὴν γῆν οἰκοῦντας ἀνθρώπους. Πρέπει δέ σοι πάντας ἀνθρώπους κρίνειν, *ἐπειδὴ σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι*. Καὶ ὁ μὲν παρὼν ψαλμὸς συναγωγὴν θεῶν ὠνόμασε, καὶ Θεὸν μέσον ἑστῶτα, καὶ θεοὺς διακρίνοντα, πᾶσάν τε τὴν διδασκαλίαν περὶ κρίσεως ἐποιήσατο· ἐπήγαγέ τε ἐπὶ τέλει τὸ, *Ἀνάστα, ὁ Θεὸς, κρῖνον τὴν γῆν*.

unus de principibus cadetis.— Vers. 8. *Surge, Deus, judica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.* Cum in præcedenti psalmo totam Judaicam gentem accusasset, et in præsenti principum populi accusationem instituisset, admodum consequenter jam reconciliationem et adventum Christi postulat, non Judæorum genti, sed omnibus populis. Quare sic concludit : *Surge, Deus, judica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.* Quis autem sit qui hæreditabit in omnibus gentibus, ne interroges, sed rem perquire; et deprehendes non alium esse, quam Christum Dei; cui a Patre dictum est : *Filius meus es tu : ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ*[11]. Hunc ergo qui in medio deorum Deus consistit, et homines illos coarguit excitans, rogat ut jam demum factam sibi promissionem ad finem deducat, dicens : *Surge, Deus, judica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.* Nam ii qui prius accusati sunt, inquit, quod iniqui judices fuerint, in tenebris ambularunt. Quoniam vero te juste judicare decet, soli quippe Filio Pater judicium dedit : jam demum tu ipse surge, resurrectione tua communem omnium resurrectionem facturus; et judica terram, omnes homines videlicet qui in terra versantur. Tibi porro convenit omnes homines judicare, *quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.* Et præsens quidem psalmus synagogam deorum memoravit, ac Deum in medio stantem, deosque dijudicantem, totamque doctrinam suam de judicio instituit; in fine vero adjecit illud : *Surge, Deus, judica terram.*

Ταῦτά τε πάντα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ προ- C φήτου Ἀσὰφ ἐξενήνεκται. Ἐπεὶ δὲ εὕρομεν καὶ τὸν μθ' ψαλμὸν καὶ αὐτὸν ἐπιγεγραμμένον *Τοῦ Ἀσάφ*, καὶ τὰ περὶ κρίσεως διειληφότα ὁμοίως τοῖς προκειμένοις· εἰκότως ἡγησάμεθα ἀκόλουθον εἶναι ἐκεῖνον τούτῳ, ὄντα μὲν ὁμοίως τοῦ Ἀσάφ, τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν εἰσηγούμενον. Εἴρηται γοῦν καὶ ἐν αὐτῷ· *Θεὸς θεῶν Κύριος ἐλάλησε, καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν*. Θέα γὰρ ὅπως τὸ μὲν τέλος τοῦ μετὰ χεῖρας φάσκει· *Ἀνάστα, ὁ Θεὸς, κρῖνον τὴν γῆν*· ἡ δὲ τοῦ μθ' ἀρχή· *Θεὸς θεῶν Κύριος ἐλάλησε, καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν*. Καὶ ἐνταῦθα μὲν εἴρηται· *Ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν*· ἐν ἐκείνῳ δὲ, *ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν*· καὶ πάλιν ἐν μὲν τῷ μθ' λέλεκται· *Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ* D *οὐ παρασιωπήσεται*· ἐλθὼν δὲ τί ποιήσει, ὁ μετὰ χεῖρας διδάσκει λέγων· *Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρίνει*. Πῶς δὲ διακρίνει, ὁ μθ' διασαφεῖ φάσκων· *Πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ καυθήσεται· κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα*.

Hæc porro omnia Spiritus sanctus per prophetam Asaph extulit. Quia vero psalmum XLIX, qui et ipse *Asaphi* inscribitur, de judicio item edisserentem deprehendimus perinde atque præsentem ; jure existimamus illum huic subnectendum esse, utpote qui similiter Asaphi sit, et idem argumentum pertractet. Nam ibi quoque dictum fuit : *Deus deorum Dominus locutus est, et vocavit terram a solis ortu usque ad occasum.* Animadvertas quippe velim, præsentis finem sic habere : *Surge, Deus, judica terram;* et quadragesimi noni initium hoc esse : *Deus deorum Dominus locutus est, et vocavit terram.* Hic etiam dicitur, *Quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus;* ibi vero, *a solis ortu usque ad occasum.* Ac rursum in XLIX dictum est : *Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit.* Cum venerit autem, quid acturus sit, docet præsens psalmus his verbis : *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat.* Quomodo dijudicabit, declarat XLIX, his verbis : *Ignis in conspectu ejus exardescet, in circuitu ejus tempestas valida. Advocabit*

[11] Psal. II, 7.

cœlum desursum, et terram dijudicare populum suum. Horum causa merito arbitramur quadragesimum nonum huic psalmo subjungendum esse. Illudque item observandum, eosdem psalmos perinde atque subsequentes, qui item Asaphi sunt, abjectionem Judæorum ejusque causas complecti. Quadragesimus vero nonus, ab eodem propheta scriptus, per sacrificiorum repudiationem, Mosaicæ legis abrogationem inducit; ita ut in illo ejusdem argumenti series sententiaque exhibeatur. Qua vero de causa XLIX a præsentibus avulsus et ante quinquagesimi psalmi confessionem positus sit, jam in ejus commentario disputatum est.

A *Προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω καὶ τὴν γῆν τοῦ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ.* Τούτων τοιγαροῦν ἕνεκα εἰκότως ἕπεσθαι τῷ μετὰ χεῖρας ἡγησάμεθα τὸν μθ'. Κἀκεῖνο δὲ τηρητέον, ὡς ὁμοίως τοῖς ἐνταῦθα συνημμένοις τοῦ Ἀσὰφ ψαλμοῖς τὴν ἀποβολὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ ταύτης τὰς αἰτίας περιέχουσι. Καὶ ὁ μθ' τοῦ αὐτοῦ τυγχάνων προφήτου, ἀνατροπὴν τοῦ Μωσέως νόμου εἰσάγει διὰ τῆς τῶν θυσιῶν παραιτήσεως· ὥστε καὶ ἐν ταὐτῷ τὴν ἀκολουθίαν δείκνυσθαι τῆς τῶν ἐμφερομένων διανοίας. Διὰ τί δὲ μετατέθειται ὁ μθ' ἐκ τῆς τῶν προκειμένων συναφείας, προτέτακται δὲ τῆς ἐν τῷ ν' ψαλμῷ ἐξομολογήσεως, ἐν τοῖς εἰς αὐτὸν τεθεωρημένοις ἡμῖν προδιείληπται.

1. CANTICUM PSALMI IPSI ASAPH. LXXXII.

VERS. 2. *Deus, quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris, Deus.* Septuagesimus nonus psalmus destructionem vineæ, Judaicæ gentis ruinam, loci qui penes eos in pretio et honore habebatur incendium et vastitatem prænuntiabat; duo sequentes causam hujus calamitatis enarrabant; hic vero iis conjunctus, supplicationem et obsecrationem pro populo effert. Post tristia quippe illa quasi medelam quamdam prædictis admovere consentaneum fuit, quandoquidem psalmi *Asaph* in hoc circumscribentur. Quamobrem *Canticum psalmi* inscriptus est, quia bona populo precatur. Est porro undecimus eorum qui *Asaphi* inscribuntur, quorum primus erat LXXII, ita ut in eorum quoque numero censeatur XLIX, quia is etiam est Asaphi: atque ita omnes duodecim numero sunt. In præsenti igitur propheta Deo supplicans ait: *Deus, quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris, Deus.* Ait quippe: Deo patienti, toleranti, ideoque omnes ferenti, nemo similis. Nam quis perinde atque tu atheorum et impiorum blasphema dicta et superbiam ferre valeat? Quare tibi quidem Deo nemo similis erit. Ego vero ut homo, infirmitate superatus mea, hæc supplicare audeo, tibique Deo cum precibus dicere: *Ne taceas, neque compescaris, Deus.* Tunc vero tacere Deus dicitur, cum insurgentibus atheis et impiis viris, quasi non advertens ille manet, neque confestim ultionem sumit, nec promeritis eos suppliciis aggreditur. Quamobrem ipse Asaph in XLIX psalmo Deum hæc peccantibus dicentem inducit: *Hæc fecisti, et tacui: existimasti inique quod ero tui similis.* Causam vero silentii, patientiæ et tolerantiæ Dei docet Apostolus, hæc scribens: *An divitias bonitatis ejus et patientiæ et longanimitatis contemnis, ignorans quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit* [12]? Sed tu quidem, ait, ut Deus, omnes sustines, omnes clementer toleras, ac de iis siles qui impie et nefarie peccant, et contra te Deum blasphema dicta proferunt. Ego vero cum hæc videre non possim, supplico deprecorque veniam consequi, quod

B

ΩΔΗ ΨΑΛΜΟΥ ΤΩ ΑΣΑΦ. ΠΒ'.

Ὁ Θεός, τίς ὁμοιωθήσεταί σοι; Μὴ σιγήσῃς, μηδὲ καταπραΰνῃς, ὁ Θεός. Ὁ μὲν οθ' ψαλμὸς προανεφώνει τὸν ἀφανισμὸν τοῦ ἀμπελῶνος καὶ τὴν πτῶσιν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, τοῦ τε παρ' αὐτοῖς τετιμημένου τόπου τὸν ἐμπρησμὸν καὶ τὴν ἐρημίαν· οἱ δ' ἑξῆς αὐτῷ δύο τὴν αἰτίαν ἐδίδασκον δι' ἣν πεπόνθασι ταῦτα· ὁ δὲ παρὼν, συνημμένος ἐκείνοις, ἱκετηρίαν καὶ δέησιν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ποιεῖται. Ἔδει γὰρ μετὰ τὰ σκυθρωπὰ ὥσπερ τινὰ θεραπείαν προσάγειν τοῖς προλεχθεῖσι, μέλλοντας ἐν τούτῳ περιγράφεσθαι τοὺς *Τοῦ Ἀσὰφ* ψαλμούς. Διὸ καὶ *Ὠδὴ ψαλμοῦ* ἐπιγέγραπται ὁ παρὼν λόγος, διὰ τὸ τὰ χρηστὰ ὑπερεύχεσθαι τοῦ λαοῦ. Ἔστι δὲ ὁ παρὼν τῶν ἐπιγεγραμ-
VERS. 1. *Inclina, Domine, aurem tuam et exaudi me, quoniam inops et pauper sum ego.* Cum his in locis quatuor psalmi *filiorum Core* inscripti consequenter ponantur, quorum primus est LXXXIII, secundus LXXXIV, tertius LXXXVI, postremus LXXXVII, opportune quærat aliquis quid causæ sit, quod oratio Davidis intempestive, ut quispiam dixerit, in medio eorum locata fuerit. Æstimo igitur non sine causa, sed opportunissime vaticiniis de Christo immistam hanc orationem fuisse. Quia enim bonorum promissa, veniam peccatorum, Dei ad homines adventum, Christi redemptoris ac Servatoris hominum peregrinationem, primi psalmi *filiorum Core* inscripti vaticinabantur, videlicet LXXXIII et LXXXIV, imo etiam qui postea *filiorum Core* inscribuntur, gentium vocationem, Christi ortum, mortem ab eo pro hominibus susceptam, prædicabant ; arbitror in medio prophetiæ hasce res prænuntiantis necessario positam fuisse Davidis orationem, qua supplicat bona per Salvatorem universis hominibus procuranda, sibi quoque conferri ; ut et ipse bonorum quæ in prophetia enuntiantur consors, veniam peccatorum consequatur, magnoque illo ac salutari bono fruatur, quod omnibus gentibus promittitur. In hac itaque oratione David effusam in omnes gentes gratiam memorat, quam demirari se et stupere profitetur his verbis : *Non est similis tui in diis, Domine, et non est secundum opera tua. Omnes gentes quascunque fecisti venient et adorabunt coram te.* Quia igitur ipse quoque paria bona consequi precabatur, orationem suam in medio psalmorum evangelicorum congruenter locavit. Hæc de proposita quæstione dicta sint. Nec ignorandum,

ΠΡΟΣΕΥΧΗ ΤΩ ΔΑΥΙΔ. ΠΕ'.

Κλῖνον, Κύριε, τὸ οὖς σου, καὶ ἐπάκουσόν μου, ὅτι πτωχὸς καὶ πένης εἰμὶ ἐγώ. Τεσσάρων ὄντων ἐφεξῆς ψαλμῶν τῶν ἐπιγεγραμμένων *υἱῶν Κορὲ* κατὰ τοὺς παρόντας τόπους, πρώτου μὲν τοῦ πγ', ἔπειτα τοῦ πδ', καὶ τρίτου τοῦ πς', καὶ τελευταίου τοῦ πζ', πῶς ἡ προσευχὴ τοῦ Δαυῒδ ἀκαίρως, ὡς ἂν C εἴποι τις, παρεμβέβληται μέση, εὐλόγως ἄν τις ἐξετάσειεν. Ἡγοῦμαι τοίνυν οὐκ ἀλόγως, ἀλλ' εὐκαιρότατα ταῖς περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητείαις παραμεμίχθαι τὴν προκειμένην εὐχήν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀγαθῶν ἐπαγγελίας καὶ ἀφέσεις ἁμαρτημάτων, Θεοῦ τε εἰς ἀνθρώπους παρουσίαν καὶ Χριστοῦ ἄφιξιν λυτρωτοῦ καὶ Σωτῆρος ἀνθρώπων, οἱ πρῶτοι τῶν ἐπιγεγραμμένων *υἱῶν Κορὲ* προεφήτευον, ὅτε πγ' καὶ πδ'. Ἀλλὰ καὶ οἱ ἑξῆς ἐπιλεγόμενοι τῶν *υἱῶν Κορὲ*, καὶ αὐτοὶ ἐθνῶν κλῆσιν εὐηγγελίζοντο, καὶ Χριστοῦ γένεσιν, καὶ τὸν ὑπὲρ ἀνθρώπων αὐτοῦ θάνατον· ἀναγκαίως ἡγοῦμαι τῆς περὶ τούτων προφητείας μέσην παρεμβεβλῆσθαι τὴν προσευχὴν τοῦ Δαυῒδ, δι' ἧς ἱκετεύει τυχεῖν καὶ αὐτὸς τῶν διὰ τοῦ Σωτῆρος πᾶσιν ἀνθρώποις προξενουμένων ἀγαθῶν· ὡς ἂν, καὶ αὐτὸς D γενόμενος κοινωνὸς τῶν προφητευομένων, τύχοι μὲν ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, ἀπολαύσοι δὲ τῆς σωτηρίου μεγαλοδωρεᾶς τῆς πᾶσι τοῖς ἔθνεσι εὐαγγελιζομένης. Μνημονεύει γοῦν ἐν τῇ αὐτοῦ προσευχῇ ὁ Δαυῒδ τῆς εἰς τὰ ἔθνη χυθείσης τοῦ Θεοῦ χάριτος, ἀποθαυμάζων καὶ ἐκπληττόμενος τὴν χάριν, δι' ὧν φησιν· *Οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε, καὶ οὐκ ἔστι κατὰ τὰ ἔργα σου. Πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου.* Ἐπεὶ τοίνυν καὶ αὐτὸς ηὔχετο τοῦ ἴσων ἀγαθῶν τυχεῖν, εἰκότως τὴν ἑαυτοῦ προσευχὴν μέσην τῶν εὐαγγελικῶν ψαλμῶν παρεμβάλλει. Ταῦτα μὲν οὖν εἰς τὴν

[60] Psal. XCV, 1. [61] Psal. XCVI, 1. [62] Matth. III, 2. [63] Matth. V, 3, 10.

λεχθεῖσαν πρότασιν εἰρήσθω. Χρὴ δὲ μὴ ἀγνοεῖν, ὅτι A καὶ ἄλλοι πλείους εἰσὶ *Προσευχῆς* ἐπιγεγραμμένοι ψαλμοί· ἀλλ' οὗτος μετὰ προσθήκης, *τοῦ Δαυΐδ*, εἴρηται· ἕτερος δὲ ἐπιγέγραπται, *Προσευχὴ τοῦ Μωϋσῆ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ*· καὶ ἄλλος, *Προσευχὴ τοῦ πτωχοῦ, ὅταν ἀκηδιάσῃ καὶ ἐναντίον τοῦ Κυρίου ἐκχέῃ τὴν δέησιν αὐτοῦ*. Ἀλλ' ὡς ἐπαναβεβηκότες τὰς ἐν τῇ Παλαιᾷ Γραφῇ προσευχὰς, οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀπόστολοι προσελθόντες ἠξίουν αὐτὸν διδάξαι αὐτοὺς προσεύχεσθαι· ὁ δὲ διδάσκει, μόνοις αὐτοῖς καὶ τοῖς ὁμοίοις κατάλληλον παραδιδοὺς προσευχήν. Διό φησι πρὸς αὐτούς· *Οὕτως οὖν προσεύχεσθε ὑμεῖς· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἕκαστος οὖν ἑαυτὸν δοκιμαζέτω, εἴτε ἄξιός ἐστιν, ὡς ἤδη υἱὸς Θεοῦ γεγονὼς, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐπικαλεῖσθαι Πατέρα, B καὶ λέγειν τὸ, *Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰ μὴ τοσοῦτος εἴη, ἀναλέγεσθαι ἑαυτῷ σπουδαζέτω τὴν ἁρμόζουσαν τῇ αὐτοῦ καταστάσει προσευχὴν ἀπό τε τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν καὶ ἀπὸ τῶν προφητικῶν φωνῶν. Ἡ μέντοι παροῦσα προσευχὴ τοῦ Δαυῒδ οὖσα τυγχάνει· οὕτως γὰρ ἡρμήνευσεν ὅ τε Ἀκύλας καὶ ὁ Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ, *τῷ Δαυΐδ*, *τοῦ Δαυΐδ*, εἰρηκότες. Δοκεῖ δὲ ὁ Δαυῒδ τῷ θείῳ Πνεύματι μὴ ἠγνοηκέναι τὸν περὶ τῶν πτωχῶν ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰρημένον μακαρισμόν· διὸ πτωχὸν ἑαυτὸν καὶ πένητα ὑπάρχειν ὁμολογεῖ, καὶ ταῦτα βασιλεὺς ὢν καὶ πλούτῳ πολλῷ περιῤῥεόμενος. Ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ πνεύματι τοιοῦτος ἦν, κατὰ τὸ, *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι*, εἰκότως ἐν τῇ προσευχῇ, C ὡς ἀρετὰς ἑαυτοῦ καὶ τὰ κατορθώματα προβάλλεται τὴν πτωχείαν καὶ πενίαν. Καὶ ἄλλως δὲ ἐρεῖς, ὅτι, ὥσπερ Μωϋσῆς, φωνῆς ἀκούσας Θεοῦ, ἰσχνόφωνον ἑαυτὸν εἶναι ὡμολόγει, κατὰ παράθεσιν τῆς θείας φωνῆς τοῦτο φήσας· οὕτω καὶ ὁ Δαυῒδ, εἰ καὶ μέγας ἦν καὶ πλούσιος καὶ σοφὸς ἀνθρώποις συγκρινόμενος, ἀλλ' ἀνατείνας πρὸς τὸν Θεὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὁρᾷ ἑαυτὸν τὸ μηδὲν ὄντα· καὶ ἐπεὶ μήπω ἦν δυνατὸς πατέρα τὸν Θεὸν ὀνομάζειν, Κύριον αὐτὸν καλεῖ, δούλου χώραν ἑαυτὸν ἐπέχειν σημαίνων. Εἶθ' ὡς αὐτὸς μένων κάτω που καὶ ἐν βυθῷ, τοῦ δὲ Θεοῦ ὄντος ἐν ὕψει, κλῖναι τὸν Θεὸν ἱκετεύει τὸ οὖς ἑαυτοῦ· ἅτε μὴ τοσοῦτον βοᾷν δυνάμενος διὰ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, ὡς ἀναπέμπειν εἰς ὕψος καὶ τείνειν πρὸς τὸν Θεὸν τὴν ἑαυτοῦ φωνήν. Διὸ δεῖται κλῖναι ἑαυτοῦ τὸ οὖς τὸν Θεὸν, καὶ τῇ ἑαυτοῦ ταπεινότητι συγκαταβῆναι τὴν θείαν ἀκοήν.

alios plerosque psalmos esse qui, *Oratio*, inscribuntur; sed hic cum hoc additamento, *Davidis*, profertur; alius [64] vero inscribitur: *Oratio Moysis hominis Dei*; alius [65], *Oratio pauperis, cum anxius fuerit, et in conspectu Domini effuderit precem suam.* Sed quemadmodum apostoli Salvatoris nostri, Veteris Scripturæ orationibus superiores effecti, accedentes rogabant eum, ut se orandi modum edoceret; ille vero ipsis solis et similibus ipsorum congruentem tradidit orationem, cum dixit illis, *Sic vos orate: Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum* [66], et cætera; itaque seipsum quisque probet, num dignus sit, utpote jam filius Dei effectus, Patrem qui in cœlis est invocare, ac illud proferre, *Pater noster, qui es in cœlis*, etc. Quod si talis non sit, curet statui suo congruentem orationem deligere, ex libro Psalmorum et ex propheticis vocibus desumptam. Hæc igitur oratio Davidis est: nam sic explicarunt Aquila et Symmachus, qui pro illo, *Davidi*, interpretati sunt, *Davidis*. Videtur porro David, divino afflatus Spiritu, beatitudinem illam de pauperibus a Salvatore nostro prolatam non ignorasse: quare se pauperem et inopem esse fatetur, etiamsi rex ac divitiis instructus multis esset. Sed quia spiritu talis erat secundum illud, *Beati pauperes spiritu* [67]; merito paupertatem et inopiam inter virtutes et recte facta sua in oratione recenset. Alio item modo dixeris; sicut Moyses, audita Dei voce, se balbutientem esse fatebatur, idque dicebat vocem suam cum divina comparando; ita et David, etiamsi magnus, dives et sapiens, cum hominibus comparatus esset; at elevatis ad Deum oculis, se nihil esse vidit; et quia nondum posset Deum patrem vocare, Dominum eum appellavit, se famuli locum tenere significans. Deinde, utpote qui in infimis et in profundo maneat, cum Deus in alto exsistat, rogat ut inclinet aurem suam, quod ipse præ infirmitate tantum edere clamorem non possit, qui in altum perveniat, et ad Deum pertingat. Quamobrem supplicat ut Deus inclinet aurem suam, et ut divinus auditus humilitati suæ attemperetur.

Φύλαξον τὴν ψυχήν μου, ὅτι ὅσιός εἰμι· σῶσον D *τὸν δοῦλόν σου, ὁ Θεὸς, τὸν ἐλπίζοντα ἐπὶ σέ.* Ἐν οἷς ἦν, ἐν τούτοις φυλαχθῆναι ἀξιοῖ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἂν μὴ συληθείη αὐτοῦ ἡ ψυχὴ ὧν ἐκέκτητο ἀρετῶν· ἃς ἐδήλωσε πρῶτον εἰπὼν, *Ὅτι πτωχὸς καὶ πένης εἰμὶ ἐγώ*· δεύτερον, *Ὅτι ὅσιός εἰμι*· διὸ καὶ ἀλλαχοῦ φάσκει· *Μὴ ἐλθέτω μοι ποὺς ὑπερηφανίας*. Ἐπεὶ δὲ συνῄδει ἑαυτῷ μηδέπω ὄντι υἱῷ, εἰκότως δοῦλον ἑαυτὸν ὁμολογεῖ καί φησι· *Σῶσον τὸν δοῦλόν σου, ὁ Θεὸς, τὸν ἐλπίζοντα ἐπὶ σέ.* Δοῦλος δὲ Θεοῦ ἐστιν ὁ μὴ δουλεύων ἁμαρτίᾳ, μηδέ τινι πάθει ὑποκείμενος, μόνῳ δὲ Θεοῦ Λόγῳ ὑποτεταγμένος, καὶ

VERS. 2. *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: salvum fac servum tuum, Deus, sperantem in te.* In quo statu erat se conservari a Deo postulat, ut ne anima sua virtutibus quas obtinebat spoliaretur: quas virtutes, bis declarabat, primo cum diceret, *Quoniam inops et pauper sum ego*; secundo, *Quoniam sanctus sum*; quare alibi dicit, *Non veniat mihi pes superbiæ* [68]. Cum autem se nondum filium esse putet, se jure servum confitetur et ait, *Salvum fac servum tuum, Deus, sperantem in te.* Servus porro Dei est, qui peccato non servit, nullique affectui subditus est, sed uni

[64] Psal. LXXXIX, 1. [65] Psal. CI, 1. [66] Matth. VI, 9. [67] Matth. V, 3. [68] Psal. XXXV, 12.

Dei Verbo subjectus; et qui in nullo alio spem habet, nisi in uno Deo. — Vers. 3, 4. *Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamabo tota die: lætifica animam servi tui, quoniam ad te, Domine, animam meam levavi.* Licet sanctus sim, ait, licet inops et pauper spiritu; sed nondum mihi fidens orationem emitto. Precor autem et rogo tuam consequi misericordiam: et hæc perpetua oratio mea est. Pro illo autem, *Tota die*, Symmachus sic edidit, *Quia ad te clamans singulis diebus*. Non enim una tantum die orationi vacandum, sed per totam vitam. Et quia de nulla humana re admodum gaudebat; illud etiam a Deo præberi sibi rogabat, id est, ut lætitia illa quæ apud ipsum Deum habetur, anima sua digna haberetur: gnarus utique corpus et carnem suam corporeis rebus gaudere. Quare hæc quidem respuit, solam vero, quæ apud Deum est, lætitiam postulat, animæ suæ voluptatem procurans. Sciebat quippe, non posse omnes illam consequi; sed eos tantum qui a mortali vita et a corporeis cupidinibus sese amovent, et ad Deum solum mente et cogitationibus accedunt; ideo jure adjicit, *Quoniam ad te, Domine, animam meam levavi.* — Vers. 5. *Quoniam tu, Domine, suavis et mitis, et multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.* Pro illo, *et mitis*, Aquila et Theodotio, *et propitius*, ediderunt; Symmachus vero, *et dimittens.* Hæc porro commodum a Davide dicta sunt, ut verbum leniret, quod sane durum videri possit; quale illud erat, *Ad te animam meam levavi;* ac rursum superius, *Quoniam sanctus sum.* Et hæc quidem mihi, ait, non mea virtute parta sunt, sed gratia tua. Tu enim me ad hæc duxisti, qui suavis es et peccata dimittis, non mihi tantum, sed etiam omnibus invocantibus te: nam multæ misericordiæ es. Cum autem hæc in communi dixerit, *Omnibus invocantibus te*, nos omnes ad parem orationem et spem hortatur. — Vers. 6, 7. *Auribus percipe, Domine, orationem meam, et intende voci deprecationis meæ. In die tribulationis meæ clamavi ad te, quia exaudisti me.* Hinc item declaratur hunc psalmum esse orationem, ut ipse titulus indicat. Quia vero de præterito tempore hæc, *clamavi*, et, *exaudisti*, dicuntur; animadvertas Aquilam dicere, *Invocabo te, quia exaudies me;* ita ut orationis verba pro futuro tempore auxilium a Deo postulent; ut si quando calamitosum tempus accedat, insletque afflictio, Dominum in tribulationibus invocans, propitium illum nanciscatur. Bonum autem est ante afflictiones et tristia tempora non supine in concupiscentiis, neque segniter agere in orationibus ad Dominum emittendis; sed ad futurum tempus se præparare.

A ὁ ἐπὶ μηδένα ἕτερον ἐλπίζων ἢ ἐπὶ μόνον τὸν Θεόν. *Ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι πρὸς σὲ κεκράξομαι ὅλην τὴν ἡμέραν· εὔφρανον τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου, ὅτι πρὸς σὲ, Κύριε, τὴν ψυχήν μου ἦρα.* Εἰ καὶ ὅσιός εἰμι, φησὶν, εἰ καὶ πτωχὸς καὶ πένης τῷ πνεύματι· ἀλλ' οὔπω θαρσῶν ἐμαυτῷ τὴν εὐχὴν ἀναπέμπω. Δέομαι δὲ καὶ ἱκετεύω ἐλέου τοῦ παρὰ σοῦ τυχεῖν, καὶ αὕτη μού ἐστιν ἡ διηνεκὴς προσευχή. Ἀντὶ γοῦν τοῦ, *ὅλην τὴν ἡμέραν*, ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν, *Ὅτι πρὸς σὲ βοῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν.* Οὐ γὰρ πρὸς μίαν ἡμέραν δεῖ τῇ προσευχῇ σχολάζειν, ἀλλὰ διὰ πάσης τῆς ἑαυτῶν ζωῆς. Καὶ ἐπειδήπερ ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἔχαιρε μέγα, ἠξίου διὰ τῆς προσευχῆς παρασχεθῆναι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· τοῦτο δὲ ἦν τὸ εὐφροσύνης τῆς παρ' B αὐτῷ τῷ Θεῷ καταξιωθῆναι τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· τὸ μὲν γὰρ σῶμα ἑαυτοῦ καὶ τὴν σάρκα τοῖς σωματικοῖς χαίρειν ἠπίστατο. Διὸ ταῦτα μὲν παραιτεῖται· μόνην δὲ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐφροσύνην αἰτεῖ τῆς κατὰ ψυχὴν τρυφῆς μεταποιούμενος. Εἰδὼς δὲ, ὅτι οὐ πάντων ἐστὶ δύνασθαι ταύτης τυχεῖν ἀλλ' ἢ τῶν μακρυνόντων μὲν ἑαυτοὺς τοῦ θνητοῦ βίου καὶ τῶν σωματικῶν ἐπιθυμιῶν, μόνῳ δὲ αὐτῷ τῷ Θεῷ τῇ διανοίᾳ καὶ τοῖς λογισμοῖς πλησιαζόντων, εἰκότως ἐπιλέγει, *Ὅτι πρὸς σὲ, Κύριε, τὴν ψυχήν μου ἦρα. Ὅτι σὺ, Κύριε, χρηστὸς καὶ ἐπιεικὴς καὶ πολυέλεος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις σε.* Ἀντὶ τοῦ, *καὶ ἐπιεικὴς*, ὁ μὲν Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων, *καὶ ἱλαστὴς*, εἰρήκασιν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *καὶ ἀφίων.* C Καὶ ταῦτα δὲ χρησίμως ἐλέχθη τῷ Δαυῒδ, θεραπεύοντι τὸ νομισθὲν φορτικὸν ῥῆμα· τοιοῦτον δὲ ἦν τὸ *πρὸς σὲ τὴν ψυχήν μου ἦρα·* καὶ πάλιν ἀνωτέρω τὸ, *Ὅτι ὅσιός εἰμι.* Καὶ ταῦτα γάρ μοι, φησὶν, οὐκ ἐξ ἐμῆς δυνάμεως ἐπορίσθη, ἀλλ' ἐκ τῆς σῆς χάριτος. Σὺ γάρ με ἐπὶ ταῦτα ἤγαγες, χρηστὸς ὢν καὶ ἀφίων ἁμαρτίας, οὐ μόνον ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις σε· πολυέλεος γὰρ τυγχάνεις. Κοινοποιήσας δὲ τὸν λόγον διὰ τοῦ, *καὶ πᾶσιν τοῖς ἐπικαλουμένοις σε*, προτρέπει πᾶσιν ἡμῖν ἐπὶ τῷ τὰ ἴσα αὐτῷ προσεύχεσθαί τε καὶ ἐλπίζειν. *Ἐνώτισαι, Κύριε, τὴν προσευχήν μου, καὶ πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου. Ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου πρὸς σὲ ἐκέκραξα, ὅτι ἐπήκουσάς μου.* Καὶ ἐντεῦθεν παρίσταται, ὅτι προσευχὴ τυγχάνει ὁ ψαλμὸς, ὡς καὶ διὰ D τῆς προγραφῆς. Ἐπεὶ δὲ κατὰ παρῳχηκότα χρόνον εἴρηται τὸ, *ἐκέκραξα*, καὶ τὸ, *ἐπήκουσας*, σημειώσῃ, ὅτι ὁ Ἀκύλας φησὶν, *Ἐπικαλέσομαί σε, ὅτι εἰσακούσεις μου·* ὥστε εἶναι τὰ τῆς προσευχῆς ἀναπεμπόμενα εἰς μέλλοντα χρόνον αἰτοῦντα παρὰ τοῦ Θεοῦ βοήθειαν· ἵν', εἴποτε καιρὸς γένοιτο περιστατικὸς, καὶ εἴποτε θλίψις ἐπέλθοι, ἐπικαλούμενος τὸν Κύριον ἐν ταῖς θλίψεσιν, ἐπήκοον αὐτὸν σχοίη. Καλὸν δὲ πρὸ θλίψεως καὶ πρὸ τῶν σκυθρωπῶν καιρῶν μὴ ὑπτιοῦσθαι ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις, μηδὲ ἀποῤῥᾳθυμεῖν τῶν πρὸς τὸν Κύριον εὐχῶν, ἀλλὰ προπαρασκευάζεσθαι εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον.

Vers. 8-10. *Non est similis tui in diis, Domine, et non est secundum opera tua. Omnes gentes quascunque fecisti venient et adorabunt coram te, Domine, et glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu*

Οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε, καὶ οὐκ ἔστι κατὰ τὰ ἔργα σου. Πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας, ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, Κύριε, καὶ δοξάσουσι τὸ ὄνομά σου. Ὅτι μέγας

σὺ, *καὶ ποιῶν θαυμάσια, σὺ εἶ Θεὸς μόνος*. Καὶ πᾶσαι μὲν ὠφέλιμοι καὶ ἀναγκαῖαι αἱ τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ προσευχαί· νομίζω καὶ μὴ πάσας γεγράφθαι, ἀλλ' ἢ μόνας ἐκείνας ἐν αἷς προσευχόμενοι ἐκ θείου Πνεύματος ἐκινήθησαν, ὡς καὶ προφητικὰς ἀφεῖναι φωνάς. Ἡγοῦμαι δ' οὖν καὶ τὸν Δαυῒδ προσευχὰς πολλὰς ἀναπέμψαι τῷ Θεῷ, ὧν οὐδεμία γραφῇ ἠξιώθη, ἀλλ' αἱ μετέχουσαι προγνωστικῆς καὶ προφητικῆς δυνάμεως. Διόπερ καὶ ἡ παροῦσα προσευχὴ τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν παρελήφθη, καὶ μέση τῶν περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητειῶν παρεμβέβληται, ὡς ἀνακεκραμένη προφητικοῖς λόγοις, καὶ κλῆσιν ἐθνῶν περιέχουσα. Ἄντικρυς γοῦν κλῆσις τῶν ἐθνῶν καὶ διὰ τούτων θεσπίζεται. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ πολλὰ περὶ ἑαυτοῦ μόνου ηὔξατο, *Ἐπάκουσόν μου*, εἰπὼν, καὶ, *Φύλαξον τὴν ψυχήν μου*, καὶ, *Σῶσον τὸν δοῦλόν σου, ὁ Θεός μου*, καὶ τὸ, *Ἐλέησόν με*, καὶ, *Εὔφρανον τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου*· ἐπεὶ τοίνυν τὰ τοσαῦτα περὶ ἑαυτοῦ ηὔξατο, ὁ πλούσιος καὶ μεγαλόδωρος Θεὸς δείκνυσιν αὐτῷ, ὅτι μὴ αὐτῷ μόνῳ τὰ τῆς προσευχῆς αἰτουμένῳ παρέξει, ἁπλωθήσεται δὲ ἡ θεία χάρις καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ὡς καὶ αὐτῶν μελλόντων ἀπολαύειν τούτων, ὧν ὁ Δαυῒδ τυχεῖν ἠξίου. Ὅθεν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ φωτισθεὶς καὶ τὸ μέλλον θεασάμενος, ὑπερεκπλήττεται τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος τὴν μεγαλοδωρίαν, καί φησι τὰ προλεγόμενα. Θεοὺς δὲ ἐνταῦθα λέγεσθαι ὁ μέν τις ἡγήσεται τοὺς ἐν ἀνθρώποις δικαίους καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρας, διὰ τὸ λέγον· *Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες*· ὁ δὲ τὰς κατ' οὐρανὸν θείας δυνάμεις, διὰ τὸ φάσκειν τὸν Ἀπόστολον· *Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ γῆς, (ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοί·) ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατήρ*. Ἐπεὶ τοίνυν οὔτε ἀγγέλων τις, οὔτε προφητῶν τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν ἐποιήσατο, εἰκότως εἰς πρόσωπον ἡγοῦμαι τοῦ Χριστοῦ λέγεσθαι τὸ, *Οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε*. Ἄλλος δέ τις φήσει, διὰ τὸ ψευδῶς μὲν καὶ πεπλανημένως παρὰ τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων νομίζεσθαι εἶναι θεοὺς, καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἄλλον ἀλλαχοῦ θεοποιεῖσθαι, μόνον δὲ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης Θεὸν ἀνηγορεῦσθαι, ἐξ ἁπάντων τε τῶν ἐθνῶν λαοὺς ἑαυτῷ περιπεποιῆσθαι· τούτου χάριν προφητικῶς εἰς πρόσωπον αὐτοῦ τὰς προκειμένας ἀναφωνεῖσθαι θεολογίας. Εἶτ' ἐπειδήπερ πολλοὶ προφῆται πρὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παραδόξων ἔργων γεγόνασι ποιηταὶ, οὐδεὶς δὲ πώποτε τοιαῦτα πράξας ἀναγέγραπται, ὁποῖα ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐμφέρεται, καὶ ὁποῖα δέδεικται διὰ τῆς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἐπιστροφῆς· διὰ τοῦτο λέγεσθαι καὶ τὸ, *Οὐκ ἔστι κατὰ τὰ ἔργα σου*. Καὶ ποῖα ἔργα διδάσκει λέγων ἑξῆς· *Πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου*. Ἐὰν δὲ ἐπιφέρηται τὸ, *Σὺ εἶ Θεὸς μόνος*, καὶ τοῦτο ἐφαρμόσεις τῷ Σωτῆρι, παραθεὶς τὸ, *Οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε*· ὥσπερ γὰρ ἐπὶ συγκρίσει τῶν ἀποδοθέντων θεῶν οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι, οὕτως ἐν παραθέσει τῶν αὐτῶν σὺ εἶ Θεὸς

A *et faciens mirabilia, tu es Deus solus*. Omnes quidem orationes a sanctis Dei emissæ, utiles et necessariæ sunt: æstimo tamen non omnes scripto consignatas fuisse, sed eas solum quas Spiritu sancto moti emiserunt, ita ut propheticas ederent voces. Puto igitur Davidem multas Deo emisisse orationes, quarum nulla scripto consignata fuit, exceptis iis quæ vi prospiciendi et vaticinandi præditæ erant. Ideo hæc oratio in libro Psalmorum posita, et in medium prophetiarum de Christo inserta fuit, utpote quæ propheticis dictis condita sit, et vocationem gentium complectatur. His itaque vocatio gentium manifeste prænuntiatur. Postquam enim multa sibi soli precatus esset, dicens, *Exaudi me*, et, *Custodi animam meam*, et, *Salvum fac servum tuum*, *Deus*
B *meus*, et, *Miserere mei*, et, *Lætifica animam servi tui*; cum, inquam, talia pro seipso precatus esset, dives ille et munificus Deus ostendit illi, non ipsi soli precanti, quæ in oratione ferebantur, abs se concedenda; sed divinam gratiam in omnes gentes effundendam esse: quia futurum esset ut illæ quoque iis fruerentur, quæ David consequi rogabat. Quare Spiritu sancto illustratus, et futura prospiciens, magnum Dei gratiæ donum summopere miratur, et supra dicta verba profert. Putet vero quispiam hic deos vocari justos religiososque viros, quia dictum est, *Ego dixi: Dii estis, et filii Altissimi omnes* [69]; alius vero eas, quæ in cœlo sunt, divinas virtutes, quia Apostolus ait: *Nam etsi*
C *sunt qui dicantur dii, sive in cœlo, sive in terra (sicut sunt dii multi, et domini multi), nobis tamen unus Deus, Pater* [70]. Quoniam igitur neque angelorum, neque prophetarum quispiam, vocationis gentium auctor fuit, jure arbitror de persona Christi dictum fuisse, *Non est similis tui in diis, Domine*. Alius dicet, quia a multis hominibus errore ductis dii esse falso existimantur, et apud omnes gentes, alius alio in loco deus habetur, solusque Salvator et Dominus noster per totum orbem Deus prædicatur, et ex omnibus gentibus populum sibi cooptavit; ideo hanc theologiam prophetice de ipsius persona proferri. Deinde quia ante Salvatorem nostrum prophetæ multi mirabilium operum auctores fuerunt; neque tamen ullus talia edidisse scribi-
D tur, qualia in Evangeliis Salvator noster fecisse commemoratur, et qualia per gentium conversionem exhibentur; idcirco illud etiam dictum fuisse, *Et non est secundum opera tua*. Quænam sint illa opera, sub hæc docet his verbis: *Omnes gentes quascunque fecisti venient, et adorabunt coram te*. Quod si illud adjiciatur, *Tu es Deus solus*; id applices Salvatori, hoc item apponens, *Non est similis tui in diis, Domine*: sicut enim si te cum memoratis diis comparemus, non est similis tui; sic si te conferamus cum iisdem, tu es Deus solus. Siquidem solus Salvator et Dominus noster in principio erat, Dei Verbum erat, apud Deum erat, et Deus erat·

[69] Psal. LXXXI, 6. [70] I Cor. VIII, 5, 6.

quamobrem non est similis ipsi in diis, ac solus ipse quasi in diis Deus fuerit; cum nullus ex multis illis, qui dii vocantur, comparatione illis Deus dici possit. Alius vero, quia secundum hæc omnia additur, *Tu es Deus solus*, dixerit ad Patrem et Deum universorum hæc omnia in oratione enuntiata referri: nam per ejus donum et gratiam vocatio gentium per Filium ejus facta est: et ipse fuit omnium creator, conditor et opifex, qui per Filium condidit, tum quæ in cœlo, tum quæ in terra sunt: ipse quoque per Filium mirabilia omnia fecit, tum quæ in Veteri Testamento enarrantur, tum quæ in Novo describuntur; ideoque dici, — VERS. 10. *Non est secundum opera*; et, *Magnus es tu, et faciens mirabilia, tu es Deus solus*. Illud autem, *solus*, a Salvatore quoque nostro ad Patrem dictum fuit in illo, *Ut cognoscant te solum verum Deum* [71]. Quoniam vero paternæ deitatis particeps est Filius, cum sit ejusdem regni consors, utpote unigenitus Filius, Dei Verbum, et Dei sapientia; jure et ipse præsenti theologiæ accenseatur qua hæc docemur, inter multos illos qui dii vocantur non esse quempiam similem Deo universorum: nam in uno solo unigenito ejus Verbo, Patris similitudo servatur. Quare imago Dei vocatur, et, *Deus erat Verbum* [72]; ita ut in ipso solo Patris similitudo conservetur, sed non in illis multis diis.

VERS. 11. *Deduc me, Domine, in via tua, et ingrediar in veritate tua, lætetur cor meum ut timeat nomen tuum.* Ne aberremus a veritate Dei, ductore egemus: quare Aquila, *Illumina*, inquit, *me in via tua, Domine, ambulabo in veritate tua*; Symmachus vero, *Ostende mihi, Domine, viam tuam, ut iter faciam in veritate tua*. Rursum item pro illo, *Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum*, Aquila dicit, *Solitarium fac cor meum, ut timeat nomen tuum*; Symmachus vero, *Unito cor meum in timorem nominis tui*. — VERS. 12. *Confitebor tibi, Domine, Deus meus, in toto corde meo, et glorificabo nomen tuum in æternum.* Cum multa in præcedentibus bona dixisset, confessionem peccati sui necessario revocat in memoriam, ut ne ex concessa sibi venia, et ex collatis sibi post remissionem muneribus, mollius segniusque versari videretur. Sese igitur ipse vertit et commovet, ac peccati sui memoriam repetit; ut hinc majore erga Deum gratiarum actione utatur. Quamobrem ait, *Confitebor tibi*; ac subjicit, *Eruisti animam meam ex inferno inferiori*. Nam peccatum mortale hujusmodi est, ut in profundissimum inferni detrahat. Cum enim multa sint peccatorum genera, videntur alia ad superficiem inferni deferre, alia ad infimum, sive, ut quis dixerit, ad ipsum profundum, de quo fertur: *Viæ viri quæ videntur esse rectæ, postrema autem earum respiciunt in profun-*

A μόνος. Ἐπειδήπερ μόνος ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν ἐν ἀρχῇ ἦν, καὶ Θεοῦ Λόγος ἦν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἦν, καὶ Θεὸς ἦν· διόπερ οὐκ ἔστιν ὅμοιος αὐτῷ ἐν θεοῖς, καὶ μόνος αὐτὸς ὡς ἐν θεοῖς εἴη ἂν Θεὸς, οὐδενὸς τῶν λεγομένων πολλῶν θεῶν ἐν τῇ αὐτοῦ παραθέσει δυναμένου χρηματίζειν Θεοῦ. Ἄλλος δὲ διὰ τὸ ἐπιφέρεσθαι πᾶσι τούτοις τὸ, ὅτι *Σὺ εἶ Θεὸς μόνος*, εἴποι ἂν πρὸς τὸν Πατέρα καὶ Θεὸν τῶν ὅλων τὰ προκείμενα πάντα διὰ τῆς εὐχῆς ἀναπέμπεσθαι· τῇ γὰρ αὐτοῦ δωρεᾷ καὶ χάριτι ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν διὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ γέγονε· καὶ αὐτὸς ἦν ὁ τῶν ὅλων κτίστης καὶ δημιουργὸς καὶ ποιητὴς διὰ τοῦ Υἱοῦ τὰ πάντα συστησάμενος, τά τε ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ αὐτὸς ἦν ὁ πάντα θαυματουργήσας διὰ τοῦ Υἱοῦ, τά τε κατὰ τὴν Παλαιὰν Διαθήκην ἱστορούμενα, καὶ τὰ B ἐν τῇ Καινῇ ἀναγεγραμμένα· διὸ λέγεσθαι, *Οὐκ ἔστι κατὰ τὰ ἔργα σου*· καὶ, *Μέγας εἶ σὺ, καὶ ποιῶν θαυμάσια, σὺ εἶ ὁ Θεὸς μόνος*. Τὸ δὲ, *μόνος*, εἴρηται καὶ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πρὸς τὸν Πατέρα ἐν τῷ, *Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν*. Ἐπεὶ δὲ τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητος κοινωνὸς ὑπάρχει ὁ Υἱὸς, τῆς αὐτῆς μέτοχος ὢν βασιλείας, ἅτε μονογενὴς Υἱὸς ὢν καὶ Θεοῦ Λόγος, καὶ Θεοῦ σοφία, εἰκότως ἂν καταλέγοιτο καὶ αὐτὸς τῇ παρούσῃ θεολογίᾳ διδασκούσῃ, ὅτι οὐκ ἔστιν ὅμοιος τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ ἐν τοῖς πολλοῖς ὀνομαζομένοις θεοῖς· ἐν ἑνὶ γὰρ μόνῳ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Λόγῳ ἡ τοῦ Πατρὸς ὁμοιότης σώζεται. Διὸ καὶ εἰκὼν χρηματίζει Θεοῦ, καὶ, *Θεὸς ἦν Λόγος*, ὡς ἐν αὐτῷ μὲν σώζεσθαι μόνῳ τὴν τοῦ Πατρὸς ὁμοίωσιν, οὐκέτι δὲ καὶ ἐν τοῖς πολλοῖς θεοῖς.

C *Ὁδήγησόν με, Κύριε, ἐν τῇ ὁδῷ σου, καὶ πορεύσομαι τῇ ἀληθείᾳ σου, εὐφρανθήτω ἡ καρδία μου τοῦ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομά σου.* Εἰς τὸ μὴ ἀποσφαλῆναι τῆς ἀληθείας Θεοῦ, ποδηγοῦ δεόμεθα· διόπερ ὁ μὲν Ἀκύλας, *Φώτισόν με*, φησὶ, *Κύριε, τῇ ὁδῷ σου, περιπατήσω ἐν ἀληθείᾳ σου*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ὑπόδειξόν μοι, Κύριε, τὴν ὁδόν σου, ἵνα ὁδεύσω τῇ ἀληθείᾳ σου*. Καὶ πάλιν ἀντὶ τοῦ, *Εὐφρανθήτω ἡ καρδία μου τοῦ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομά σου*, ὁ μὲν Ἀκύλας φησί· *Μονάχωσον τὴν καρδίαν μου τοῦ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομά σου*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ἕνωσον τὴν καρδίαν μου εἰς φόβον τοῦ ὀνόματός σου. Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ὁ Θεός μου, ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ μου, καὶ δοξάσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα.* Πολλὰ χρηστὰ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρη- D κὼς, ἀναγκαίως ἀναφέρει τῇ μνήμῃ τὴν περὶ τῆς ἁμαρτίας ἧς ἥμαρτεν ἐξομολόγησιν, ὡς ἂν μὴ δοκοίη διὰ τῆς παρασχεθείσης αὐτῷ συγχωρήσεως καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ὑπαρχθέντων αὐτῷ, χαυνοῦσθαι, καὶ ῥᾳθυμότερον ἀναστρέφειν. Ἐπιστρέφει τοίνυν αὐτὸς ἑαυτὸν, καὶ μνήμην ποιεῖται τῆς αὐτοῦ ἁμαρτίας, ἵνα μείζων γένηται ἡ πρὸς τὸν Θεὸν εὐχαριστία· διό φησιν· *Ἐξομολογήσομαί σοι*· καὶ ἐπάγει· *Ἐῤῥύσω τὴν ψυχήν μου ἐξ ᾅδου κατωτάτου.* Ἡ γὰρ πρὸς θάνατον ἁμαρτία τοιαύτη τυγχάνει, εἰς τὸν κατώτατον ᾅδην κατασπῶσα. Πολλῶν γὰρ οὐσῶν ἁμαρτιῶν, ἐοίκασιν αἱ μὲν τοῦ ᾅδου εἰς τὰ ἐπιπόλαια φέρειν, αἱ δὲ εἰς τὰ κατώτατα, καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, εἰς αὐτὸν

[71] Joan. XVII, 3. [72] Joan. I, 1.

τὸν πυθμένα, περὶ οὗ εἴρηται· *Ὁδοὶ ἀνδρὸς αἱ δοκοῦσαι ὀρθαὶ εἶναι, τὰ μέντοι τελευταῖα αὐτῶν βλέπει εἰς πυθμένα ᾅδου*. Ἀλλ' ἐκεῖθεν, φησὶν, *ἐῤῥύσω με, ἐπειδὴ γέγονε τὸ ἔλεός σου μέγα ἐπ' ἐμέ*. Εὐξάμενος γὰρ μεγάλου τυχεῖν ἐλέους ἐν τῷ ν' ψαλμῷ, ἐν ᾧ εἴρηκεν, *Ἐλέησόν με κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου*, ἐν τούτοις ὁμολογεῖται τετυχηκέναι τῆς εὐχῆς· διὸ καὶ ἐξομολογεῖται οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐν ὅλῃ αὐτοῦ τῇ καρδίᾳ. *Ὁ Θεὸς, παράνομοι ἐπανέστησαν ἐπ' ἐμὲ, καὶ συναγωγὴ κραταιῶν ἐζήτησε τὴν ψυχήν μου, καὶ οὐ προέθετό σε ἐνώπιον αὐτῶν. Καὶ σὺ, Κύριε ὁ Θεὸς, οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος καὶ ἀληθινός.* Μεταβαλὼν ἀπὸ τῆς προσευχῆς εἰς τὴν ἐξομολόγησιν, καὶ ὁμολογήσας τῷ Θεῷ τὴν χάριν, ὅτι ἐῤῥύσατο τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐξ ᾅδου κατωτάτου, ἀπολογεῖται τὴν αἰτίαν ἐξαγορεύων δι' ἣν ἥμαρτε, καί φησιν, ὅτι ἐξ ἐπιβουλῆς πολλῶν ἀοράτων ἐχθρῶν τοῦτο πέπονθε, φθονησάντων αὐτοῦ τῇ κατὰ Θεὸν προκοπῇ. Διό φησιν· *Ὁ Θεὸς, παράνομοι ἐπανέστησαν ἐπ' ἐμέ.* Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἑρμηνευταὶ, *ὑπερήφανοι*, εἰρήκασι, τὰς ἀοράτους καὶ ὑπερηφάνους δυνάμεις αἰνιξάμενοι. Ὁποίαν δὲ βίαν πέπονθεν ἡ τοῦ Δαυῒδ ψυχὴ οὐχ ὑπὸ μιᾶς δυνάμεως, ἀλλ' ὑπὸ πλειόνων, διδάσκει λέγων· *Καὶ συναγωγὴ κραταιῶν*· ἢ ὡς ὁ Ἀκύλας, *Καὶ συναγωγὴ κατισχυρευομένων*· ἢ ὡς Σύμμαχος, *Καὶ συναγωγὴ ἀνυποστάτων ἐζήτησε τὴν ψυχήν μου*. Ἀλλ' ἡ μὲν τῶν ἐχθρῶν συναγωγὴ ἐζήτησε τὴν ψυχήν μου, μὴ θεμένων πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν Θεὸν, σὺ δὲ, Κύριε, φησὶν, ἅπερ ἐκεῖνοι μὴ προσεδόκησαν, συνεχώρησας καὶ ἐδωρήσω, ῥυσάμενός μου τὴν ψυχὴν ἐξ ᾅδου κατωτάτου· καὶ τοῦτ' ἔπραξας, ὡς οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων καὶ μακρόθυμος καὶ πολυέλεος, καὶ ἐν πᾶσι τούτοις ἀληθινὸς ὑπάρχων.

Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ καὶ ἐλέησόν με· δὸς τὸ κράτος τῷ παιδί σου, καὶ σῶσον τὸν υἱὸν τῆς παιδίσκης σου. Ὁρῶν με, φησὶν, ἐλέησόν με. Δείκνυσι δὲ ἑαυτοῦ ὁ Δαυῒδ τὴν ταπείνωσιν καὶ τῆς ψυχῆς τὴν κάκωσιν, ἣν παρίστη καὶ ἀρχόμενος τῆς προσευχῆς ἐν οἷς ἔλεγε· *Πτωχὸς καὶ πένης ἐγώ εἰμι*. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Δὸς τὸ κράτος τῷ παιδί σου*, σαφέστερον ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν εἰπὼν, *Δὸς ἰσχὺν παρὰ σοῦ τῷ δούλῳ σου*. Ἵνα γὰρ μὴ ἐξασθενήσας ὀλισθήσω, μετὰ τῶν ἄλλων ὧν παρέσχου, δυναμωθῆναι ἀξιῶ, πρὸς τὸ μὴ αὖθις καταπαλαισθῆναι ὑπὸ τῆς συναγωγῆς τῶν κραταιῶν. Οὕτω δέ με ἰσχυροποιήσας σώσεις, ὡς ἂν σου δοῦλον γενόμενον, υἱὸν δὲ τῆς παιδίσκης σου, ἤτοι τῆς Ἐκκλησίας σου, ἢ καὶ τῆς ἐν τῇ κατὰ Θεὸν παιδείᾳ θρεψαμένης αὐτὸν μητρός. *Ποίησον μετ' ἐμοῦ σημεῖον εἰς ἀγαθὸν, καὶ ἰδέτωσαν οἱ μισοῦντές με, καὶ αἰσχυνθήτωσαν, ὅτι σὺ, Κύριε, ἐβοήθησάς μοι, καὶ παρεκάλεσάς με.* Ὥσπερ τῷ Κάϊν σημεῖον ἔθετο ὁ Θεὸς τῆς πονηρίας αὐτοῦ δηλωτικὸν, ὅπερ σημεῖον οἱ θεωροῦντες εἴργοντο τοῦ ἀνελεῖν αὐτὸν, διὰ τὸ κρῖναι τὸν Θεὸν στένειν καὶ τρέμειν αὐτὸν ἐπὶ γῆς· οὕτω καὶ τοῖς τελείοις αὐτοῦ σημεῖον εἰς ἀγαθὸν δίδωσιν, ὅπερ ὁρῶντες, οἱ μὲν

dum inferni [73]. Verum inde, ait, me eruisti, (Vers. 13) *quoniam misericordia tua magna est super me*. Cum enim misericordiam magnam consequi in quinquagesimo psalmo precatus sit, in quo dicebat, *Miserere mei secundum magnam misericordiam tuam*, hic se vota assecutum declarat; quare non simpliciter, sed in toto corde confitetur. — Vers. 14, 15. *Deus, iniqui insurrexerunt super me, et synagoga potentium quæsierunt animam meam, et non proposuerunt te in conspectu suo. Et tu, Domine Deus miserator et misericors, patiens et multæ misericordiæ et verax.* Cum ex oratione ad confessionem conversus esset, fassus se Deo gratiam habere, quia eripuisset animam suam ex inferno inferiori; quasi ad defensionem suam, causam affert cur peccaverit, complurium invisibilium inimicorum, qui suo secundum Deum profectui inviderent, insidiis id se perpessum affirmans. Quare ait : *Deus, iniqui insurrexerunt super me.* Reliqui vero omnes interpretes, *superbi*, dixerunt, invisibiles et superbas virtutes subindicantes. Quam porro vim perpessa sit Davidis anima, non ab una virtute, sed a pluribus, ipse docet his verbis : *Et synagoga potentium;* sive ut Aquila, *Et synagoga roboratorum;* aut ut Symmachus, *Et synagoga intolerabilium quæsivit animam meam.* Verum synagoga quidem inimicorum quæsivit animam meam, qui non posuerunt Deum ante oculos suos : tu autem, Domine, ea concessisti, ea dedisti, quæ ipsi non exspectabant, cum animam meam liberasti ex inferno inferiori. Idque præstitisti, utpote misericors, miserator, et patiens et multæ misericordiæ : in omnibusque iis verax fuisti.

Vers. 16. *Respice in me et miserere mei; da imperium puero tuo, et salvum fac filium ancillæ tuæ.* Respiciens, inquit, me, miserere mei. Hic porro David humilitatem suam et animi afflictionem exhibet, quam item in orationis exordio declaravit, cum diceret, *Inops et pauper sum ego*. Pro illo autem, *Da imperium puero tuo*, apertius Symmachus interpretatus est his verbis : *Da robur a te servo tuo*. Siquidem ne ex infirmitate peream, cum aliis quæ largitus es, etiam roborari me postulo, ut ne iterum impugner a synagoga potentium. Sic robore addito me servabis, utpote servum tuum; filium ancillæ tuæ, sive Ecclesiæ tuæ; vel matris quæ in recto secundum Deum instituto ipsum educavit.— Vers. 17. *Fac mecum signum in bonum, et videant qui oderunt me, et confundantur, quoniam tu, Domine, adjuvisti me et consolatus es me.* Quemadmodum Caino signum posuit Deus, nequitiæ illius indicium, quod signum qui videbant, ab eo interficiendo arcebantur [74], quia Deus decreverat ut ingemisceret et tremeret super terram : sic etiam perfectis suis signum dat in bonum, quod cernentes amici gaudent; inimici vero et qui oderunt eum,

[73] Prov. xvi, 25. [74] Gen. iv, 15.

pudore afficiuntur, a signo indicium habentes, ipsum in ejusmodi casu auxilio et consolatione muniri. Et fortasse inimicæ virtutes, signum Caino impositum cernentes, gaudebant, quod soleant de alienis lætari malis; angeli vero Dei de illo gemebant, ex signo impendentem illi a Deo iram agnoscentes. At in religiosa anima contrarium accidit; inimicæ quippe virtutes confunduntur, bonum illud signum in ipsa positum conspicientes; divini autem et boni angeli gaudent et gratulantur ei. Idipsum docuit Salvator noster dicens, gaudium esse in cœlis super uno peccatore pœnitentiam agente [75].

1. FILIIS CORE, PSALMUS CANTICI. LXXXVI.

Vers. 2-4. *Fundamenta ejus in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob. Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei. Memorabo Rahab et Babylonem, scientibus me.* Pro illo, *Filiis Core*, Aquila et Symmachus, *Filiorum Core*, ediderunt, quasi psalmus ab iis compositus sit, vel ab iis recitatus, non modo cum psalterio, sed etiam cum cantico. Cum autem mecum reputarem qua de causa psalmi qui *Filiorum Core* inscripti sunt non una conjuncti sint, sed primo separatim positi a XLI, ac rursus duo seorsim locati, nempe LXXXIII et LXXXIV, iterumque alii duo, scilicet hic quem tractamus et subsequens; et cur in medio istorum positus sit LXXXV, inscriptus, *Oratio Davidis*: qua de re quæ tum succurrebant, in postremorum explicatione a me jam tradita sunt. Secus fortasse quispiam dixerit; nempe omnes qui in libro Psalmorum feruntur, a diversis viris prophetico Spiritu afflatis pronuntiatos, separatim positos fuisse, tum quia non eodem tempore dicti, tum quia non ab iisdem prophetice pronuntiati fuerant. A principio itaque quidam Mosis inscriptus fuit, alii Asaphi, alii Davidis, unus Salomonis, Æthan Esdraitæ quoque alius; multi vero præter hosce inscriptione carent, ita ut cujusnam sint scire nequeamus. Cum ergo varie recitati fuissent, sparsim positi a studiosis harum rerum viris antiquitus servabantur. Deinde vero [dixerit idem], CL psalmos unum in librum coactos fuisse. Ac fortasse qui collegit, sive is Esdras fuerit, ut aiunt Hebræi, sive alius quispiam, eos qui primo ad manum venerunt, primos in libro constituit. Nam cum non omnes uno eodemque tempore reperit, necessario eos qui casu in manus inciderunt primo repertis adjunxit. Quamobrem cum octo primos Filiorum Core, ut verisimile est, una simul repertos, in libro simul posuisset, iis postea subjunxit eos qui sub hæc sese obtulerunt. Deinde cum plures alii reperti et in libro Psalmorum repositi fuissent post LXXXII psalmum, binos alios Filiorum Core deprehensos, nempe LXXXIII et LXXXIV, consequenter locavit. Tum post elapsum temporis spatium cum

[75] Luc. XV, 7.

A φίλοι χαίρουσιν, οἱ δὲ ἐχθροὶ καὶ οἱ μισοῦντες αἰσχύνονται, γνώρισμα λαβόντες διὰ τοῦ σημείου, ὅτι βεβοήθηται καὶ παρακέκληται ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι. Καὶ τάχα ἐπὶ μὲν τοῦ Κάϊν αἱ ἐχθραὶ δυνάμεις, ὁρῶσαι τὸ ἐπιτεθὲν αὐτῷ σημεῖον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐπέχαιρον αὐτῷ, ἅτε ἐπιχαιρησίκακοι οὖσαι· οἱ δὲ τοῦ Θεοῦ ἄγγελοι ἐπέστενον αὐτῷ διὰ τοῦ σημείου τὴν ἐπηρτημένην αὐτῷ ἐκ Θεοῦ ὀργὴν ἐπιγινώσκοντες. Ἐπὶ δὲ τῆς θεοφιλοῦς ψυχῆς τοὐναντίον, αἱ μὲν ἐχθραὶ δυνάμεις καταισχύνονται τὸ ἀγαθὸν σημεῖον ἐπικείμενον ὁρῶσαι αὐτῇ· οἱ δὲ θεῖοι καὶ ἀγαθοὶ ἄγγελοι χαίρουσι καὶ συνευφραίνονται αὐτῇ. Τοῦτο καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἐδίδαξεν εἰπών, χαρὰν γίγνεσθαι ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

B ΤΟΙΣ ΥΙΟΙΣ ΚΟΡΕ, ΨΑΛΜΟΣ ΩΔΗΣ. ΠϚʹ.

Οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις· ἀγαπᾷ Κύριος τὰς πύλας Σιὼν ὑπὲρ πάντα τὰ σκηνώματα Ἰακώβ. Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ. Μνησθήσομαι Ῥαὰβ καὶ Βαβυλῶνος τοῖς γινώσκουσί με. Ἀντὶ τοῦ, *Τοῖς υἱοῖς Κορὲ*, ὁ Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος, *Τῶν υἱῶν Κορὲ*, ἐκδεδώκασιν, ὡς ὑπ' αὐτῶν πεποιημένου, ἢ διὰ τούτων εἰρημένου τοῦ ψαλμοῦ καὶ λεχθέντος, οὐ μόνον διὰ ψαλτηρίου, ἀλλὰ καὶ μετ' ᾠδῆς. Ζητῶν δὲ παρ' ἐμαυτῷ, τίνι λόγῳ μὴ πάντες ἦσαν ἐφ' ἑνὶ συνημμένοι οἱ ἐπιγεγραμμένοι *Τῶν υἱῶν Κορὲ*, ἀλλ' οὕτω μὲν ἰδίως πρῶτοι οἱ ἀπὸ τοῦ μαʹ· καὶ πάλιν ἰδίως ἀφωρισμένοι δύο ὁ πγʹ, ὁ δʹ καὶ πʹ· καὶ πάλιν ἕτεροι δύο, ὁ C μετὰ χεῖρας καὶ ὁ ἑξῆς αὐτῷ· μέσος δὲ παρεμβέβληται τούτων ὁ πεʹ ἐπιγεγραμμένος *Προσευχὴ τοῦ Δαυῒδ*· τὰ μὲν ἐμοὶ παραστάντα εἰς τὴν τῶν τελευταίων θεωρίαν διὰ τῶν εἰρημένων ἤδη πρότερον δεδήλωται. Εἴποι δ' ἄν τις καὶ ἄλλως, ὅτι πάντες οἱ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν φερόμενοι λόγοι, ὑπὸ διαφόρων ἀνδρῶν προφητικῷ Πνεύματι λελαλημένοι, ἰδιάζοντες ἦσαν, ὡς ἂν μήτε ὑφ' ἕνα καιρὸν λεχθέντες, μήτε ὑπὸ τῶν αὐτῶν προφητευθέντες. Αὐτίκα γοῦν ἐπιγέγραπταί τις Μωϋσέως, καὶ ἕτεροι τοῦ Ἀσάφ, καὶ τοῦ Δαυῒδ πάλιν ἕτεροι, καὶ ὁ Σολομῶντος ἄλλος, καὶ πάλιν Αἰθὰν τοῦ Ἐσδραΐτου· καὶ ἕτεροι δὲ πλεῖστοι ὅσοι παρὰ τούτους φέρονται ἀνεπίγραφοι, οὐ δυναμένων ἡμῶν εἰδέναι τίνος ἄρ' εἶεν. Διαφόρως οὖν εἰρημένων τὸ παλαιὸν σποράδην ὑπῆρχε παρὰ τοῖς περὶ ταῦτα σπουD δαίοις πεφυλαγμένον. Εἶθ' ὕστερον συναχθῆναι τοὺς ρνʹ ὑπὸ μίαν βίβλον. Μήποτ' οὖν ὁ συναγαγών, εἴτ' Ἔσδρας οὗτος ἦν, ὥς φασιν Ἑβραίων παῖδες, εἴτε τις ἕτερος παρὰ τοῦτον, τοὺς πρώτους εἰς αὐτὸν ἐχομένους πρώτους ἐν τῇ βίβλῳ κατέταττεν. Οὐκ ἀθρόως γὰρ τοὺς πάντας ὑφ' ἕνα καιρὸν εὑρών, ἐξ ἀνάγκης τοὺς πρὸς χεῖρα παρεμπίπτοντας συνῆπτε τοῖς προειληφόσι. Διόπερ καὶ τοὺς πρώτους ηʹ Τῶν υἱῶν Κορὲ εἰκὸς τότε κατατάξαι, ὅτε καὶ ἀθρόως ὁμοῦ πάντες εὕρηνται· μετ' ἐκείνους δὲ συνάψαι τοὺς μετὰ ταῦτα εἰς αὐτὸν ἐλθόντας. Εἶτα πολλῶν ἐν τῷ μεταξὺ εὑρημένων, καὶ εἰς τὴν βίβλον τῶν Ψαλμῶν ἀναληφθέντων μετὰ τὸν πβʹ ψαλμόν, εὑρῆσθαι πάλιν ἄλλους δύο Τῶν

υἱῶν Κορὲ, οὓς καὶ ἀκολούθως συνάψας ἐν τῷ τρίτῳ καὶ π' καὶ τῷ πδ' κατέταξεν. Εἶτα μεταξὺ τοῦ χρόνου τῆς τοῦ Δαυῒδ Προσευχῆς εὑρεθείσης, ἐνθεῖναι καὶ ταύτην μετὰ τὸν πδ'. Καὶ πάλιν μετὰ τὴν Προσευχὴν τοῦ Δαυῒδ, ἐν πε' τόπῳ καταλεχθεῖσαν, εὑρεθῆναι ἑτέρους δύο Τῶν υἱῶν Κορὲ, τὸν μετὰ χεῖρας καὶ τὸν ἐφεξῆς αὐτῷ· ἐξ ἀνάγκης τε καὶ αὐτοὺς συναχθῆναι τῇ Προσευχῇ τοῦ Δαυῒδ. Τὸν αὐτὸν δὲ λόγον ὑπάρχειν ὁ αὐτὸς εἴποι ἂν καὶ ἐπὶ τῆς τῶν λοιπῶν ψαλμῶν συνθέσεως.

Πιστώσεται δὲ τὸ λελεγμένον ἀπὸ προφητικῶν ἀποδείξεων· ἐπεὶ γὰρ ἐν ταῖς προφητικαῖς βίβλοις πολλάκις ἐστὶν εὑρεῖν τὰ τῷ χρόνῳ προλεχθέντα δεύτερα κείμενα τῇ τάξει, καὶ τὰ προφητευθέντα ὕστερα προτεταγμένα τῶν προαγόντων τοῖς χρόνοις. Ὁ γοῦν Ἱερεμίας προφητεύειν μὲν ἄρχεται ἐπὶ Ἰωσίου, παρα- B τείνει δὲ μέχρι Σεδεκίου καὶ τῆς αἰχμαλωσίας· Σεδεκίας δ' ἦν τέταρτος ἀπὸ Ἰωσίου βασιλεύς. Μετὰ γὰρ Ἰωσίαν δεύτερος Ἰωακεὶμ υἱὸς αὐτοῦ διαδέχεται τὴν ἀρχήν· μεθ' ὃν τρίτος Ἰεχωνίας υἱὸς Ἰωακεὶμ· μεθ' ὃν τέταρτος Σεδεκίας ἀδελφὸς Ἰωακεὶμ· καθ' οὓς ἅπαντας τοῦ Ἱερεμίου προφητεύσαντος, ἡ ἐπώνυμος αὐτοῦ γραφὴ ἄρχεται μὲν ἀπὸ Ἰωσίου· εἶτα προϊοῦσα μέμνηται Ἰεχωνίου τοῦ τρίτου ἀπὸ Ἰωσίου· εἶτα προφητεύει τὰ ἐπὶ Σεδεκίου, ὃς ἦν τέταρτος ἀπὸ Ἰωσίου· οἷς ἑξῆς τίθησι τὰ ἐν τῷ τετάρτῳ ἐπὶ Ἰωακεὶμ προφητευθέντα, ὃς ἦν δεύτερος μετὰ Ἰωσίαν. Εἶθ' ἑξῆς ἐπάγει τὰ ἐν ἀρχῇ τοῦ αὐτοῦ Ἰωακείμ· εἶτα τὰ ἐπὶ Σεδεκίου, καὶ πάλιν τὰ ἐπὶ Ἰωακείμ. Εἶτα μέμνηται τῆς αἰχμαλωσίας τῆς εἰς Βαβυλῶνα, καὶ ὡς μετὰ Σεδεκίαν κατέστη ἡγούμενος τῶν ἀπολειφθέντων Γοδο- C λίας, καὶ ὡς Ἰσμαὴλ ἀναιρεῖ τὸν Γοδολίαν, μεθ' ὃν Ἰωανὰν υἱὸς Καριὲ ἡγεῖται. Καὶ μετὰ τούτους ἅπαντας ἑξῆς ἐπάγει τὰς ἐν τῷ δ' ἔτει Ἰωακεὶμ λεχθείσας προφητείας, καὶ πάλιν τὰς ἐν ἀρχῇ βασιλείας Σεδεκίου εἰρημένας. Εὕροις δ' ἂν καὶ παρὰ τῷ Ἐζεκιὴλ τὰ παραπλήσια. Ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ τούτου γραφῇ οὐχ ἑξῆς τοῖς χρόνοις σύγκεινται αἱ προφητεῖαι· ἀλλ' εἰσὶν αἱ μὲν κατὰ τὸ κζ' ἔτος τῆς αἰχμαλωσίας προτεταγμέναι τῷ ια' τῆς αἰχμαλωσίας εἰρημένῳ· μετὰ γὰρ τὰς ἐν τῷ κζ' ἔτει φέρονται αἱ λεχθεῖσαι ἐν τῷ ια' τῆς αἰχμαλωσίας ἔτει· καὶ πάλιν μετὰ τὰς ἐν τῷ ια' ἄλλαι φέρονται ἐν τῷ ι' ἔτει εἰρημέναι, καὶ ἑξῆς αἱ ἐν τῷ κε' ἔτει. Καὶ τούτων ἁπάντων εἴποι ἄν τις τὴν αἰτίαν οὐκ ἄλλην εἶναι τῆς ἀποδεδομένης. Σποράδην γὰρ, ὡς εἰκὸς, τῶν κατὰ χρόνους καὶ καθ' ἕκα- D στον βασιλέα μερικῶς προπεφητευμένων, τὸ παλαιὸν παρὰ τοῖς σπουδαίοις σωζομένων, ἤτοι τὸν Ἔσδραν, ἢ καί τινας ἑτέρους, ὑπὸ μίαν περιγραφὴν συνάγοντας τὰ ἑκάστῳ τῶν προφητῶν κατὰ χρόνους διαφόρους λεχθέντα, τοὺς πρώτους εὑρισκομένους λόγους κατατάσσειν πρώτους· εἶθ' ἑξῆς συνάπτειν τοὺς μετὰ ταῦτα εὑρισκομένους, εἰ καὶ προῆγον τῷ χρόνῳ. Τὸν δ' αὐτὸν εἶναι λόγον καὶ ἐπὶ τῆς τάξεως τῶν Ψαλμῶν, καθόλου μὲν ἁπάντων, ἰδίως δὲ καὶ τῶν μετὰ χεῖρας ἡμῖν ἐξεταζομένων· εἰ μὴ ἄρα τις βαθύτερος νοῦς λανθάνων ἡμᾶς ἑτέρους τινὰς λογισμοὺς παραστήσει τῆς τῶν ἐζητημένων αἰτίας Τά γε μὴν ἡμῖν ὑποπεσόντα εἴς τε τὴν τάξιν Τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ περὶ τῆς Προσευχῆς τοῦ Δαυῒδ τῆς πρὸ τοῦ μετὰ χεῖρας

A Oratio Davidis reperta fuisset, eam post LXXXIV reposuit. Ac rursum post Orationem Davidis, quæ LXXXV numero posita fuerat, inventos fuisse dicet duos alios Filiorum Core, hunc quem tractamus, et sequentem : ac sic necessario Orationi Davidis conjunctos fuisse. Idipsum porro dixerit idem in reliquorum psalmorum ordinatione contigisse.

Hæc vero sententia propheticis exemplis confirmatur : nam in propheticis libris frequenter reperire est ea, quæ prius dicta sunt, secundo loco posita, et quæ postremo prænuntiata sunt, iis quæ præcesserant præmissa. Nam Jeremias initium prophetandi ducit a tempore Josiæ; et usque ad Sedeciam et captivitatem pertingit : Sedecias vero quartus erat a Josia rex. Post Josiam enim secundus regnum excipit Joachim filius ejus, sub hæc tertius Jechonias filius Joachim, et post eum quartus Sedecias frater Joachim : ac cum Jeremias his omnibus regnantibus prophetaverit, ejus Scriptura a Josia init; sub hæc Jechoniæ, qui tertius a Josia erat, meminit; tum ea quæ sub Sedecia vaticinatur, qui quartus erat a Josia : his quarto loco subjungit ea quæ prænuntiata sunt sub Joachim, qui secundus post Josiam erat. Adjicit postea quæ in principio ipsius Joachim dicta sunt; hinc quæ sub Sedecia; rursum ea quæ sub Joachim. Deinde captivitatem in Babylonem meminit, et quomodo post Sedeciam residui populi dux Godolias constitutus sit, et quo pacto Ismael Godoliam occiderit, post quem Joanan filius Carie dux fuit. Post hos autem omnes affert deinde prophetias anno quarto Joachim pronuntiatas; sub hæc illas quæ initio regni Sedeciæ dictæ sunt. Similia quoque in Ezechiele reperias. Nam in hujus quoque scriptura prophetiæ non ordine temporis jacent; sed quæ vicesimum septimum captivitatis annum spectant, præmittuntur iis quæ de undecimo captivitatis anno dicta sunt : post illas enim vicesimi septimi anni prophetias, quæ undecimo anno dictæ sunt, feruntur : deinde vero post illas undecimi anni, quædam habentur decimo anno dictæ, hinc quæ anni vicesimi quinti sunt. Quorum omnium non aliam causam quis afferat præter jam traditam. Nam cum sparsim, ut verisimile est, variis temporibus, et sub singulis regibus separatim editæ prophetiæ, a studiosis antiquitus servatæ fuissent, sive Esdras, sive quidam alii, singulorum prophetarum dicta, variis temporibus prolata, uno volumine circumscribentes, ea quæ primo reperta fuerant, primo loco posuerunt, deinde ea quæ postea ad manum venerunt, subjunxere, etiamsi tempore præirent. Eadem vero ratione Psalmi digesti sunt, sive omnes una spectentur, sive ii scorsim quos jam tractamus. Nisi fortasse profundior aliqua intelligendi ratio, nobis occulta, aliam causam ad quæstiones solutionem afferat. Ea vero quæ de ordine psalmorum Filiorum Core, et de Oratione Davidis quæ ante hunc psalmum posita et in me-

dio psalmorum Filiorum Core locata est, prout succurrebant a nobis exposita sunt, cuique volenti legere licet. Et hæc quidem a nobis exercitationis causa dicta sint.

Quia vero in hoc psalmo indefinite sic incipitur : *Fundamenta ejus in montibus sanctis*; merito roget aliquis quisnam ille sit. Cui respondeat incunctanter quispiam, Deum esse intelligendum ; quia deinde subjungitur, *civitas Dei*. Ego vero considerata psalmi serie, cum deinceps dictum occurrat : *Numquid Sioni dicet, Homo et homo natus est in ea, et ipse fundavit eam*; pro quo Aquila interpretatus est : *Et Sioni dicetur, Vir et vir natus est in ea, et ipse firmabit eam*; Symmachus vero : *De Sion dicetur, secundum singulos homines ipse natus est ibi, ipse vero firmavit eam* ; arbitror congruentissime dictum esse illud : *Fundamenta ejus in montibus*, sine additamento illo, *Dei*; ut perquirentes quis ille esset, ex sequentibus comperiremus, eum esse virum qui Sionem fundasse dicitur, quique istic natus est. Nam ait : *Homo natus est in ea, et ipse fundavit eam*; sive, *et ipse firmavit eam*. Cum dicitur ergo : *Fundamenta ejus*, subaudiamus nos virum qui fundavit eam, videlicet Dei civitatem. Dei vero civitatem, eam esse putare quæ in Palæstina olim Judæorum metropolis erat, id non solum vile et abjectum, sed etiam impium esset; n m de illa Judææ civitate, quæ jam ab alienigenis gentibus incolitur, existimare dictum esse illud, *Diligit Dominus portas Sion*, quæ jam desertæ et di utæ sunt; et illud, *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei*, ac rursum alibi, *Fluminis impetus lætificant civitatem Dei* [76]; et iterum, *Magnus Dominus et laudabilis nimis in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus* [77]; hæc, inquam, omnia dicta intelligere de civitate, quam nunc Græci, alienigenæ et idololatræ incolunt, abjecta sane mihi et vilissima sententia videtur. Quod si quis perpendat solere divinas et propheticas voces civitatem Dei vocare pium ac religiosum institutum, is sane videbit quo pacto per totum orbem, Deo dilectum illud et religiosum institutum et civitatem Salvator et Dominus noster Jesus, Christus Dei, fundaverit et firmaverit. Quare diversimode prædicatur a prophetis, cum dicitur de illo, *Hic ædificabit civitatem meam*. Nam Dei civitatem, videlicet institutum secundum Deum, et religiosam vitæ rationem per totum orbem solus ille, in ipsa civitate genitus, constituit et firmavit per Ecclesiam suam catholicam, in omni loco, regione et civitate constitutam : de qua dictum putare convenit illud, *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei*; et illud, *Fluminis impetus lætificant civitatem Dei* [78]; et quæcunque illis similia in divinis Scripturis feruntur.

A ψαλμοῦ κειμένης, καὶ μέσης Τῶν υἱῶν Κορὲ παρεμβεβλημένης, πρόκειται τοῖς ἐθέλουσιν ἐντυγχάνειν τοῖς εἰρημένοις ἡμῖν ἔμπροσθεν. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν ὧδέ πη προγεγυμνάσθω.

Ἐπεὶ δὲ ἀορίστως ἀρχόμενος ὁ λόγος ἐν τῷ ψαλμῷ φησιν· *Οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις*· εἰκότως ἄν τις ζητήσειε, τίνος αὐτοῦ. Προχείρως μὲν οὖν εἴποι τις ἂν νοεῖσθαι τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ ἑξῆς ἐπιλέγεται, ἡ *πόλις τοῦ Θεοῦ*. Ἐγὼ δὲ, ἐπιστήσας τῇ ἀκολουθίᾳ τοῦ ψαλμοῦ, καὶ εὑρὼν ἑξῆς εἰρημένον τό· *Μὴ τῇ Σιὼν ἐρεῖ· Ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτήν* ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας πεποίηκε· *Καὶ τῇ Σιὼν λεχθήσεται· Ἀνὴρ καὶ ἀνὴρ ἐτέχθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἑδράσει αὐτήν*· Ὁ δὲ Σύμμαχος (1)· *Περὶ δὲ Σιὼν λε-*
B *χθήσεται· Καθ' ἕκαστον ἄνθρωπον αὐτὸς ἐτέχθη ἐκεῖ· αὐτὸς δὲ ἥδρασεν αὐτήν*· ἡγοῦμαι σφόδρα ἀκολούθως εἰρῆσθαι τό· *Οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι*, καὶ μὴ προκεῖσθαι τὸ, *τοῦ Θεοῦ*· ἵν', ἐπιζητήσαντες τίνος αὐτοῦ, εὕρωμεν ἀπὸ τῶν ἑξῆς τὸν λεγόμενον τεθεμελιωκέναι τὴν Σιὼν ἄνδρα, τὸν καὶ γεννηθέντα ἐκεῖ· *Ἄνθρωπος*, γάρ φησιν, *ἐτέχθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτήν*· ἢ *καὶ αὐτὸς ἥδρασεν αὐτήν*. Λεγομένου τοιγαροῦν τοῦ· *Οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ*, προσυπακούσωμεν ἡμεῖς τὸ τοῦ ἀνδρὸς τοῦ θεμελιώσαντος αὐτήν· δῆλον δ' ὅτι τὴν τοῦ Θεοῦ πόλιν. Πόλιν δὲ τοῦ Θεοῦ νομίζειν τὴν κατὰ Παλαιστίνην τὸ πάλαι συνεστῶσαν Ἰουδαίων μητρόπολιν οὐ μόνον ταπεινὸν, ἀλλὰ καὶ δυσσεβές. Τὸ γὰρ περὶ τῆς νῦν ὑπὸ ἀλλοφύλων ἐθνῶν οἰκουμένης ἐν τῇ Ἰου-
C δαίᾳ πόλεως λέγεσθαι νομίζειν τό· *Ἀγαπᾷ Κύριος τὰς πύλας Σιὼν*, τὰς νῦν ἐρήμους καὶ ἠφανισμένας· καὶ τό· *Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ*· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· *Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ*· καὶ πάλιν· *Μέγας Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἐν ὄρει ἁγίῳ αὐτοῦ*· καὶ ταῦτα πάντα νομίζειν λέγεσθαι περὶ πόλεως ἣν ἄνδρες οἰκοῦσι νῦν Ἕλληνες καὶ ἀλλόφυλοι καὶ εἰδωλολάτραι, σφόδρα μοι δοκεῖ ταπεινῆς εἶναι, καὶ μικροπρεποῦς διανοίας. Εἰ δέ τις νοήσειεν ὅπως εἰώθασιν αἱ θεῖαι καὶ προφητικαὶ φωναὶ πόλιν Θεοῦ καλεῖν τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα, ὄψεται τίνα τρόπον καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τὴν θεοφιλῆ ταύτην καὶ θεοσεβῆ πολιτείαν τε
D καὶ πόλιν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ἐθεμελίωσέ τε καὶ ἥδρασε. Διὸ καὶ ποικίλως κηρύττεται ὑπὸ τῶν προφητῶν ἐν οἷς λέγεται περὶ αὐτοῦ, καὶ τό· *Οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου*. Τὴν γὰρ τοῦ Θεοῦ πόλιν, δηλαδὴ τὴν κατὰ Θεὸν πολιτείαν καὶ τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης μόνος αὐτὸς γεννηθεὶς ἐν αὐτῇ ἱδρύσατο, καὶ κατεπήξατο διὰ τῆς ἐν παντὶ τόπῳ καὶ πάσῃ χώρᾳ καὶ πόλει συνεστώσης αὐτοῦ καθολικῆς Ἐκκλησίας· περὶ ἧς κεῖσθαι προσήκει λέγεσθαι τό· *Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ*, καὶ τό· *Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ*, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἐν ταῖς θείαις φέρεται Γραφαῖς.

[76] Psal. XLV, 5. [77] Psal. XLVII, 2. [78] Psal. XLV, 5.

(1) Lectio Symmachi hic vitiata videtur ; infra sincerior est.

Τῆς οὖν μεγίστης ταύτης καὶ θεοπρεποῦς πόλεως, λέγω δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν ἐμφαινομένου θεοσεβοῦς πολιτεύματος, οἱ θεμέλιοι τυγχάνουσιν ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις. Ἑρμηνεύει δὲ τὸν λόγον ὁ Ἀπόστολος φάσκων· *Ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Καὶ ἄλλως δὲ οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ οὐκ ἐνταῦθα κάτω καὶ παρ' ἡμᾶς τυγχάνουσιν, ἀλλ' ἄνω που καὶ ἐν τοῖς καλουμένοις ἁγίοις ὄρεσι. Διὸ λέλεκται· *Οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις*. Εἶεν δ' ἂν ταῦτα τὰ ὄρη οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, ἔνθα τὸ μέγα πολίτευμα τῆς ἐπουρανίου Σιὼν, καὶ τῆς ἀληθῶς μεγάλης τοῦ Θεοῦ πόλεως συνέστηκεν. Οὐκ ἐμὸς δὲ οὗτος ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τοῦ φήσαντος Ἀποστόλου· *Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν*, καί· *Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς*. Ταύτης οὖν τῆς μεγάλης πόλεως τοῦ Θεοῦ εἰκὼν μὲν εἴη ἂν ἡ ἐπὶ γῆς Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ· τὰ δὲ στηρίγματα αὐτῆς καὶ θεμέλιοι, οἱ ἐν τοῖς ἀποδεδομένοις ἡμῖν ἁγίοις ὄρεσιν ὑφεστήκασιν· αἱ δὲ εἴσοδοι καὶ αἱ πρῶται στοιχειώσεις αὐτῆς ἐκείνης τῆς οὐρανοπόλεως ἐνταῦθα τυγχάνουσι παρ' ἡμῖν. Ἅσπερ εἰσόδους καὶ εἰσαγωγὰς τοῦ θεοσεβοῦς πολιτεύματος πύλας ὠνόμασε Σιὼν ὁ λόγος φάσκων· *Ἀγαπᾷ Κύριος τὰς πύλας Σιὼν ὑπὲρ πάντα τὰ σκηνώματα Ἰακώβ*. Σκηνώματα δὲ Ἰακὼβ αἱ Ἰουδαϊκαὶ παραδόσεις, καὶ αἱ κατὰ Μωϋσέως σωματικαὶ θρησκεῖαι ἐνταῦθά μοι δοκοῦσι λέγεσθαι· ὧν προτιμότεραι τυγχάνουσι παρὰ τῷ Θεῷ αἱ πύλαι τῆς Σιὼν, τουτέστιν αἱ εἴσοδοι καὶ εἰσαγωγαὶ τῆς ἐπουρανίου βασιλείας ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας ἱδρυμέναι. Ἐν μόνῃ γὰρ ταύτῃ κηρύσσεται ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία, καὶ τοῦ σωτηρίου γε Εὐαγγελίου ὁ πᾶς σκοπὸς ἐκεῖσε βλέπει. Ἐπεὶ καὶ αἱ σωτήριοι ἐπαγγελίαι, καὶ τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα, καὶ ἡ πᾶσα ἐλπὶς τοῦ κατὰ Χριστὸν πολιτεύματος, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ὁρᾷ. Γέγραπται γοῦν, ὅτι ἐκήρυξεν ὁ Σωτὴρ λέγων· *Ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*. Ἐμακάριζέ τε τοὺς ἀξίους τῶν οἰκείων μακαρισμῶν, ἐπαγγελλόμενος αὐτοῖς βασιλείαν οὐρανῶν· ἀλλὰ καὶ ἐδίδασκεν εὔχεσθαι τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς καὶ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἐξαιτεῖσθαι φάσκοντας ἐν τῇ προσευχῇ· *Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου*. Εἰκότως τοίνυν πάντα τὰ τοιαῦτα πύλαι τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ὠνομάσθησαν, εἴσοδοί τινες καὶ εἰσαγωγαὶ τυγχάνουσαι τῆς ἐκεῖσε πορείας. Ἀγαπᾷ τοίνυν ταύτας τὰς πύλας τῆς ἐπουρανίου Σιὼν ὑπὲρ τὰς νομικὰς καὶ Ἰουδαϊκὰς συναγωγὰς, ἅσπερ ὠνόμασε σκηνώματα Ἰακώβ. Οὐδὲν γοῦν παρ' ἐκείνοις περὶ τῆς ἐπουρανίου πόλεως τοῦ Θεοῦ μνημονεύεται, οὐδέ τις αὐτοῖς σκοπὸς περὶ βασιλείας οὐρανῶν ἔνεστι, κάτω δὲ δι' ὅλου νενευκότες τὰς ἐλπίδας ἐπὶ γῆς ἔχουσι, καὶ τὰς ἐπαγγελίας ἐνταῦθά που προσδοκῶσι· διὸ προτιμότεραι παρὰ τῷ Θεῷ τυγχάνουσι τῶν σκηνωμάτων Ἰακὼβ αἱ προδηλωθεῖσαι ἡμῖν

Hujus itaque maximæ et Deo dignæ civitatis, scilicet Ecclesiæ Dei, et pii instituti in ea servati, fundamenta sunt in montibus sanctis. Locum autem explicat Apostolus his verbis : *Superædificati super fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso summo angulari lapide Jesu Christo* [79]. Et vero fundamenta ejus non inferius posita et penes nos sunt; sed sursum, et in iis qui montes sancti vocantur. Quare dicitur, *Fundamenta ejus in montibus sanctis*. Illi porro montes sancti, sunt cœli cœlorum, ubi magnum illud institutum cœlestis Sionis et vere magnæ Dei civitatis consistit. Neque meus hic sermo est, sed ejusdem Apostoli dicentis : *Illa vero quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra* [80]; et, *Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem, et multorum millium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum qui descripti sunt in cœlis* [81]. Hujus itaque magnæ Dei civitatis imago fuerit Ecclesia Dei, quæ est in terra; fulcra autem et fundamenta ejus ea sunt, quæ superius per montes sanctos significari tradidimus; ingressus autem et primi aditus cœlestis illius civitatis apud nos sunt. Qui ingressus et aditus ad religiosum illud institutum, hic portæ Sion vocantur, cum dicitur : *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob*. Hic autem mihi per illa tabernacula Jacob, Judaicæ traditiones et Mosaici corporales cultus significari videntur : quibus præstantiores apud Deum sunt portæ Sion, id est, ingressus et aditus ad regnum cœleste, in Ecclesia stabiliti. In ea namque sola prædicatur regnum cœlorum : totusque salutaris Evangelii scopus eo respicit. Siquidem salutaria promissa, evangelica prædicatio, totaque Christiani instituti spes, regnum cœlorum spectant. Scriptum est enim hæc prædicasse Salvatorem : *Appropinquavit regnum cœlorum* [82]; ipseque beatos prædicavit eos qui propria sibi beatitudine digni sunt, ipsisque regnum cœlorum pollicitus est; imo etiam discipulos suos precandi et regnum cœlorum petendi modum edocuit, hanc orationis formam tradens : *Fiat voluntas tua, adveniat regnum tuum* [83]. Jure ergo hæc omnia portæ regni cœlorum vocata sunt, utpote ingressus aditusque itineris illo instituendi. Diligit ergo Dominus has cœlestis Sionis portas plus quam omnes legales et Judaicas synagogas, quas tabernacula Jacob appellavit. Apud Judæos enim cœlestis illa Dei civitas nullatenus memoratur, neque pro scopo habent ipsi regnum cœlorum; sed deorsum proni, in terra spem habent, et promissa sibi data hic exspectant : quare portæ illæ cœlestis Sion, quas supra declaravimus, majore in pretio apud Deum habentur, quam tabernacula Jacob. Cujus Sionis fundamenta non hic et in terra, humili loco posita sunt, sed in montibus sanctis, uti supra explicavimus.

[79] Ephes. II, 20. [80] Gal. IV, 26. [81] Hebr. XII, 22, 23. [82] Matth. X, 7. [83] Matth. VI, 10.

πύλαι τῆς ἐπουρανίου Σιών· ἧς οἱ θεμέλιοι οὐκ ἐνταῦθα κάτω που ἐπὶ γῆς, ἀλλ' ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις ὑπάρχουσι, τοῖς προτεθεωρημένοις.

Memorabo Rahab et Babylonem scientibus me. Et ecce alienigenæ et Tyrus et populus Æthiopum, hi facti sunt illic. Pro illo, *Memorabo Rahab et Babylonem*, Aquila dicit, *Memorabo impetum et Babylonem;* Symmachus, *Memoria repetam superbiam et Babylonem.* Æstimo autem per Babylonem, Tyrum et Rahab, et per alienigenas ac populum Æthiopum, vocationem gentium adumbrari, quæ a priore instituto mutatæ et translatæ, regeneratione in civitate Dei dignatæ sunt : quas prioris generis sui memores esse sermo expetit. Nam cum dicitur alienigenas, Tyrum et populum Æthiopum illic factos fuisse, quid aliud quam alienigenarum gentium in civitate Dei regeneratio significatur; Aquila vero ait, *Phylistæa et Tyrus cum Æthiopia, hic natus est illic;* simili modo Symmachus interpretatus est his verbis, *Ecce Phylistæi et Tyrus cum Æthiopia, hic natus est illic.* Illic vero ubinam natos dicit, nisi in civitate Dei, aut in spiritualibus ejus portis? Illud quippe ipsa orationis series subindicat. Cum dixisset enim, *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei,* subjicit postea, tales et tales alienigenas illic ortos esse, et populum Æthiopum ibidem esse natum; videlicet in memorata Dei civitate, aut in portis ejus, speculandi modo intellectis. Hæc opere completa, veritatem verborum salutaris gratiæ comprobant : quæ Babylonios, Tyrios et omnes alienigenas Israelitico generi extraneos, per lavacrum regenerationis et per omnia Novi Testamenti mysteria in prædicta civitate Dei regenerat.— Vers. 5, 6. *Mater Sion dicet, Homo et homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus.* Reliquorum interpretum editiones clarius horum sententiam exposuerunt. Nam Symmachus hoc modo interpretatus est : *De Sion dicetur per singulos, Homo hic natus est illic : ipse fundavit eam Altissimus. Dominus numerabit scribens populos : hic natus est illic.* Theodotio vero ait : *Et Sioni dicetur, Vir et vir natus est in ea, et ipse fundavit eam, et præparavit eam Altissimus. Dominus narrabit in scriptura populorum, Hic natus est in ea.* Et animadvertas, quæso, sicut in his dictum est de alienigenis, *Alienigenæ et Tyrus et populus Æthiopum hi facti sunt illic;* sic et hoc loco, *Dicetur,* inquit, *Vir et vir natus est ibi;* et postea rursum, *Dominus scribens populos, Hic natus est illic.* Nam id primo de populo alienigenarum dictum est; secundo, de viro qui illic natus fuisse dicitur; tertio, de ipso Domino. Etenim, inquit, ipse Dominus, qui hæc vaticinatur et populos scribit, hic natus est illic.

A *Μνησθήσομαι Ῥαὰβ καὶ Βαβυλῶνος τοῖς γινώσκουσί με. Καὶ ἰδοὺ ἀλλόφυλοι καὶ Τύρος καὶ λαὸς Αἰθιόπων, οὗτοι ἐγενήθησαν ἐκεῖ.* Ἀντὶ τοῦ· *Μνησθήσομαι Ῥαὰβ καὶ Βαβυλῶνος,* ὁ μὲν Ἀκύλας φησίν· *Ἀναμνήσω ὁρμήματος καὶ Βαβυλῶνος·* ὁ δὲ Σύμμαχος· *Ἀναμνήσω ὑπερηφανίαν καὶ Βαβυλῶνα.* Ἡγοῦμαι δὲ διὰ Βαβυλῶνος καὶ Τύρου καὶ Ῥαὰβ, διά τε τῶν ἀλλοφύλων καὶ τοῦ λαοῦ τῶν Αἰθιόπων, τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν αἰνίττεσθαι, τῶν μεταθεμένων καὶ μεταβεβλημένων ἀπὸ τῆς προτέρας ἀγωγῆς, καταξιωθέντων τε ἀναγεννήσεως τῆς ἐν τῇ πόλει τοῦ Θεοῦ· οὓς ὁ Λόγος ἀναμιμνήσκειν βούλεται τοῦ προτέρου ἑαυτῶν γένους. Τῷ γὰρ φάσκειν ἀλλοφύλους, καὶ Τύρον καὶ λαοὺς Αἰθιόπων γεγενῆσθαι ἐκεῖ, τί ἕτερον ἢ τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν τὴν ἐν τῇ πόλει τοῦ
B Θεοῦ ἀναγέννησιν; Καὶ ὁ Ἀκύλας δέ φησι· *Φυλιστιαία καὶ Τύρος μετὰ Αἰθιοπίας, οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ·* ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν εἰπών· *Ἰδοὺ Φυλιστιαῖοι καὶ Τύρος μετὰ Αἰθιοπίας, οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ.* Ἐκεῖ δὲ, ποῦ φησι τετέχθαι τοὺς ἀλλοφύλους, ἀλλ' ἢ ἐν τῇ πόλει τοῦ Θεοῦ, ἢ ἐν ταῖς πύλαις αὐτῆς ταῖς νενοημέναις; Τοῦτο γὰρ ἡ ἀκολουθία τῆς συμφράσεως ὑποβάλλει νοεῖν. Προειπὼν γάρ· *Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ,* ἐπιλέγει συνάπτων ἑξῆς, ὡς ἄρα οἵδε καὶ οἵδε ἀλλόφυλοι ἐγενήθησαν ἐκεῖ, καὶ ὁ λαὸς Αἰθιόπων ἐτέχθη ἐκεῖ· δηλονότι ἐν τῇ προειρημένῃ πόλει τοῦ Θεοῦ, ἢ ἐν ταῖς ταύτης τεθεωρημέναις πύλαις. Ἃ δὴ καὶ ἔργοις ἐπιτελεσθέντα τὴν τῶν λόγων ἀλήθειαν πιστοῦται
C τῆς σωτηρίου χάριτος, καὶ Βαβυλωνίους καὶ Τυρίους, καὶ πάντας τοὺς ἀλλογενεῖς καὶ ἀλλοτρίους τοῦ γένους τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ, καὶ διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ τῶν τῆς Καινῆς Διαθήκης μυστηρίων ἀναγεννώσης ἐν τῇ δηλωθείσῃ πόλει τοῦ Θεοῦ. *Μήτηρ*(1) *Σιὼν ἐρεῖ· Ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ Ὕψιστος.* Αἱ τῶν λοιπῶν ἑρμηνευτῶν ἐκδόσεις λευκότερον τὴν τῶν προκειμένων διάνοιαν παρέστησαν. Ὁ μὲν γὰρ Σύμμαχος τοῦτον ἐξέδωκε τὸν τρόπον· *Περί τε Σιὼν λεχθήσεται καθ' ἕκαστον· Ἄνθρωπος οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ· αὐτὸς ἥδρασεν αὐτὴν ὁ Ὕψιστος. Κύριος ἀριθμήσει γράφων λαούς· οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ.* Καὶ ὁ Θεοδοτίων φησί· *Καὶ τῇ Σιὼν ῥηθήσεται· Ἀνὴρ καὶ ἀνὴρ ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν*
D *αὐτὴν, καὶ ἡτοίμασεν αὐτὴν ὁ Ὕψιστος. Κύριος διηγήσεται ἐν γραφῇ λαῶν· Οὗτος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ.* Καὶ πρόσχες τίνα τρόπον ἐν τούτοις ὥσπερ εἴρηται περὶ τῶν ἀλλοφύλων, τό· *Ἀλλόφυλοι καὶ Τύρος καὶ λαὸς Αἰθιόπων, οὗτοι ἐγενήθησαν ἐκεῖ.* Οὕτω καὶ ἐνταῦθα, *Λεχθήσεται,* φησίν· *Ἀνὴρ καὶ ἀνὴρ ἐτέχθη ἐκεῖ·* καὶ πάλιν ἑξῆς· *Κύριος γράφων λαοὺς, Οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ.* Πρότερον μὲν γὰρ εἴρητο περὶ τοῦ λαοῦ τῶν ἀλλοφύλων· δεύτερον δὲ περὶ τοῦ ἀνδρὸς τοῦ λεγομένου τετέχθαι ἐκεῖ, καὶ τρίτον περὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου. Ὁ γὰρ Κύριος, φησὶν, αὐτὸς ὁ θεσπίζων ταῦτα καὶ γράφων λαοὺς, οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ.

Aperte autem Scriptura per virum qui natus est illic, nimirum in civitate Dei, Salvatoris nostri hominem subindicavit. Cum porro ipsum Dominum

Σαφῶς δὲ ὁ Λόγος τὸν μὲν ἄνδρα τὸν τεχθέντα ἐκεῖ, τουτέστιν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ πόλει, τὸν ἄνθρωπον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ᾐνίξατο· τὸν δὲ Κύριον καὶ αὐτὸν τε-

(1) Supra, μὴ τῇ.

τέχθαι ἐκεῖ φάσκων, παρίστησι τὴν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ Λόγου κατοίκησιν. Ὥσπερ γὰρ ἡ Σιὼν, πόλις οὖσα τοῦ Θεοῦ, χώρα τυγχάνει τοῦ τεχθέντος ἐν αὐτῇ ἀνδρὸς, οὕτω καὶ αὐτὸς ὁ ἀνὴρ χώρα γίνεται καὶ δοχεῖον τοῦ ἐν αὐτῷ γεννηθέντος Θεοῦ Λόγου, ὡς ἐν ἱερῷ ἁγίῳ καὶ ναῷ, μᾶλλον δὲ ὡς ἐν ἀγάλματι καὶ δοχείῳ τῆς αὐτοῦ θεότητος ἐν αὐτῷ κατῳκηκότος. Καὶ ταῦτα δὲ ἀναγκαίως ὁ Λόγος ἐδίδαξεν εἰς τὸ γνωσθῆναι πῶς ἀλλόφυλοι καὶ Τύρος καὶ λαὸς Αἰθιόπων ἐγενήθησαν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ πόλει, καὶ γεγόνασιν υἱοὶ Θεοῦ διὰ τῆς παρ' αὐτῷ ἀναγεννήσεως. Ὅπως γὰρ καὶ κατὰ τίνα τρόπον ἡ τοσαύτη εἰς οὐρανοὺς ἐξεχύθη χάρις, παρέστησεν εἰπὼν τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα τὸν γεννηθέντα ἐκεῖ, καὶ τὸν ἐν τῷ ἀνδρὶ πάλιν γεννηθέντα Κύριον. Οἷς ἅπασιν ἐπιλέγει τὸ, *Ὡς εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία ἐν σοί*· ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας φησὶ, *Καὶ ᾄδοντες ὡς χοροὶ πᾶσαι πηγαὶ ἐν σοί*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Καὶ αἰνέσουσιν ὡς ἐν αὐλοῖς πᾶσαι αἱ πηγαὶ ἐν σοί*. Οἶμαι δὲ σημαίνεσθαι καὶ διὰ τούτων τὴν τῶν πιστῶν ἁπάντων, τῶν δὴ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ πόλεως καταξιωθησομένων, ἐπισυναγωγὴν, καὶ τὴν εἰς ἕνα χορὸν ἀποκατάστασιν. Τῷ γὰρ λέγεσθαι, *ἐν σοί*, τὸν τόπον πάλιν σημαίνειν ὑπολαμβάνω τῆς τοῦ Θεοῦ πόλεως· ἧς οἱ μὲν θεμέλιοι ἦσαν ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις, αἱ δὲ πύλαι καὶ αἱ εἴσοδοι κάτω που καὶ παρ' ἡμῖν· ἐν μέσῃ δὲ αὐτῇ πάντες ὡς ἐν χορείᾳ καὶ ἁρμονίᾳ θείᾳ μετ' εὐφροσύνης συναγόμενοι κατοικήσειν προφητεύονται. Ὅρα δὲ τίνα τρόπον ὁ παρὼν ψαλμὸς, Θεοῦ γένεσιν θεσπίζων κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῆς τῶν Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείας, ἐπέκρυψε τὸ μυστήριον. Τὸ γὰρ, *Κύριος ἀριθμήσει γράφων λαούς· Οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ*, κατὰ Σύμμαχον· ἢ κατὰ Ἀκύλαν, *Κύριος διηγήσεται ἐν τῷ γράφειν λαούς· Οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ*· ἢ κατὰ τὸν Θεοδοτίωνα, *Κύριος διηγήσεται ἐν γραφῇ λαῶν· Οὗτος ἐγεννήθη ἐκεῖ*, οὐ τοῦτον ἡρμήνευται παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα τὸν τρόπον· ἀλλ' εἴρηται, *Κύριος διηγήσεται ἐν γραφῇ λαῶν καὶ ἀρχόντων τούτων τῶν γεγενημένων ἐν αὐτῇ*· ἐπικρυψάντων, ὡς οἶμαι, τὴν διάνοιαν τῶν τὴν ἑρμηνείαν πεποιημένων, διὰ τὸ ἔθνεσιν ἀλλοφύλοις μέλλειν ἐκδίδοσθαι τὴν Γραφὴν κατὰ τοὺς Πτολεμαίου χρόνους, οὔπω τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιλάμψαντος τῷ βίῳ. Καὶ ὁ πᾶς δὲ ψαλμὸς σφόδρα αἰνιγματώδης καὶ σκοτεινῶς εἰρημένος τυγχάνει, *Θεμελίους αὐτοῦ* λέγων σεσιωπημένως, τίνος δ' αὐτοῦ μὴ διασαφῶν· καὶ πάλιν ὄρη ἅγια ὀνομάζων, καὶ πύλας Σιὼν προτιμωμένας ὑπὸ τοῦ Κυρίου τῶν σκηνωμάτων Ἰακὼβ, καὶ πόλιν Θεοῦ δεδοξασμένως λαλουμένην· καὶ ἐπὶ πᾶν, ἐν τῇ πόλει, οὐ τὸν Ἰσραὴλ, οὐδὲ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, ἀλλὰ Ῥαὰβ τήν ποτε πόρνην καὶ Βαβυλῶνα, Τυρίους τε καὶ Αἰθίοπας καὶ ἀλλοφύλους. Τούτους γὰρ πάντας τεχθήσεσθαι ἐν τῇ πόλει τοῦ Θεοῦ διὰ ποίαν αἰτίαν οὐκ ἂν ἔχοι τις ἄλλην εἰπεῖν ἢ διὰ τὴν γένεσιν τοῦ ἐν αὐτῇ τεχθέντος ἀνδρὸς, καὶ τοῦ Κυρίου τεχθέντος ἐκεῖ, δηλαδὴ ἐν αὐτῷ τῷ προλεχθέντι ἀνδρί· ἐφ' οἷς πᾶσαν εὐφροσύνην κοινὴν καὶ χορείας, ᾠδάς τε καὶ αἴνους καὶ πηγὰς θείων καὶ ἱερῶν λόγων ἐπὶ τέλει τοῦ ψαλμοῦ θεσπίζει. Ἐπὰν δὲ λέγῃ ἐν γραφῇ λαῶν ταῦτα πάντα ἔσεσθαι, σημαίνειν

A illic natum dicit, Dei Verbi in homine habitationem declarat. Quemadmodum enim Sion, quæ civitas Dei est, locus est viri in ea nati; ita ipse vir locus efficitur et receptaculum Dei Verbi in se nati, qui quasi in loco sacro et in templo, imo potius quasi in statua et receptaculo deitatis suæ, in ipso habitat. Et hæc necessario docet hæc Scriptura, ut notum sit qua ratione alienigenæ et Tyrus et populus Æthiopum in civitate Dei facti fuerint, et filii Dei per regenerationem ibi acceptam sint effecti. Nam qua ratione tanta in cœlis gratia effusa sit, allatis iis quæ ad virum eo in loco editum, et ad Dominum item in hujusmodi viro natum pertinent, aperte declarat. Quibus omnibus subdit illud. — VERS. 7. *Sicut lætantium omnium habitatio*
B *est in te;* pro quo Aquila dicit, *Et canentes quasi chori omnes fontes in te;* Symmachus vero, *Et laudabunt quasi in tibiis omnes fontes in te.* His porro significari arbitror fidelium omnium, qui sancta Dei civitate donandi sunt, congregationem, atque in chorum unum reductionem. Nam cum dicitur, *in te*, indicari suspicor civitatis Dei locum, cujus fundamenta quidem in montibus sanctis erant, portæ vero et aditus infimo in loco et apud nos siti sunt: in medio autem illius, quasi in chorea et concentu divino, congregati illi habitaturi esse prænuntiantur. Animadverte porro qua ratione hic psalmus, Dei generationem secundum Septuaginta Interpretum lectionem vaticinans, mysterium occultarit. Illa enim secundum Symmachum expli-
C catio, *Dominus numerabit scribens populos, Hic natus est ibi;* vel secundum Aquilam, *Dominus narrabit in scribendo populos, Hic natus est ibi;* vel secundum Theodotionem, *Dominus narrabit in scriptura populorum, Hic natus est tibi*, non eadem apud LXX reperitur; sed dicitur, *Domino narrabit in scriptura populorum et principum horum qui fuerunt in ea;* quia, ut arbitror, interpretes veram sententiam occultarunt, quod alienis gentibus, tempore Ptolemæi, Scripturam interpretaturi essent, cum nondum Servator noster in mundo apparuisset. Totusque psalmus admodum ænigmaticus et obscurus est: quippe qui *fundamenta ejus* dicat, et quis sit is de quo loquitur taceat, nec indicet illum;
D ac rursum montes sanctos memoret, portasque tabernaculis Jacob a Domino antelatas; itemque civitatem Dei gloriose celebratam: ad hæc vero omnia, in civitate, non Israelem, neque Judaicam gentem; sed Rahab olim meretricem, Babylonem, Tyrias, Æthiopas, alienigenasque nominet. Hi quippe omnes cur in civitate Dei nascituri esse dicantur, non aliam causam quis proferat, nisi generationem viri qui in illa natus est, et Domini item in illa nati, videlicet in viro quem jam diximus. Quapropter omnimodam communemque lætitiam, choreas, cantica, laudes, divinorum sacrorumque eloquiorum fontes in fine psalmi vaticinatur. Cum autem dicit, in scriptura populorum omnia reponenda esse, arbitror eum tempus descriptionis gen-

tium, quæ in ortu Salvatoris nostri Jesu Christi facta est, indicare: tunc enim *exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis* [84]; cum Cyrenius in Judæam veniens censum edidit. Quod significat evangelista dicens: *Hæc descriptio prima* [85]; ita ut tempus illud in hoc psalmo accurate significetur. Nam forte ideo psalmus iste segregatus, longeque ab aliis qui Filiorum Core inscribuntur hoc consilio positus est, ut mysteria ibi de Christi ortu enuntiata occultarentur; ita ut ista quoque ratio et responsio afferri possit ad quæsita nostra initio sermonis proposita. Idipsum quoque dicas de LXXXVII, qui hunc sequitur, et Filiorum Core pariter inscriptus est. Quia ille Servatoris nostri mortem vaticinatur, consequenter ad hunc, qui ortum ejus prædixerat.

A ἡγοῦμαι τὸν καιρὸν τῆς ἀπογραφῆς τῶν ἐθνῶν, ἥτις ἐπληροῦτο ἐπὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γενέσεως· τότε γὰρ *ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην*· ὅτε Κυρήνιος ἐπιστὰς τῇ Ἰουδαίᾳ τὰς ἀπογραφὰς ἐποιεῖτο. Ἐπισημαίνεται γοῦν ὁ εὐαγγελιστὴς λέγων· *Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη*· ὥστε καὶ τὸν καιρὸν αὐτὸν ἀκριβῶς διὰ τοῦ παρόντος ψαλμοῦ δηλοῦσθαι. Μήποτε δὲ καὶ διὰ τοῦτο ἀφώρισται ὁ ψαλμὸς, καὶ μακρὰν ἀπεσχοίνισται τῶν λοιπῶν τῶν ἐπιγεγραμμένων υἱῶν Κορὲ, ἐπειδὴ κρύπτεσθαι ὁ λόγος τὰ δηλούμενα ἐν αὐτῷ μυστήρια περὶ τῆς τοῦ Κυρίου γενέσεως ἐβούλετο· ὥστε καὶ ταύτην ἑτέραν εἶναι αἰτίαν τῶν ἐζητημένων ἡμῖν κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν προκειμένων. Τὸ αὐτὸ δ' ἂν εἴποις καὶ ἐπὶ τοῦ πζʹ ἑξῆς τούτῳ
B ἐπιλεγομένου, ἐπιγεγραμμένου τε καὶ αὐτοῦ τῶν υἱῶν Κορέ· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τὸν θάνατον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προφητεύει ἀκολούθως τῷ μετὰ χεῖρας τὴν γένεσιν αὐτοῦ περιέχοντι.

CANTICUM PSALMI, FILIIS CORE, IN FINEM, PRO MAHELETH AD RESPONDENDUM, INTELLECTUS ÆMAN ESDRAITÆ. LXXXVII.

VERS. 2. *Domine Deus salutis meæ, in die clamavi, et nocte coram te.* Præsens quoque psalmus, ut præcedens, Filiorum Core est. Sed ille quidem Christi ortum subindicabat his verbis: *Et Sioni dicetur, Vir et vir natus est in ea, et ipse firmabit eam*, ut Aquila interpretatur: tempus etiam ortus prædicti viri significat in sequentibus dicens, *In scribendo populos, hic natus est ibi.* Hujus porro dicti sententiam apertius extulit quinta editio, in qua dictum est, *In descriptione populorum, hic nascetur ibi.* Manifestissime quippe descriptionem memoravit, cujus tempore Salvator et Dominus noster natus est, sicut enarrat evangelista: *In diebus illis, exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. Hæc descriptio prima facta est, præside Syriæ Cyrenio* [86]. Verum ille quidem psalmus ortum ejus significabat; hic vero mortem. Illud autem, *pro Maheleth*, Symmachus, *per chorum*, interpretatus est; Aquila vero, *super choream*. Videturque mihi hic Christi populum et Ecclesiasticam choream adumbrari, in qua mors Servatoris nostri hymnis celebratur. Quia vero ortus ejus per hanc choream canitur, jure præcedens psalmus, qui ortum ejus vaticinabatur, hæc dixit, *Et canentes sicut chori omnes fontes in te:* queis declarantur Christi chori in Ecclesia canentes et hymnis mysteria ejus celebrantes. Æman vero Esdraiten, unum ex filiis Zaræ filii Juda esse aiunt, vocatumque apud Hebræos patronymice Zaraiten: fuisseque filios Zaræ numero quinque, ut testificatur primus Paralipomenon liber his verbis: *Filii Juda, Phares et Zara: Filii Zaræ, Zambri, et Ætham et Æman et Chalchal et Darda, numero quinque* [87]. Hos

ΩΔΗ ΨΑΛΜΟΥ ΤΟΙΣ ΥΙΟΙΣ ΚΟΡΕ, ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΥΠΕΡ ΜΑΕΛΕΘ, ΤΟΥ ΑΠΟΚΡΙΘΗΝΑΙ, ΣΥΝΕΣΕΩΣ ΑΙΜΑΝ ΤΩ ΕΣΔΡΑΪΤΗ (1). ΠΖʹ.

Κύριε ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου, ἡμέρας ἐκέκραξα καὶ ἐν νυκτὶ ἐναντίον σου. Καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς Τῶν υἱῶν Κορὲ, ὡς καὶ ὁ πρὸ αὐτοῦ, τυγχάνει. Ἀλλ' ὁ μὲν πρὸ αὐτοῦ, Χριστοῦ γένεσιν ᾐνίττετο φάσκων· *Καὶ τῇ Σιὼν λεχθήσεται· Ἀνὴρ καὶ ἀνὴρ ἐτέχθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἑδράσει αὐτὴν*, ὡς ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσε· καὶ τὸν καιρόν γε σημαίνει τῆς γενέσεως τοῦ εἰρημένου ἀνδρὸς, προϊὼν ἑξῆς· ἔφασκε
C γοῦν· *Ἐν τῷ γράφειν λαοὺς, οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ.* Τούτου δὲ τὴν διάνοιαν σαφέστερον ἀποδέδωκεν ἡ πέμπτη ἔκδοσις, ἐν ᾗ εἴρηται· *Ἐν ἀπογραφῇ λαῶν, οὗτος γεννηθήσεται ἐκεῖ.* Σαφέστατα γὰρ τῆς ἀπογραφῆς ἐμνημόνευσε, καθ' ἣν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν ἐγεννήθη, ὥσπερ οὖν δηλοῖ λέγων ὁ εὐαγγελιστής· *Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύσαντος τῆς Συρίας Κυρηνίου.* Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τὴν γένεσιν ἐσήμανεν αὐτοῦ, ὁ δὲ μετὰ χεῖρας τὸν θάνατον. Τὸ δὲ, *ὑπὲρ Μαελὲθ*, *διὰ χοροῦ*, ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος· ὁ δὲ Ἀκύλας, *ἐπὶ χορείας*. Καί μοι δοκεῖ τὸν Χριστοῦ λαὸν αἰνίττεσθαι καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν χορείαν, ἐν ᾗ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁ θάνα-
D τος ἀνυμνεῖται. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ γένεσις αὐτοῦ διὰ τῆς χορείας ταύτης ᾄδεται, εἰκότως καὶ ὁ πρὸ τούτου ψαλμὸς τὴν γένεσιν αὐτοῦ θεσπίσας ἐπήγαγε λέγων· *Καὶ ᾄδοντες ὡς χοροὶ πᾶσαι πηγαὶ ἐν σοὶ*, τοὺς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ χοροὺς ᾄδοντας αὐτοῦ καὶ ἀνυμνοῦντας τὰ μυστήρια δηλώσας. Τὸν δὲ λεγόμενον Αἰμὰν τὸν Ἐσδραΐτην φασὶν εἶναι ἕνα τῶν υἱῶν Ζαρὰ τοῦ υἱοῦ Ἰούδα, κεκλῆσθαί τε αὐτὸν παρ' Ἑβραίοις πατρωνυμικῶς Ζαραΐτην· εἶναι δὲ πέντε τοὺς πάντας· μαρτυρεῖν δὲ τῷ λόγῳ τὴν πρώτην τῶν Παραλειπομέ-

[84] Luc. II, 1. [85] ibid. 2. [86] Luc. II, 1, 2. [87] I Par. II, 6.

(1) In cusis Bibliis τῶν Ο', Ἰσραηλίτῃ, male.

ων, τοῦτον περιέχουσαν τὸν τρόπον· *Υἱοὶ Ἰούδα Φαρὲς καὶ Ζαρά· καὶ υἱοὶ Ζαρὰ, Ζαμβρὶ, καὶ Αἰθὰμ καὶ Αἰμὰν καὶ Χαλχὰλ καὶ Δαρδά· πάντες πέντε.* Τούτους ἔλεγεν ὁ Ἑβραῖος ἐν Αἰγύπτῳ προφητεῦσαι, πρὸ Μωϋσέως γενομένους, αὐτῶν τε εἶναι τοὺς ψαλμοὺς τοὺς εἰς ὄνομα αὐτῶν προγεγραμμένους· οἷον τὸν μετὰ χεῖρας, καὶ τὸν ἑξῆς αὐτῷ, καὶ αὐτὸν ἐπιγεγραμμένον, Αἰθὰμ τῷ Ἐσδραΐτῃ· ἀλλὰ καὶ περὶ αὐτῶν λελέχθαι ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν· *Καὶ ἐσοφίσατο Σολομὼν ὑπὲρ Αἰθὰν τὸν Ἐσδραΐτην, καὶ Αἰμὰν, καὶ τὸν Χαλχὰλ καὶ τὸν Δαρδάν.* Ταῦτα μὲν οὖν εἰς τὴν ἱστορίαν εἰρήσθω. Εἰ δέ τι συμβάλλονται τῇ τοῦ ψαλμοῦ θεωρίᾳ αἱ τούτων τῶν ὀνομάτων ἑρμηνεῖαι, καὶ αὐτὸς ἐπιστήσεις. Ὕστατος δὲ ὢν ὁ παρὼν τῶν ἐπιγεγραμμένων Υἱῶν Κορὲ, τὴν κάθοδον τὴν εἰς τὸν ᾅδην τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν περιείληφεν, ὥσπερ ἐξεπίτηδες ταμιευσαμένου τοῦ λόγου τὸ μυστήριον τοῦ θανάτου ἐπὶ τέλει τοῦ παντὸς παραδοῦναι. Καί μοι δοκοῦσιν οἱ δ' οὗτοι Τῶν υἱῶν Κορὲ, λέγω δὲ ὁ τρίτος καὶ π', καὶ ὁ δ' καὶ π', ὅ τε πς' καὶ ὁ πζ' ἔχειν τινὰ πρὸς ἀλλήλους ἀκολουθίαν. Ὁ μὲν γὰρ πγ' σαφῶς Θεοῦ παρουσίαν εἰς ἀνθρώπους καὶ Χριστοῦ προφητείαν ὀνομαστὶ περιεῖχεν· ὁ δὲ ἑξῆς αὐτῷ ᾗ τάχος ἐπιστῆναι τὰ τεθεσπισμένα ηὔχετο· ὁ δὲ πρὸ τοῦ μετὰ χεῖρας ἤδη τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ γένεσιν ᾐνίττετο· τούτοις δὲ πᾶσιν ἀκολούθως ὁ προκείμενος τὸν θάνατον, ὃν ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀνεδέξατο, προαναφωνεῖ.

A Hebræus ait in Ægypto ante Moysis ætatem vaticinatos esse, auctoresque esse psalmorum qui nomine suo inscripti sunt: qualis est hic quem tractamus et subsequens, qui inscriptus est, *Æthan Ezdraitæ*: de illis quoque hæc in tertio libro Regum dicta esse putat: *Et sapientior erat Salomon Æthan Ezdraita, Æman et Chalchal et Dardan* [88]. Hæc de historia dicta sunto. An vero horum nominum significationes ad psalmi speculationem conferant, tu ipse consideres velim. Cum autem hic psalmus postremus sit eorum, qui Filiorum Core inscripti sunt, Salvatoris nostri ad inferos descensum complectitur; ita ut quasi de industria provisum sit, ut mortis ejus mysterium in fine omnium traderetur. Videnturque mihi hi quatuor Filiorum B Core psalmi, nempe LXXXIII, LXXXIV, LXXXVI et LXXXVII aliquid connexionis inter se habere. Nam LXXXIII Dei adventum ad homines et Christi prophetiam manifeste complectitur; sequens vero ea quæ in vaticinio ferebantur quamprimum accedere precabatur: præcedens autem psalmus ejus in carne ortum jam subindicabat; hic vero consequenter ad eos omnes mortem ejus, quam pro hominibus suscepit, prænuntiat.

Κύριε ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου, ἡμέρας ἐκέκραξα, καὶ ἐν νυκτὶ ἐναντίον σου. Εἰσελθέτω ἐναντίον σου ἡ προσευχή μου, κλῖνον τὸ οὖς σου εἰς τὴν δέησίν μου. Ἐν τῷ κα' ψαλμῷ καὶ αὐτῷ εἰς τὸν Χριστὸν ἀναφερομένῳ, καὶ τὸ πάθος αὐτοῦ σαφῶς προφητεύοντι, ὅπερ διὰ τῆς ἀρχῆς παρίστησιν ὁ λόγος φάσκων· *Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρόσχες μοι, ἵνα τί ἐγκατέλιπές με;* ὃ καὶ μεμαρτύρηται κατὰ λέξιν ἐπὶ τοῦ πάθους ὁ Σωτὴρ ἡμῶν εἰρηκὼς, μετὰ τὴν ἀρχὴν ἑξῆς ἐπιλέγεται· *Ὁ Θεός μου, κεκράξομαι ἡμέρας, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ, καὶ νυκτὸς, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί.* Καὶ ὁ παρὼν δὲ ψαλμός φησιν· *Ἡμέρας ἐκέκραξα, καὶ ἐν νυκτὶ ἐναντίον σου.* Καί μοι δοκεῖ τὸ λόγιον τὸν βίον τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑπογράφειν διὰ πάσης οὐ μόνον ἡμέρας ἀλλὰ καὶ νυκτὸς ἀνακειμένου τῷ Θεῷ. Ἔχει δὲ καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὅπως ταῖς εὐχαῖς διὰ παντὸς ἐσχόλαζεν. Ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος δέεται τοῦ Πατρὸς καὶ ἀξιοῖ κλῖναι τὸ οὖς πρὸς τὴν δέησιν αὐτοῦ· τουτέστιν ἐπινεῦσαι τοῖς αἰτήμασιν αὐτοῦ. Καὶ τοῦτ' εὔχεται, ὡς ἂν μέλλων ὑπὲρ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν, αὐτὸς ἑαυτὸν τῷ Πατρὶ προσφέρειν θυσίαν. Πολλὰ δὲ περὶ τοῦ ἰδίου θανάτου μέλλων ἑξῆς διεξιέναι, ὁρῶν τε τὴν μετὰ θάνατον διαδεξομένην αὐτὸν σωτηρίαν, εἰκότως τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ψαλμοῦ τῇ αὐτοῦ σωτηρίᾳ προλαβὼν ἀνατίθησι· διό φησι, *Κύριε ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου. Ὅτι ἐπλήσθη κακῶν ἡ ψυχή μου, καὶ ἡ ζωή μου τῷ ᾅδῃ ἤγγισε, προσελογίσθην μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον.* Σαφῶς διὰ τούτων τὴν εἰς τὸν ᾅδην κάθοδον αὐτοῦ παρίστησι, καὶ τὰ κακὰ ὧν πεπληρῶσθαι ἑαυτοῦ ἔφασκε τὴν ψυχήν.

Domine Deus salutis meæ, in die clamavi et nocte coram te. — VERS. 3. *Intret in conspectu tuo ora-* C *tio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.* In vicesimo primo psalmo, qui itidem ad Christum refertur, ejusque passionem aperte vaticinatur, ut ab initio declaratur his verbis, *Deus Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti* [89]? quod Salvatorem ad verbum in passione dixisse narratur; statim post initium additur, *Deus meus clamabo per diem et non exaudies, et nocte et non ad insipientiam mihi.* Præsens item psalmus ait, *In die clamavi et nocte coram te.* Videturque mihi his subindicare totam incarnati Salvatoris nostri vitam, quæ non solum die sed etiam nocte Deo consecrata fuit. In Evangeliis porro dicitur eum semper orationibus vacasse. In præsenti vero Patrem obsecrat et rogat ut inclinet aurem ad precem suam; id est, ut an- D nuat petitionibus suis. Idque precatur utpote qui pro omnibus gentibus ipse se Patri in sacrificium oblaturus esset. Cum autem multa de morte sua deinceps narraturus, prospiceret eam quæ se post mortem exceptura erat salutem, initium psalmi saluti suæ congruenter applicat cum ait: *Domine Deus salutis meæ.* — VERS. 4, 5. *Quia repleta est malis anima mea, et vita mea inferno appropinquavit, æstimatus sum cum descendentibus in lacum.* His descensum ad inferos suum manifeste declarat, necnon mala illa queis afflictam animam suam fuisse testificatur. Mala vero, calamitates appellat: nam mali nomen latius intelligitur: sive etiam his indicat hominum malitiam, qua repletam dixit

[88] III Reg. IV, 31. [89] Psal. XXI, 2.

animam suam; imo etiam peccata nostra, quæ in se ipse suscepit, ac quorum causa factus est pro nobis maledictum, secundum Apostolum dicentem: *Dominus pro nobis mortuus est, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno* [89]. Quare, ut in psalmo fertur, repleta est malis anima ejus, et vita ejus inferno appropinquavit, quod ipsum descensum ejus in mortem clare significat. Ideo Aquila sic edidit: *Et vita mea in infernum elevavit;* Symmachus vero: *Et vita mea infernum attigit.* Ut autem alibi dictum est: *Cum iniquis reputatus est;* sic et hoc loco: *Æstimatus sum,* inquit, *cum descendentibus in lacum.* Pro quo Symmachus edidit: *Reputatus sum cum deductis in lacum.* Siquidem omnes homines in locum mortis, qui jam lacui comparatur, detrahuntur et deducuntur: itaque illuc propter peccata sua, ista regione digni judicati, descendunt. Et ego quoque in eorum numero computatus sum, etsi non id promeritus, sed Patri obsequens fuerim usque ad mortem. Hic itaque *vita mea,* inquit, *inferno appropinquavit,* et, *Æstimatus sum cum descendentibus in lacum.* In alio item psalmo hæc ipsa commemorans, reditum inde significat his verbis: *Domine, eduxisti ab inferno animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum* [90]; ac rursum alibi: *Exspectans exspectavi Dominum, et intendit mihi: et exaudivit deprecationem meam, et eduxit me de lacu miseriæ. Et statuit supra petram pedes meos* [91]; et in decimo quinto psalmo dictum est: *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem* [91*].

A Κακὰ δὲ ἤτοι τὰς περιστάσεις ὀνομάζει, κοινότερον ἐξακουομένου τοῦ τῶν κακῶν ὀνόματος, ἢ καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων κακίαν, ἧς πεπληρῶσθαι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔλεγεν· ἀλλὰ καὶ τὰς ἁμαρτίας τὰς ἡμετέρας, ἃς εἰς ἑαυτὸν ἀνείληφε, δι' ἃς καὶ γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ὅς ἔφη· *Κύριος ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· ὅτι γέγραπται· Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου.* Διὸ καὶ κατὰ τὸν ψαλμὸν, ἐπλήσθη κακῶν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ τῷ ᾅδῃ ἤγγισεν· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ σαφῶς τὴν εἰς τὸν θάνατον κάθοδον αὐτοῦ δηλοῖ. Διόπερ ὁ μὲν Ἀκύλας ἐξέδωκεν εἰπὼν, *Καὶ ἡ ζωή μου εἰς ᾅδην κατήντηκεν·* ὁ δὲ Σύμμαχος, *Καὶ ἡ ζωή μου ᾅδη ἥψατο.* Ὥσπερ δὲ εἴρηται ἀλλαχοῦ τὸ, *Μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη·* Οὕτω καὶ ἐνταῦθα, *Προσελογίσθην,* φησὶ, B *μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον·* ἀνθ' οὗ ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος, *Ἐλογίσθην μετὰ τῶν καταγομένων εἰς λάκκον.* Οἱ μὲν γὰρ πάντες ἄνθρωποι καθέλκονται καὶ κατάγονται εἰς τὸ χωρίον τοῦ θανάτου, τὸ νῦν λάκκῳ παραβαλλόμενον· καὶ καταβαίνουσιν ἐκεῖ διὰ τὰς ἑαυτῶν ἁμαρτίας, τῆς αὐτόθι χώρας ἄξιοι εἶναι κριθέντες. Κἀγὼ δὲ ἐν τούτοις ἐλογίσθην, οὐκ ὢν ἄξιος, ἀλλ' ὑπήκοος γενόμενος τῷ Πατρὶ μέχρι θανάτου. Ἐνθάδε μὲν οὖν ἡ ζωή μου, φησὶ, τῷ ᾅδῃ ἤγγικε· καὶ, *Προσελογίσθην,* φησὶ, *μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον·* ἐν ἑτέρῳ δὲ ψαλμῷ, τούτων αὐτῶν μνημονεύων, τὴν ἐκεῖθεν ἄνοδον σημαίνει φάσκων· *Κύριε, ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον·* Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· *Ὑπομένων ὑπέμεινα* C *τὸν Κύριον, καὶ προσέσχε μοι· καὶ εἰσήκουσε τῆς δεήσεώς μου, καὶ ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας. Καὶ ἔστησε ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου·* καὶ ἐν τῷ ιε' ψαλμῷ εἴρηται· *Οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς τὸν ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν.*

VERS. 6. *Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber: sicut vulnerati dormientes in sepulcro, quorum non est memor amplius, et ipsi de manu tua repulsi sunt.* Qui vere sine adjutorio sub mortis imperio degunt, ab ipsa deferuntur et abducuntur. Solus autem Servator et Dominus noster seipsum exinanivit et humiliavit usque ad mortem: et sicut factus est in similitudinem carnis peccati, ita factus est sicut unus ex hominibus sine adjutorio. At quia non vere et reipsa in multitudine illa numerabatur, solus inter mortuos liber erat, nec sub mortis servitute remansit. Pro illo autem: *Inter mortuos liber,* Aquila, *In mortuis liber,* edidit; Symmachus vero, *Inter mortuos dimissus liber.* Hæc porro cum distinctione legas; ita ut isthæc: *Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos,* sejungas; deinde vero addita post illud, *inter mortuos,* interpunctione, quasi negative adjicias illud, *liber:* ut hæc sit dicti sententia: Ego qui liber et solus vere omnium Dominus sum, factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos; non vere quidem sine adjutorio, sed quasi sine adjutorio. Hæc autem dicta alii nemini competere posse, quam ei

Ἐγενήθην ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος· ὡσεὶ τραυματίαι καθεύδοντες ἐν τάφῳ, ὧν οὐκ ἐμνήσθης ἔτι, καὶ αὐτοὶ ἐκ τῆς χειρός σου ἀπεώσθησαν. Οἱ ἀληθῶς ἀβοήθητοι ὑπὸ τοῦ θανάτου κυριευόμενοι, κατάγονται καὶ ἀπάγονται ὑπ' αὐτοῦ. Μόνος δὲ ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν ἑαυτὸν ἐκένωσε καὶ ἑαυτὸν ἐταπείνωσε μέχρι θανάτου· καὶ ὥσπερ γέγονεν ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, οὕτως ἐγενήθη ὡς εἷς τῶν ἀβοηθήτων ἀνθρώπων. Ἀλλ' ἐπεὶ μὴ ἀληθῶς εἷς ἦν τῶν πολλῶν, μόνος ἐν νεκροῖς ἦν ἐλεύθερος, ἀδούλωτος τῷ θανάτῳ μείνας. Ἀντὶ δὲ τοῦ, D *Ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος,* ὁ Ἀκύλας, *Ἐν τεθνηκόσιν ἐλεύθερος,* ἐξέδωκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ἐντὸς νεκρῶν ἀφεὶς ἐλεύθερος.* Ἀναγνώσῃ δὲ καὶ μετὰ ὑποδιαστολῆς, ἰδίως μὲν ἀφορίσας τὸ, *Ἐγενήθην ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος ἐν νεκροῖς·* εἶτα ὑποστίξας εἰς τὸ, *ἐν νεκροῖς,* ἀποφατικῶς ἐπάξεις τὸ, *ἐλεύθερος·* τῆς διανοίας τοῦτο δηλούσης, ὅτι Ἐγὼ ὁ ἐλεύθερος καὶ μόνος ἀληθῶς ἁπάντων Κύριος γέγονα ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος ἐν νεκροῖς· ἀλλ' οὐκ ἀληθῶς ἀβοήθητος, ἀλλ' ὡς ἀβοήθητος. Ταῦτα δὲ ὅτι μηδενὶ ἑτέρῳ λέγειν ἁρμόζει ἢ τῷ ἁψαμένῳ μὲν τοῦ θανάτου, καὶ εἰς ᾅδην καταβεβηκότι, μὴ καταδουλωθέντι δὲ

[89] Gal. III, 13; Deut XXI, 23. [90] Psal XXIX, 4. [91] Psal. XXXIX, 2, 3. [91*] Psal. XV, 10.

A αὐτῷ, παντὶ τῷ οἶμαι φανερὸν τυγχάνειν· ὡς μὴ δύνασθαι ἐφ' ἕτερον ἄνθρωπον ἐφαρμόζειν τὰ ἐν τῷ ψαλμῷ λεγόμενα ἢ ἐπὶ μόνον τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα. Ὥσπερ δὲ γέγονεν ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, οὕτω καὶ *ὡσεὶ τραυματίαι καθεύδοντες ἐν τάφῳ, ὧν οὐκ ἐμνήσθης ἔτι*. Διὰ δὲ τούτων καὶ ἡ ταφὴ αὐτοῦ σημαίνεται, ἧς καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος μνημονεύει γράφων Κορινθίοις, λέγων· *Παρέδωκα γὰρ ὑμῖν ἐν πρώτοις, ὃ καὶ παρέλαβον· ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ ὅτι ἐτάφη*. Καὶ Ἡσαΐας δὲ τῆς ταφῆς αὐτοῦ μέμνηται λέγων· *Ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ ἦρται ἐκ μέσου*. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ὡσεὶ τραυματίαι*, ὁ μὲν Ἀκύλας φησίν, *Ὅμοιος ἀνῃρημένοις*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ὡσεὶ τετρωμένοι*· καὶ σαφές τινα τρόπον καὶ τοῦτο B ἐπληροῦτο, ὁπηνίκα ὁ στρατιώτης λόγχῃ ἔτρωσεν αὐτοῦ τὴν πλευράν. Ἀλλ' ὅτι μὲν τραυματίας γέγονε καὶ ἐν τάφῳ, σαφῶς παρίσταται· πλὴν εἰ λέγοι γεγονέναι ὡσεὶ τραυματίας, καὶ ὅμοιος τοῖς καθεύδουσιν ἐν τάφῳ, ἀλλ' οὐ μέχρι τούτου ἵσταται· ὅλον δὲ συνάψας, ὄψει τὴν διάνοιαν τοῦ λόγου. *Γέγονα γάρ* φησιν, *ὡσεὶ τραυματίαι, ὧν οὐκ ἐμνήσθης ἔτι*. Οἱ μὲν γὰρ λοιποὶ, μετὰ τὸν θάνατον ἐν τοῖς τάφοις γενόμενοι, ἀπελείφθησαν, καὶ ἀπέμειναν γῆ καὶ κόνις, μηκέτι μετὰ τὸν θάνατον μνημονεύσαντος αὐτῶν τοῦ Θεοῦ· ἐγὼ δὲ ἐγενήθην ὡς εἷς τῶν τοιούτων, μὴ ὢν ὅμοιος αὐτοῖς· ἐμοῦ γὰρ μετὰ τὴν τρῶσιν καὶ μετὰ τὸν θάνατον καὶ μετὰ τὴν ἐν τῷ τάφῳ κατάθεσιν ἐμνήσθης, ζωῆς μετὰ ταῦτά με καὶ σωτηρίας τῆς παρὰ σοὶ καταξιώσας. Διὸ καὶ ἀρχόμενος καὶ εὐχα- C ριστήριον ἀνέπεμπεν ὕμνον, λέγων· *Κύριε ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου, ἡμέρας ἐκέκραξα καὶ ἐν νυκτὶ ἐναντίον σου*. Καὶ τὰ μὲν κατ' ἐμὲ τοιαῦτα ἦν. Ὅμως δ' οὖν γέγονα ὅμοιος τοῖς πολλοῖς τοῖς ἐν τάφῳ γενομένοις, καὶ μηκέτι τῆς σῆς κατηξιωμένοις μνήμης, διὰ τὸ ἀπὸ τῆς σῆς χειρὸς ἀπεῶσθαι. Ἀντὶ γὰρ τοῦ, *Ὧν οὐκ ἐμνήσθης ἔτι, καὶ αὐτοὶ ἐκ τῆς χειρός σου ἀπεώσθησαν*, ὁ μὲν Ἀκύλας ἐξέδωκεν, *Ὧν οὐκ ἐμνήσθης αὐτῶν ἔτι, καὶ αὐτοὶ ἐκ τῆς χειρός σου ἀπετμήθησαν*· ὁ δὲ Σύμμαχός φησιν, *Ὧν σὺ μνημονεύσεις ἔτι, οἵτινες ὑπὸ τῆς χειρός σου ἐξεκόπησαν*.

Ἔθεντό με ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ, ἐν σκοτεινοῖς, καὶ ἐν σκιᾷ θανάτου. Ἀντὶ τοῦ, *Ἔθεντό με*, ὁ μὲν Ἀκύλας, *Ἔθου με*, ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ἔταξάς με*, ἐκ- D δεδώκασι. Δι' ὧν παρίστησιν, ὅτι νεύματι τοῦ Πατρὸς καὶ βουλῇ, οὐχ ἁπλῶς εἰς τὸν θάνατον, οὐδὲ εἰς τὸν ᾅδην καὶ τὸν καλούμενον λάκκον κατελήλυθεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ βαθύτατα καὶ τὰ κατώτατα καὶ τὰ ἔσχατα, ὡς ἂν εἴποι τις, τῶν ἐκεῖ χωρίων. Παρίστησι δὲ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φάσκων· *Δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ποιῆσαι ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας*. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἐν σκοτεινοῖς, καὶ ἐν σκιᾷ θανάτου*, ὁ Ἀκύλας, *ἐν σκοτεινοῖς*, φησὶ, *καὶ ἐν βυθοῖς*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ἐν σκοτεινοῖς ἐσκεπασμένον*· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις, *ἐν σκοτεινοῖς, ἐν καταδύτοις*. Τοῦτο δέ μοι παρα-

qui mortem quidem attigit, et ad inferos descendit, neque tamen in servitutem ejus redactus est, cuivis puto manifestum esse; ita ut nulli alii hominum psalmi verba possint aptari, præterquam Salvatori nostro. Quemadmodum autem factus est sicut homo sine adjutorio; ita etiam *sicut vulnerati dormientes in sepulcro, quorum non es memor amplius*. His etiam sepultura ejus indicatur, quam divinus Apostolus ad Corinthios scribens his commemorat: *Tradidi enim vobis in primis quod et accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas, et quia sepultus est* [92]. Isaias quoque sepulturam ejus memorat his verbis: *In pace sepultura ejus sublata est ex medio* [93]. Pro illo autem, *Sicut vulnerati*, Aquila: *Perinde atque occisi;* Symmachus vero: *Quasi vulnerati:* idque clare quodammodo impletum est, quando miles lancea latus ejus vulneravit: quod autem in sepulcro etiam vulneratus jacuerit, propalam est. Cæterum cum dicit se factum esse sicut vulneratum, et similem dormientibus in sepulcro, hic series non terminatur; sed si totum connectas dicti sententiam deprehendes: *Factus sum*, inquit, *sicut vulnerati, quorum non es memor amplius*. Cæteri namque post mortem in sepulcris depositi, relicti sunt, ac terra et pulvis remanserunt, Deo post mortem nullam eorum memoriam retinente: ego vero factus sum sicut unus eorum, licet non illis similis sim; nam mei post inflictum vulnus, post mortem et post depositionem in sepulcro, memor fuisti, ac vita et salute, quæ penes te est, dignatus me es. Quare ab initio gratiarum actionis hymnum emisit his verbis: *Domine Deus salutis meæ, in die clamavi et nocte coram te*. Quæ me spectabant talia erant. Attamen factus sum multis in sepulcro jacentibus similis, qui non amplius memoria tua digni habentur, quia de manu tua repulsi sunt. Nam illius loco: *Quorum non es memor amplius, et ipsi de manu tua repulsi sunt*, Aquila edidit: *Quorum non recordatus es ultra, et ipsi ex manu tua abscissi sunt*; Symmachus autem: *Quorum non recordaberis ultra, qui a manu tua excisi sunt*.

VERS. 7. *Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis et in umbra mortis*. Loco illius, *Posuerunt me*, Aquila, *Posuisti me;* Symmachus vero, *Statuisti me*, ediderunt. Queis declarat se ex nutu et voluntate Patris, non modo in mortem, in infernum et in memoratum lacum descendisse; sed etiam in profundissima, infima et extrema, ut ita dicam, ibi posita loca. Idipsumque in Evangeliis narrat his verbis: *Oportet Filium hominis manere in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus* [94]. Pro illo autem, *in tenebrosis et in umbra mortis*, Aquila sic habet, *in tenebrosis et in profundis;* Symmachus vero, *in tenebrosis obtectum;* quinta editio, *in tenebrosis, in latibulis*. Hoc autem necessario a me observatum est, ne quis suspicetur ipsum in

[92] I Cor. xv, 3, 4. [93] Isa. LIII, 8. [94] Matth. XII, 40.

morte non fuisse, quia a LXX Interpretibus dicitur, *in tenebrosis et in umbra mortis*. Nam commonstratur eum in tenebrosis, profundis et latibulis ipsius mortis fuisse : quamobrem neque Hebraicum exemplar, neque reliqui interpretes, *umbram mortis* interpretati sunt. Nam præsentem vitam, umbram mortis plerumque vocare Scriptura consuevit. Hic vero Salvator, in ipsa morte constitutus, totam œconomiam suam describit. — VERS. 8, 9. *Super me confirmatus est furor tuus, et omnes fluctus tuos induxisti super me. Diapsalma. Longe fecisti notos meos a me, posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum, et non egrediebar.* Quoniam Christus pro nobis mortuus est, secundum Apostolum, factus pro nobis maledictum; ideo scribitur, *Maledictus omnis qui pendet in ligno* [95]: et quia eum, qui peccatum non noverat, Deus pro nobis peccatum effecit, secundum eumdem Apostolum [96], jure imminentem nobis, qui nuper impii et peccatores eramus, iram Dei, et furorem ejus instantem nobis in se pertrahens, atque ob vim sui erga homines amoris, supplicium et destinatam nobis ultionem in se suscipiens, has proferebat voces ; utpote qui factus esset Agnus Dei qui tollit peccatum mundi. Quare hæc de illo propheta loquitur : *Hic peccata nostra portat, et pro nobis cruciatur : ejus vibice nos sanati sumus, et Dominus tradidit eum peccatis nostris* [97]. Hæc igitur et ipse declarat in psalmo, dicens : *Super me confirmatus est furor tuus, et omnes fluctus tuos induxisti super me.* Pro quo Symmachus ait, *Super me aggravatus est furor tuus, et procellis afflictasti me.* Nam ceu quidam amantissimus pater, tempestatis aut belli tempore genuinos filios protegens, illos quidem occultavit, in ulnis obtegens atque in tuto ponens ; sese vero procellis ac telis pro omnibus objecit, mortem suam pro filiorum salute in commutationem tradens, et iram illis imminentem ad se convertens. Quamobrem qui benedictio Dei erat, factus est maledictum ; et qui justitia erat, factus est peccatum : furoremque Dei contra homines aggravatum ad se pertrahens, ipsum quidem abs se repulit ; ita ut neque se neque alios vel minimum læderet ; illum vero utpote Patrem, hominum generi placatum reddidit. Quomodo autem omnes discipuli ejus tempore passionis ipsum deseruerint ; alii autem negaverint, non est quod referamus, quando quatuor evangelistæ simul idipsum nos edocent. Hæc igitur ille prænuntians, his vocibus vaticinatur, quas Symmachus hac ratione interpretatus est, *Longe fecisti notos meos a me : posuisti me abominabilem ipsis, custoditum et non progredientem.* Tunc itaque ipsum discipuli abnegarunt, cum in domo Caiphæ summi pontificis in custodia detineretur. — VERS. 10. *Oculi mei languerunt præ inopia. Clamavi ad te, Domine, tota die, expandi ad te manus meas.* Hæc item clarius Symmachus edidit his verbis : *Oculus meus effluxit*

A τετήρηται ἀναγκαίως, ὡς ἂν μή τις ὑπολάβῃ μὴ ἐν θανάτῳ αὐτὸν γεγονέναι, διὰ τὸ λέγεσθαι παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα, *ἐν σκοτεινοῖς καὶ ἐν σκιᾷ θανάτου*. Δέδεικται γὰρ, ὅτι ἐν ἐσκοτισμένοις καὶ βυθοῖς καὶ καταδύτοις αὐτοῦ τοῦ θανάτου γέγονε· διόπερ οὔτε τὸ Ἑβραϊκὸν, οὔτε οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ, *σκιὰν θανάτου*, ἡρμήνευσαν. Τὸν γὰρ παρόντα βίον καὶ τὴν ἐνεστῶσαν ζωὴν, πολλάκις ὁ λόγος σκιὰν θανάτου εἴωθεν ἀποκαλεῖν. Ἐνταῦθα δὲ ὁ Σωτὴρ, ἐν αὐτῷ τῷ θανάτῳ γεγονὼς, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν οἰκονομίαν διαγράφει. *Ἐπ' ἐμὲ ἐστηρίχθη ὁ θυμός σου, καὶ πάντας τοὺς μετεωρισμούς σου ἐπήγαγες ἐπ' ἐμέ. Διάψαλμα. Ἐμάκρυνας τοὺς γνωστούς μου ἀπ' ἐμοῦ, ἔθεντό με βδέλυγμα ἑαυτοῖς. Παρεδόθην, καὶ οὐκ ἐξεπορευόμην.* Ἐπειδὴ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε, B κατὰ τὸν Ἀπόστολον, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· δι' ὃ γέγραπται· *Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου*, καὶ ἐπειδὴ τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησε, κατὰ τὸν αὐτὸν, εἰκότως τὴν ἡμῖν τοῖς πρότερον ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς ἐπικειμένην ὀργὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν θυμὸν αὐτοῦ τὸν καθ' ἡμῶν εἰς ἑαυτὸν ἐπισπασάμενος, δι' ὑπερβάλλουσάν τε φιλανθρωπίαν ἀναδεξάμενος τὴν ὑπὲρ ἡμῶν τιμωρίαν τε καὶ κόλασιν, τὰς προκειμένας προφέρεται φωνάς· ἅτε δὴ γενόμενος Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Διό φησιν ὁ προφήτης περὶ αὐτοῦ· *Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν, καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν.* Τοῦτο τοίνυν καὶ αὐτὸς παρίστησι C διὰ τοῦ ψαλμοῦ φάσκων· *Ἐπ' ἐμὲ ἐπεστηρίχθη ὁ θυμός σου, καὶ πάντας τοὺς μετεωρισμούς σου ἐπήγαγες ἐπ' ἐμέ.* Ἀνθ' οὗ φησιν ὁ Σύμμαχος, *Ἐμοὶ ἐπέβρισεν ὁ θυμός σου, καὶ ταῖς καταιγίσιν ἐκάκωσάς με.* Οἷα γάρ τις φιλόστοργος πατὴρ ἐν ὥρᾳ χειμῶνος ἢ πολέμου, γνησίων υἱῶν προασπίζων, τοὺς μὲν ἐκάλυπτεν ἀποκρύπτων καὶ σκέπων ὑπὸ τὰς ἰδίας ἀγκάλας· ἑαυτὸν δὲ ἀντὶ πάντων ταῖς καταιγίσι καὶ τοῖς βέλεσι παρεῖχε, τῆς τῶν παίδων σωτηρίας τὸν αὐτοῦ θάνατον ἀντικαταλλαττόμενος, καὶ τὸν κατ' ἐκείνων θυμὸν εἰς ἑαυτὸν ἀποστρέφων. Δι' ὃ γέγονε κατάρα, ἡ εὐλογία τοῦ Θεοῦ αὐτὸς ὤν· καὶ γέγονεν ἁμαρτία, δικαιοσύνη τυγχάνων, καὶ τὸν κατ' ἀνθρώπων ἐπιβρίσαντα θυμὸν τοῦ Θεοῦ εἰς ἑαυτὸν περισπάσας, τὸν μὲν ἐξ ἑαυτοῦ διεσκέδασεν, ὡς μηδὲν D μήτ' αὐτὸν, μήθ' ἑτέρους ἀδικῆσαι· τὸν δ' οἷα Πατέρα ἵλεων τῷ τῶν ἀνθρώπων κατεστήσατο γένει. Ὅπως δὲ πάντες οἱ μαθηταὶ καταλελοίπασιν αὐτὸν παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, οἱ δὲ καὶ ἠρνήσαντο, οὐδὲν δεῖ λέγειν, τῶν τεσσάρων εὐαγγελιστῶν συμφώνως τὰ αὐτὰ διδασκόντων. Αὐτὰ δὴ οὖν ταῦτα προλέγει προφητεύων τὸ μέλλον διὰ τῶν προκειμένων φωνῶν, ἃς ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· *Μακρὰν ἐποίησας τοὺς γνωστούς μου ἀπ' ἐμοῦ· ἔταξάς με βδελυκτὸν αὐτοῖς, φρουρούμενον καὶ μὴ προερχόμενον.* Τότε γοῦν αὐτὸν καὶ ἠρνήσαντο οἱ μαθηταὶ, ἡνίκα ἐφρουρεῖτο ἐν τῇ οἰκίᾳ Καϊάφα τοῦ ἀρ-

[95] Deut. XXI, 23; Gal. III, 13. [96] II Cor. V, 21. [97] Isa. LIII, 3-5.

χιερέως. *Οἱ ὀφθαλμοί μου ἠσθένησαν ἀπὸ πτωχείας. Ἐκέκραξα πρὸς σὲ, Κύριε, ὅλην τὴν ἡμέραν, διεπέτασα πρὸς σὲ τὰς χεῖράς μου.* Σαφέστερον καὶ ταῦτα ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν εἰπών· *Ὁ ὀφθαλμός μου ἐξέῤῥευσεν ἀπὸ τῆς κακώσεως· ἐπεκαλεσάμην σε καθ' ἑκάστην ἡμέραν, διεπέτασα πρὸς σὲ τὰς χεῖράς μου.* Ἀπεκλάετο γὰρ ἀεὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων ταλαιπωρίας, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἑαυτοῦ κατεπόνει. δάκρυσι πενθῶν τὴν ἀπώλειαν τῶν μὴ καταδεξαμένων αὐτόν. Καὶ ὡς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀπεκλαύσατο, οὕτως εἰκὸς ἦν καὶ τοῦ προδεδωκότος αὐτὸν ἀποστόλου τὴν ἀπόπτωσιν καὶ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων ἔθνους τὴν ἀποβολὴν, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἀπολλυμένων τὸν ὄλεθρον, οἷα φιλάνθρωπον καὶ παναγάθου Πατρὸς υἱὸν ἀποκλαύσασθαι· δι' οὗ καὶ τὰς χεῖρας ἐξήπλου καὶ φωνὰς ἀνέπεμπε, βοῶν ἐν ταῖς πρὸς τὸν Πατέρα προσευχαῖς, στεναγμοῖς ἀλαλήτοις ὑπερεντυγχάνων τῷ Πατρί. Καὶ ἄλλως δὲ ὀφθαλμὸν αὐτοῦ ἢ ὀφθαλμοὺς ἀσθενήσαντας οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἶναι εἰπὼν τοὺς ἀποστόλους, εἰ δὴ σῶμα αὐτοῦ πᾶς ὁ λαὸς αὐτοῦ τυγχάνει, ὡς ἐδίδαξεν ὁ εἰπών· *Ὑμεῖς δὲ πάντες σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους·* χεῖρας δὲ αὐτοῦ, τὰς πράξεις ἃς ἐνήργει εἰς δόξαν τοῦ Πατρὸς, διεπετάννυεν, ἐξαπλῶν αὐτὰς τῷ μόνῳ θεάσασθαι αὐτὰς δυναμένῳ· ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς συνεχέσιν εὐχαῖς ἔν τε τῷ πάθει τὰς χεῖρας διεπέτασεν ὑπὲρ τοῦ κόσμου, οὗ περιῄρει τὴν ἁμαρτίαν, τὸν Πατέρα ἱλασκόμενος.

propter vexationem : invocavi te singulis diebus, expandi ad te manus meas. At enim semper hominum miserias deflebat, oculosque affligebat suos, eorum qui se non susceperant perniciem deplorans. Atque ut Hierosolymam lacrymis prosequebatur; ita par erat eum utpote hominum amantem, optimique Patris filium, proditoris apostoli casum, totius Judaicæ gentis abjectionem, ac reliquorum qui peribant ruinam deflere : qua de causa manus expandebat ac vociferabatur, in orationibus ad Patrem clamans, gemitibus inenarrabilibus apud Patrem intercedens. Alio item modo oculum, sive oculos ejus infirmantes, neutiquam aberres si dicas apostolos esse ; siquidem corpus ejus, totus populus ejus est, ut docet is qui dixit : *Vos autem omnes corpus Christi, et membra ex parte*[98]; manus autem suas, opera scilicet ad Patris gloriam edita, expandebat, ei qui solus ipsas videre poterat obtendens : imo etiam in frequentibus orationibus et in passione sua manus pro mundo, cujus peccatum auferebat, expandit, ut Patrem placaret.

Τίνα δὲ ἦν ἅπερ τὰς χεῖρας ἐξαπλῶν πρὸς τὸν Πατέρα προσηύχετο, καὶ κατ' ἐκείνην τὴν δηλουμένην ἡμέραν αὐτῷ πρὸς τὸν Πατέρα αὐτοῦ βεβοημένα, προϊὼν διδάσκει ἐν τούτοις· *Μὴ τοῖς νεκροῖς ποιήσεις θαυμάσια, ἢ ἰατροὶ ἀναστήσουσι καὶ ἐξομολογήσονταί σοι; Διάψαλμα. Μὴ διηγήσεταί τις ἐν τάφῳ τὸ ἔλεός σου καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐν τῇ ἀπωλείᾳ; Μὴ γνωσθήσεται ἐν τῷ σκότει τὰ θαυμάσιά σου, καὶ ἡ δικαιοσύνη σου ἐν γῇ ἐπιλελησμένῃ;* Ἀντὶ τοῦ, *Μὴ ἐν νεκροῖς ποιήσεις θαυμάσια;* φησὶν ὁ Σύμμαχος, *Ἆρα νεκροῖς ποιήσεις τεράστια;* Καὶ δι' ὅλων τῶν ἑξῆς, ἐν οἷς λέγεται, *Μὴ διηγήσεταί τις ἐν τάφῳ;* καὶ πάλιν, *Μὴ γνωσθήσεται ἐν τῷ σκότει;* ὁ Σύμμαχος, *Ἢ διηγήσεται, ἢ γνωσθήσεται;* ἐξέδωκεν. Οὐ γὰρ ἀπογινώσκων τὰ λεγόμενα, ταύτας προέφερε τὰς φωνὰς, κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν δηλαδὴ τὴν τοῦ πάθους· τῷ Πατρὶ δὲ μόνῳ δύναται εἶναι ταῦτα πεπεισμένος, τὰς αἰτίας τῆς εἰς θάνατον αὐτοῦ ἐδίδασκε καθόδου λέγων· *Ἆρα νεκροῖς ποιήσεις τεράστια;* Ἢ τάδε, ἢ τάδε ποιήσεις; Οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἠθέλησας, ὦ Πάτερ, μέχρι τούτου με προελθεῖν, καὶ ἐν θανάτῳ γενέσθαι, καὶ ἐν τῷ λάκκῳ τῷ κατωτάτῳ, εἰ μὴ πάντως που καὶ ἐν τοῖς νεκροῖς θαυμάσια παρέχειν ἐβουλήθης, ἵν' ἅπερ μὴ δύνανται ἰατροὶ, ταῦτα ἡ σὴ δύναμις κατεργάσηται· τουτέστιν, ὅπως οἱ ἐν θανάτῳ γενόμενοι, ἀναστάντες, ἐξομολογήσονταί σοι. Οὐ γὰρ ἰατρῶν ἦν ταῦτα δύνασθαι ἐνεργεῖν, ἀλλὰ τῆς σῆς ἐνθέου μεγαλουργίας. Ἆρ' οὖν διὰ ταῦτα ὑπελθεῖν με τὸν θάνατον ἐβουλήθης, ἵν' ἐν μὲν τοῖς τάφοις τὸ ἔλεός σου διηγηθῇ, ἐν δὲ τῇ ἀπωλείᾳ ἡ ἀλήθειά σου

Quænam autem expansis manibus Patrem rogaverit, et quænam memorata die ad Patrem suum clamaverit, ipse mox aperit dicens : —Vers. 11-13. *Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt, et confitebuntur tibi? Diapsalma. Nunquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam, et veritatem tuam in perditione? Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, et justitia tua in terra oblivionis?* Pro illo, *Nunquid mortuis facies mirabilia?* Symmachus ait, *An mortuis facies prodigia?* et in sequentibus ubicunque dicitur, *Nunquid narrabit aliquis in sepulcro?* ac rursum, *Nunquid cognoscentur in tenebris?* Symmachus, *An narrabit, an cognoscentur?* edidit. Non enim quod hæc fieri posse desperaret, ita locutus est, in illa scilicet passionis suæ die ; sed a Patre solo talia perfici posse persuasum habens, sui ad mortem descensus causam ita narrat : *An mortuis facies prodigia?* An talia et talia patrabis? Neque enim me eousque devenire, o Pater, ac in morte et in lacu infimo deponi voluisses, nisi etiam in mortuis mirabilia exhibere in animo plane habuisses ; ut quæ medici non valent, potestas tua operaretur; id est, ut qui in morte positi erant, resurgentes confiterentur tibi. Non enim medicorum est hæc facultas, sed divinæ magnificentiæ tuæ. Igitur me mortem ideo subire voluisti, ut in sepulcris misericordia tua narraretur, et in perditione veritas tua cognosceretur, in tenebris mirabilia tua prædicarentur, in terra oblivionis justitia tua memoraretur. Quod si quis animum adhibeat iis, quæ nostro tempore

[98] I Cor. xii, 27.

ad sepulcrum et (1) martyrium Salvatoris nostri patrata sunt, mirabilibus, is sane deprehendet quo pacto ea quæ prænuntiata fuerant opere completa sint. Animadverte porro quot diversis modis hic regionem mortis explicet. Nam primo mortuos vocat; secundo, qui habitant in sepulcro; tertio, qui sunt in perditione; quarto, qui in tenebris versantur; quinto, qui sunt in terra oblivionis. Hæc quippe omnia de iisdem enuntiat; queis hominum amans et benignus Deus mirabilia exhibiturus erat: ii videlicet misericordiam, veritatem et justitiam Dei narrabunt. Qua ratione autem hæc videlicet mirabilia Dei, misericordia, veritas et justitia ejus ad illos olim mortuos, ad sepulcra, ad perditionem, ad tenebras et ad terram oblivionis pervenerint, scire licebit, si cogitemus quot bonorum nobis olim in morte versantibus, auctor fuerit Salvator et Dominus noster, quorum gratia in illa loca descendit, ut non vivis modo, sed etiam mortuis dominaretur: nam quæ causa fuerit descensus ejus in mortem', hic apertissime declaravit: quæ secundum evangelistas tunc impleta sunt, cum multa corpora sanctorum, qui dormierant, resurrexerunt, et cum ipso Salvatore in sanctam Dei civitatem, videlicet in illam cœlestem, ingressi sunt.

A γνωσθῇ· ἐν δὲ τῷ σκότει τὰ θαυμάσιά σου κηρυχθῇ, ἔν τε τῇ ἐπιλελησμένῃ γῇ ἡ δικαιοσύνη σου μνημονευθῇ. Εἰ δέ τις τὸν νοῦν ἐπιστήσειε τοῖς καθ' ἡμᾶς ἀμφὶ τὸ μνῆμα, καὶ τὸ μαρτύριον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιτελεσθεῖσι θαυμασίοις, ἀληθῶς εἴσεται ὅπως πεπλήρωται ἔργοις τὰ τεθεσπισμένα. Θέα δὲ διὰ τούτων ὅπως τὴν ἐν τῷ θανάτῳ χώραν διαφόρως ἑρμηνεύει. Πρῶτον μὲν νεκροὺς σαφῶς ἀποκαλῶν, δεύτερον τοὺς ἐν τάφῳ, τρίτον τοὺς ἐν ἀπωλείᾳ, τέταρτον τοὺς ἐν σκότῳ, πέμπτον τοὺς ἐν τῇ ἐπιλελησμένῃ γῇ. Ταῦτα γὰρ πάντα περὶ τῶν αὐτῶν διεξέρχεται, οἷς ἤμελλεν ὁ φιλάνθρωπος καὶ ἀγαθὸς Θεὸς δεικνύναι τε καὶ παρέχειν θαυμάσια· τὸ ἔλεος αὐτοῦ δηλαδὴ καὶ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ διηγήσονται. Ἔστι δὲ ἐπιγνῶναι ὅπως πάντα ταῦτα, λέγω B δὲ τὰ θαυμάσια τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ, καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ ἔφθασεν ἐπὶ τοὺς πάλαι νεκρούς, καὶ ἐν τάφοις, καὶ ἐν ἀπωλείᾳ, καὶ ἐν σκότῳ, καὶ ἐν γῇ ἐπιλελησμένῃ, εἰ νοήσομεν ὅσων ἀγαθῶν αἴτιος γέγονεν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν τοῖς πάλαι ἐν τῷ θανάτῳ γεγενημένοις, δι' οὓς καὶ ἐν ἐκείνοις κατεληλύθει τοῖς τόποις, ἵνα μὴ μόνον ζώντων, ἀλλὰ καὶ νεκρῶν κυριεύσῃ. Τὰ γὰρ αἴτια τῆς μέχρι τοῦ θανάτου καθόδου αὐτοῦ διὰ τῶν προκειμένων τηλαυγῶς παρέστησεν· ἅπερ ἐπληροῦτο κατὰ τοὺς εὐαγγελιστὰς, ὅτε πολλὰ σώματα κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθησαν, καὶ σὺν αὐτῷ τῷ Σωτῆρι εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν τοῦ Θεοῦ, δηλαδὴ τὴν ἐπουράνιον.

VERS. 14. *Et ego ad te clamavi, et mane oratio mea præveniet te.* Quemadmodum in titulo psalmi C xxi, qui aperte ex persona Salvatoris nostri profertur, dicitur, *Pro susceptione matutina*, quo resurrectio Salvatoris nostri, quæ mane contigit, subindicatur; idipsum jam his significari puto, *Mane oratio mea præveniet te:* quo indicatur, orationem Salvatoris non alio tempore effectum consecutam esse, nisi illucescente aurora et matutinis horis, cum resurrectio mortuorum accidisse narratur. Quare neque vespere, neque meridie, neque alio quodam tempore, sed (VERS. 15) *mane oratio mea præveniet te. Utquid, Domine, repellis animam meam, avertis faciem tuam a me?* In vicesimo quoque primo dicebat: *Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti?* Hic autem dicit, *utquid*, interrogando qua de causa derelictus a Patre sit, et D quare ille animam suam repulerit; ut si nos aliquando dubii quæramus quare Deus Filio suo non pepercit, sed tradidit eum, volens hominum manibus deditiium esse (id enim erat eum relinquere ac repellere); ediscamus id nostri gratia plane factum, ut docuit Apostolus his verbis: *Sed pro nobis hominibus* [32], ut floret agnus Dei et ovis immolata pro salute mundi. Quamobrem propheta quoque dicebat: *Et Dominus tradidit eum peccatis nostris.*

Καὶ ἐγὼ πρὸς σὲ κέκραξα, καὶ τὸ πρωῒ ἡ προσευχή μου προφθάσει σε. Ὥσπερ ἐν τῷ κα' ψαλμῷ σαφῶς ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰρημένῳ κατὰ τὴν προγραφὴν λέλεκτο, *Ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς*, τοῦ λόγου τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν αἰνιττομένου κατὰ τὴν ἑωθινὴν ὥραν γεγενημένην· οὕτω καὶ νῦν ταὐτὸν σημαίνεσθαι ἡγοῦμαι διὰ τούτου, *Πρωῒ ἡ προσευχή μου προφθάσει σε*, δηλοῦντος τοῦ λόγου, ὅτι μὴ ἄλλῳ καιρῷ τὰ τῆς προσευχῆς τοῦ Σωτῆρος εἰς ἔργα ἐχώρει ἢ κατὰ τὴν ἕω καὶ τὸ πρωῒ, ὅτε καὶ τὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως γεγενῆσθαι μεμαρτύρηται. Δι' ὃ οὔτε ἑσπέρας, οὔτε μεσημβρίας, οὔτε ἄλλῳ τινὶ καιρῷ, ἀλλὰ τῷ πρωῒ, φησὶν, ἡ *προσευχή μου προφθάσει σε. Ἱνατί, Κύριε, ἀπωθεῖς τὴν ψυχήν μου, ἀποστρέφεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ;* Καὶ ἐν τῷ κα' ἔλεγε τὸ, *Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρόσχες μοι, ἱνατί ἐγκατέλιπές με;* λέγει δὲ ἐν τούτοις, *Ἵνα τί*, ἐρωτηματικῶς πυνθανόμενος δι' ἣν αἰτίαν ἐγκαταλέλειπται ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἱνατί ἀπώσατο αὐτοῦ τὴν ψυχήν· ὡς ἂν καὶ ἡμεῖς, εἴ ποτε διαποροῖμεν δι' ἣν αἰτίαν ὁ Θεὸς τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ παρέδωκεν αὐτὸν θελήσας ὑποχείριον ἀνθρώποις γενέσθαι· τοῦτο γὰρ ἦν τὸ καταλιπεῖν αὐτὸν καὶ ἀπώσασθαι· μανθάνοιμεν, ὅτι τοῦτο ὑπὲρ ἡμῶν γέγονεν, ὡς ἐδίδαξεν ὁ Ἀπόστολος εἰπών· *Ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων*,

[32] Rom. VIII, 32.

(1) Scilicet ecclesia ad sepulcrum Christi, quæ ab Athanasio in epistola synodi Hierosolymitanæ, p. 199, μαρτύριον τοῦ Σωτῆρος, *martyrium Salvatoris*, apud Sozomenum autem lib. II, c. 27, μέγα μαρτύριον, *magnum martyrium* dicitur. Hæc anno Christi 335 dedicata est, unde tempus editorum ab Eusebio commentariorum eruimus in Præliminaribus. Qua de re et de mirabilibus ea in ecclesia editis ibi vide.

ἵνα γένηται ἀμνὸς Θεοῦ καὶ πρόβατον ἱερουργούμενον ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας. Διόπερ ἔλεγε καὶ ὁ προφήτης· *Καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. Καὶ οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. Καὶ αὐτὸς ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν.* Ἐπιφέρει δὲ λέγων ἐν κα'· *Ὁ Θεός, κεκράξομαι ἡμέρας, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ, καὶ νυκτός, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί·* καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις· *Ἀποστρέφεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ.* Ὅμοια δὲ ἡγοῦμαι εἶναι ταῦτα τοῖς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἔργῳ τετελειωμένοις, ἔνθα διαστὰς τῶν μαθητῶν, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ προσευχόμενος καὶ λέγων· *Πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ. Πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ·* καὶ πάλιν· *Πάτερ, εἰ οὐ δύναται τοῦτο παρελθεῖν, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου*

Et hic peccata nostra portat, et pro nobis cruciatur. Et ipse vulneratus est propter peccata nostra, infirmatus est propter iniquitates nostras: vibice ejus nos sanati sumus [1]. In XXI autem subjungit, *Deus, clamabo per diem, et non exaudies; et nocte, et non ad insipientiam mihi* [2]; in præsenti vero, *Avertis faciem tuam a me.* Hæc porro similia puto iis quæ in Evangelio opere completa feruntur, ubi a discipulis semotus, in faciem procubuit orans et dicens: *Pater, si possibile est, transeat hic calix a me. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu* [3]; ac rursum, *Pater, si non potest hic transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua* [4].

Πτωχός εἰμι ἐγὼ καὶ ἐν κόποις ἐκ νεότητός μου· ὑψωθεὶς δὲ ἐταπεινώθην καὶ ἐξηπορήθην. Ἐπ' ἐμὲ διῆλθον αἱ ὀργαί σου, οἱ φοβερισμοί σου ἐξετάραξάν με. Ἐκύκλωσάν με ὡς ὕδωρ ὅλην τὴν ἡμέραν, περιέσχον με ἅμα. Ἐμάκρυνας ἀπ' ἐμοῦ φίλον καὶ πλησίον, καὶ τοὺς γνωστούς μου ἀπὸ ταλαιπωρίας. Καὶ ταῦτα ὁ Σύμμαχος σαφέστερόν πως ἐξέδωκεν εἰπών· *Πτωχὸς ὢν καὶ ἐκλείπων ἀπὸ νεότητος, ἀνέλαβον τὸν φόβον σου. Πρὸς τούτοις δι' ἐμοῦ παρώδευσαν αἱ ὀργαί σου, αἱ ἐκπλήξεις σου κατεσιώπησάν με. Περιῆλθόν με ὡς ὕδατα, πᾶσαν τὴν ἡμέραν περιεκύκλωσάν με.* Καὶ ὁ Ἀκύλας, *Ἐπ' ἐμέ*, φησί, *παρῆλθον αἱ ὀργαί σου.* Ὅπως δὲ πτωχὸς ἦν καὶ ἐν κόποις ἐκ νεότητος, διδάσκει αὐτὸς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις περὶ ἑαυτοῦ λέγων· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.* Καὶ ὁ Ἀπόστολός φησιν· *Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν·* ὥστε εἶναι σαφὲς πῶς εἴρηται παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα τό, *Πτωχός εἰμι ἐγὼ καὶ ἐν κόποις ἐκ νεότητός μου.* Ἀλλ' ἐν μὲν τῇ νεότητι αὐτοῦ, καὶ ἄλλως ὑπὸ τὸν νομιζόμενον πατέρα τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὴν κατὰ σάρκα μητέρα τρεφόμενος, πτωχὸς ἦν ἐν πτωχοῖς· καὶ τὸν ἄλλον δὲ αὐτοῦ βίον πλούσιος ὤν, δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν, ὅπως ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. Ὅτε δὲ λοιπὸν παραδοξοποιῶν καὶ Θεοῦ δυνάμεις ἀποτελῶν, ὑψώθη τε καὶ διὰ τοῦ πάθους ὑψωθεὶς ἐταπεινώθη. Δι' ὃ ἔλεγεν· *Ὥσπερ Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου·* καὶ πάλιν· *Ὅταν ὑψώσητε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τότε γνώσεσθε, ὅτι ἐγώ εἰμι·* καὶ ἐν τῷ προκειμένῳ· *Ὑψωθεὶς δὲ ἐταπεινώθην καὶ ἐξηπορήθην.* Τὸ δέ, *Δι' ἐμοῦ παρώδευσαν αἱ ὀργαί σου*, κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· *Ἐπ' ἐμὲ παρῆλθον αἱ ὀργαί σου*, ἢ κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα, *Ἐπ' ἐμὲ διῆλθον αἱ ὀργαί σου*, σαφῶς παρίστησιν, ὅτι οὐκ εἰς αὐτὸν ἐπέσκηψαν, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ παρῆλθον· καὶ ὅτι μὴ ἔστησαν, ἀλλὰ διῆλθον. Τὸ δέ, *ἐξετάραξάν με*, κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα, ὅμοιόν ἐστι τῷ εἰρημένῳ ἐν τοῖς

VERS. 16-19. *Pauper sum ego et in laboribus a juventute mea: exaltatus autem humiliatus sum et perplexus. In me transierunt iræ tuæ, terrores tui conturbaverunt me. Circumdederunt me sicut aqua tota die, circumdederunt me simul. Elongasti a me amicum et proximum, et notos meos a miseria.* Hæc clarius Symmachus edidit his verbis: *Pauper cum sim et deficiens a juventute, suscepi timorem tuum. Ad hæc per me prætermearunt iræ tuæ, terrores tui tacere me fecerunt. Circumvenerunt me sicut aquæ, tota die circumdederunt me.* Aquila vero, *Super me*, inquit, *præterierunt iræ tuæ.* Quomodo autem pauper fuerit et in laboribus a juventute, docet ipse in Evangeliis de se loquens his verbis: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde* [5]. Apostolus item ait: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit* [6]; ita ut perspicuum sit qua de causa apud LXX Interpretes dicatur, *Pauper sum ego et in laboribus a juventute mea.* Verum in juventute sua, cum alioquin a Josepho, qui pater ejus esse putabatur, et a matre sua secundum carnem, educaretur, pauper inter pauperes erat; et cum secundum aliam vitam suam dives esset, nostri causa inops effectus est, ut nos ejus inopia divites essemus. Cum porro demum prodigia et Dei virtutes edens, exaltatus est, et per passionem suam elevatus, humiliatus est. Quare dicebat: *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis* [6]; ac rursum, *Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum* [7]; in præsenti vero ait, *Exaltatus autem, humiliatus sum et perplexus.* Illud autem, *Per me prætermearunt iræ tuæ*, secundum Symmachum; vel secundum Aquilam, *Super me præterierunt iræ tuæ*, vel secundum LXX, *In me transierunt iræ tuæ*, clare denuntiat, non in illo constitisse, sed per eum præteriisse; neque stetisse, sed transiisse. Illud autem, *conturbaverunt me*, secundum LXX, huic Evangeliorum dicto simile est: *Nunc anima mea turbata est* [8]; et, *Tristis est anima mea usque ad mortem* [9]: et

[1] Isa. LIII, 3-5. [2] Psal. XXI, 3. [3] Matth. XXVI, 39. [4] ibid. 42. [5] Matth. XI, 29. [6] Philip. II, 6, 7. [6] Joan. III, 14. [7] Joan. VIII, 28. [8] Joan. XII, 27. [9] Matth. XXVI, 38.

cætera quoque secundum historiam implebantur, cum eo relicto apostoli abscesserunt, Petrus vero ter negavit eum. Et alia quoque ratione hæc omnia dicebat, aliorum mala sibi ut propria ascribens, videlicet proditoris Judæ perniciem, totiusque Judaicæ gentis ruinam: de quibus, quasi de filiis improbis, iniquitatis suæ causa pereuntibus, vehementi miserationis et humanitatis affectu eorum mala ad personam propriam referens, ingemiscebat. Id porro intelligas si his prophetæ verbis attendas : *Hic peccata nostra portat, et pro nobis cruciatur* [10]. Quare eorum gratia dolore affectus exclamabat dicens : *In me transierunt iræ tuæ, terrores tui conturbaverunt me*. Videbat enim non ita multo post venturam iram, quæ omnia illis augusta et veneranda de medio sustulit; ita ut Sancta sanctorum et altare a fundamentis diruerentur, regesque eorum qui diuturna atavorum successione ad illud usque tempus devenerant, finem imperandi facerent; jus et facultas illa suis vivendi legibus, qua a longissimo ævo usi fuerant, legalis cultus cum ipso sacerdotio, ac reliquis ducibus principibusque suis exstinguerentur; ita ut ne vestigium quidem eorum ad hoc usque tempus residuum manserit. Quæ omnia perpessi sunt, ira Dei non diu post passionem ejus, ob admissa contra ipsum facinora, totam eorum gentem invadente. Quæ ipse significabat his verbis, *In me transierunt iræ tuæ*, ac si diceret, *Propter me;* sive secundum Symmachum, *Per me;* quia secundum rei veritatem talia propter ipsum passi sunt. Imo etiam illorum cladem prospiciens dicebat, *Terrores tui conturbaverunt me*. Etiamsi enim terrores Dei, quos ipsis prophetæ interminabantur, eos ob duritiem cordis non conturbarent; me tamen, inquit, qui terribilium sermonum tuorum exitum prospicerem, terrores tui conturbaverunt. Sic itaque ob eorum impietates Patrem pro illis deprecans, animo valde mœstus, ipsorumque causa turbatus, tristis erat usque ad mortem : quia imminebant illis iræ Dei tela; ita ut orationes, quas pro illis emittebat, nihil loci haberent : quare cum in Evangeliis pronus et procumbens in faciem jacensque preces emitteret, hæcque clamaret : *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste* [11]; deinde, ubi vidit Patris voluntatem abnuere, subjunxit, *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu* [12]. Et secundo abiens procumbit in faciem, et his verbis orat : *Pater, si possibile non est ut hic transeat, nisi bibam illum, fiat voluntas tua* [13]; ac tertio profectus eumdem sermonem protulit. Quare idipsum his verbis significabat : *Utquid, Domine, repellis animam meam, avertis faciem tuam a me?* et illud, *In me transierunt iræ tuæ, terrores tui conturbaverunt me*. Videns autem longe a salute Dei excidisse eos pro quibus orationes effundebat, pro iisdem sibi patrum suorum causa charissimis et dilectissimis, dicebat : *Elongasti a me amicum et proximum, et no-*

A Εὐαγγελίοις· *Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται*, καὶ *Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου*· καὶ τὰ λοιπὰ δὲ κατὰ τὴν ἱστορίαν ἐπληροῦτο, ὅτε καταλιπόντες αὐτὸν οἱ ἀπόστολοι ᾤχοντο· ὁ δὲ Πέτρος καὶ τρίτον αὐτὸν ἠρνήσατο. Καὶ ἄλλως δὲ τὰ προκείμενα ἅπαντα ἔφασκεν, ἰδιοποιούμενος τὰ ἑτέρων κακά· λέγω δὲ τοῦ προδότου Ἰούδα τὴν ἀπώλειαν, καὶ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων ἔθνους τὴν ἀπόπτωσιν· ἐφ' οἷς δι' ὑπερβολὴν εὐσπλαγχνίας καὶ φιλανθρωπίας, ὡς ἐφ' υἱοῖς πονηροῖς, διὰ τὰς αὐτῶν κακίας ἀπολλυμένοις, ταῦτα εἰς ἑαυτοῦ πρόσωπον ἀναλαμβάνων, ἀπωδύρετο. Νοήσεις δὲ τοῦτο ἐπιστήσας τῷ λέγοντι προφήτῃ· *Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται*. Διὸ ὑπὲρ αὐτῶν ὀδυνώμενος ἐβόα λέγων· *Ἐπ' ἐμὲ διῆλθον αἱ ὀργαί σου, οἱ φοβερισμοί* B *σου ἐξετάραξάν με*. Ἑώρα γὰρ τὴν οὐκ εἰς μακρὸν ἐπελευσομένην αὐτοῖς ὀργήν, ἥτις αὐτῶν ἀθρόως τὰ σεμνὰ πάντα ἐξηφάνισεν· ὡς τὰ μὲν Ἅγια τῶν ἁγίων, καὶ τὸ θυσιαστήριον ἐκ βάθρων ἀπολέσθαι, βασιλέας δὲ αὐτῶν, τοὺς ἐκ προγόνων διαδοχῆς εἰς ἐκεῖνο καιροῦ διαρκέσαντας, καταλυθῆναι, τήν τε αὐτονομίαν καθ' ἣν ἐξ αἰῶνος μακροῦ ἐπολιτεύοντο, καὶ τὴν κατὰ νόμους λατρείαν αὐτῇ ἱερωσύνῃ καὶ τοῖς λοιποῖς ἡγεμόσι τε αὐτῶν καὶ ἄρχουσιν ἀποσβεσθῆναι· ὡς μηδὲ ἴχνος αὐτῶν εἰσέτι νῦν περιλείπεσθαι. Ἃ δὴ πάντα πεπόνθασιν ὑπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ, τῆς οὐκ εἰς μακρὸν μετὰ τὸ πάθος αὐτοῦ τὸ πᾶν αὐτῶν ἔθνος καταλαβούσης διὰ τὰ τετολμημένα αὐτοῖς κατ' αὐτοῦ· ἃ δὴ ἐδήλου λέγων· *Ἐπ' ἐμὲ διῆλθον αἱ ὀργαί σου*· ὡσεὶ ἔλεγε, Δι' C *ἐμέ*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Δι' ἐμοῦ*· ἐπεὶ καὶ κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον δι' αὐτὸν ταῦτα πάντα πεπόνθασιν. Ἀλλὰ καὶ προορῶν αὐτῶν τὸν ὄλεθρον ἔλεγεν· *Οἱ φοβερισμοί σου ἐξετάραξάν με*. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα διὰ τὴν ἀναισθησίαν οὐκ ἐτάραττον ἐκείνους οἱ διὰ τῶν προφητῶν ἀπειλούμενοι κατ' αὐτῶν φοβερισμοὶ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐμὲ, φησὶν, ὁρῶντα τῶν φοβερῶν σου λόγων τὰς ἐκβάσεις, ἐξετάρασσον οἱ φοβερισμοί σου. Οὕτως οὖν διὰ τὰς ἐκείνων δυσσεβείας παρακαλῶν τὸν Πατέρα ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ τὴν ψυχὴν ὑπεραλγῶν καὶ δι' αὐτοὺς ταραττόμενος, περίλυπος ἦν μέχρι θανάτου· ἐπειδὴ τὰ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ σφοδρῶς ἐπέκειτο κατ' αὐτῶν, ὡς μηδὲ τυγχάνειν τῶν εὐχῶν, ὧν ἀνέπεμπεν ὑπὲρ αὐτῶν· δι' ὧν παρακαλῶν καὶ δεόμενος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις D προσέπιπτεν πρηνής τε κατὰ προσώπου κείμενος ἐβόα, *Πάτερ*, λέγων, *εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ*· εἶθ' ὁρῶν ἀνανεύουσαν τὴν βουλὴν τοῦ Πατρὸς, ἐπέφερε· *Πλὴν ἀλλ' οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ*. Καὶ δεύτερον ἀπελθὼν, ἐπὶ πρόσωπον πίπτει, καὶ προσεύχεται λέγων· *Πάτερ, εἰ οὐ δύναται τοῦτο παρελθεῖν, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου*· καὶ τρίτον δὲ πορευθεὶς τὸν αὐτὸν λόγον προὔφερε. Διὸ δὴ ταῦτα σημαίνων καὶ διὰ τῶν προκειμένων ἔλεγεν· *Ἵνα τί, Κύριε, ἀπωθεῖς τὴν ψυχήν μου, ἀποστρέφεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ;* καὶ τὸ, *Ἐπ' ἐμὲ διῆλθον αἱ ὀργαί σου, οἱ*

[10] Isa. LIII, 5. [11] Matth. XXVI, 39. [12] ibid. [13] ibid. 42.

φοβερισμοί σου ἐξετάραξάν με. Ὁρῶν δὲ μακρὰν ἐκπίπτοντας τῆς τοῦ Θεοῦ σωτηρίας τοὺς ὑπὲρ ὧν τὰς εὐχὰς ἐποιεῖτο φιλτάτους ὄντας αὐτοῦ καὶ ἀγαπητοὺς διὰ τοὺς πατέρας, ἔλεγεν· *Ἐμάκρυνας ἀπ' ἐμοῦ φίλον καὶ πλησίον, καὶ τοὺς γνωστούς μου ἀπὸ ταλαιπωρίας*. Δηλοῖ δὲ τοὺς ἐν τῷ ἔθνει γνωστοὺς ὄντας αὐτοῦ πρότερον καὶ φίλους· ἐπεὶ καὶ μέρος ἦσαν αὐτοῦ καὶ κληρονομία· ἀλλ' ἐμακρύνθησαν ἀληθῶς ἀπ' αὐτοῦ διὰ τῆς ἑαυτῶν ἀπιστίας· καὶ πάλαι ὄντες φίλοι, ἐχθροὺς ἑαυτοὺς κατέστησαν· καὶ γνωστοὶ τυγχάνοντες αὐτοῦ, ἐλθόντα αὐτὸν οὐκ ἐπέγνωσαν, οὐδὲ παρεδέξαντο. Ὧν ἕνεκα πάντων καὶ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐμακρύνθησαν δι' αἰτίαν τῆς ἑαυτῶν ταλαιπωρίας. Οὕτω δ' οὖν καὶ ἐκπεπτώκασι τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸ φάσκον λόγιον, *Ὅτι οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται*. Καὶ εἰς τοῦτο καταλήγουσιν οἱ ἐπιγεγραμμένοι τῶν *υἱῶν Κορὲ* ψαλμοί.

A *tos meos a miseria*. Indicat autem eos in Judaica gente qui pridem noti sibi et amici essent, quoniam portio et hæreditas ipsius erant, sed ob suam incredulitatem vere procul ab eo remoti sunt; et qui olim amici fuerant, sese inimicos constituerunt; et cum noti ejus essent, venientem ipsum non noverunt, neque susceperunt. Quorum omnium causa a Deo longe facti sunt, ob miseriam videlicet suam. Sic igitur a Deo exciderunt secundum illud dictum : *Quoniam qui elongant se a te peribunt* [14]. Atque huc desinunt psalmi *Filiorum Core* inscripti.

ΣΥΝΕΣΕΩΣ ΑΙΘΑΝ ΤΩ ΕΣΔΡΑΙΤῌ. ΠΗ'.

Τὰ ἐλέη τοῦ Κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι. Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἀπαγγελῶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν τῷ στόματί μου. Ἐπειδὴ προϊὼν ἑξῆς μέλλει λέγειν· *Ποῦ εἰσι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαυῒδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου;* προθεραπεύει τὸ μέλλον ῥηθήσεσθαι διὰ τῶν προκειμένων, δυνάμει τοῦτο λέγων· Εἰ καὶ τὰ ἀνθρώπινα πράγματα τὴν ἐμὴν ψυχὴν εἰς ἀμηχανίαν ἐμβαλόντα ταράττει, ἰλιγγόν τέ μοι καὶ ἀπορίαν ἐμποιεῖ, τῶν σῶν, ὦ Κύριε, κριμάτων, ὡς μέλλειν μικρὸν ὕστερον ἀποτολμᾷν καὶ ἀπορεῖν, ὑπὲρ ὧν σὺ μὲν ὁ ἀψευδὴς Θεὸς πρὸς τὸν Δαυῒδ ἐπαγγελιῶν πεποίησαι· τἀναντία δὲ συμβέβηκε ταῖς σαῖς ὑποσχέσεσι· διὸ καὶ μέλλω λέγειν· *Ποῦ εἰσι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε;* ἀλλ' ὅμως πεπεισμένος, ὅτι μὴ διαψεύσεταί σου ἡ ἐπαγγελία, οὐδὲ C διαπεσεῖται ἡ τοῦ σοῦ λόγου ἀλήθεια, προλαβὼν τοὺς μέλλοντας ἐξ ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ῥηθήσεσθαί μοι λόγους, τὴν ἐμαυτοῦ πίστιν καὶ τὸ εὐσεβὲς τῆς ἐμαυτοῦ γνώμης προασφαλίζομαι· διό φημι· *Τὰ ἐλέη σου, Κύριε, εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι.* Οὐ γὰρ νῦν μόνον, ὅτε ταῦτα λαλῶ καὶ φθέγγομαι, τὰ ἐλέη τοῦ Κυρίου ᾄσομαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς σκυθρωποτέροις καιροῖς, καὶ ἐν αὐτοῖς ἐκείνοις δι' οὓς μέλλω λέγειν· *Ποῦ εἰσι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε;* Καὶ τότε γὰρ καὶ εἰς τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον, καὶ διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος οὐ παύσομαι ἀνυμνῶν τὰ ἐλέη σου, Κύριε, ἀκριβῶς εἰδὼς, ὅτι, ἅπαξ ἐπαγγειλάμενος τὰς ἐν τῷ ψαλμῷ προφητείας, οὐ διαψεύσεις, ἅτε Θεὸς ὢν ἀληθής. Διόπερ οὐ μόνον τὰ ἐλέη σου, Κύριε, εἰς τὸν αἰῶνα D ᾄσομαι, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀλήθειάν σου καθ' ἑκάστην γενεὰν ἀπαγγελῶ. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα τοιαῦτά τινα μεταξὺ γενήσεται, ὡς δοκεῖ, ἐναντία ταῖς σαῖς πρὸς τὸν Δαυῒδ ἐπαγγελίαις συμβαίνειν, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐγὼ πεπίστευκα, καὶ ἀληθῶς ἐμαυτὸν πέπεικα, ὅτι τῶν λόγων σου, ὦ Κύριε, ἡ ἀλήθεια οὐδέποτε διαπεσεῖται. Διόπερ τὸν πάντα μου χρόνον τῆς ζωῆς οὐ παύσομαι ἐν τῷ στόματί μου τὴν ἀλήθειάν σου ἀπαγγέλλων. Ἀλλὰ καὶ παραδιδοὺς τῇ ἐμαυτοῦ γραφῇ ταύτην καταλείψω τοῖς μεταγενεστέροις, εἰς τὸ καὶ αὐτοὺς διδάσκεσθαί τε καὶ μανθάνειν ὁμοίως ἐμοὶ καθ' ἑκάστην γενεὰν τὴν ἀλήθειάν σου διὰ στόματος φέ-

B
1. INTELLECTUS ÆTHAN EZRAITÆ. LXXXVIII.

VERS. 2. *Misericordias Domini in æternum cantabo. In generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.* Quoniam in sequentibus dicturus est, *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quas jurasti David in veritate tua?* iis quæ postea proferet jam respondere antevertit, ac si diceret : Etiamsi humanæ res animam meam in angustiam et dubitationem conjiciant ac perturbent, caligineque me et hæsitatione afficiant ob tua, o Domine, judicia; ita ut mox quæstionem movere ausim de promissis, quæ tu Deus mendacii expers Davidi dedisti; et tamen pollicitationibus tuis contraria acciderunt, quamobrem dicturus sum, *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine?* verumtamen certus promissionem tuam non irritam fore, neque sermonis tui veritatem lapsuram esse, sermones quos ex humana infirmitate prolaturus sum prævertens, fidem meam et pietatem sententiæ meæ prius profiteor, ac dico, *Misericordias tuas, Domine, in æternum cantabo.* Non enim nunc duntaxat, cum hæc loquor et profero, misericordias Domini cantabo, verum etiam in tristioribus temporibus, in ipsis videlicet queis dicturus sum, *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine?* Tunc enim et omni sequenti tempore, imo per omne sæculum, non finem faciam celebrandi misericordias tuas, Domine : probe sciens te, quando semel ea in prophetia psalmi pollicitus es, non irrita illa facturum esse, utpote Deum veracem. Quamobrem non modo misericordias tuas, Domine, in æternum cantabo, sed etiam veritatem tuam per singulas generationes annuntiabo. Etsi enim aliqua interim eventura sint, quæ tuis Davidi datis pollicitationibus contraria videantur; nihilominus tamen credo ac plane persuasum mihi est, sermonum tuorum, Domine, veritatem nunquam esse lapsuram. Ideo per totum vitæ meæ tempus non finem faciam annuntiandi veritatem tuam in ore meo. Verum etiam scripto consignatam illam posteris tradam : ut ipsi quoque, perinde atque ego, edoceantur et discant per singulas generationes veritatem tuam in ore ferre,

[14] Psal. LXXII, 27.

ac persuasum habeant nunquam posse promissa tua excidere. Totus autem sermo, Christi ex semine David generationem, et regnum ejus vaticinatur. Quandoquidem enim in præcedentibus ejus in hominibus generatio prænuntiabatur, ut in psalmo LXXXVI declaratum est; at præter generationem ejus scitu quoque opus erat unde proditurus esset; hoc præsens Scriptura necessario docet, quæ promissionem Dei ad Davidem factam de Christo ex semine ejus prodituro complectitur: ita ut hic congruenter post antecedentes psalmos positus sit. Inscriptus autem solum est, *Intellectus*, ac neque psalmus neque hymnus dicitur. Fuerit vero canticum propheticum, ea quæ secundum Deum est intelligentia indigens. Quare dictum est, *In æternum cantabo*, et, *in generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam*. Ab his quippe verbis, *In æternum cantabo*, jure canticum esse dicatur; ab illis autem, *Annuntiabo veritatem tuam in generationem et generationem*, et a sequentibus, prophetia fuerit. Dictus autem est Æthan Ezraitæ: qua de re in prius explicatis psalmis pro facultate disputatum a nobis est.

VERS. 3. *Quoniam dixisti, In æternum misericordia ædificabitur, in cœlis præparabitur veritas tua.* Pro illo autem, *Quoniam dixisti*, Aquila interpretatus est, *Quoniam dixi*; Symmachus vero, *quoniam dixi*; Theodotio similiter, *Quoniam dixi*; quinta item editio, *Quoniam dixi*; quasi scilicet ex Prophetæ persona sermo enuntietur; hic porro erat Æthan Ezraites, ut titulus declarat. Hujusmodi vero sententiam Propheta subindicat: Jam antea dixi, *Misericordias Domini in æternum cantabo*. Id autem qui fieri possit, nisi prima illa Dei misericordia, ab initio et a conditu mundi in hominibus fundata, sequenti tempore accreverit, et instar ædificii accessionem habuerit? Nam Dei erga homines misericordia quotidie crescit, et quasi fabrica augetur et exstruitur in generationem et generationem. Quia igitur dixi et affirmavi, in æternum misericordiam Dei ædificandam esse, et ideo me misericordias ejus in æternum cantaturum esse; non ignorandum est, verbi veritatem in cœlis præparandam esse. Terrena quippe negotia et hominum malitia non multam verbi accurationem exhibere possunt; quia multa in vita hominum inæquabilitas est. Verum quoniam promissa Dei, ad Davidem facta, divina ac cœlestia sunt, neque, ut Judæi suspicantur, terrena et corporea; ea de causa jure Propheta prius distinguit, non in terra, sed in cœlis veritatem promissorum Dei præparandam esse. Quamobrem Symmachus hæc clarius explicat dicens: *In cœlis fundabitur veritas tua*.

VERS. 4-6. *Disposui testamentum electis meis, juravi David servo meo, Usque in æternum præparabo semen tuum, et ædificabo in generationem et generationem thronum tuum. Diapsalma. Confitebuntur cœli mirabilia tua, Domine, etenim veritatem tuam in*

A ρειν, καὶ πεπεῖσθαι μηδέποτε δύνασθαι διαπίπτειν τὰς σὰς ἐπαγγελίας. Ὁ δὲ πᾶς λόγος τὴν ἐκ σπέρματος Δαυῒδ γένεσιν τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ θεσπίζει. Ἐπειδὴ γὰρ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἡ εἰς ἀνθρώπους γένεσις αὐτοῦ προεφητεύετο κατὰ τὰ ἐν τῷ π' καὶ ς' ψαλμῷ παραστάντα· ἐχρῆν δὲ πρὸς τῇ γενέσει μαθεῖν καὶ πόθεν προελεύσεται· διδάσκει τοῦτο ἀναγκαίως ἡ παροῦσα Γραφὴ, τὴν πρὸς τὸν Δαυῒδ ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ περὶ τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ τὸν Χριστὸν προελεύσεσθαι περιέχουσα· ὥστε ἔχειν ἀκολουθίαν καὶ τοῦτον πρὸς τοὺς πρὸ αὐτοῦ κατατεταγμένους ψαλμούς. *Συνέσεως* δὲ ἐπιγέγραπται αὐτὸς μόνον, οὔτε δὲ ψαλμὸς. οὔτε ὕμνος. Εἴη δ' ἂν ᾠδὴ προφητικὴ συνέσεως τῆς κατὰ Θεὸν δεομένη. Δι' ὃ λέλεκται· *Εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι*, καὶ, *εἰς γενεὰν* B *καὶ γενεὰν ἀπαγγελῶ τὴν ἀλήθειάν σου*. Ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ· *Εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι*, ᾠδὴν αὐτὴν εἰκότως ἄν τις εἴποι· ἀπὸ δὲ τοῦ· *Ἀπαγγελῶ τὴν ἀλήθειάν σου εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν*, καὶ ἀπὸ τῶν ἑξῆς ἐπιλεγομένων, προφητείαν. Λέλεκται δὲ Αἰθὰν τοῦ Ἐσδραΐτου περὶ οὗ τὰ παραστάντα ἐν τοῖς προτεχνολογουμένοις τῶν ψαλμῶν διειλήφαμεν.

Ὅτι εἶπας· Εἰς τὸν αἰῶνα ἔλεος οἰκοδομηθήσεται, ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου. Ἀντὶ τοῦ· *Ὅτι εἶπας*, ὁ μὲν Ἀκύλας ἡρμήνευσεν· *Ὅτι εἶπα*· ὁ δὲ Σύμμαχος· *Ὅτι εἶπον*· καὶ ὁ Θεοδοτίων ὁμοίως· *Ὅτι εἶπον*· καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις· *Ὅτι εἶπα*· ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Προφήτου λεγομένου τοῦ λόγου. Οὗτος δὲ ἦν Αἰθὰν ὁ Ἐσδραΐτης, C ὡς ἡ προγραφὴ παρίστησι. Τοιαύτην δέ τινα διάνοιαν ὑποβάλοι ἂν ὁ Προφήτης· Φθάσας ἤδη πρότερον εἶπον· ὅτι *Τὰ ἐλέη τοῦ Κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι*. Τοῦτο δὲ πῶς ποτ' ἂν γένοιτο ἢ τοῦ πρώτου ἐλέους τοῦ Θεοῦ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἀπὸ πρώτης κοσμογονίας καταβληθέντος εἰς ἀνθρώπους, ἐπίδοσιν κατὰ χρόνους λαμβάνοντος, καὶ δίκην οἰκοδομῆς αὔξοντος; Αὔξει γὰρ ὁσημέραι τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἰς ἀνθρώπους, καὶ δίκην οἰκοδομῆς προκόπτει καὶ οἰκοδομεῖται κατὰ γενεὰν καὶ γενεάν. Ἐπειδὴ τοίνυν εἶπον καὶ διεβεβαιωσάμην, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ οἰκοδομηθήσεται, καὶ διὰ τοῦτο τὰ ἐλέη αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι, οὐ προσήκει ἀγνοεῖν, ὅτι τοῦ λόγου ἡ ἀλήθεια ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται. Τὰ γὰρ περίγεια πράγματα καὶ ἡ ἐν ἀνθρώποις κακία δόξειεν ἂν μὴ D πάνυ τι ἐμφαίνειν τὸ ἀκριβὲς τοῦ λόγου, τῷ πολλὴν ἀνωμαλίαν εἶναι δοκεῖν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον. Ἀλλ' ἐπειδήπερ αἱ ἐπαγγελίαι τοῦ Θεοῦ, αἱ πρὸς τὸν Δαυῒδ γεγενημέναι, θεῖαι καὶ οὐράνιοι τυγχάνουσι, καὶ οὐχ, ὡς ἂν ὑπολάβοιεν Ἰουδαίων παῖδες, γεώδεις καὶ σωματικαί· εἰκότως διὰ τοῦτο προδιαστέλλεται ὁ Προφήτης, ὅτι μὴ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἡ ἀλήθεια τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ Θεοῦ ἑτοιμασθήσεται. Διόπερ ὁ Σύμμαχος σαφέστερον ἡρμήνευσεν εἰπών· *Ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑδρασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου.*

Διεθέμην διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου· ὤμοσα Δαυῒδ τῷ δούλῳ μου· Ἕως τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου, καὶ οἰκοδομήσω εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν θρόνον σου. Διάψαλμα. Ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοὶ τὰ θαυμάσιά σου, Κύριε, καὶ

γὰρ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν Ἐκκλησίᾳ ἁγίων. Σαφῶς ταῦτα ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ εἴρηται· διόπερ δοκεῖ μοι παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα ἀνωτέρω εἰρῆσθαι τό· *Ὅτι εἶπας· Εἰς τὸν αἰῶνα ἔλεος οἰκοδομηθήσεται, ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου·* οἷς ἐπισυνῆπτε τό· *Διεθέμην διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου·* ἵνα καθ' ὑπερβατὸν εἴη οὕτως ἔχων ὁ νοῦς τῶν προκειμένων· Ἐπειδὴ σὺ αὐτὸς, ὦ Κύριε, ἐν ταῖς περὶ τοῦ Δαυῒδ ἐπαγγελίαις εἶπας· Εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεός μου τὸ πρὸς τὸν Δαυῒδ, ἢ καὶ τὸ εἰς πάντας ἀνθρώπους οἰκοδομηθήσεται· καὶ προσέθηκας λέγων· *Διεθέμην διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου*, ἤτοι ἐπιλέκτῳ μου, καί· *Ὤμοσα Δαυῒδ τῷ δούλῳ μου*, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα· πέπεισμαι, ὅτι οὔποτε διαψευσθήσονταί σου αἱ ἐπαγγελίαι, μένουσι δὲ ἀληθεῖς καὶ ἀδιάπτωτοι· ἀλλ' οὐχ ὥστε ἐπὶ τῆς γῆς συνίστασθαι αὐτάς· οὐδὲ γὰρ ἐπίγειοι καὶ αἰσθηταὶ, οὐδὲ ὠνηταὶ καὶ ὀλιγοχρόνιοι τυγχάνουσιν, οἷός ἐστιν ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, ἀλλ' ἀθάνατοι καὶ αἰώνιοι καὶ τῇ σῇ θεότητι πρέπουσαι. Διόπερ οὐκ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθεια τῶν σῶν πρὸς τὸν Δαυῒδ ἐπαγγελιῶν. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Διεθέμην διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου*, οἱ λοιποὶ πάντες ἑρμηνευταί· *Τῷ ἐπιλέκτῳ μου*, εἰρήκασι. Καὶ μᾶλλον ἁρμόζει τῇ διανοίᾳ ἡ τοιαύτη ἔκδοσις· οὐδὲ γὰρ περὶ πολλῶν ἐστιν ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ μόνου τοῦ Δαυῒδ· αὐτῷ γὰρ, φησὶ, καὶ ὤμοσα, ἅτε δούλῳ μου ὄντι καὶ ἐπιλέκτῳ μου. Οὐ γὰρ ἤρκει ἁπλῶς διαθέσθαι αὐτῷ διαθήκην, ὥσπερ διεθέμην τῷ Νῶε, καὶ μετὰ ταῦτα τῷ Ἀβραὰμ, καὶ πάλιν μετ' ἐκεῖνον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἐπὶ τῆς ἐρήμου διὰ Μωσέως· ἐκείνοις γὰρ δίχα ὁρκωμοσίας· τῷ δ' ἐπιλέκτῳ μου καὶ τῷ ἐμῷ θεράποντι καὶ δούλῳ Δαυῒδ διεθέμην μετὰ ὅρκου παραλήψεως· ὤμοσα γὰρ αὐτῷ περὶ τοῦ δεῖν τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα ἑτοιμάσειν καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ οἰκοδομήσειν, καὶ οὐχ εἰς μίαν γενεὰν, ἀλλ' εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Περὶ δὲ τοῦ ὀμνύναι τὸν Θεὸν, ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους φησίν· *Ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι τὸν Θεὸν, ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν.* Κατ' ἐπίτασιν γὰρ μείζονος διαβεβαιώσεως καὶ ὅρκος παρείληπται τῷ Θεῷ. Κατὰ τίνος δὲ ὁ ὅρκος ἑξῆς προϊὼν διδάσκει λέγων· *Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου.* Ἔνθα καὶ ἐπιστήσεις, τίς ποτε ἄρα οὗτος ἦν ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, καθ' οὗ ὄμνυσιν ὡς κατὰ Υἱοῦ μονογενοῦς, εἰς τὸ ἐξ ἅπαντος τὰ τῆς ἐπαγγελίας κρατυνθῆναι. Τὸν μὲν οὖν ἅγιον ὡμολόγουν καὶ οἱ δαίμονες ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, ὅτε μὴ φέροντες αὐτοῦ τὴν ἔνθεον δύναμιν κολαστικὴν οὖσαν αὐτῶν καὶ ἀπελαστικὴν, ἐβόων λέγοντες· *Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοί, Ἰησοῦ Ναζαρηνέ; Οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ.* Κατὰ τούτου τοίνυν ὀμνὺς ὁ Θεὸς, οἷα πατὴρ κατὰ μονογενοῦς καὶ ἀγαπητοῦ υἱοῦ, τῷ Δαυῒδ τὴν ἐπαγγελίαν ἐποιεῖτο· Ὃ δὴ καὶ διδάσκει λέγων· *Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαυῒδ ψεύσομαι.* Ζητῶν δὲ παρ' ἐμαυτῷ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὐδενὶ μὲν ἄλλῳ τῶν ἁγίων, μόνῳ δὲ τῷ Δαυῒδ δι' ὅρκου

A *Ecclesia sanctorum.* Hæc ex persona Dei manifeste dicta sunt: ac videtur mihi ideo apud LXX superius dictum fuisse, *Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædificabitur, in cœlis præparabitur veritas tua;* quibus hæc subdiderunt, *Disposui testamentum electis meis;* ut per hyperbaton dicti sententia sic exprimatur: Quoniam tu ipse, Domine, in promissionibus Davidis dixisti: In æternum misericordia mea erga Davidem, sive erga omnes homines ædificabitur; et hæc adjecisti, *Disposui testamentum electis meis*, scilicet, electo meo, et, *Juravi David servo meo*, et cætera: persuasum mihi est promissa tua nunquam irrita fore, sed vera firmaque mansura esse; sed non ita, ut in terra consistant: neque enim terrena et sensilia sunt,
B neque venalia et brevi tempore duratura, qualis hominum vita est; sed immortalia, æterna et deitati tuæ congruentia. Quapropter non in terra, sed in cœlis præparabitur veritas eorum quæ Davidi pollicitus es. Pro illo autem, *Disposui testamentum electis meis*, reliqui omnes interpretes, *Electo meo*, dixerunt. Quæ sane interpretatio veræ sententiæ magis congruit: non enim de multis sermo est, sed de uno Davide; ipsi quippe juravi, inquit, utpote servo meo et electo meo. Neque enim satis erat ipsi testamentum disponere, sicut Noe, postea vero Abrahamo, deindeque filiis Israel in deserto per Moysem disposui: nam cum iis sine juramento; at cum electo, servo et famulo meo Davide, adhibito jurejurando, fœdus et testamentum inii. Juravi enim
C ipsi futurum esse ut semen ejus in æternum præparetur, et thronus ejus ædificetur, non in unam generationem, sed in generationem et generationem. Cur autem Deus juraverit, S. Apostolus in Epistola ad Hebræos testificatur: *Ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus* [13]. Nam ad accessionem majoris certitudinis Deus juramentum adhibuit. Per quem autem juraverit, in sequentibus docet his verbis: *Semel juravi in sancto meo.* Ubi perpendas qui sit ille sanctus Dei, per quem quasi per Filium unigenitum jurat, ad promissionem omnino confirmandam. Sane vero sanctum illum vel dæmones in Evangeliis confessi sunt, cum divinam ejus potestatem, qua
D se puniebat et ejiciebat non ferentes, hæc clamabant: *Sine, quid nobis et tibi, Jesu Nazarene? Novimus te quis sis, sanctus Dei* [14]. Per hunc itaque jurans Deus, ut pater per unigenitum et dilectum filium, Davidi promissionem dabat. Quod ipse ita docet: *Semel juravi in sancto meo, si David mentiar.* Cum autem mecum quærerem, cur nemini sanctorum, nisi Davidi, promissionem de semine ipsius cum juramento Deus ediderit; hanc me deprehendisse causam æstimo: comperi namque Davidem ante illam a Deo sibi datam promissionem juramento usum fuisse. Jurasse autem ipsum docet Spiritus divinus in cxxxi, dicens: *Memento, Do-*

[13] Hebr. vi, 18. [14] Luc. iv, 34.

mine, David, et omnis mansuetudinis ejus : sicut juravit Domino, vovit Deo Jacob : Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei : si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob. Davidi hæc voventi et pollicenti, ac his de rebus juranti, parem Deus vicem reddens, juravit et ipse, et pro singulis pollicitationibus singulas retulit, juramentum juramento pensavit. Quapropter in eodem CXXXI, in quo dicitur jurasse Davidem, deinde adjicitur Spiritus sancti testimonium, quod sic habet : *Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eum : De fructu ventris tui ponam super thronum tuum.* Prior itaque David juravit ; deinde vicem rependens Deus, mutuo et ipse juravit : prior item David, pia motus cogitatione, quidpiam Deo pollicitus est ; hinc Deus ceu gratiam gratia pensans, ipsi vice versa promisit, secundum Salvatoris nostri voces quæ sic habent, *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Mensuram bonam, agitatam, compressam, supereffluentem, dabunt in sinum vestrum* [17]. Qua mensura igitur David mensus est, cum ex bona et religiosa cogitatione congruentem promissionem juratus dedit, eadem mensura repensum illi est, ac datæ sunt illi retributiones promissionesque cum juramento Dei.

A πεποίηται τὴν περὶ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἐπαγγελίαν ὁ Θεὸς, δοκῶ μοι ταύτην εὑρηκέναι, καταλαβὼν καὶ αὐτὸν τὸν Δαυῒδ ὅρκῳ κεχρημένον πρὸ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ. Ὀμωμοκέναι δὲ αὐτὸν διδάσκει τὸ θεῖον Πνεῦμα ἐν ρλα' λέγον· *Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ Δαυῒδ, καὶ πάσης τῆς πραΰτητος αὐτοῦ· ὡς ὤμοσε τῷ Κυρίῳ, ηὔξατο τῷ Θεῷ Ἰακώβ· Εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου, εἰ ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου· εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ.* Τοιαῦτα εὐξαμένῳ καὶ ἐπαγγειλαμένῳ τῷ Δαυῒδ, καὶ ἐπὶ τοιούτοις ὀμωμοκότι, τὴν ἴσην ἀμοιβὴν ἀντιδιδοὺς ὁ Θεὸς αὐτῷ, ἀντομνύει καὶ αὐτὸς, καὶ ἀντεπαγγέλλεται ἓν ἀνθ' ἑνὸς διδοὺς, καὶ B ὅρκῳ τὸν ὅρκον ἀμειβόμενος. Διόπερ ἐν αὐτῷ τῷ ρλα', ἐν ᾧ λέγεται ὀμωμοκέναι ὁ Δαυῒδ, συνῆπται ἑξῆς ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μαρτυρία, ὧδέ πη λέγουσα· *Ὤμοσε Κύριος τῷ Δαυῒδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτόν. Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου.* Οὐκοῦν πρῶτος ὤμοσεν ὁ Δαυῒδ, εἶτα ἀμειβόμενος αὐτὸν ὁ Θεὸς, ἀντωμοσίαν πρὸς αὐτὸν ἐποιήσατο· καὶ πρῶτος ὁ Δαυῒδ, εὐσεβεῖ λογισμῷ κινηθεὶς, ἐπηγγείλατό τι τῷ Θεῷ· εἶτα πάλιν ὁ Θεὸς, ὥσπερ ἀντιδιδοὺς αὐτῷ χάριν ἀντὶ χάριτος, καὶ αὐτὸς ἀντεπηγγείλατο ταῖς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀκολούθως φωναῖς, δι' ὧν φησιν· *Ὧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Μέτρον καλὸν, σεσαλευμένον, πεπιεσμένον, ὑπερεκχυνόμενον, δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν.* Ὧ μέτρῳ τοίνυν καὶ ὁ Δαυῒδ ἐμέτρησεν, ἐπ' ἀγαθῷ καὶ θεοσεβεῖ λογισμῷ πρέπουσαν ἐπαγγελίαν μεθ' ὅρκου ποιησάμενος, ἀντεμετρήθη αὐτῷ, καὶ δίδονται αὐτῷ ἀμοιβαὶ, αἱ ἐπαγγελίαι μεθ' ὁρκωμοσίας Θεοῦ.

Quid sibi velit autem illa Davidis cum juramento C pollicitatio, jam perpendere opportunum erit. Cum videret gentes per totum orbem diabolico multorum numinum errori subjectas, ac ubique terrarum templa, delubra, sacra malignis dæmonibus per urbes, regiones et vicos excitata, ac in montibus et collibus improbam illam et adversariam potestatem apud omnes homines honorari, Dei autem omnium opificis et conditoris ne minimam usquam memoriam servari ; de re tali vulneratus animo, bonoque studio incensus, secundum eum qui dixit, *Zelo zelatus sum Domino* [18], votum vovit et promissionem edidit, quam jurejurando astrinxit ; videlicet se primum, omnium regi Deo templum et sacrum in terra excitaturum, in quo tabernaculum testimonii, et arcam Testamenti a Moyse in deserto jussu D Dei constructam, deponeret. Nam illa ad tempus usque Davidis circumquaque ferebatur, et a loco in locum, ac modo in Galgala, modo in Manasepha, mox in Silo, aliquando apud allophylos, inde in Besamys, hinc in Cariathirim, postea in domum Aminadab, inde in domum Abeddara, advecta fuit, unde eam in urbem Sion David transtulit. Quod ille conspicatus, domum sacram et templum excitare cogitavit, ubi arcam Dei deponeret et sta-

Τί δὲ βούλεται ἡ τοῦ Δαυῒδ μεθ' ὅρκου ἐπαγγελία, θεωρῆσαι καιρός. Ὁρῶν τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη τῇ δαιμονικῇ καὶ πολυθέῳ πλάνῃ δεδουλωμένα, καὶ πανταχοῦ γῆς ναοὺς καὶ τεμένη καὶ ἱερὰ τοῖς πονηροῖς δαίμοσιν ἀνεγηγερμένα, ἔν τε πόλεσι καὶ χώραις καὶ κώμαις, ἐν ὄρεσί τε καὶ βουνοῖς τὴν πονηρὰν καὶ ἀντικειμένην δύναμιν παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις τιμωμένην· Θεοῦ δὲ τοῦ πάντων ποιητοῦ τε καὶ δημιουργοῦ μηδαμοῦ μνήμην παρά τισι γιγνομένην· δηχθεὶς τὴν ψυχὴν ἐπὶ τῷ πράγματι, καὶ ζῆλον ἀγαθὸν ζηλώσας, κατὰ τὸν εἰπόντα· *Ζῆλον ἐζήλωσα τῷ Κυρίῳ*, εὐχὴν ηὔξατο, καὶ ἐπαγγελίαν ἐπηγγείλατο, καὶ ταύτην ὅρκῳ κατεδήσατο ἦ μὴν τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ πρῶτος νεὼν ἐπὶ γῆς καὶ ἱερὸν ἅγιον οἰκοδομήσειν, ἔνθα τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς Διαθήκης τὴν ὑπὸ Μωϋσέως κατὰ τὴν ἔρημον ἐκ προστάγματος Θεοῦ κατασκευασθεῖσαν ἀποθέμενος ἀναπαύσειν. Περιήγετο γοῦν ὧδε κἀκεῖσε μέχρι τῶν τοῦ Δαυῒδ χρόνων τόπου μετακομιζομένη, ποτὲ μὲν ἐν Γαλγάλοις, ποτὲ δὲ ἐν Μασσηφᾷ, ποτὲ δὲ ἐν Σηλῶ, καὶ ἄλλοτε παρ' ἀλλοφύλοις, κἀκεῖθεν εἰς Βεσαμὺς, ἔνθεν εἰς Καρειαθιρείμ· εἶτα εἰς οἶκον Ἀμιναδάβ· κἀκεῖθεν εἰς οἶκον Ἀβεδδαρά· ἔνθεν εἰς Σιὼν τὴν πόλιν ὁ Δαυῒδ μετεστήσατο. Ὃ δὴ συνιδὼν γινόμενον, διενοήθη οἶκον ἱερὸν ἐγεῖραι καὶ ναὸν οἰ-

[17] Matth. VII, 2 ; Luc. VI, 38. [18] III Reg. XIX, 10, 14.

χοδομῆσαι, ἐνταῦθά τε τὴν κιβωτὸν ἱδρῦσαι τοῦ Θεοῦ. Καὶ περὶ τούτου ὤμοσε Δαυῒδ τῷ Κυρίῳ, καὶ ηὔξατο τῷ Θεῷ Ἰακὼβ λέγων· *Εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου, εἰ ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου, εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ.* Ταῦτα δὲ αὐτοῦ διανοηθέντος, τὴν μὲν προαίρεσιν τῆς εὐσεβείας ἀποδέχεται ὁ Θεός· οὐ μὴν ἐπιτρέπει τὸν οἶκον γενέσθαι· μὴ γὰρ δεῖσθαι Θεὸν ὄντα οἴκου αἰσθητοῦ, μηδ' ἐξ ἀψύχων λίθων οἰκοδομῆς συστησομένου· ἀλλ' εἰ ἄρα ἐχρῆν Θεὸν οἰκεῖν ἐπὶ γῆς, ἐκ σπέρματος αὐτοῦ, τοῦ Δαυῒδ προελεύσεσθαι τὸν ὑποδεξόμενον αὐτοῦ τὴν θεότητα, ὃς καὶ οἰκοδομήσει τῷ Θεῷ ἐπάξιον ἱερὸν οἶκον καὶ ναὸν ἅγιον, οὗ τὸν θρόνον εἰς τὸν σύμπαντα διαρκέσειν αἰῶνα. Ἐδήλου δὲ ἄρα τὸν Χριστὸν αὐτοῦ τὸν ἐκ σπέρματος Δαυῒδ κατὰ σάρκα γενησόμενον, καὶ τὴν δι' αὐτοῦ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης συστησομένην Ἐκκλησίαν. Ὅτι δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, ἡ τῶν Βασιλειῶν γραφὴ τοῦτον διδάσκει τὸν τρόπον· *Καὶ ἐγένετο ὅτε ἐκάθισε Δαυῒδ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ Κύριος κατεκληρονόμησεν αὐτὸν κύκλῳ ἀπὸ πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτῷ· καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς πρὸς Ναθὰν τὸν προφήτην· Ἰδοὺ δὴ ἐγὼ κατοικῶ ἐν οἴκῳ κεδρίνῳ, καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ κάθηται ἐν μέσῳ τῆς σκηνῆς·* ἢ, *ἐν μέσῳ δέῤῥεως*, ὡς ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις σημαίνει. *Καὶ εἶπε Ναθὰν πρὸς τὸν βασιλέα· Πάντα ὅσα ἂν ἐν τῇ καρδίᾳ σου βάδιζε καὶ ποίει, ὅτι Κύριος μετὰ σοῦ. Καὶ ἐγένετο τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, καὶ ἐγένετο ῥῆμα Κυρίου πρὸς Ναθὰν λέγων· Πορεύου πρὸς τὸν δοῦλόν μου Δαυῒδ, καὶ εἰπέ· Τάδε λέγει Κύριος· Οὐ σὺ οἰκοδομήσεις μοι οἶκον τοῦ κατοικῆσαί με· ὅτι οὐ κατῴκησα ἐν οἴκῳ ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀνήγαγον τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης· καὶ ἤμην ἐμπεριπατῶν ἐν καταλύματι καὶ ἐν σκηνῇ ἐν πᾶσιν οἷς διῆλθον ἐν παντὶ Ἰσραήλ· εἰ λαλῶν ἐλάλησα πρὸς μίαν φυλὴν τοῦ Ἰσραὴλ, ᾧ ἐνετειλάμην ποιμαίνειν τὸν λαόν μου Ἰσραὴλ λέγων· Τί οὐκ ᾠκοδομήκατέ μοι οἶκον κέδρινον; Καὶ νῦν τάδε ἐρεῖς τῷ δούλῳ μου Δαυΐδ· Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἔλαβόν σε ἐκ τῆς μάνδρας ἀπὸ ὄπισθεν τῶν προβάτων, τοῦ εἶναί σε εἰς ἡγούμενον ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἤμην μετὰ σοῦ ἐν πᾶσιν οἷς ἐπορεύου· καὶ ἐξωλόθρευσα πάντας τοὺς ἐχθρούς σου ἀπὸ προσώπου σου· καὶ ἐποίησά σε ὀνομαστὸν κατὰ τὸ ὄνομα τῶν μεγάλων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ θήσομαι τόπον τῷ λαῷ μου Ἰσραὴλ, καὶ καταφυτεύσω αὐτὸν καὶ κατασκηνώσει καθ' ἑαυτόν· καὶ οὐ μεριμνήσει οὐκέτι, καὶ οὐ προσθήσει υἱὸς ἀδικίας τοῦ ταπεινῶσαι αὐτὸν καθὼς ἀπ' ἀρχῆς ἀπὸ τῶν ἡμερῶν, ὧν ἔταξα κριτὰς ἐπὶ τὸν λαόν μου Ἰσραήλ· καὶ ἀναπαύσω σε ἀπὸ πάντων τῶν ἐχθρῶν σου. Καὶ ἀπαγγελεῖ σοι Κύριος, ὅτι οἶκον οἰκοδομήσεις αὐτῷ. Καὶ ἔσται, ἐὰν πληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι σου, καὶ κοιμηθήσῃ μετὰ*

A biliret. Qua de re David Domino juravit, et votum vovit Deo Jacob dicens: *Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei: si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob* [19]. Hæc illo cogitante, pium quidem propositum Deus approbat: neque tamen permittit domum exstrui, non opus esse Deo dicens domo sensibili, vel ex inanimatis lapidibus construenda; sed si opus esset Deum in terra habitare, ex ipsius David semine proditurum esse, qui suam deitatem exciperet, quique sacram domum et templum sanctum Deo dignum exstrueret, cujus thronus per omne sæculum duraturus esset. Significabat autem Christum suum ex semine Davidis se-
B cundum carnem oriturum, et Ecclesiam ab eo per totum orbem constituendam. Quod autem hæc ita se haberent, Regnorum scriptura docet hoc pacto: *Factum est autem cum sederet David in domo sua, et Dominus possessionem ei dedisset in circuitu ab omnibus inimicis suis; dixit rex ad Nathan prophetam: Ecce ego habito in domo cedrina, et arca Dei sedet in medio tabernaculi;* aut, *in medio pellis*, ut Hebraica lectio significat. *Et dixit Nathan ad regem, Omnia quæ sunt in corde tuo vade et fac, quia Dominus tecum est. Et factum est in nocte illa, et factum est verbum Domini ad Nathan dicens. Vade ad servum meum David, et dic: Hæc dicit Dominus, Non tu ædificabis mihi domum ad habitan-*
C *dum: quia non habitavi in domo a die illa qua eduxi filios Israel ex Ægypto, usque in diem hanc: et ambulabam in diversorio et in tabernaculo in cunctis locis per quæ transivi cum omni Israel; si loquens locutus sum ad unam tribum Israel, cui præcepi pascere populum meum Israel dicens: Quare non ædificastis mihi domum cedrinam? Et nunc hæc dices servo meo David: Hæc dicit Dominus omnipotens, Ego tuli te ex ovili sequentem oves, ut esses in ducem Israel, et eram tecum in omnibus ubicunque ambulabas: et perdidi omnes inimicos tuos a facie tua, et feci te nominatum secundum nomen magnorum qui sunt in terra. Et ponam locum populo meo Israel, et plantabo eum et habitabit per se, et non sollicitus erit amplius: et non addet filius iniquitatis*
D *humiliare ipsum sicut a principio, a diebus quibus constitui judices super populum meum Israel: et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. Et annuntiabit tibi Dominus, ut domum ædifices ipsi. Et erit, cum impleti fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, et suscitabo semen tuum post te, quod erit in ventre tuo, et præparabo regnum tuum. Ipse ædificabit mihi domum, et erigam regnum ejus usque in sæculum. Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium. Et si venerit iniquitas ejus, et arguam eum in virga virorum, et in plagis filiorum hominum. Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab iis quos abstuli a facie mea.*

[19] Psal. CXXXI, 3-5.

Et fidelis erit domus ejus et regnum ejus usque in sæculum in conspectu meo : et thronus ejus erit erectus in sæculum secundum omnes sermones hos, et secundum universam visionem hanc [30]. Sic locutus est Nathan Davidi. Hæc porro omnia in medium attuli, ut declararem, cum David ædificaturum se domum arcæ Dei primus promisisset, Deum, approbata illius pietate, vicissim pollicitum ei esse, excitaturum se semen ejus esse, cujus opera sibi domum excitaret : et cum David prior jurasset, se nihil aliud ante facturum, quam invenisset Deo locum, Deum vicissim jurasse pollicendo, et humano sese mori attemperasse in loquendo : nam infinita prope alia in divina Scriptura ex humana consuetudine et quadam cogitandi ratione de Deo dicuntur. Quibus ita commonstratis, jam restat ut psalmi dictum consideremus.

A *τῶν πατέρων σου, καὶ ἀναστήσω τὸ σπέρμα σου μετὰ σὲ, ὃ ἔσται ἐν τῇ κοιλίᾳ σου, καὶ ἑτοιμάσω τὴν βασιλείαν σου. Αὐτὸς οἰκοδομήσει μοι οἶκον τῷ ὀνόματί μου, καὶ ἀνορθώσω τὸν θρόνον αὐτοῦ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν. Καὶ ἐὰν ἔλθῃ ἀδικία αὐτοῦ, καὶ ἐλέγξω αὐτὸν ἐν ῥάβδῳ ἀνδρῶν, καὶ ἐν ἁφαῖς υἱῶν ἀνθρώπων. Τὸ δὲ ἔλεός μου οὐκ ἀποστήσω ἀπ' αὐτοῦ, καθὼς ἀπέστησα ἀφ' ὧν ἀπέστησα ἐκ προσώπου μου. Καὶ πιστωθήσεται ὁ οἶκος αὐτοῦ καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἕως αἰῶνος ἐνώπιόν μου· καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ἔσται ἀνωρθωμένος εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ πάντας τοὺς λόγους τούτους, καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν ὅρασιν ταύτην.* Οὕτως ἐλάλησε Ναθὰν πρὸς τὸν Δαυΐδ. Ταῦτα
B δὴ πάντα παρεθέμην, παραστῆσαι βουλόμενος, ὡς, πρώτου ἐπηγγειλαμένου τοῦ Δαυΐδ οἶκον κατασκευάζειν τῇ κιβωτῷ τοῦ Θεοῦ, ἀποδεξάμενος αὐτὸν τῆς εὐσεβείας ὁ Θεὸς, ἀντεπαγγέλλεται τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἀναστήσειν, καὶ διὰ τούτου κατασκευάζειν ἑαυτῷ οἶκον· καὶ ὡς τοῦ Δαυΐδ πρώτου ὀμωμοκότος μὴ πρότερον ἄλλοτι ποιήσειν τοῦ τόπον εὑρεῖν τῷ Θεῷ, ἀμοιβαίως καὶ ὁ Θεὸς ἀντόμνυσι διὰ τῆς ἐπαγγελίας, ἀνθρωπινώτερον συγκαταβαίνων τῷ λόγῳ· ἐπειδὴ καὶ ἄλλα μυρία ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ ἀνθρωποπαθῶς περὶ τοῦ Θεοῦ λέλεκται κατά τινα νοουμένην θεωρίαν. Ὧν οὕτως ἀποδεδειγμένων, καιρὸς ἤδη καὶ τὴν ἐν τῷ ψαλμῷ λέξιν ἐπιθεωρῆσαι.

Quid sibi vult ergo promissio Dei? Hæc duo prænuntiat, primo se Davidis semen in sæculum servaturum; secundo, thronum ejus ædificaturum in generationem et generationem. Deinde quia hæc non sensibili more in terra, neque in regno humana ratione considerato futura erant, promissorum complementum in cœlos remittit. Quapropter sicut superius dixit, *In cœlo præparabitur veritas tua*; sic post Dei promissionem jam infert, *Confitebuntur cœli mirabilia tua, Domine*. Neque enim homines qui in terra sunt, inquit, intelligere poterunt quam mentem habeant, o Domine, promissa tua, nec quænam sint propheticorum sermonum complementa; sed ipsi cœli videlicet, et quæ in cœlo sunt divinæ virtutes : quoniam cœlis competit mirabilia tua, quæ in promissionibus feruntur, enarrare et interpretari. Quemadmodum vicissim veritatem tuam, quæ in promissis Davidi datis celebratur, cogitare et enuntiare non aliorum erat, quam cœlorum tantum, et angelorum qui in cœlis sunt : hi namque veritatem tuam et mirabilia tua in Ecclesia sanctorum confitebuntur. Etenim si aliquando talis Ecclesia in terra exstet, quæ Ecclesia sanctorum vocetur : præter hos sanctos, ipsi cœli, sive divinæ virtutes, sive cœlestes homines, mirabilia tua et veritatem tuam, quæ in præsentibus promissis fertur, confitebuntur. Quod si in ipsis cœlis Ecclesia quædam sit primitivorum, descriptorum in cœlis, ea verius et accuratius Ecclesia sanctorum esse dicatur : in qua cœli veritatem promissorum Dei, et mirabilia in promissis posita, enarrabunt. Mirabilia autem illa quæ fuerint, nisi Davidem electum Dei vocari, necnon semen ab ipso proditurum esse, quod thro-

VERS. 21-25. *Tunc locutus es in visione filiis tuis, et dixisti: Posui adjutorium in potente; exaltavi electum ex populo meo. Inveni David servum meum,* B *oleo sancto meo unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. Non proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocebit ei. Et concidam a facie ipsius inimicos ejus, et odientes eum in fugam convertam. Et veritas mea et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu ejus.* Cum semel antea sermo cornu memoraverit, cum diceret: *In beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum*, necessario docet in sequentibus quodnam illud cornu, unde venturum et quomodo exaltandum sit. Quamobrem dicit, *Quia Domini est assumptio*, illius cornu videlicet. Domini autem cujusnam, nisi Sancti Israel, regis nostri? Ipse namque Dominus et Sanctus Israel rex, Dei C Verbum, assumptio erit cornu nostri, uti pollicitus est, cum per prophetas sermonem faceret de illo qui ex semine David proditurus erat. Cum enim, inquit, locutus es in visione sanctis tuis, et hæc tu, Deus, per filios tuos prophetas promisisti, quibus futurorum visiones revelasti, per eos namque promissiones Davidi edebas; tunc his usus verbis es: *Posui adjutorium in potente: exaltavi electum de plebe mea.* Pro quo Symmachus hoc pacto interpretatus est, *Posui adjutorium virorum, exaltavi electum a populo meo. Inveni David servum meum*, et reliqua LXX interpretationi similia: quorum hæc est sententia: Cum in hominibus diu multumque quæsiissem virum me dignum, vix tandem inveni David servum meum, qui ingenti pietate motus, solus ex iis qui a sæculo fuerunt domum mihi ora- D tionis exstruere cogitavit. Quare boni piique consilii vicem ipsi rependens, pro domo quam excitare voluit, mihi ex semine ejus templum sanctissimum adornabo. Nam qui ex semine David factus est homo, Dei Verbi in ipso habitantis templum erat. Quod etiam Salvator ipse docebat de corpore suo dicens: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud* [26]. Atque admodum congruenter promissioni ad Davidem factæ, Deus ipsi vicem rependit. Quia igitur, inquit, idoneum et dignum promissionum mearum virum reperi, Davidem scilicet; ideo ipsum auxilio meo dignatus sum, electum declaravi, et super to-

[26] Joan. II, 19.

tum populum exaltavi. Ad hæc vero, quia post multam perquisitionem, ipsum solum pollicitationum mearum dignum inveni; talem deprehensum, dignum item habui qui oleo sancto meo ungeretur, quo ipsum effeci Christum, et hæc illi me beneficia collaturum polliceor: *Dextera mea firmiter ipsi aderit, et brachium meum confortabit eum: inimicus eum non decipiet, neque filius iniquitatis affliget eum. Imo etiam concidam in conspectu ejus odientes eum, et affligentes eum percutiam: confirmatio et gratia mea aderit ipsi.* Et hæc quidem omnia ipsi aderunt, secundum Symmachi interpretationem. Secundum LXX vero, *Manus mea*, inquit, *auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum: non proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non affliget ipsum. Et concidam a facie ipsius inimicos ejus, et odientes eum in fugam convertam. Et veritas mea et misericordia mea cum ipso;* ac demum post hæc omnia, *in nomine meo exaltabitur cornu ejus.*

Καὶ σφόδρα γε καταλλήλως τῇ τοῦ Δαυῒδ ἐπαγγελίᾳ καὶ ὁ Θεὸς τὴν πρὸς αὐτὸν ἀμοιβὴν ἐποιήσατο. Ἐπειδὴ τοίνυν, φησὶν, ἐπιτήδειον εὗρον καὶ ἄξιον τῶν ἐμῶν ἐπαγγελιῶν τὸν Δαυῒδ, διὰ τοῦτο κατηξίωσα αὐτὸν τῆς ἐμῆς βοηθείας, ἐκλεκτὸν αὐτὸν ἀποφήνας, καὶ ὑπὲρ πάντα τὸν λαὸν ἀνυψώσας. Καὶ ἔτι πρὸς τούτοις ἐπειδὴ πολλὰ ζητήσας, μόνον αὐτὸν εὗρον ἄξιον τῶν ἐμῶν ἐπαγγελιῶν, καὶ εὑρὼν κατηξίωσα χρίσεως τοῦ ἁγίου μου ἐλαίου, δι' οὗ καὶ Χριστὸν αὐτὸν ἀπειργασάμην, καὶ ταῦτα αὐτῷ δωρήσασθαι ἐπαγγέλλομαι· *Ἡ δεξιά μου βεβαίως συνέσται αὐτῷ, καὶ ὁ βραχίων μου στερεώσει αὐτόν. Οὐκ ἐξαπατήσει αὐτὸν ἐχθρὸς, οὐδὲ υἱὸς ἀδικίας κακώσει αὐτόν. Ἀλλὰ καὶ συγκόψω ἀπὸ ἔμπροσθεν αὐτοῦ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν, καὶ τοὺς κακοποιοῦντας αὐτὸν πατάξω· ἡ δὲ βεβαίωσις καὶ ἡ χάρις μου συνέσται αὐτῷ.* Καὶ ταῦτα μὲν αὐτῷ πάντα ἔσται κατὰ τὴν τοῦ Συμμάχου ἑρμηνείαν· κατὰ δὲ τοὺς Ἑβδομήκοντα· *Ἡ χείρ μου*, φησὶ, *συναντιλήψεται αὐτῷ, καὶ ὁ βραχίων μου κατισχύσει αὐτόν. Οὐκ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ κακώσει αὐτόν. Καὶ συγκόψω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, καὶ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν τροπώσομαι. Καὶ ἡ ἀλήθειά μου καὶ τὸ ἔλεός μου μετ' αὐτοῦ· καὶ τέλος μετὰ ταῦτα πάντα, ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ.*

Hoc autem cornu ejus ex ipso prodituturum, et templum ex semine ipsius mihi excitandum est: ipsumque cornu ejus in nomine meo exaltabitur; nomine quippe et appellatione mea dignabitur. Denominationibus enim meis nuncupabitur, et appellationibus quoque meis apud omnes exaltabitur. Quamobrem superius dicebatur, *Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.* Sed prophetarum quidem chorus sic superius Deum alloquebatur, *Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum;* jam vero ipse Deus, promissa Davidi data efferens, cætera omnia his obsignat, *In nomine meo exaltabitur cornu ejus*, Christum ex eo proditurum significans, qui non modo prophetarum, sed etiam Davidis cornu vocatur: de quo sub hæc adjicit: — Vers. 26-29. *Et ponam in mari manum ejus, et in fluminibus dexteram ejus. Ipse invocabit me, Pater meus es tu, Deus meus et susceptor salutis meæ. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ. In æternum servabo illi misericordiam meam, et testamentum meum fidele ipsi.* Si quis horum sententiam accuratius perpendat, hæc non de Davide, sed de cornu, quod ex Davide proditurum erat, prænuntiata esse deprehendet. Nam cum dixisset, *Et in nomine meo exaltabitur cornu ejus*, de cornu illo statim subjunxit, *Ponam in mari manum ejus*, scilicet cornu illius, et cætera: quæ omnia ad Christum ex semine David nasciturum referre convenit. Nam si quis isthæc non eo modo intelligat, sed ad David dem referat, ipsius sane sententia non consistet: quomodo enim Deus Davidis manum in mari posuerit et in fluminibus dexteram ejus, explicet qui voluerit. Neque enim David maritimæ regioni imperavit. Aut cur de Davide dicatur, *Ipse invocabit me, Pater meus es tu: et ego primogenitum ponam illum?* Qua de causa enim potius, quam

Τοῦτο δὲ τὸ κέρας αὐτοῦ τὸ μέλλον ἐξ αὐτοῦ προελεύσεσθαι, καὶ ὁ νεὼς ὁ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ μέλλων μοι κατασκευάζεσθαι· ὅπερ κέρας αὐτοῦ ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται· καταξιωθήσεται γὰρ τοῦ ἐμοῦ ὀνόματος καὶ τῆς ἐμῆς προσηγορίας. Χρηματίσει γοῦν καὶ αὐτὸ τοῖς ἐμοῖς χρηματισμοῖς, καὶ διὰ τῶν ἐμῶν προσηγοριῶν παρὰ τοῖς πᾶσιν ὑψωθήσεται. Διὸ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγετο, *Καὶ ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου ὑψωθήσεται τὸ κέρας ἡμῶν.* Ἀλλ' ὁ μὲν τῶν προφητῶν χορὸς πρὸς τὸν Θεὸν ἀνεφώνει πρότερον λέγων, *Καὶ ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου ὑψωθήσεται τὸ κέρας ἡμῶν·* αὐτὸς δὲ νῦν ὁ Θεὸς τὰς ἐπαγγελίας περὶ τοῦ Δαυῒδ ποιούμενος, ἐπισφράγισμα πάντων προστίθησι καὶ τὸ, *Ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ*, τὸν ἐξ αὐτοῦ προελευσόμενον Χριστὸν δηλώσας, κέρας οὐ μόνον καὶ προφητῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ Δαυῒδ ὠνομασμένον· περὶ οὗ ἑξῆς ἐπιλέγει· *Καὶ θήσομαι ἐν θαλάσσῃ χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐν ποταμοῖς δεξιὰν αὐτοῦ. Αὐτὸς ἐπικαλέσεταί με· Πατήρ μου εἶ σὺ, Θεός μου καὶ ἀντιλήπτωρ τῆς σωτηρίας μου· κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτὸν, ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς. Εἰς τὸν αἰῶνα φυλάξω αὐτῷ τὸ ἔλεός μου, καὶ ἡ Διαθήκη μου πιστὴ αὐτῷ.* Εἴ τις ἀκριβῶς ἐπιστήσειε τῇ τῶν λεγομένων διανοίᾳ, εὕροι ἂν ταῦτα οὐ περὶ τοῦ Δαυῒδ, ἀλλὰ περὶ τοῦ προελευσομένου ἐξ αὐτοῦ κέρως προφητευόμενα. Εἰπὼν γὰρ ὁ λόγος, *Καὶ ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ*, ἐπισυνάπτει περὶ τοῦ κέρως, καὶ λέγει· *Θήσομαι ἐν θαλάσσῃ χεῖρα αὐτοῦ*, δῆλον δ' ὅτι τοῦ κέρως, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ ἁρμόζει γε ἐντεῦθεν πάντα ἐπὶ τὸν Χριστὸν τὸν ἐκ σπέρματος Δαυῒδ γενησόμενον ἀναφέρεσθαι. Εἰ γοῦν τις μὴ τοῦτον ἐκλάβοι τὸν τρόπον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Δαυῒδ ἀνάγοι τὰ προκείμενα, ἀσύστατος εἴη ἂν αὐτῷ ὁ λόγος. Πῶς γὰρ τοῦ Δαυῒδ ἐν θαλάσσῃ ἔταξεν ὁ Θεὸς τὴν χεῖρα καὶ ἐν ποταμοῖς τὴν δεξιὰν, ὁ βου-

λόμενος ἑρμηνευέτω. Οὐδὲ γὰρ ἐκράτησεν ὁ Δαυῒδ τῆς παράλου χώρας. Ἢ πῶς περὶ τοῦ Δαυῒδ λέγοιτ' ἂν τὸ, *Αὐτὸς ἐπικαλέσεταί με· Πατήρ μου εἶ σύ· κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτόν;* Ἀντὶ τίνος γὰρ μᾶλλον τοῦ Ἀβραὰμ, ἢ τοῦ Ἰσαὰκ, ἢ τοῦ Ἰσραὴλ, ἢ αὐτοῦ Μωσέως, ἢ τοῦ Ἠλία, ἢ τῶν ἄλλων δικαίων τε καὶ προφητῶν, πρωτότοκος τοῦ Θεοῦ νομισθείη ἂν ὁ Δαυῒδ; Πῶς δὲ ἀληθεύσει περὶ αὐτοῦ φάσκων ὁ Θεὸς, *Θήσομαι αὐτὸν ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς;* Πότ' οὖν ὁ Δαυῒδ παρὰ Πέρσαις φέρε, ἢ Σκύθαις, ἢ Ἰνδοῖς, ἢ Αἰθίοψιν, ἢ Μαύροις, ἢ Σπάνοις, ἢ Βρετανοῖς, ἢ παρὰ τοῖς λοιποῖς τῶν ἐθνῶν βασιλεῦσιν ὑψώθη; Εἰ δὲ ἐκλάβοις ταῦτα ἐπὶ τὸν ἐκ σπέρματος αὐτοῦ γεγονότα, βεβαιότατα καὶ κυριώτατα εὕροις ἂν ἐφαρμόζοντα αὐτῷ τὰ λεγόμενα.

Μαρτυρεῖ δὲ τῇ τῆς προφητείας ἐκβάσει καὶ τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν ᾧ κατὰ τὸν Λουκᾶν Ζαχαρίας ὁ τοῦ Ἰωάννου πατὴρ προφητικῇ δυνάμει καὶ αὐτὸς κέρας αὐτὸν ὠνόμασε. Λέγει δ' οὖν ὁ εὐαγγελιστής· *Καὶ Ζαχαρίας ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου, καὶ προεφήτευσε λέγων· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν οἴκῳ Δαυῒδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ. Καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ.* Κέρας δὲ κυρίως ὠνόμασται ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ. Διὸ καὶ μονόκερως εἴρηται κατὰ τὴν φάσκουσαν Γραφήν· *Καὶ ἠγαπημένος ὡς υἱὸς μονοκερώτων·* ἐπείπερ δι' αὐτοῦ πᾶσα ἡ ἀντικειμένη καὶ ἐχθρὰ τοῦ Θεοῦ δύναμις ἐνετράπη κερατισθεῖσα καὶ κεραϊσθεῖσα. Μόνος γοῦν ὡς ἀληθῶς τῶν γενομένων τοῦ Δαυῒδ διαδόχων Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ἐκ σπέρματος αὐτοῦ προελθὼν τῷ κέρατι τῆς ἐν αὐτῷ θεότητος, πᾶσαν τὴν δαιμονικὴν καὶ εἰδωλικὴν ἀνατρέψας καθεῖλε πλάνην. Διὸ καὶ κέρας εἰκότως καὶ μονόκερως ἐν τοῖς ἱεροῖς ὠνόμασται λόγοις. Αὐτοῦ δὲ, καὶ οὐδὲ ἄλλου, ἡ χεὶρ καὶ ἡ δεξιὰ κατεκυρίευσε τῆς οἰκουμένης πάσης, ἐν ποταμοῖς καὶ θαλάσσαις· ἐπεὶ καὶ τὰς νήσους τῶν ἐθνῶν ἐπλήρωσεν ἡ διδασκαλία αὐτοῦ καὶ πανταχοῦ γῆς Κύριον αὐτὸν καὶ Θεὸν καὶ βασιλέα, πᾶν γένος ἀνθρώπων ἀναγορεύει. Ὅμοιον δέ ἐστι τὸ ἐνταῦθα φάσκον, *Θήσομαι ἐν θαλάσσῃ χεῖρα αὐτοῦ καὶ ἐν ποταμοῖς δεξιὰν αὐτοῦ*, τῷ ἐν οα' ψαλμῷ αὖθις περὶ αὐτοῦ λέγοντι· *Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμοῦ ἕως τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης.* Ἀρξάμενος οὖν ὁ Σωτὴρ ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος τοῦ κατὰ τὸν Ἰορδάνην ποταμοῦ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ κηρύττειν, τὴν πᾶσαν ἐπλήρωσεν οἰκουμένην. Καὶ ἐν Ζαχαρίᾳ δὲ τῷ προφήτῃ λέλεκται· *Χαῖρε καὶ εὐφραίνου, θύγατερ Σιών· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραῢς καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον. Καὶ κατάρξει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν δι' ἐκβολὰς γῆς.* Ἀνθ' οὗ τὸ Ἑβραϊκὸν περιέχει, *Καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως τῶν περάτων τῆς γῆς.* Εἴποι δ' ἄν τις ἀπορρητότερον καὶ ἄλλως διὰ τούτων, τὴν μὲν δεξιὰν αὐτοῦ ἐν ποταμοῖς λέγεσθαι, διὰ τὸ πάντας τοὺς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καθαίρεσθαι, καὶ τῆς ἐνθέου ἀναγεννή-

A Abraham, aut Isaac, aut Israel, aut ipse Moyses, aut Elias, aut alii justi et prophetæ primogenitus Dei David esse putetur? Qui vere dixerit Deus, *Ponam illum excelsum præ regibus terræ?* Quandonam David præ regibus v. g. Persarum, Scytharum, Indorum, Æthiopum, Maurorum, Hispanorum, Britannorum, aut reliquarum gentium exaltatus est? Quod si hæc acceperis de eo qui ex semine ejus nasciturus erat, firmissime et accuratissime dicta congruere deprehendes.

Prophetiæ autem exitum testificatur Evangelium,
B ubi secundum Lucam, Zacharias etiam Joannis pater prophetica virtute ipsum Christum cornu vocavit. Ait enim evangelista : *Et Zacharias repletus est Spiritu sancto, et prophetavit dicens, Benedictus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum qui a sæculo sunt prophetarum ejus* [37]. Cornu vero proprie vocatur Christus Dei. Quare unicornis etiam dicitur in Scriptura, quæ sic habet : *Et dilectus quemadmodum filius unicornium* [38] : quia per ipsum omnis adversaria et inimica Deo virtus eversa est, cornu impetita et depulsa. Solus itaque ex successoribus Davidis, Jesus Christus Salvator et Dominus noster, ex semine ejus natus, deitatis in ipso
C habitantis cornu, omnem dæmonum et idolorum errorem vere ac funditus destruxit. Quamobrem cornu et unicornis in sacris Litteris merito vocatur. Ipsius vero, et non alius, manus et dextera toti mundo dominata est in fluminibus et maribus. Siquidem gentium insulas replevit doctrina ejus, et ubique terrarum universum humanum genus Dominum illum, Deum et Regem appellat. Simile porro est hoc dictum, *Ponam in mari manum ejus, et in fluminibus dexteram ejus*, ei quod de eodem ipso in LXXI psalmo dicitur, *Et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.* Cum cœpisset enim Servator a baptismate ad Jordanem fluvium suscepto regnum Dei prædicare, totum replevit orbem. In
D Zacharia vero propheta dicitur : *Gaude et lætare, filia Sion : ecce rex tuus venit tibi mansuetus, et insidens subjugali, et pullo juveni. Et dominabitur a mari usque ad mare, et a fluminibus usque ad exitus terræ* [39]. Pro quo Hebraicum habet, *Et a fluminibus usque ad terminos terræ.* Dixerit porro quispiam, profundiore intelligendi ritu hic ejus dexteram in fluminibus dici, quia omnes qui a dextris ejus sunt, per lavacrum regenerationis purgantur, et divina regeneratione per influxum Spiritus sancti dignantur. Dextros sane illos ei esse didicimus, quibus pollicendo dixit : *Venite, benedicti Patris mei, possidete regnum vobis paratum*

[37] Luc. VIII, 67 79. [38] Psal. XXVIII, 6. [39] Zach. IX, 9.

a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare [40], et cætera. Illos enim, quos oves suas vocavit, a dextris se constituturum promisit; quamobrem profundiore et secretiore ratione dexteram ejus in fluminibus futuram esse dictum est. Flumina porro illius dicantur populi ejus, secundum illud, *Flumina plaudent manu simul* [41]; ac rursum, *Elevaverunt flumina, Domine, elevabunt flumina vocem suam: Elevabunt flumina fluctus suos* [42]. In hisce fluminibus suis se manum suam positurum esse declarat.

A σεως διὰ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιῤῥοῆς καταξιοῦσθαι· δεξιοὺς αὐτοῦ νοεῖν ἐδιδάχθημεν ἐκείνους, οἷς ἐπηγγείλατο φήσας· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ἐπείνασα γάρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τούτους γάρ, οὓς πρόβατα ἑαυτοῦ ὠνόμασε, τοῖς δεξιοῖς στήσειν ἐπηγγείλατο· διόπερ κατὰ βαθύτερον λόγον καὶ ἀποῤῥητότερον, ἡ δεξιὰ αὐτοῦ λέλεκται ἐν ποταμοῖς ἔσεσθαι. Ποταμοὶ δὲ αὐτοῦ εἴρηνται καὶ οἱ λαοὶ αὐτοῦ κατὰ τό, *Ποταμοὶ κροτήσουσι χειρὶ ἐπὶ τὸ αὐτό·* Καὶ πάλιν· *Ἐξῆραν οἱ ποταμοί, Κύριε, ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὴν αὐτῶν· ἀροῦσιν οἱ ποταμοὶ ἐπιτρίψεις αὐτῶν*. Καὶ ἐπὶ τούτους γὰρ τοὺς ἑαυτοῦ ποταμοὺς τὴν δεξιὰν αὐτοῦ θήσειν ἐπαγγέλλεται.

Altera vero manus est, quam esse sinistram cogitandum nobis reliquit, quamque se in mari positurum esse dixit, id est, in salsis vitæ fluctibus, ubi commoratur ille draco, secundum illud: *Hoc mare magnum et spatiosum: illic reptilia quorum non est numerus: draco iste quem formasti ad illudendum ei* [43]. His vero draconibus, et mari hac ratione intellecto, non dextera, sed alia quam dextera manus imponetur, vindicans et ulciscens inimicos ac deprimens eos. Hic vero ipse jam memoratus (videlicet cornu illud Davidis) qui ex semine ejus nasciturus est, patrem vocabit Deum, utpote qui dignus habitus sit in quo habitaret unigenitus Filius Dei, et qui ipsi copularetur et jungeretur. Quapropter ipse Deus Verbum, primogenitus omnis creaturæ, qui ante promiserat et dixerat, *In nomine meo exaltabitur cornu ejus*, proprium nomen et propriam dignitatem tradens ei, qui ex semine David nasciturus est, primogenitum ponet illum: ut etiam ille secundum carnem ex semine David natus, Filius Dei vocetur, et ob suam cum Unigenito Dei conjunctionem, Primogenitus nuncupetur. Hæc enim in causa erant quod exaltandum eum esse promitteret dicens, *In nomine meo exaltabitur cornu ejus*. Nomen quippe suum Filius Dei unigenitus filio David secundum carnem dedit. Hunc item excelsum præ regibus terræ positurum se pollicitus est: sive ex Symmacho, *supremum regum terræ*. Omnibus enim se impugnaturis superior et fortior evasurus erat, insultus et persecutiones in Ecclesiam suam concitatas atterens; doctrinæ vero suæ sermonem gloria et vi muniens. Item ait se in æternum misericordiam suam ipsi servaturum, et testamentum suum fidele et firmum effecturum esse; haud dubie Novum Testamentum, quod omnibus per universum orbem gentibus prædicavit, Mosaici testamenti loco Evangelium tradens, quod se fidele effecturum et firmaturum pollicitus est.

Τὴν δὲ ἑτέραν αὐτοῦ χεῖρα, ἣν καταλέλοιπεν ἡμῖν B νοεῖν ἀριστερὰν οὖσαν, θήσειν ἐν θαλάσσῃ φησὶν ἐν τοῖς ἁλμυροῖς τοῦ βίου κύμασιν· ἔνθα καὶ ὁ δράκων τὰς ἑαυτοῦ ποιεῖται διατριβάς, κατὰ τό, *Αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος· ἐκεῖ ἑρπετὰ ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· δράκων οὗτος ὃν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῷ*. Ἐπὶ τούτων γὰρ τῶν δρακόντων, καὶ τῆς οὕτω νοηθείσης θαλάσσης, οὐχ ἡ δεξιά, ἀλλ' ἡ ἑτέρα παρὰ τὴν δεξιὰν ἐπιτεθήσεται χείρ, κολάζουσα καὶ τιμωροῦσα τοὺς ἐχθρούς, καὶ ταπεινοῦσα αὐτούς. Αὐτὸς δὲ οὗτος ὁ δηλούμενος (δῆλον δ' ὅτι κέρας Δαυΐδ), ὁ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ γενηθησόμενος, πατέρα ἐπικαλέσεται τὸν Θεόν, ἅτε κατηξιωμένος τῆς ἐν αὐτῷ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ κατοικήσεως, συναφείας τε καὶ ἑνώσεως τῆς πρὸς αὐτόν. Διὸ καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος, ὁ Πρωτότοκος πάσης C κτίσεως, προεπαγγειλάμενος καὶ εἰπών, *Ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ*, τῆς οἰκείας ὀνομασίας καὶ τοῦ οἰκείου ἀξιώματος μεταδοὺς τῷ ἐκ σπέρματος Δαυΐδ προελευσομένῳ, πρωτότοκον αὐτὸν θήσεται, ὅπως καὶ αὐτὸς ὁ κατὰ σάρκα ἐκ σπέρματος Δαυΐδ γενηθεὶς χρηματίσῃ Υἱὸς Θεοῦ, καὶ ὀνομασθείη Πρωτότοκος διὰ τὴν συνάφειαν τὴν πρὸς τὸν Μονογενῆ τοῦ Θεοῦ. Ταῦτα γὰρ ἦν, δι' ὧν ὑψωθήσεσθαι αὐτὸν ἐπηγγείλατο, εἰπών· *Ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ*. Τὸ γὰρ ἴδιον ὄνομα ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς τῷ κατὰ σάρκα υἱῷ Δαυΐδ ἐπιτέθεικε, Πρωτότοκον καὶ Θεοῦ Υἱὸν καὶ αὐτὸν ἀναγορεύσας. Τοῦτον δὲ καὶ ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς θήσεσθαι ἐπηγγείλατο· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Ἀνώτατον τῶν βασιλέων τῆς γῆς*. Πάντων D γὰρ τῶν μελλόντων αὐτὸν καταπολεμεῖν ἀνώτερος καὶ κρείττων γεγένηται· θραύων μὲν τὰς κατὰ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ ἐπαναστάσεις καὶ τοὺς διωγμούς, δοξάζων δὲ καὶ ἰσχυροποιῶν τὸν τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ λόγον. Ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν αἰῶνα φυλάξειν αὐτῷ φησι τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ τὴν Διαθήκην αὐτοῦ πιστοποιήσειν αὐτῷ· πάντως που τὴν Καινὴν Διαθήκην, ἣν πᾶσι τοῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνεσιν ἐκήρυξεν, ἀντὶ τῆς παρὰ Μωσεῖ διαθήκης τὸ Εὐαγγέλιον παρασχών, ὅπερ πιστώσεσθαι καὶ βεβαιώσειν ἐπηγγείλατο.

VERS. 30-35. *Et ponam in sæculum sæculi semen ejus, et thronum ejus sicut dies cœli. Si dereliquerint filii ejus legem meam, et in judiciis meis non ambulaverint; si justitias meas profanaverint, et*

Καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. Ἐὰν ἐγκαταλίπωσιν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τὸν νόμον μου, καὶ τοῖς κρίμασί μου μὴ πορευ

[40] Matth. 25, 34 seq. [41] Psal. xcvii, 8. [42] Psal. xcii, 3. [43] Psal. ciii, 25.

Cῶσι, καὶ τὰ δικαιώματά μου βεβηλώσωσι, καὶ τὰς ἐντολάς μου μὴ φυλάξωσιν, ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν. Τὸ δὲ ἔλεός μου οὐ μὴ διασκεδάσω ἀπ' αὐτοῦ, οὐδὲ μὴ ἀδικήσω ἐν τῇ ἀληθείᾳ μου. Οὐδὲ μὴ βεβηλώσω τὴν διαθήκην μου, καὶ τὰ ἐκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων μου οὐ μὴ ἀθετήσω. Τὰ μὲν εἰρημένα περὶ τοῦ κέρως διὰ τῶν ἔμπροσθεν πεπλήρωται. Ἐδείκνυτο δὲ κέρας οὐκ ἀλλότριον τοῦ ἐκ σπέρματος Δαυῒδ κατὰ σάρκα γενηθέντος Χριστοῦ. Τούτου δ' οὖν, ἀκολούθως μετὰ τὰ περὶ αὐτοῦ τεθεσπισμένα, τὴν διαδοχὴν διὰ τῶν προκειμένων, ὁποία τίς ἐστι, παρίστησι φάσκων· Οὐχ ἁπλῶς εἰς ἕνα μόνον τὸν παρόντα αἰῶνα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν μετέπειτα αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα δηλωθέντος κέρως θήσομαι· καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ οὐ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, οὐδὲ εἰς ἐτῶν περιόδους βραχείας φυλάξω, ἀλλὰ ταῖς ἡμέραις τοῦ οὐρανοῦ συμπαρεκτείνεσθαι ποιήσω. Καὶ ὁ Σύμμαχος δὲ οὕτως ἡρμήνευσεν εἰπών· *Καὶ ποιήσω διηνεκὲς τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ἐφ' ὅσον αἱ ἡμέραι τοῦ οὐρανοῦ.* Σπέρμα δὲ τοῦ Χριστοῦ τί χρὴ νοεῖν ἢ τὰς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης συνεστώσας ἐξ αὐτοῦ Ἐκκλησίας, καὶ τοὺς ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἀναγεννηθέντας αὐτῷ λαούς; θρόνος δὲ αὐτοῦ τυγχάνει ὁ κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης διὰ τῶν ἐξ αὐτοῦ κατὰ διαδοχὴν προέδρων ἱδρυμένος· ὅντινα θρόνον διαμένειν φησὶν ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ· οὐχ ὁμοίως τῷ Ἰουδαίων βασιλικῷ θρόνῳ, ὃς ἐπ' ὀλίγῳ διαρκέσας, ἀπεσβέσθη, ἐγγύς που φυλαχθεὶς τετρακοσίοις μόνοις ἔτεσι, τοῖς ἀπὸ τοῦ Δαυῒδ καὶ ἐπὶ τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν. Οὗτος δὲ ὁ παρὼν θρόνος, ὁ διὰ τῶν προκειμένων θεσπιζόμενος τῶν τῆς Ἐκκλησίας προέδρων, διαμενεῖ καὶ φυλαχθήσεται ὁμοίως ταῖς ἡμέραις τοῦ οὐρανοῦ. Εἰ δὲ συμβαίη ποτὲ πλημμελεῖν τὸν λαὸν καὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ προφητευομένου, λέγω δὲ τοὺς διαδόχους αὐτοῦ, πειραθήσεσθαι μὲν αὐτοὺς ἐπιστροφῆς τῆς διὰ τῶν διωγμῶν φησι, μὴ μὴν ἐκπεσεῖσθαί ποτε τῶν θρόνων, μηδὲ στερηθήσεσθαι τοῦ ἐλέους τοῦ Θεοῦ. Ἐὰν γὰρ τάδε καὶ τάδε πράξωσιν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, δῆλον δ' ὅτι τοῦ Χριστοῦ, τάδε ἔσεσθαι αὐτοῖς φησιν· *Ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν*, δηλαδὴ τῶν υἱῶν, *καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν· τὸ δὲ ἔλεός μου οὐ μὴ διασκεδάσω ἀπ' αὐτοῦ.* Καὶ πρόσχες, ὅτι μὴ εἴρηται, *ἀπ' αὐτῶν*, ἀλλ', *ἀπ' αὐτοῦ*, δῆλον ὅτι τοῦ προφητευομένου, καίτοι τῶν ἀνωτέρω πληθυντικῶς εἰρημένων, κατὰ τὸ, *Ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν.* Τίνων δὲ αὐτῶν, ἢ δηλονότι τῶν τοῦ κέρως υἱῶν; Ἐν δὲ τῷ, *τὸ ἔλεός μου οὐ μὴ διασκεδάσω ἀπ' αὐτοῦ*, περὶ ἑνὸς λέλεκται, ἤτοι τοῦ θρόνου ἢ τοῦ κέρως τοῦ προφητευομένου. Καὶ ἐπιλέγει ἑξῆς· *Οὐδὲ μὴ βεβηλώσω τὴν διαθήκην μου*, δῆλον ὅτι τὴν νέαν καὶ καινήν, περὶ ἧς ἀνωτέρω ἔφησε τὸ, *Καὶ ἡ διαθήκη μου πιστὴ αὐτῷ.* Καὶ πάλιν ἐπισφραγίζεται τοῦ λόγου τὴν ἀλήθειαν εἰπών· *Οὐδὲ μὴ ἀδικήσω ἐν τῇ ἀληθείᾳ μου, οὐδὲ τὰ ἐκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων μου οὐ μὴ ἀθετήσω·* ἀλλὰ πιστὰ καὶ ἀληθῆ, φησί, ποιήσω τὰ ἐπηγγελμένα, ἐπιθεὶς τοῖς λόγοις ἔργα δι' αὐτῶν τῶν ἀποτελεσμάτων.

mandata mea non custodierint; visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dissipabo ab eo, neque nocebo in veritate mea: neque profanabo testamentum meum, et quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. Quæ de cornu dicta fuerant in præcedentibus, impleta feruntur. Cornu porro significabatur non aliud a Christo, qui secundum carnem ex semine David natus est. Consequenter autem ad illa quæ de ipso vaticinatus erat, quænam ejus successio futura sit declarat dicens: Non in unum præsens sæculum duntaxat, sed in subsequens sæculum sæculi, memorati cornu semen ponam: et thronum ejus, non ad paucos dies, neque ad breves annorum periodos, custodiam; sed efficiam ut diebus cœli coæquetur. Symmachus autem his verbis interpretatus est, *Et faciam perpetuum semen ejus, et thronum ejus, in quantum dies cœli.* Semen autem Christi quid esse putandum est, nisi Ecclesias per totum orbem ab illo constitutas, et eos qui in omnibus gentibus regenerati in ipso populi sunt? Thronus vero ejus est, qui in Ecclesia ipsius per totum orbem præsulum, qui a tempore ejus fuerunt, successione firmatus est: quem thronum perseveraturum ait sicut dies cœli; non perinde atque Judæorum regium thronum, qui postquam modico tempore durasset (scilicet annis circiter quadringentis, a Davide usque ad captivitatem in Babylone) exstinctus est. At hic thronus præsulum Ecclesiæ, qui in præsenti vaticinio fertur, permanebit ac conservabitur sicut dies cœli. Quod si quando contigerit populum et filios, scilicet successores, ejus qui in prophetia enuntiatur, scelerate agere, ipsos ait persecutionibus agitatos, rerum conversionem experturos, neque tamen thronos suos amissuros unquam, neque misericordia Dei privandos esse. Nam si talia et talia peregerint filii ejus, nempe Christi, hæc illis eventura denuntiat: *Visitabo in virga iniquitates eorum*, videlicet filiorum, *et in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dissipabo ab eo.* Et attendas velim non dictum esse, *ab eis*; sed *ab eo*, id est, qui in prophetia fertur; etiamsi superius pluraliter dicatur illud, *Visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus peccata eorum.* Quorumnam eorum, nisi cornu illius filiorum? In illo autem, *misericordiam meam non dissipabo ab eo*, de uno tantum dicitur, scilicet ἀ̃ο ιωερο-no, aut de cornu ejus qui in prophetia memoratur. Infert postea, *Neque profanabo testamentum meum*, novum scilicet illud et recens, ut palam est, de quo superius dicebat: *Et testamentum meum fidele ipsi.* Ac rursum sermonis veritatem obsignat dicens: *Neque nocebo in veritate mea, nec quæ procedunt de labiis meis faciam irrita;* sed fidelia, inquit, et vera faciam promissa mea, addens sermonibus opera rerumque complementa.

Et hæc quidem taliaque sunt Davidi data promissa de cornu et de throno ejus, ac de iis qui ab eo prodituri sunt, necnon de Novo Testamento ejus. Quia vero tales pollicitationes, non simplici quodam et nudo sermone prolatas æstimare oportebat, iterum resumit ac verba repetit, et ad promissorum confirmationem ea jurejurando consignat, cum ait :—VERS. 36-38. *Semel juravi in Sancto meo, si David mentiar, semen ejus in æternum manebit, et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum : et testis in cœlo fidelis. Diapsalma.* Mendacii quidem expers Deus est, etiamsi promissionem juramento non muniat : quia vero homines alloquens, opus erat ut humano ritu uteretur, secundum morem hominum jurantium, et ad confirmationem verborum testimonium Dei usurpantium, et ipse ait se jurasse, nec pejeraturum esse; *Ut per duas res immobiles*, ait divinus Apostolus[44], *quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus.* Alia quoque allata est causa, cur jurasse Deus feratur: ut videlicet Davidis promissioni cum juramento datæ vicem rependeret. Jurat porro Deus per Sanctum suum, quemadmodum pater jurat per salutem legitimi ac dilecti filii sui : eodem, inquit, modo et ego *juravi in Sancto meo*, id est, per Sanctum meum, *si David mentiar.* Quid autem continet juramentum illud? *Semen ejus*, inquit, *in æternum manebit.* Hoc primum est, et hæc prima promissio de semine; de quo superius dicebatur, *Et ponam in sæculum sæculi semen ejus;* indicabat vero Christi successionem. Secunda autem promissio de memorato throno est; quare dicit : *Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum.* Semen itaque, id est, disseminatum Christi sermonem, sive populum et Ecclesiam ejus, nunquam periturum esse ait, neque defecturum; thronum autem ejus permansurum in sæculum; sive secundum Symmachum, *Sicut luna firma in æternum manebit ;* sic erit ecclesiasticus Christi thronus. Num forte eum prius dixerit, *Semel juravi in Sancto meo*, et subdiderit, *Semen ejus in æternum manebit*, sancti sui semen in sæculum imperaturum esse vaticinatur? ita ut semen Sancti Dei, id est, Unigeniti Dei sit doctrina ejus quam in terra seminavit, ipse sator ejus effectus, secundum parabolam ab eo prolatam, qua dicit : *Exiit qui seminat seminare*[45], et cætera. Et hæc quidem, ait, ita erunt, ita fient, et credibilia reddentur. Nam horum testis fidelis est Deus in cœlo habitans. Veritatem porro sermonis confirmat rerum eventus et consummatio : nam illius cornu Davidis, id est, Salvatoris nostri Jesu Christi, semen et successionem ipsis oculis videmus : imo etiam Sancti Dei, unigeniti ipsius Verbi sparsum in terra cœleste semen evangelicæ doctrinæ æternum perseverans : itemque thronum ejus per totum orbem in singulis gentibus, urbibus, vicis et agris sta-

[44] Hebr. IV, 16. [45] Luc. VIII, 5.

(1) LXX legunt μενεῖ, in futuro. EDIT.

Καὶ τὰ μὲν τῶν πρὸς τὸν Δαυῒδ ἐπαγγελιῶν τῶν περὶ τοῦ κέρως καὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, περί τε τῶν ἐξ αὐτοῦ γενησομένων καὶ τῆς Καινῆς Διαθήκης αὐτοῦ τοσαῦτα. Ἐπεὶ δὲ ἐχρῆν τὰς τοιαύτας ἐπαγγελίας μὴ ἁπλῷ τινι καὶ ψιλῷ λόγῳ προενηνοχέναι νομίζειν, αὖθις ἐπαναλαμβάνει καὶ ἐπιδευτεροῖ τὸν λόγον, ὅρκῳ ἐπισφραγιζόμενος τὰ εἰρημένα εἰς βεβαίωσιν τῶν ἐπηγγελμένων. Διό φησιν· *Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ Ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαυῒδ ψεύσομαι, τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μένει* (1), *καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός. Διάψαλμα.* Ἀψευδὴς μὲν ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ ἀνωμότῳ χρώμενος τῇ ἐπαγγελίᾳ· ἐπεὶ δὲ ἐχρῆν ὡς πρὸς ἀνθρώπους διαλεγόμενον ἀνθρωπίνῃ χρήσασθαι συμπεριφορᾷ κατὰ τοὺς ἐν ἀνθρώποις εὐορκοῦντας, καὶ Θεοῦ μαρτυρίᾳ χρωμένους εἰς πίστωσιν τῶν οἰκείων λόγων· καὶ αὐτός φησιν ὀμωμοκέναι καὶ μὴ διαψεύσασθαι (2) τοὺς ὅρκους, *Ἵνα διὰ δύο*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι τὸν Θεὸν, ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν.* Εἴρηται δὲ καὶ ἄλλη αἰτία, δι' ἣν ὀμνὺς ὁ Θεὸς εἰσῆκται, κατὰ ἀμοιβὴν τῆς τοῦ Δαυῒδ μεθ' ὅρκου ἐπαγγελίας. Ὀμνύει δὲ ὁ Θεὸς κατὰ τοῦ Ἁγίου αὐτοῦ, ὡς ἂν καὶ πατὴρ εὐορκῶν κατὰ σωτηρίας υἱοῦ γνησίου καὶ ἀγαπητοῦ· τὸν αὐτὸν τρόπον κἀγὼ, φησὶν, *ὤμοσα ἐν τῷ Ἁγίῳ μου*, τουτέστι κατὰ τοῦ Ἁγίου μου, *εἰ τῷ Δαυῒδ ψεύσομαι.* Τί δὲ περιεῖχεν ὁ ὅρκος; *Τὸ σπέρμα αὐτοῦ*, φησὶν, *εἰς τὸν αἰῶνα μένει.* Τοῦτο πρῶτον, καὶ αὕτη μὲν πρώτη ἐπαγγελία ἡ περὶ τοῦ σπέρματος· περὶ οὗ καὶ ἀνωτέρω ἐλέγετο· *Καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ·* ἐδήλου δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν διαδοχήν. Δευτέρα δὲ ἐπαγγελία περὶ τοῦ θρόνου τοῦ προλεχθέντος· διὸ καὶ ἐπιλέγει· *Καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα.* Τὸ μὲν οὖν σπέρμα, τουτέστι τὸν τοῦ Χριστοῦ κατασπαρέντα λόγον, ἢ τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, οὔποτε διαφθαρήσεσθαί φησιν, οὐδὲ διαλείψειν· τὸν δὲ θρόνον αὐτοῦ διαμένειν εἰς τὸν αἰῶνα· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Ὡς ἡ μήνη ἑδραία αἰωνίως μενεῖ·* οὕτως ἔσται καὶ ὁ ἐκκλησιαστικὸς τοῦ Χριστοῦ θρόνος. Μήποτε δὲ προειπὼν ὁ λόγος, *Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ Ἁγίῳ μου*, καὶ ἐπισυνάψας ἑξῆς, *Τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μένει*, τοῦ Ἁγίου αὐτοῦ τὸ σπέρμα κρατήσειν εἰς αἰῶνα θεσπίζει; ὡς εἶναι σπέρμα τοῦ Ἁγίου τοῦ Θεοῦ, δηλαδὴ τοῦ Μονογενοῦς τοῦ Θεοῦ, ἣν ἔσπειρεν ἐπὶ γῆς διδασκαλίαν, αὐτὸς γενόμενος αὐτῆς σπορεὺς, κατὰ τὴν λεχθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ παραβολὴν, δι' ἧς εἴρηται· *Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι*, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ταῦτα μὲν, φησὶν, οὕτως ἔσται καὶ γενήσεται καὶ πιστωθήσεται. Ὁ γὰρ τούτων μάρτυς πιστός ἐστιν ὁ ἐν οὐρανῷ κατοικῶν Θεός. Συνίστησι δὲ τοῦ λόγου τὴν ἀλήθειαν τὸ διὰ τῶν ἔργων ἀποτέλεσμα· ὀφθαλμοῖς γὰρ ὁρῶμεν τοῦ κέρως Δαυῒδ, τουτέστι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ σπέρμα καὶ τὴν διαδο-

(2) Forte leg. διαψεύσεσθαι. EDIT.

χὴν· ἀλλὰ καὶ τοῦ Ἁγίου τοῦ Θεοῦ τοῦ μονογενοῦς A αὐτοῦ Λόγου τὸ καταβληθὲν ἐπὶ γῆς οὐράνιον σπέρμα τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας διαιωνίζον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, ἐν πᾶσιν ἔθνεσι, πόλεσί τε καὶ κώμαις καὶ χώραις ὁρῶμεν τὸν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἱδρυμένον θρόνον πληροῦντα τὸν σύμπαντα κόσμον. Εἰ δέ τις μὴ οὕτως, ἀλλὰ Ἰουδαϊκῶς ἐκλάβοι τὸν θρόνον, τὴν σωματικὴν βασιλείαν τοῦ Δαυὶδ λέγεσθαι νομίζων, ψευδεῖς ἐλεγχθήσονται αἱ προφητεῖαι. Μετὰ γὰρ τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, οὐδεὶς εἰς τὸν θρόνον ἐκαθέσθη Δαυίδ· ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ εἰς δεῦρο, ἐγγύς που ἔτη τυγχάνει χίλια, ἐξ οὗ, καθαιρεθείσης τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ τῆς διαδοχῆς αὐτοῦ παυσαμένης, λέλυτο τοῦ Δαυὶδ ὁ θρόνος. Διὸ δὴ τὰ ἑξῆς τοῦ ψαλμοῦ αὐτὰ ταῦτα ἀποδύρεται, σαφῶς τοῦ σωματικοῦ B θρόνου τὴν καταστροφὴν σημαίνοντα, καὶ τἀναντία παριστῶντα συμβεβηκέναι ταῖς ἐπαγγελίαις, ὅσον ἐπὶ τῷ αἰσθητῷ θρόνῳ καὶ τῇ σωματικῇ διαδοχῇ τῆς τοῦ Δαυὶδ βασιλείας· ἃ δὴ καὶ αὐτὰ ἐχρῆν μὴ ἀποσιωπηθῆναι, ἀναγκαίως δὲ ἐν τῇ περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητείᾳ παραληφθῆναι· ὡς ἂν μάθοιμεν, ὅτι, τοῦ καιροῦ τῶν προφητευομένων ἐπιστάντος, τῶν μὲν αἰσθητῶν παρὰ Ἰουδαίων νομιζομένων παντελῶς ἔσται λύσις, ἑτέρων δὲ θεοπρεπῶς νοουμένων ἀποτελεσμάτων τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίας συμπλήρωσις.

bilitum, orbemque totum implentem videmus. Quod si quis non hac ratione, sed Judaico more thronum accipiat, ratus corporeum Davidis regnum ita vocari, falsæ deprehendentur prophetiæ. Nam post Judaicæ gentis in Babylone captivitatem, nemo in throno Davidis sedit : sed ex illo ad hoc usque tempus anni sunt circiter mille, a quo tempore, ejus destructo regno, ac ipsius successione cessante, Davidis thronus solutus est. Quamobrem posteriora psalmi dicta hæc ipsa deplorant, aperteque corporei et materialis throni ruinam significant, ac declarant promissis contraria accidisse, quantum ad sensibilem thronum et corpoream regni Davidis successionem pertinet. Quæ sane non silentio mitti, sed in prophetia de Christo memorari oportuit; ut ediscamus, instante rerum in vaticinio memoratarum tempore, sensibilium illorum, de quibus agi putant Judæi, solutionem futuram esse; alia vero, quæ divino more intelliguntur, Dei promissionis complementa et consummationem fore.

Σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, ἀνεβάλου τὸν Χριστόν σου. Κατέστρεψας τὴν διαθήκην τοῦ δούλου σου, ἐβεβήλωσας εἰς τὴν γῆν τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ· καθεῖλες πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ, ἔθου τὰ ὀχυρώματα αὐτοῦ δειλίαν. Διήρπαζον αὐτὸν πάντες οἱ παραπορευόμενοι ὁδόν· ἐγενήθη ὄνειδος τοῖς γείτοσιν C *αὐτοῦ. Ὕψωσας τὴν δεξιὰν τῶν θλιβόντων αὐτόν, εὔφρανας πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Ἀπέστρεψας τὴν βοήθειαν τῆς ῥομφαίας αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀντελάβου αὐτοῦ ἐν τῷ πολέμῳ. Κατέλυσας ἀπὸ καθαρισμοῦ αὐτόν, τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς γῆν κατέῤῥαξας· ἐσμίκρυνας τὰς ἡμέρας τοῦ χρόνου αὐτοῦ, κατέχεας αὐτῷ αἰσχύνην· Διάψαλμα.* Ἀποδέδεικται ταῦτα τῇ σωματικωτέρᾳ τοῦ Δαυὶδ διαδοχῇ καὶ τῇ σωματικῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ, ἥτις καθῃρέθη κατὰ τοὺς χρόνους τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ. Ἐξ ἐκείνου γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς, τουτέστιν ὁ αἰσθητὸς βασιλεὺς, ὁ ἀπὸ γένους Δαυὶδ διαλέλοιπε, καὶ ὁ θρόνος τῆς βασιλείας αὐτοῦ κατεῤῥάγη, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τὰ προπεφητευ- D μένα πεπλήρωται· ἐφ' οἷς ἐκ προσώπου τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἀπολοφύρεται ὁ λόγος, ὡς ἕτερα μὲν τοῦ Θεοῦ ἐπαγγειλαμένου, ἑτέρων δὲ ἀποβάντων. Προσήκει δὲ ἡμᾶς ἐπιστῆσαι τὸν νοῦν, ὡς, τοῦ Θεοῦ ἀψευδοῦς ὄντος, ἀνάγκη πᾶσα ἐπαληθεύεσθαι τοὺς αὐτοῦ λόγους· εἰ δὲ μὴ ἀληθεύοιντο ἐπὶ τῆς αἰσθητῆς τοῦ Δαυὶδ βασιλείας, ὥρα ἕτερον τρόπον νοεῖν τὰ ἐπηγγελμένα. Τίς οὖν ὁ τρόπος, αὐτὸ τὸ θεῖον ἐδίδαξε Πνεῦμα διὰ τῶν ἔμπροσθεν, ἐν οἷς εἴρητο· *Ἐν οὐρανῷ ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου·* καὶ πάλιν· *Ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοὶ τὰ θαυμάσιά σου, Κύριε, καὶ γὰρ καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν ἐκκλησίᾳ ἁγίων·* καὶ πάλιν· *Δυνατὸς εἶ, Κύριε, καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλῳ σου·* καὶ αὖθις· *Ἔλεος καὶ ἀλήθεια προπορεύσονται πρὸ προσώπου σου.* Ταῦτα γὰρ πάν-

Vers. 39-46. *Tu vero repulisti et despexisti, abjecisti Christum tuum. Evertisti testamentum servi tui, profanasti in terra sanctuarium ejus : destruxisti omnes sepes ejus, posuisti munimenta ejus formidinem. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam : factus est opprobrium vicinis suis. Exaltasti dexteram tribulantium eum, lætificasti omnes inimicos ejus. Avertisti adjutorium gladii ejus, et non es auxiliatus ei in bello. Solvisti eum ab emundatione, thronum ejus in terram confregisti. Minorasti dies temporis ejus, perfudisti eum confusione. Diapsalma.* Hæc de corporea Davidis successione, et de regno ejus sensibili, quod tempore abductæ Judæorum in Babylonem captivitatis destructum fuit, intelligi comprobantur. Ex illo namque tempore Christus, id est, rex sensibilis e genere Davidis defecit, thronus regni ejus confractus est, et reliqua omnia quæ in vaticinio feruntur impleta sunt. Quibus de causis ex persona Judæorum hic sermo lamenta edit; quasi scilicet alia Deus promiserit, alia evenerint. Nos vero animadvertere convenit, cum Deus mendacii expers sit, necessario veros esse sermones ejus : si autem erga sensibile Davidis regnum veri non reperiantur, restat ut alio modo promissa intelligamus. Quis ille modus sit, docet superius divinus Spiritus, cum dicitur : *In cœlo præparabitur veritas tua;* ac rursum : *Confitebuntur cœli mirabilia tua, Domine, etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum;* iterumque : *Potens es, Domine, et veritas tua in circuitu tuo;* et rursum, *Misericordia et veritas præcedent faciem tuam.* Hæc quippe omnia declarant, Dei promissa nunquam irrita esse, sed qua ipse novit ratione impleri. Nam, *In cœlo*, inquit, *præparabitur veritas tua :* aperte significans cœlestes ac divinas esse Dei promissiones. Ac verborum complementa declaravit per Salvatorem no-

strum Jesum Christum, ex semine Davidis ortum, perfecta esse: nam hujus regnum et thronus, non humanus, neque ex hoc mundo erat. Idcirco dicebat Pilato: *Regnum meum non est ex hoc mundo* [66]. Sciscitante autem illo, num rex esset, respondit, *In hoc natus sum*. Igitur si in hoc natus est, in hoc manebit. Huic porro sermoni testimonium affert qui ortum ejus Virgini promisit angelus Gabriel, qui dixit ei: *Et ecce concipies in utero, et paries, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Deus thronum David patris sui, et regnabit in æternum, et regni ejus non erit finis* [67]. In hoc itaque natus est; sed regnum ejus non erat ex hoc mundo: nam hujus mundi regnum non potest in æternum durare, neque fine caret, neque in infinitum extenditur; regnum vero semini Davidis promissum æternum erat et immortale: ait enim, *Et thronus ejus erit sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum, et testis in cœlo fidelis.*

A τα παραστατικὰ τυγχάνει τοῦ μὴ διαψεύσασθαι τὰς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίας, πληροῦσθαι δὲ αὐτὰς, καθ' οὓς οἶδε λόγους. *Ἐν γὰρ τῷ οὐρανῷ*, φησὶν, *ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου*· σαφῶς δηλῶν ἐπουρανίους εἶναι καὶ θείας τὰς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίας. Καὶ παρέστηκε τῶν λόγων τὰ ἀποτελέσματα διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυῒδ πεπληρωμένα· τούτου γὰρ ἡ βασιλεία καὶ θρόνος οὐκ ἀνθρώπινος ἦν, οὐδὲ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. Διὸ ἔλεγεν ἐπὶ τοῦ Πιλάτου· *Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου.* Ἐρωτηθείς τε ὑπ' αὐτοῦ εἰ βασιλεὺς εἴη, ἀπεκρίνατο, *Εἰς τοῦτο καὶ γεγέννημαι.* Οὐκοῦν εἰ γεγέννηται, μενεῖ εἰς τοῦτο. Καὶ μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ ὁ τὴν γένεσιν αὐτοῦ τῇ Παρθένῳ εὐαγγελισάμενος ἄγγελος ὁ Γαβριὴλ εἰπὼν πρὸς
B αὐτήν· *Καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται. Καὶ δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυῒδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.* Γεγέννηται τοίνυν εἰς τοῦτο, ἀλλ' οὐκ ἦν ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· ἡ μὲν γὰρ τοῦ κόσμου τούτου βασιλεία οὐχ οἵα τέ ἐστι διαρκεῖν εἰς τὸν αἰῶνα, οὐδ' ἔστιν ἀτελεύτητος, οὐδ' εἰς τὸ ἄπειρον ἐκτεινομένη· ἡ δὲ τῷ σπέρματι Δαυῒδ ἐπηγγελμένη βασιλεία αἰώνιός τις ἦν καὶ ἀθάνατος· *Καὶ ὁ θρόνος*, γάρ φησιν, *ἔσται αὐτοῦ ὡς ἥλιος ἐνώπιόν μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός.*

Talia porro sunt quæ Virgini de filio ex se nascituro promissa sunt. Oracula enim ipsi fundens angelus, hæc pollicitus est: *Et dabit illi Deus thronum David patris ejus.* Qualis vero ille et cujusmodi esset, sub hæc explicat dicens, *Et regnabit in æternum, et regni ejus non erit finis.* Talis ille thronus erat, quem Davidi Deus cum juramento pollicitus est. Quod declarans angelus, oraculum suum interpretatus est: primo quidem dicens, *Et dabit illi Deus thronum David patris ejus;* postea vero adjiciens, *Et regnabit in æternum, et regni ejus non erit finis.* Hæc opere completa sunt in Salvatore nostro Jesu, Christo Dei, qui ex semine David ortus, imperat, legem dat, et regnat in universo orbe; non humano quidem modo, sed divina virtute: et semen ejus vere in sæculum manet; id est, successio ejus, quæ per apostolos et discipulos ipsius totum implet mundum; sive rationabile cœlestis doctrinæ ejus semen. Sed etiam thronus ejus solis instar resplendet, hominum animas illuminans et radiis illustrans. Hæc porro omnia jam ad effectum deducta sunt, et in dies hactenus implentur, secundum ea quæ Davidi juravit Deus. Verum quoniam non humano ritu, neque secundum morem regum mundanorum, hæc promissa in successoribus Davidis impleta sunt; neque in ipso Salvatore nostro, corporeo more finem acceperunt, quia regnum ejus non fuit ex hoc mundo, neque ille in sensibili Davidis throno sedit; imo vero contrarium accidit, adveniente passione ejus; hæc ipsa divinus et propheticus Spiritus jure ac merito declaravit, ad perquisitionem consummationis divini sermonis

Τοιαῦτα δὲ τυγχάνει τὰ καὶ τῇ Παρθένῳ ἐπηγγελμένα περὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς γεννηθησομένου. Χρηματίζων γοῦν αὐτῇ ὁ ἄγγελος ἐπηγγείλατο λέγων· *Καὶ δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυῒδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.* Ποῖος δὲ οὗτος καὶ ποταπὸς ἦν, ἑξῆς διερμηνεύσει
C φάσκων· *Καὶ βασιλεύσει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.* Τοιοῦτος δ' ἦν ὁ τῷ Δαυῒδ μεθ' ὁρκωμοσίας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐπηγγελμένος. Ὁ δὴ παριστὰς ἄγγελος, διηρμήνευε τὸν ἑαυτοῦ χρησμόν· πρότερον μὲν εἰπὼν, *Καὶ δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυῒδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ*· εἶθ' ἑξῆς ἐπαγαγὼν, *Καὶ βασιλεύσει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.* Ταῦτα δὲ τοῖς ἔργοις ἐπληροῦτο, εἰς τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα Ἰησοῦν, τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, ὃς ἐκ σπέρματος Δαυῒδ γεγονὼς κρατεῖ καὶ νομοθετεῖ καὶ βασιλεύει καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, οὐκ ἀνθρωπίνως, ἀλλὰ θεϊκῇ δυνάμει· καὶ τό τε σπέρμα αὐτοῦ ἀληθῶς εἰς τὸν αἰῶνα μένει· ἤτοι τὸ τῆς διαδοχῆς αὐτοῦ τῆς διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ καὶ μαθητῶν τὸν σύμπαντα
D κόσμον πληρούσης· ἢ τὸ λογικὸν σπέρμα τῆς οὐρανίου διδασκαλίας αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐκλάμπει, φωτίζων καὶ καταυγάζων τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς. Ταῦτα δὲ πάντα τέλους ἠξιοῦτο, καὶ εἰσέτι νῦν πληροῦται ἀκολούθως οἷς ὤμοσεν ὁ Θεὸς τῷ Δαυῒδ. Ἀλλ' ἐπειδὴ μὴ ἀνθρωπίνως, μηδὲ συνήθως τοῖς κατὰ ἄνθρωπον βασιλεῦσιν εἰς τοὺς διαδόχους τοῦ Δαυῒδ ἐπληροῦτο τὰ ἐπηγγελμένα, ἀλλ' οὐδ' ἐπ' αὐτὸν τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα σωματικῶς τέλους ἐτύγχανεν, ἐπεὶ μὴ γέγονεν αὐτοῦ ἡ βασιλεία ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, μηδ' ἐπὶ τὸν αἰσθητὸν θρόνον ἐκαθέσθη Δαυῒδ· τοὐναντίον δὲ ἀπέβη διὰ τὸ συμβεβηκὸς περὶ αὐτὸν

[66] Joan. XVIII, 36. [67] Luc I, 31-33.

πάθος· εἰκότως καὶ ταῦτα αὐτὰ τὸ θεῖον καὶ προφητικὸν Πνεῦμα παρίστη, διεγεῖρον ἡμᾶς ἐπὶ ζήτησιν τῶν ἀποτελεσμάτων τῶν τοῦ Θεοῦ λογίων· διό φησι· *Νυνὶ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, Κύριε, ἀνεβάλου τὸν Χριστόν σου· κατέστρεψας τὴν διαθήκην τοῦ δούλου σου*, καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς· δι' ὧν σαφῶς ὀνομαστὶ μνημονεύσας τὸν Χριστὸν ὁ λόγος, παρίστη ὅτι μηδὲν αὐτὸν ἔλαθε τῶν καὶ περὶ τὴν διαδοχὴν τοῦ Δαυῒδ, καὶ τὴν σωματικὴν αὐτοῦ βασιλείαν, τῶν τε περὶ τὸ πάθος τῷ Χριστῷ τοῦ Θεοῦ συμβεβηκότων. Ταῦτα γοῦν ἐδίδασκε προσδοκᾷν ἔσεσθαι καὶ περὶ τὴν διαδοχὴν αὐτοῦ, καὶ περὶ τὴν βασιλείαν, περί τε τὸν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαυῒδ προελευσόμενον. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα πλεῖστα ὅσα διὰ τῶν ἀνωτέρω ἔνδοξα περὶ αὐτοῦ λέλεκτο, ὅτι τε ὑψωθήσεται, καὶ ἐν θαλάσσῃ καὶ ἐν ποταμοῖς τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐκτενεῖ, ἐπικαλέσεταί τε τὸν Θεὸν Πατέρα, καὶ πρὸς αὐτοῦ πάλιν Πρωτότοκος ἀναγορευθήσεται, ἔσται τε ἀνώτατος τῶν βασιλέων, καὶ διαθήκην ἕξει πιστήν· καὶ σπέρμα διαμένον εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, καὶ θρόνον διαρκοῦντα κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατὰ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην· ἀλλ' ὅμως καὶ τάδε τὰ σκυθρωπὰ περὶ αὐτὸν συμβήσεσθαι προλέγει, προφητεύει τε καὶ ταῦτα καὶ προδιδάσκει ἀναγκαίως τὸ θεῖον Πνεῦμα, ἵν' εἴ ποτε τοῖς λόγοις ἀκόλουθα ἀπαντήσειε τὰ ἔργα περί τε τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ περὶ τὴν τοῦ Δαυῒδ διαδοχὴν, μὴ ταράττοιντο οἱ πάλαι ταῦτα καὶ ἐκ προγόνων μέλλειν ἔσεσθαι παρειληφότες· εὖ εἰδότες ὅτι ταῦτα γενήσεσθαι περὶ αὐτὸν προεφητεύσατο, τά τε σκυθρωπὰ καὶ χρηστότερα· οἷς γοῦν καὶ ὁ αὐτὸς λόγος τἀναντία περὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἔσεσθαι θεσπίζει, ἃ δὴ καὶ ἔργοις αὐτοῖς παρειλήφαμεν. Κατὰ μὲν γὰρ τὸν χρόνον τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπληροῦτο εἰς αὐτὸν τὰ σκυθρωπότερα· κατὰ δὲ τὸν μετὰ ταῦτα αἱ τῶν κρειττόνων ἐπαγγελίαι ἔργοις πάλιν εἰς αὐτὸν ἐτελειοῦντο.

A nos excitans; quare ait: *Nunc autem repulisti et despexisti, Domine, abjecisti Christum tuum: evertisti testamentum servi tui*, et cætera: queis clare Christum memorans, indicat, nihil eorum quæ ad successionem Davidis, et corporeum ejus regnum, necnon eorum quæ in passione Christo Dei acciderunt, latere sibi. Hæc igitur docuit de successione ejus et regno, ac de eo qui ex semine David proditurus erat exspectanda esse. Licet enim superius quamplurima de illo gloriosa dicta fuerint, quod scilicet exaltandus sit, quod in mare et in flumina manum extensurus sit, quod Deum invocaturus sit Patrem, et ab illo rursum Primogenitus declarandus sit, præstantior futurus sit omnibus regibus, testamentum fidele habiturus sit, et semen in sæ- B culum sæculi permanens, thronum item durantem sicut dies cœli et sicut lunam ac solem; attamen hæc tristia ipsi eventura esse prænuntiat: hæcque necessario prædicit, ac docere antevertit Spiritus divinus; ut si quando secundum sermonem ejus hæc Christo et Davidis successioni acciderint, ne turbentur ii, qui jam olim et a majoribus hæc futura esse didicerant, gnari scilicet in prophetia isthæc futura prænuntiari, sive tristia, sive mitiora: quæ sane idem sermo licet contraria, in eodem ipso eventura vaticinatur, quæque ipsis operibus completa accepimus. Nam tempore passionis Servatoris nostri tristia illa in ipso sunt impleta; postea vero, præstantiora illa promissa in eodem operibus ipsis perfecta sunt.

C Τὰ μὲν οὖν περὶ τὸ πάθος αὐτῷ συμβάντα ἀκριβῶς ἐδηλοῦτο διὰ τοῦ· *Σὺ δὲ ἀπώσω, καὶ ἐξουδένωσας, ἀνεβάλου τὸν Χριστόν σου.* Ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας φησὶν, *Ὑπερηθέτησας μετὰ ἠλειμμένου σου·* ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ἐχολώθης πρὸς τὸν Χριστόν σου.* Τηνικαῦτα δὲ καὶ τὰ τῆς Διαθήκης αὐτοῦ τῆς πρὸς τοὺς ἀποστόλους διεσκεδάσθη, ὅτε καὶ ἠρνήσαντο αὐτὸν, καὶ τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ, τουτέστι τὸ σῶμα τὸ ἀπὸ τῆς ἁγίας Παρθένου, εἰς τὴν γῆν ἐβεβηλώθη· ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ τότε περιεῖλεν ὁ Θεός· δηλαδὴ τοὺς περιφράττοντας, ὥσπερ καὶ δορυφοροῦντας αὐτὸν καὶ περιέποντας ἀγγέλους· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ ὀχυρώματα αὐτοῦ. Ἦσαν δὲ οὗτοι οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, οἳ ἐγένοντο εἰς δειλίαν, ὡς καὶ ἀρνήσασθαι αὐτὸν καὶ καταλιπόντας φυγεῖν. D Τότε δὲ καὶ ἐγενήθη εἰς ὄνειδος τοῖς γείτοσιν αὐτοῦ, καὶ ὑψώθη ἡ δεξιὰ τῶν θλιβόντων αὐτόν· καὶ τὰ λοιπὰ δὲ πάντα τότε εἰς τὸν ἐκ σπέρματος Δαυῒδ ἐπληροῦτο. Ἄλλως γὰρ οὐκ ἄν τις ἔχοι ταῦτα ἐπ' αὐτὸν τὸν Δαυῒδ ἐφαρμόζειν, οὐδ' ἐπιδεῖξαι εἰς ἐκεῖνον πεπληρωμένα τὰ προκείμενα, ὡς οὐδὲ τὰ σεμνότερα καὶ χρηστότερα ἐμφερόμενα ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίαις. Οὐ γὰρ δὴ τοῦ Δαυῒδ ὁ θρόνος κατηύγασε τὴν σύμπασαν οἰκουμένην, δίκην ἡλίου φωτίσας, οὐδ' ὡς ἡ σελήνη διαρκὴς γέγονε, οὐδὲ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος διεφυλάχθη· οὐδ' ἔχει λό-

Quæ igitur in passione ejus acciderunt, accurate prænuntiata sunt his verbis: *Tu vero repulisti et despexisti, abjecisti Christum tuum.* Pro quo Aquila ait: *Distulisti cum uncto tuo;* Symmachus autem: *Iratus es contra Christum tuum.* Tunc porro quæ ad testamentum apostolis datum spectabant, dissipata sunt, quando ipsum abnegarunt, et sanctuarium ejus, id est corpus ex sancta Virgine acceptum, in terra profanatum est. Imo etiam omnes sepes ejus tunc abstulit Deus, videlicet angelos stipantes eum, ac satellitium agentes et ministrantes. Itemque munimenta ejus ablata. Ea autem erant apostoli ejus et discipuli, qui tanta formidine repleti sunt, ut abnegarent eum, ipsoque relicto fugerent. Tunc autem factus est in opprobrium vicinis suis, et exaltata est dextera tribulantium eum: ac cætera omnia in eo, qui ex semine Davidis prodierat, tunc impleta sunt. Alias enim nemo possit isthæc ipsi Davidi coaptare, neque ostendere hæc quæ tractamus impleta in ipso esse; ut neque præstantiora et mitiora quæ in promissis Dei feruntur. Neque enim Davidis thronus radios instar solis emittendo totum illuminavit orbem, neque ut luna perpetuus fuit, neque in sæculum sæculi conservatus est. Neque ulla ratione potest ille David Primoge-

nitus Dei vocari : quandoquidem ante et post illum sexcenti illo præstantiores fuere. Neque videtur David dexteram in flumina, sinistram in mare extendisse, neque dominatus est a mari usque ad mare, neque regnum obtinuit, quod pertingeret usque ad terminos terræ. Neque etiam filio ejus Salomoni hæc adaptari possunt : nam hic perinde atque pater ejus, non ultra Judæam imperavit, neque ut pater ejus, plus quadraginta annis regnavit : neque crimine vacuam vitam emensus est. Tali namque modo se gessit, ut propter insanum mulierum amorem et idololatriam male audierit, qua de causa Satanam ipsi suscitasse dicitur Deus. Verum neque post Salomonem ad alterum regum Judæorum ex semine et successione David possunt promissiones illæ referri : sed omnia simul, sive mitiora, sive tristia, in uno solo, ex semine David orto, qui dicitur Jesus Christus Salvator noster, impleta fuisse constat : quæ scilicet divinus Spiritus prænuntiavit, præmittens quidem divinas pollicitationes, docens autem exspectandum esse, ut in uno et eodem hæc tristiora contingerent : cum maxime sensibilem illum totius ex Davide successionis thronum evertendum esse prospiceret. Nam reges ex semine Davidis orti ad usque captivitatem populi in Babylone perdurarunt : neque toti Judæorum genti, sed tribus solum tribubus ac ne quidem integris imperabant : atque totum imperii eorum tempus ad quadringentos circiter annos solum pertingit : quibus exactis Jechonia ex successione Davidis postremo regnante, nullus alius Judæorum rex ex semine David memoratur; ita ut hoc item modo impleta sint isthæc divini Spiritus oracula, quibus dicitur : *Nunc autem repulisti et despexisti, abjecisti Christum tuum. Evertisti testamentum servi tui, profanasti in terra sanctuarium ejus*, et cætera.

καταφυγὴν ἐσχόμεν. Καὶ νυνὶ τοιγαροῦν ἱκετεύομεν τῶν ὁμοίων παρὰ σοῦ τυχεῖν, καί σε κτήσασθαι καταφυγήν· διὸ δεόμεθα, *Μὴ ἀποστρέψῃς ἄνθρωπον εἰς ταπείνωσιν*· τουτέστι, Μὴ ἀποστρέψῃς ἡμᾶς εἰς τελείαν ἀπόπτωσιν καὶ ταπείνωσιν. Σὺ γὰρ τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ εἶπας, καὶ κηρύγματα πᾶσιν ἀνθρώποις ἐξενήνοχας λέγων· *Ἐπιστρέψατε, οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων*. Εἰ δὴ οὖν πάντα τὰ ἔθνη καὶ πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων προσκέκληταί σου ἡ φιλανθρωπία, καὶ τοὺς πάλαι ἀποστραφέντας ἀπὸ σοῦ, καὶ δαίμοσι καὶ πνεύμασι πονηροῖς καταδουλωθέντας ἐπιστραφῆναι ἐπὶ σὲ κελεύσεις, μηδὲ ἡμᾶς ἀποστραφῇς, μηδὲ εἰς παντελῆ ἐρήμωσιν καταλείπῃς ἐλθεῖν τοὺς πάλαι σου γενομένους οἰκείους, οἵτινες πρὸς ὀλίγον ἀνθήσαντες χειμάῤῥου δίκην παρεδράμομεν. Τὰ γοῦν χίλια ἡμῶν ἔτη, ἐν οἷς ἠκμάσαμεν, ταῦτα παρῆλθεν ὡς ἡ ἐχθὲς, ἥτις διῆλθε. Γενόμενος δὲ ἐν τούτοις ἐφίστημι πῶς εἴρηται τὰ χίλια ταῦτα ἔτη. Εἰ μὲν γὰρ ἕνεκεν δοξολογίας τοῦ Θεοῦ καὶ εἰς παράστασιν τῆς ἀϊδίου ζωῆς τοῦ Θεοῦ, οὐδὲν οἶμαι τὸν λόγον μεγαλοπρεπὲς περιέχειν. Οὐδὲ γὰρ τὸν σύμπαντα αἰῶνα, οὐδὲ τὸν ἀπὸ πρώτης κτίσεως τοῦ κόσμου καὶ μέχρι τῆς συντελείας παρατείνοντα χρόνον, τὸ ἀκαρὲς ἡγοῦμαι εἶναι, οὐχ ὅτι τῆς ἡμέρας, ἀλλ' οὐδὲ τῆς βραχυτάτης ὥρας παραθέσει τῆς ἀνάρχου καὶ ἀγεννήτου ζωῆς τοῦ Θεοῦ, πρὸ πάντων ὑπάρχοντος αἰώνων, καὶ πρὸ παντὸς ἐπινοουμένου καὶ εἰς ἄπειρον ἐκτεινομένου λογισμοῦ, ὑπέρ τε τοὺς μετὰ ταῦτα ἀπεράντους καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας διαρκοῦντος. Διόπερ ἕτερόν μοι δοκεῖ νοῦν ὑποβάλλειν ἡ παροῦσα προσευχὴ, διδάσκουσα τὸν λαὸν λέγειν· *Ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου ὡς ἡ ἡμέρα ἡ ἐχθὲς, ἥτις διῆλθε, καὶ φυλακὴ ἐν νυκτί*. Τὰ γοῦν σεμνὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἐν οἷς τὸ πᾶν ἔθνος αὐτῶν ἤκμασέ τε καὶ ἤνθησεν ἐν ἡμέραις, ὥσπερ καὶ φωτὶ γέγονε, ταῦτ' ἦν τὰ χίλια ἔτη. Ἐπὶ μόνοις γὰρ χιλίοις ἔτεσι συνέστηκε καὶ διήρκεσε τὰ τῆς ἐν τόπῳ λατρείας· ἃ δὴ καὶ ἀριθμεῖται τοῦτον τὸν τρόπον. Ἀπὸ μὲν τῆς πρώτης τοῦ ἱεροῦ κατασκευῆς καὶ τῶν Σολομῶνος χρόνων μέχρι τῆς ὑπὸ Βαβυλωνίων πολιορκίας ἔτη συνάγεται υλβʹ· μετὰ δὲ ταῦτα εἰς ἔρημον περιστάντος τοῦ τόπου, αὖθις Ἰησοῦς καὶ Ζοροβάβελ, ὁ τοῦ Σαλαθιὴλ, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου τοῦ Πέρσου ἀνανεοῦσι τὸν οἶκον· ἐξ ἐκείνου τε καὶ ἐπὶ τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος Τιβερίου Καίσαρος ἔτη συνάγεται φμηʹ· ὥστε εἶναι τὰ πάντα ϡπʹ. Διέμεινέ τε χειμαζομένη καὶ ἀστατοῦσα ἡ πόλις μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλὴν αὐτῶν ἑτέροις ἔτεσι μʹ· μεθ' ἃ ὁ παντελὴς αὐτοὺς μετῆλθεν ὄλεθρος, καὶ ἡ ὑστάτη πολιορκία, ἡ ὑπὸ Ῥωμαίων γενομένη κατὰ Τίτον καὶ Οὐεσπασιανὸν αὐτοκράτορας.

Ταῦτ' οὖν ἦν τὰ χίλια ἔτη περὶ ὧν εἴρηται, *Ὡς ἡ ἡμέρα ἡ ἐχθὲς, ἥτις διῆλθε*. Διελθόντα γὰρ ταῦτα καὶ μηκέτι ὄντα ἀποκλαίονται οἱ διὰ τῆς προσευχῆς τὸν Θεὸν ἱλεούμενοι· ἀλλὰ καὶ ὡς φυλακὴν νυκτερινὴν ταῦτά φασι τὰ χίλια ἔτη παρεληλυθέναι. Λύχνος γὰρ ἦν ὁ Μωϋσέως νόμος ἐν νυκτὶ φαίνων αὐτοῖς· ἀλλὰ καὶ οἱ προφῆται, οἱ μετὰ Μωϋσέα, λύχνοι ἦσαν ἢ καὶ ἀστέρες ἐν νυκτὶ φαίνοντες, οὔπω τοῦ φωτὸς

A obtinere : quare rogamus, *Ne avertas hominem in humilitatem*; hoc est, Ne avertas nos ad extremam ruinam et humilitatem. Tu namque vi tui erga homines amoris hæc dixisti, atque omnibus hominibus hanc prædicationem attulisti dicens, *Convertimini, filii hominum*. Si itaque clementia tua omnes gentes, omnesque filios hominum evocavit, et si eos qui olim abs te aversi, ac dæmonibus spiritibusque malignis subditi erant, ad te converti jubes; ne nos averseris, neque in extremam ruere vastitatem sinas, qui olim tui fuimus, ac cum tantillum temporis floruissemus, torrentis instar transivimus. Nam mille anni nostri, queis bene rem gessimus, transierunt sicut dies hesterna, quæ præteriit. Hic vero perpendere libet, cur hi mille anni memorentur.
B Si enim dicatur hæc ad gloriam Dei esse, et ad sempiternam Dei vitam declarandam, nihil magni hoc puto sermone proferri. Etenim nec omne sæculum, neque etiam totum illud tempus quod a prima mundi creatione usque ad ejus consummationem, vel pro tantillo, non dicam unius diei, sed unius brevissimæ horæ spatio, habendum esse puto, si compararetur cum illa sine principio et generatione vita Dei, qui ante omnia sæcula exsistit, necnon ante omnem cogitationem vel in infinitum extensam; quique omnia futura, infinita et interminata sæcula duratione excedit. Quamobrem aliam mihi sententiam videtur hæc oratio suggerere, cum populum ad hæc dicenda instituit : *Quoniam mille anni in oculis tuis, tanquam dies hesterna, quæ præ-*
C *teriit, et custodia in nocte*. Veneranda ergo illa quæ in Jerusalem erant, quibus tota gens illa florebat et multo dierum curriculo bene rem gerebat, quasi in luce degens; hæc, inquam, pro mille annis habenda. Nam annis mille duntaxat cultus hoc in loco statutus duravit et constitit : qui anni hoc pacto numerantur. A prima templi fundatione et temporibus Salomonis, ad usque Babyloniorum obsidionem, anni computantur quadringenti triginta duo. Post hæc autem cum locus in solitudinem versus esset, rursum Jesus et Zorobabel, filius Salathiel, anno secundo Darii Persæ domum restaurarunt. Ab illo autem tempore usque ad quintum decimum annum Tiberii Cæsaris, colliguntur anni quingenti
D quadraginta et octo; ita ut omnes ad summam nongentorum et octoginta supputentur. Post insidias vero ab iis contra Salvatorem nostrum structas, tumultibus et seditionibus agitata civitas, adhuc quadraginta annis permansit : quibus elapsis, accessit extrema eorum pernicies, et ultima obsidio, Tito et Vespasiano imperatoribus, a Romanis facta.

Hi itaque mille anni erant, de quibus dicitur, *Tanquam dies hesterna quæ præteriit*. Nam illos annos ceu præteritos et elapsos deplorant, qui in oratione Deum placare conantur; imo etiam quasi nocturnam custodiam, mille annos illos effluxisse dicunt. Nam Moysis lex lucerna erat in nocte splendens ipsis; prophetæ item qui post Moysem fuerunt, lucernæ erant, sive stellæ in nocte fulgentes, cum

nondum lux solaris, id est salutaris Verbi, propriam diem ac meridiem omnibus gentibus lucere fecisset. Custodia vero nocturna, quoddam noctis tempus vocatur. Hoc porro intelligas ex Evangelio, in quo dictum est : *Quarta autem custodia noctis venit Jesus ambulans supra mare* [87] ; ac rursum, *Si sciret paterfamilias qua custodia fur veniret* [88]. Hi ergo mille anni non modo diei, quæ præteriit nec ultra exsistit, conferuntur ; sed etiam modicæ noctis parti ; ita ut non integra nox, sed ejus pars declaretur, in qua custodiam corporei legis cultus observabant. Sub hæc dicitur : *Quæ pro nihilo habentur eorum, anni erunt*. Horum mihi hæc videtur sententia esse : Anni eorum pro nihilo erunt. Non enim ulterius anni illi in honore erunt, non curandi, non necessarii habebuntur ; sed despecti ac pro nihilo reputati erunt. Quomodo autem anni eorum pro nihilo reputandi sint, deinceps declarat dicens : *Mane sicut herba transeat, mane floreat et transeat, vespere decidat, induret et arescat, quia defecimus in ira tua*. Olim quidem, ait, quando res nostræ exordium ducebant, et in matutino eramus, quasi herba fuimus : sed cum illa generatio præteriisset, herba transiit. Sub hæc autem floruimus, et amplius quid ac majus quam herbam nacti sumus, ita ut flos in nobis reperiretur : at hic quoque flos præteriit. Extremis vero temporibus, occidente prorsus nobis lumine, cum nos vespera occupasset, excidimus prorsus exsiccati et arefacti; idque perpessi sumus, *Quia defecimus in ira tua, et in furore tuo turbati sumus*. Secundum aliam vero sententiam potest dici hujus physica ratio afferri; quod scilicet humana natura in juventute instar herbæ teneræ pullulet : postea vero in ætatis vigore floreat ; postremo autem in senectutis limine decidat, nec alio modo, quam quia primum præ senectute indurata fuerat, ac postea penitus exsiccata ; et quod vespera significetur extrema vitæ humanæ.

Vers. 8-10. *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo : sæculum nostrum in illuminatione vultus tui. Quoniam omnes dies nostri defecerunt, et in ira tua defecimus.* Symmachus, *Apposuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, negligentias nostras ut appareant vultui tuo. Omnes enim dies nostri aufugerunt, in ira tua absumpti sumus.* Hæc in præsenti conditione populi ex circumcisione dicere convenit. Nunc enim omnes eorum pristini dies vere defecerunt, cum vespera illos occupavit, et cum defecerunt in ira Dei. Quoniam olim quidem iniquitates eorum prætermittebat et prætergrediebatur ; sed post eorum in Salvatorem conspirationem implebatur illud, *Non ultra feram peccata vestra* [89] ; ideo ait, *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo*, et, *Sæculum nostrum in illuminatione vultus tui*. Pro quo clarius Symmachus edidit, *Negligentias nostras ut appare-*

A τοῦ ἡλιακοῦ, τουτέστι τοῦ σωτηρίου Λόγου, τὴν οἰκείαν ἡμέραν τε καὶ μεσημβρίαν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐπιλάμψαντος. Φυλακὴ δὲ νυκτερινὴ καιρὸς ὠνόμασται τῆς νυκτός· τοῦτο δὲ νοήσεις ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου, ἐν ᾧ εἴρηται· *Τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης*· καὶ πάλιν· *Εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται*. Δηλοῦται τοίνυν τὰ χίλια ἔτη οὐχ ὡς ἡμέρα ἡ παρελθοῦσα, καὶ μηκέτ' οὖσα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς βραχύ τι μόριον νυκτὸς, ὡς μηδὲ ὅλην νύκτα νοῆσαι, ἀλλὰ μέρος τι ταύτης, ἐν ᾧ τὴν φυλακὴν τῆς σωματικῆς τοῦ νόμου λατρείας περιεῖπον. Τούτοις ἑξῆς εἴρηται· *Τὰ ἐξουδενώματα αὐτῶν ἔτη ἔσονται*. Δοκεῖ μοι καὶ ἡ τούτων διάνοια τοιαύτη τις εἶναι· Τὰ ἔτη αὐτῶν ἐξουδενώματα ἔσονται. Οὐκ
B ἔτι γὰρ ἔντιμα ἔτη, οὐδὲ σπουδαῖα καὶ ἀναγκαῖα, ἀλλ' ἐξουθενημένα καὶ εἰς τὸ μηδὲν λελογισμένα γενήσεται. Πῶς δὲ εἰς οὐδὲν λελογισμένα γενήσεται αὐτῶν τὰ ἔτη, διασαφεῖ λέγων ἑξῆς· *Τὸ πρωῒ ὡς ἡ χλόη παρέλθοι, τὸ πρωῒ ἀνθήσαι καὶ παρέλθοι· τὸ ἑσπέρας ἀποπέσοι, σκληρυνθείη καὶ ξηρανθείη, ὅτι ἐξελίπομεν ἐν τῇ ὀργῇ σου*. Πάλαι μὲν οὖν, φησίν, ὅτε ἀρχὰς εἶχε τὰ καθ' ἡμᾶς καὶ ἐν πρωΐᾳ ἦμεν, γεγόναμεν ὡς ἡ χλόη· ἀλλὰ παρελθούσης ἐκείνης τῆς γενεᾶς, παρῆλθεν ἡ χλόη. Μετὰ ταῦτα δὲ ἠνθήσαμεν, μεῖζόν τε καὶ πλέον τῆς χλόης ἐσχήκαμεν, ὥστε καὶ ἄνθος ἐν ἡμῖν εὑρεθῆναι· καὶ τοῦτο δὲ παρῆλθε τὸ ἄνθος. Ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν καιρῶν, δύντος ἡμῖν παντελῶς τοῦ φωτὸς, καὶ ἑσπέρας ἡμᾶς καταλαβούσης, ἀποπεπτώκαμεν σκληρυνθέντες καὶ ξηρανθέντες· καὶ ταῦτα πεπόνθαμεν, *Ὅτι ἐξελίπομεν ἐν τῇ ὀργῇ σου, καὶ ἐν τῷ θυμῷ σου ἐταράχθημεν*. Δύναται δὲ καὶ καθ' ἑτέραν διάνοιαν φυσικὸν λόγον ἀποδιδόναι διὰ τούτων ἡ λέξις, ὡς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐν μὲν τῇ νεότητι δίκην ἁπαλῆς χλόης βλαστώσης, μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τῇ ἀκμῇ τῆς ἡλικίας ἀνθούσης· εἶθ' ὕστερον ἐπὶ γήραος οὐδῷ ἀποπιπτούσης, οὐκ ἄλλως ἢ πρῶτον σκληρυνομένης κατὰ τὸ γῆρας, ἔπειτα παντελῶς ξηραινομένης. Ἑσπέραν δὲ σημαίνεσθαι τὰ τελευταῖα τῆς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς.

Ἔθου τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐναντίον σου· ὁ αἰὼν ἡμῶν εἰς φωτισμὸν τοῦ προσώπου σου. Ὅτι πᾶσαι αἱ ἡμέραι ἡμῶν ἐξέλιπον, καὶ ἐν τῇ ὀργῇ σου ἐξελίπομεν. Ὁ Σύμμαχος· *Προσέθηκας τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἄντικρύς σου, τὰς ἀμελείας ἡμῶν*
D *φαίνεσθαι τῷ προσώπῳ σου. Πᾶσαι γὰρ αἱ ἡμέραι ἡμῶν διέδρασαν, ἐν τῷ χόλῳ σου ἀνηλώθημεν*. Καὶ ταῦτα λέγειν ἁρμόζει τῇ παρούσῃ καταστάσει τοῦ λαοῦ τοῦ ἐκ περιτομῆς. Νῦν γὰρ ὡς ἀληθῶς πᾶσαι αἱ πρότεραι ἡμέραι αὐτῶν ἐξέλιπον, ὅτε ἡ ἑσπέρα αὐτοὺς κατέλαβε, καὶ ὅτε ἐξέλιπον ἐν τῇ ὀργῇ τοῦ Θεοῦ. Ἐπειδὴ πάλαι μὲν παρῄει καὶ ὑπερέβαινε τὰς ἀνομίας αὐτῶν, μετὰ δὲ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπιβουλὴν ἐπληροῦτο εἰς αὐτοὺς τό· *Οὐκ ἔτι ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν*· διό φησιν· *Ἔθου τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐναντίον σου*, καὶ, *Ὁ αἰὼν ἡμῶν εἰς φωτισμὸν τοῦ προσώπου σου*. Ἀνθ' οὗ σαφέστε-

[87] Matth. xiv, 25. [88] Matth. xxiv, 43. [89] Jer. xxv, 12, 14.

ρον ὁ Σύμμαχος ἀπέδωκεν εἰπών· *Τὰς ἀμελείας* A *ἡμῶν φαίνεσθαι τῷ προσώπῳ σου Τὰ ἔτη ἡμῶν ὡσεὶ ἀράχνη ἐμελέτων. Αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ο' ἔτη. Ἐὰν δὲ ἐν δυναστείαις ὀγδοήκοντα ἔτη, καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν κόπος καὶ πόνος.* Ἐνταῦθα κατὰ καιρὸν παραθετέον τὴν Ἡσαΐου προφητείαν, δι' ἧς φησιν· *Ὠὰ ἀσπίδων ἔῤῥηξαν καὶ ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσι.* Ταῦτα δὲ ἐθέσπιζεν ὁ Προφήτης, ἀναπέμπων τὸν λόγον ἐπὶ τὴν κατάστασιν τοῦ λαοῦ τὴν μετὰ τὴν παρουσίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καθ' ἣν οἱ ἄρχοντες αὐτῶν δίκην ὄρνιθος τικτούσης τὰ ἑαυτῶν ἀπογεννώμενα τοσαῦτα προβάλλονται, ὡς ἀσπίδος ὁμοιοῦσθαι γεννήμασι διὰ τὸν ἐνιέμενον ὑπ' αὐτῶν τῆς κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν βλασφημίας ἰὸν καὶ τῆς ἄλλης εἰς αὐτὸν ἀπιστίας. Πάλαι μὲν οὖν ὕφαινον χιτῶνας τῷ ἀρχιερεῖ καὶ στο- B λὰς ἁγίας· νῦν δὲ πᾶσαν τὴν ὑφὴν αὐτῶν καὶ τὴν διὰ τοῦ λόγου κατασκευαζομένην διδασκαλίαν, ἣν διὰ τῆς τῶν θείων Γραφῶν συμπλοκῆς τε καὶ ὑφάνσεως προβάλλονται, ἀράχνης ὑφάσματι παρείκασεν ὁ προφητικὸς λόγος. Διό φησιν· *Ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσι.* Καὶ ὁ παρὼν δὲ ψαλμὸς, τὴν ἐκ προσώπου αὐτῶν περιέχων ἐξομολόγησιν, φησί· *Τὰ ἔτη ἡμῶν ὡς ἀράχνη ἐμελέτων.* Ἄντικρυς γὰρ τὰς μελέτας τῶν Γραφῶν ἐν αἷς κατατρίβονται, καὶ τὰς δευτερώσεις, δι' ὧν ὑφάσματά τινα διδασκαλίας δοκοῦσιν ἀπεργάζεσθαι, ἀράχνης ἀπείκασεν ἔργοις. Ἀλλὰ καὶ τὴν ζωὴν αὐτῶν μόνην φασὶν εἶναι τὴν πρόσκαιρον ἐν σ' καὶ π' ἔτεσι συμπεραιουμένην. Τοῦτο δέ φασι τὴν αἰώνιον καὶ μέλλουσαν ζωὴν τὴν τοῖς θεοφιλέσιν ἐπαγγελλομένην ἀπογινώσκοντες.

rent vultui tuo. Anni nostri sicut aranea meditabantur. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, et amplius eorum labor et dolor. Hic opportune adjiciatur Isaiæ prophetia, qua ait, *Ova aspidum eruperunt, et telam araneæ texunt* [60]. Hæc porro vaticinatus est Propheta, sermonem ad populi post adventum Salvatoris nostri statum referens, quo principes eorum ceu gallina pariens, eam emittebant prolem, quæ ob immissum ab illis virus blasphemiæ in Christum, et ob reliquam circa illum incredulitatem, posset aspidum fetui comparari. Olim quidem sacerdoti texebant vestes, et stolas sanctas; nunc autem totam eorum texturam, et totam apparatam illam verbi doctrinam, quam per divinarum Scripturarum complicationem et texturam producunt, araneæ telis confert propheticus sermo. Quapropter ait, *Telam araneæ texunt.* Præsens quoque psalmus ex eorum persona confessionem emittens, ait, *Anni nostri sicut aranea meditabantur.* Aperte namque meditationes Scripturarum in quibus ætatem conferunt, et deuteroses, sive secundas traditiones eorum, quibus telas quasdam doctrinæ videntur adornare, araneæ opificio comparat. Imo etiam vitam suam temporaneam solum esse dicunt, septuaginta vel octoginta annis circumscriptam. Id porro aiunt de æterna et futura vita, quæ religiosis viris promittitur, desperantes.

Ὅτι ἐπῆλθε πραΰτης καὶ παιδευθησόμεθα. C *Τίς γινώσκει τὸ κράτος τῆς ὀργῆς σου, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου σου τὸν θυμόν σου ἐξαριθμήσασθαι; τὴν δεξιάν σου οὕτω γνώρισον, καὶ τοὺς πεπαιδευμένους τῇ καρδίᾳ ἐν σοφίᾳ.* Ἀντὶ τοῦ, *Ὅτι ἐπῆλθε πραΰτης καὶ παιδευθησόμεθα*, ὁ Σύμμαχός φησι· *Τμηθέντες γὰρ ἄφνω ἐκπεταννύμεθα.* Ἔχεται δὲ τῆς προδηλωθείσης διανοίας καὶ ὁ παρὼν λόγος. Τὰ γὰρ ἔτη ἡμῶν, φησὶ, τὰ τῆς προσκαίρου ζωῆς εἰς σ' καὶ π' ἀριθμὸν ἐτῶν συντείνει· καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἡμῶν ἐλπὶς, μεθ' ἣν οὐδεμία ἄλλη ἡμᾶς διαδέξεται· τμηθέντες γὰρ ἄφνω κατὰ τὴν τελευτὴν, ἐκπεταννύμεθα· μετὰ δὲ ταῦτα τί ποτε ἡμᾶς διαδέξεται, τίς οἶδε; Τίς γὰρ ἑρμηνεῦσαι δύναται, ἢ καὶ ἀκριβῶς γνῶναι καὶ ἐξειπεῖν, ὁποία τίς ἐστιν ἡ μετὰ ταῦτα τοὺς ἁμαρτωλοὺς καταληψομένη ὀργή; Διό D φησι· *Τίς γινώσκει τὸ κράτος τῆς ὀργῆς σου, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου σου τὸν θυμόν σου*; Τίς δὲ οἷός τέ ἐστιν ἐξαριθμήσασθαι τὴν δεξιάν σου; Ἀλλὰ σύ γε ἡμῖν ὁ Θεὸς ἐντεῦθεν ἤδη γνώρισον τὴν δεξιάν σου, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς νοεῖν τε αὐτὴν καὶ τὰς δυνάμεις αὐτῆς ἀπαριθμεῖσθαι. Δεξιὰν δὲ Θεοῦ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ πολλάκις ἐδίδαξαν οἱ ἱεροὶ λόγοι. Παιδεύονται τοίνυν οἱ δηλούμενα μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν εὔχεσθαι καταξιωθῆναι πρῶτον μὲν τῆς τοῦ Θεοῦ πραΰτητος, ὡς ἂν παιδευθεῖεν δι' αὐτῆς· ἔπειτα τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, δηλαδὴ τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ,

VERS. 11, 12. ***Quoniam supervenit mansuetudo et erudiemur. Quis novit potestatem iræ tuæ, et præ timore tuo furorem tuum dinumerare? dexteram tuam sic notam fac, et eruditos corde in sapientia.*** Pro illo, ***Quoniam supervenit mansuetudo, et erudiemur,*** Symmachus ait, ***Succisi enim, repente avolamus.*** Superius memoratæ sententiæ hic sermo insistit. Nam ait, anni nostri hujus temporaneæ vitæ in septuaginta vel octoginta annorum numerum producuntur: et hæc nostra spes est, post quam nulla alia nos excipiet. Succisi enim repente in tempore obitus, avolamus: postea vero quid nos excepturum sit quis novit? Quis enim explicare potest, aut quis accurate nosse potest ac dicere, quæ sit ira illa, quæ post hanc vitam peccatores invasura est? Ideo ait, ***Quis novit potestatem iræ tuæ, et præ timore tuo iram tuam?*** Quis dinumerare potest dexteram tuam? Sed tu Deus hic nobis dexteram tuam notam fac, ut possimus illam intelligere, et virtutes ejus dinumerare. Dexteram porro Dei, Christum ejus esse, plerumque docuerunt sacræ litteræ. Illi itaque jam memorati instituuntur, ut post confessionem conferri sibi precentur, primo Dei mansuetudinem, ut ab illa erudiantur, deinde dexteram ejus, scilicet cognitionem Christi ipsius, et mirabilium ejus virtutum, ut horum notitia meliores evadant, et ut mente eruditi, Dei sapientiæ con-

[60] Isa. LIX, 5.

sortes sint : Christus autem est Dei virtus et Dei sapientia [61].

A τῶν τε παραδόξων αὐτοῦ δυνάμεων, ὡς ἂν βελτίους αὐτῶν γένοιντο ἀπὸ τῆς τούτων γνώσεως, καὶ ὡς ἄν, παιδευθέντες τὴν διάνοιαν, μετάσχοιεν τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας· Χριστὸς δὲ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία.

VERS. 13-17. *Convertere, Domine, usquequo, et deprecabilis esto super servos tuos. Repleti sumus mane misericordia tua, et exsultavimus et delectati sumus omnibus diebus nostris. Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Et respice in servos tuos et in opera tua, et dirige filios eorum : et sit splendor Domini Dei nostri super nos, et opera manuum nostrarum dirige super nos, et opus manuum nostrarum dirige.* Post confessionem in præcedentibus traditam, congruenter Moyses orandi modum tradit iis ex Israele, qui post Salvatoris nostri adventum lapsi sunt, ut post præmissa, hæc, quæ jam traduntur, precando dicant : quorum sententiam clarius interpretatus Symmachus est hoc pacto : *Convertere, Domine, usquequo ; deprecabilis esto super servos tuos. Satia nos matutina misericordia tua, ut dormiamus et lætemur omnibus diebus nostris. Lætifica nos omnibus diebus, quibus nos afflixisti, annis in quibus vidimus mala. Appareant apud servos tuos opera tua, et dignitas super filios nostros : et sit pulchritudo Domini Dei nostri super nos, et opera manuum nostrarum firma fac super nos, et actionem manuum nostrarum perfice.* His porro docet, ut matutinam misericordiam consequi postulent, ut ortu Salvatoris dignentur. Matutinam quippe misericordiam Christi eam dicit esse, quæ ad omnes homines oritur. Nam ut olim priori populo matutinum tempus fuit, quo in Ægypto degens inspectione donatus est ; sic in novissimo dierum matutina misericordia omnibus gentibus effulsit per salutarem orientem, quam memorati illi homines postulare docentur in oratione ; imo etiam inter alia dicere, *Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, et appareant apud servos tuos opera tua, et dignitas tua, et pulchritudo Domini Dei nostri* ; ut et ipsi divina Salvatoris præsentia dignentur, necnon divina ejus gloria ac pulchritudine, de quo dictum est, *Speciosus forma præ filiis hominum* [62], ac insuper cæteris omnibus bonis quæ in Christo Dei intelligi possunt.

Ἐπίστρεψον, Κύριε, ἕως πότε, καὶ παρακλήθητι ἐπὶ τοὺς δούλους σου. Ἐνεπλήσθημεν τῷ πρωῒ τοῦ ἐλέους σου, καὶ ἠγαλλιασάμεθα καὶ εὐφράνθημεν ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις ἡμῶν. Εὐφράνθημεν ἀνθ' ὧν ἡμερῶν ἐταπείνωσας ἡμᾶς, ἐτῶν ὧν εἴδομεν κακά. Καὶ ἴδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου καὶ ἐπὶ τὰ ἔργα σου, καὶ ὁδήγησον τοὺς υἱοὺς αὐτῶν· καὶ ἔστω ἡ λαμπρότης Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ἡμῶν κατεύθυνον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ τὸ ἔργον τῶν B *χειρῶν ἡμῶν κατεύθυνον.* Ἀκολούθως μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν τὴν διὰ τῶν προτεινομένων παραδοθεῖσαν, ἔτι τὴν προσευχὴν ὁ Μωϋσῆς διδάσκει τοὺς μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν ἀποπεπτωκότας τοῦ Ἰσραὴλ, εἰς τὸ λέγειν αὐτοὺς προσευχομένους, μετὰ τῶν ἀποδοθέντων καὶ τὰ προκείμενα· ὧν τὴν διάνοιαν σαφέστερον ἑρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος, τοῦτον ἀποδοὺς τὸν τρόπον· *Ἐπιστράφηθι, Κύριε, ἕως πότε· παρακλήθητι ὑπὲρ τῶν δούλων σου. Χόρτασον ἡμᾶς ὀρθρινοῦ ἐλέους σου, ἵνα ὑπνώσωμεν καὶ εὐφρανώμεθα ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις ἡμῶν. Εὔφρανον ἡμᾶς πάσας ἡμέρας ἃς ἐκάκωσας ἡμᾶς, ἔτη ἐν οἷς εἴδομεν κακά. Φανήτω παρὰ τοῖς δούλοις σου τὰ ἔργα σου, καὶ τὸ ἀξιοπρεπὲς ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν· καὶ ἔστω τὸ κάλλος τοῦ Κυρίου τοῦ Θεοῦ* C *ἡμῶν ἐπάνω ἡμῶν, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ἡμῶν ἑδραῖα ποίησον ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τὴν πρᾶξιν τῶν χειρῶν ἡμῶν ἐπιτέλεσον.* Διδάσκει δὲ διὰ τούτων αἰτεῖσθαι τυχεῖν τοῦ ὀρθρινοῦ ἐλέους, ὡς ἂν καταξιωθεῖεν τῆς ἀνατολῆς τοῦ Σωτῆρος. Τὸ ὀρθρινὸν γὰρ ἔλεος Χριστοῦ τὸ ἐπὶ πάντας ἀνατεῖλαν ἀνθρώπους. Ὡς γὰρ πάλαι γέγονε πρωΐα τῷ προτέρῳ λαῷ κατὰ τὴν ἐπισκοπὴν ἧς κατηξιώθησαν ἐν Αἰγύπτῳ διατρίβοντες, οὕτως ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τὸ ὀρθρινὸν ἔλεος τοῖς πᾶσιν ἐξέλαμψε τοῖς ἔθνεσι διὰ τῆς σωτηρίου ἀνατολῆς, ἧς καταξιωθῆναι διδάσκονται οἱ δηλωθέντες διὰ τῆς προσευχῆς αἰτεῖν· ἀλλὰ καὶ λέγειν μετὰ τῶν ἄλλων· *Καὶ ἔστω ἡ λαμπρότης Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ φανήτω παρὰ τοῖς δούλοις σου τὰ ἔργα σου καὶ τὸ κάλλος Κυρίου* D *τοῦ Θεοῦ ἡμῶν*· ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ καταξιωθεῖεν τῆς σωτηρίου θεοφανείας, καὶ τῆς ἐνθέου δόξης αὐτοῦ, τοῦ τε κάλλους, περὶ οὗ εἴρηται, *Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων*, καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων τῶν κατὰ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ἐπινοουμένων ἀγαθῶν.

XC.

VERS. 1, 2. *Qui habitat in adjutorio Altissimi, in tegumento Dei cœli commorabitur.* Hic psalmus inscriptione caret. An forte neque psalmus est, sed prophetia quædam profundiores de Christo ac de iis, quæ in ipso consummata sunt, sermones complectens ? Hæc porro quæ jam tractamus multam habent cum præcedenti psalmo discrepantiam. Nam ille quidem per Moysis orationem, extremam Ju-

Ϟʹ.

Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, ἐν σκέπῃ τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεται. Ἀνεπίγραφος ὁ ψαλμός. Μήποτε δὲ οὔτε ψαλμὸς τυγχάνει, ἀλλά τις προφητεία βαθυτέρους περιέχουσα λόγους περὶ Χριστοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ τελειουμένων ; Πολλὴν δὲ ἀσυμφωνίαν ἔχει τὰ προκείμενα πρὸς τὸν ἀνωτέρω ψαλμὸν τὴν ἀκολουθίαν. Ὁ μὲν γὰρ τὴν ἐσχάτην ἀποβολὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους διὰ τῆς Μωϋσέως

[61] I Cor. I, 24. [62] Psal. XLIV, 3.

A προσευχῆς ἐθέσπιζεν· ὁ δὲ παρὼν τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰ πειρατήρια τοῦ κατὰ Κύριον τελειουμένου περιέχει· ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ πειρασμὸν προφητεύει, ὅτε ἀνήχθη ὑπὸ τοῦ Πνεύματος εἰς τὴν ἔρημον πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ τὴν ἐπὶ πᾶσι νίκην αὐτοῦ. Τί δὴ οὖν φησιν ὁ προφητικὸς λόγος; Ὁ μὲν πρότερος λαὸς ὁ διὰ τῆς προηγουμένης Μωϋσέως προσευχῆς ἀποκλαυσάμενος ὁμολογεῖ φάσκων, *Ὅτι ἐξελίπομεν ἐν τῇ ὀργῇ σου*, καὶ τὰ λοιπὰ, ὅσα ἐδηλοῦτο διὰ τῶν ἐμφερομένων· ὁ δὲ μέλλων συστήσεσθαι μετ' ἐκεῖνον τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ λαὸς, ἐπὶ τῇ βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου πεποιθὼς, καὶ ἀεὶ ἐν αὐτῇ κατοικῶν, ἀτάραχος καὶ ἀσάλευτος διαμένει· ὡς ἂν, ὑπὸ τὴν σκέπην τοῦ Θεοῦ αὐλιζόμενος, οὐδένα τε τῶν πειρασμῶν ἐπιστραφήσεται, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστῳ ἐρεῖ τῷ Κυρίῳ· *Ἀντιλήπτωρ* B *μου εἶ καὶ καταφυγή μου, ὁ Θεός μου, ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν*. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου*, ὁ μὲν Σύμμαχος, *Ὁ κατοικῶν ὑπὸ σκέπην τοῦ Ὑψίστου*· ὁ δὲ Ἀκύλας, καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις, *Ὁ καθήμενος ἐν ἀποκρύφῳ Ὑψίστου*, ἐκδεδώκασι· σημαίνοντος τοῦ λόγου τοῦ κατὰ Θεὸν ἐν Χριστῷ ἀγωνιζομένου τὸ ἑδραῖον καὶ ἀπτόητον τῆς διανοίας, καὶ ὡς ἐν ἀποκρύφῳ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἔνοικος ἐγκαθέζεται καὶ βοηθὸς αὐτῆς ὁ Ὕψιστος. Πάλιν δὲ ἀντὶ τοῦ, *Ἐν σκέπῃ τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεται*, ὁ μὲν Ἀκύλας, *Ἐν σκέπῃ ἱκανοῦ αὐλισθήσεται*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ὑπὸ σκιὰν τοῦ ἱκανοῦ νυκτερεύων*, εἰρήκασιν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς ἐν προοιμίοις τὸ ἅγιον Πνεῦμα διελάλησε· τὰ C δ' ἑξῆς αὐτῷ προσφωνεῖ, καὶ τὸν πάντα λόγον εἰς αὐτοῦ πρόσωπον ἀποτείνεται, ἤτοι τοῦ τῷ Χριστῷ ἀγωνιζομένου καὶ νικῶντος, ἢ καὶ τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα νοουμένου ἀνθρώπου, ᾧ δίκην ὀργάνου κέχρητο ὁ προὼν τοῦ Θεοῦ Λόγος· καὶ γὰρ οὗτος, ἐν βοηθείᾳ κατοικῶν τοῦ Ὑψίστου, ὑπὸ τὴν σκέπην ηὐλίζετο τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτῷ Θεοῦ Λόγου, ἐπισκιάζοντος αὐτῷ τῇ αὐτοῦ θεότητι, εἶχέ τε ἀντιλήπτορα καὶ καταφυγὴν καὶ ἐλπίδας αὐτοῦ τὴν πληροῦσαν αὐτὸν τοῦ Θεοῦ Λόγου δύναμιν. Ὥσπερ δὲ σῶμα Χριστοῦ τὸ ἀνθρώπειον αὐτοῦ ὄργανον ἐχρημάτισεν, οὕτω καὶ ὁ λαὸς αὐτοῦ Χριστοῦ σῶμα προσηγόρευται ὑπὸ τοῦ ἱεροῦ Ἀποστόλου λέγοντος· *Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους*.

D Εἰκότως τοιγαροῦν τὰ ἐν τοῖς προκειμένοις λεγόμενα ὡς περὶ τοῦ σώματος Χριστοῦ ἀναφέροιτ' ἂν καὶ εἰς τὸ ἀνθρώπειον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ εἰς τὸν ἐν αὐτῷ τελειούμενον. Ὧν οὕτως εἰρημένων, ἑξῆς ὁ λόγος διεξέρχεται ὅσα παρὰ τοῦ Θεοῦ ὑπάρξει τῷ κατοικοῦντι ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου καὶ αὐλιζομένῳ ὑπὸ τὴν σκέπην τοῦ Θεοῦ, λέγοντί τε τῷ Κυρίῳ· *Ἀντιλήπτωρ μου εἶ καὶ καταφυγή μου, ὁ Θεός μου, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν*. Τίνα δέ ἐστι τὰ περὶ αὐτὸν γενησόμενα, καταλέγει διὰ τῶν ἑπομένων· *Ὅτι αὐτὸς ῥύσεταί με ἐκ παγίδος θηρευτῶν, ἀπὸ λόγου ταραχώδους. Ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει σοι, καὶ ὑπὸ τὰς πτέρυγας*

daicæ gentis abjectionem vaticinabatur; hic vero certamina et tentationes ejus qui secundum Dominum consummatur, complectitur; imo etiam Salvatoris nostri in deserto tentationem prænuntiat, quando assumptus est a Spiritu in desertum, ut tentaretur a diabolo, prædicitque ejus in omnibus victoriam. Quid itaque ait propheticus sermo? Prior quidem populus, qui in præcedenti Moysis oratione plorabat, hæc confitebatur, *Quia defecimus in ira tua*, et cætera, quæ ibidem declarantur; populus vero qui post illum a Deo per Christum constituendus erat, adjutorio Altissimi confisus, in ipsoque semper habitans, perturbatione et commotione vacuus manet; utpote qui sub tegumento Dei sedes habeat, tentationumque nullam aversabitur, sed in singulis dicet Domino: *Susceptor meus es tu et refugium meum, Deus meus, sperabo in eum*. Pro illo autem, *Qui habitat in adjutorio Altissimi*, Symmachus, *Qui habitat sub tegumento Altissimi*; Aquila vero et quinta editio, *Qui sedet in abscondito Altissimi*, ediderunt. Quo significatur ejus, qui secundum Deum in Christo concertat, firmitas et imperterritus animus, et quomodo in recessu animæ ejus habitet sedeatque adjutor ejus Altissimus. Rursumque, pro illo, *In tegumento Dei cœli commorabitur*, Aquila, *In tegumento fortis commorabitur*; Symmachus autem, *Sub umbra fortis pernoctans*, interpretati sunt. Sed hæc quidem quasi in prooemiis Spiritus sanctus locutus est: quæ sequuntur autem ad eum dirigit, totumque sermonem ad ejus personam refert, qui pro Christo concertat ac superat; sive etiam ad hominem qui in Salvatore esse intelligitur, quo ceu instrumento usum est Dei Verbum quod præexsistebat. Etenim ille in adjutorio Altissimi habitans, sub tegumento inhabitantis in se Dei Verbi commorabatur, qui deitate sua ipsum inumbrabat; atque is in susceptorem, refugium et spem habebat ipsam Dei Verbi virtutem, qua replebatur. Quemadmodum autem Christi corpus humanum illius instrumentum erat; sic et populus ejus, Christi corpus a sancto Apostolo vocatur his verbis: *Vos autem estis corpus Christi, et membra ex parte* [69].

Merito igitur quæ hic quasi de corpore Christi dicuntur, etiam ad humanitatem Salvatoris nostri referantur, atque ad eum qui in ipso consummatus est. Quæ cum hac ratione dicta sint, deinceps enarratur, quanta a Deo conferenda sint in eum, qui habitat in adjutorio Altissimi, et sub tegumento Dei commoratur, ac dicit Domino, *Susceptor meus es, et refugium meum, Deus meus, sperabo in eum*. Quænam autem illi conferenda sint in sequentibus narrat: — VERS. 3-9. *Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium, et a verbo turbulento. In scapulis suis obumbrabit tibi, et sub pennis ejus sperabis. Scuto circumdabit te veritas ejus, non timebis a ti-*

[69] I Cor. XII, 27.

more nocturno, a sagitta volante in die, a negotio A *perambulante in tenebris, a ruina et dæmonio meridiano. Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis considerabis, et retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum.* Insultus plurimos in eum fore prænuntiat, qui in vaticinio enuntiatur. Hic vero perrarus erat et mirabilis, in abscondito Altissimi sedens, sub umbra fortis commorans et Domino dicens, *Susceptor meus es tu et refugium meum, Deus meus, et sperabo in eum;* sive secundum Aquilam, *Deus meus, confidam in illo;* aut secundum Symmachum, *Deus meus, et bonam fiduciam habebo in illo.* Adversus eum igitur, qui eo quo dictum est modo in Dei auxilio repositus erat, insidiæ quædam et conjurationes sexcentorum hostium B insurrexerunt: quæ scilicet laquei venantium, sermones turbulenti, timor nocturnus, sagitta volans in die, negotium perambulans in tenebris ruina dæmonii meridiani vocatæ sunt: ad hæc vero, millia et decem millia; ita ut millia sinistram; decem vero millia dexteram ejus occuparent. Nam hæc dextris partibus, utpote firmioribus et fortioribus, insidiabantur. Ait vero nullum horum eum qui in vaticinio fertur attingere posse. Præterea dicitur eum incessurum esse non modo supra serpentes et scorpiones, nam hæc modica erant; sed super aspidem et basiliscum, et conculcaturum esse leonem et draconem: quæ sane inter feras et reptilia principem obtinent locum. Existimo autem his princi- C pes hujus sæculi significari, necnon invisibiles et primarias potestates. Verumtamen qui in prophetia fertur omnes simul conculcaturus esse dicitur. Nam *super aspidem,* inquit, *et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem.*

αὐτοῦ ἐλπιεῖς. Ὅπλῳ κυκλώσει σε ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ, οὐ φοβηθήσῃ ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου, ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ. Πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιὰς, καὶ μυριὰς ἐκ δεξιῶν σου, πρὸς σὲ δὲ οὐκ ἐγγιεῖ. Πλὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου κατανοήσεις, καὶ ἀνταπόδοσιν ἁμαρτωλῶν ὄψει. Ὅτι σὺ ἡ ἐλπίς μου, τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου. Πολλὰς ἐπαναστάσεις ὁ λόγος προαγορεύει γενήσεσθαι τῷ προφητευομένῳ. Οὗτος δὲ ἦν σπάνιός τις καὶ θαυμαστὸς, ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ Ὑψίστου καθήμενος, ὑπὸ τὴν σκιὰν τοῦ ἱκανοῦ αὐλιζόμενος, καὶ λέγων τῷ Κυρίῳ· *Ἀντιλήπτωρ μου καὶ καταφυγή μου, ὁ Θεός μου, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν·* ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *Ὁ Θεός μου, πεποιθήσω ἐν αὐτῷ·* ἢ, *Ὁ Θεός μου, καὶ εὐθαρσήσω ἐν αὐτῷ,* κατὰ τὸν Σύμμαχον. Τούτῳ δὴ οὖν τῷ τῶν εἰρημένων τρόπῳ ἀνακειμένῳ τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ ἐπιβουλαί τινες καὶ συσκευαὶ μυρίων κατ' αὐτοῦ στρατευομένων ἐπανέστησαν· παγίδες γοῦν θηρευτῶν ὠνομάσθησαν, καὶ λόγοι ταραχώδεις, καὶ φόβος νυκτερινὸς, καὶ βέλος πετόμενον ἡμέρας, καὶ πρᾶγμα ἐν σκότει διαπορευόμενον, καὶ σύμπτωμα δαιμονίου μεσημβρινοῦ· καὶ πρὸς τούτοις ἅπασι χιλιάδες καὶ μυριάδες· αἱ μὲν χιλιάδες τὰ ἀριστερὰ αὐτοῦ ἀπολαμβάνουσαι, αἱ δὲ τὰ δεξιὰ μυριάδες. Αὗται γὰρ τοῖς δεξιοῖς ὡς ἂν κραταιοτέροις καὶ ἰσχυροτέροις μέρεσιν ἐπεβούλευον. Τούτων δὲ πάντων οὐδὲν προσψαύειν τῷ περὶ οὗ ὁ λόγος προφητεύει. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἐπιβήσεσθαι λέγεται, (1) ὅτι καὶ ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων· μικρὰ γὰρ ἦν ταῦτα· ἀλλ' ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον, καταπατήσειν τε λέοντα καὶ δράκοντα· ἃ δὴ βασιλικώτατα καὶ ἀρχικώτατα τῶν ἐν θηρίοις καὶ ἑρπετοῖς τυγχάνει. Οἶμαι γοῦν διὰ τούτων τοὺς ἄρχοντας τοῦ αἰῶνος τούτου σημαίνεσθαι, καὶ τὰς ἀοράτους καὶ ἀρχοντικὰς δυνάμεις. Πλὴν ὅμως ὁ προφητευόμενος καταπατήσειν ἀθρόως λέγεται τὰς πάσας. *Ἐπιβήσῃ* γάρ, φησὶν, *ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα.*

Quis igitur hic fuerit, cui talia competere possint; et quis populus quem decem millia inimicorum ad dexteram oppugnant, ad alterum vero latus millia, neque audent ad eum accedere, sed coram eo cadunt; age disquiramus. Dico autem aliquo modo posse hæc referri ad hominem in Christo consummatum; qualis erat Paulus, qui dicebat, *Scio hominem in Christo*[64]: et ad omnes qui perinde atque ille dicere possint, *Quis nos separabit a charitate Dei? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius*[65]? ac rursum, *Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque instantia, neque futura, neque virtutes, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu*[66]: ad hæc vero quisquis dicere potest, *Sed in his omnibus superamus*[67], dignus sane fuerit ut de ipso hæ voces proferantur. Talis quippe homo habitans in adjutorio Altissimi, et in tegumento Dei

Τίς οὖν γένοιτ' ἂν τοιοῦτος, ὡς ἐφαρμόζειν αὐτῷ δύνασθαι τὰ τοιαῦτα, καὶ ὃς ὁ λαὸς μὲν ἐχθρῶν μὲν μυριάδας ἐπιστρατεύεται αὐτοῦ τοῖς δεξιοῖς, τοῖς δὲ κατὰ θάτερον μέρος χιλιάδας, μὴ τολμᾷν δὲ αὐτοῦ προσψαύειν, καταπίπτειν δὲ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, φέρε κατανοήσωμεν. Φημὶ δὲ καθ' ἕνα τρόπον ἀναφέρεσθαι D ταῦτα ἐπὶ τὸν ἐν Χριστῷ τετελειωμένον ἄνθρωπον· οἷος ἦν ὁ Παῦλος λέγων· *Οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ·* ἐπὶ πάντα τε τὸν ὁμοίως ἐκείνῳ λέγειν δυνάμενον· *Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ; θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα;* καὶ πάλιν· *Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ·* ὁ δὲ πρὸς τούτοις οἷός τε ὢν λέγειν· *Ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν,* ἄξιος ἂν γένοιτο τοῦ καὶ ἐπ' αὐτῷ λεχθῆναι τὰς προ-

[64] II Cor. XII, 2. [65] Rom. VIII 35. [66] ibid. 38, 39 [67] ibid. 37.

(1) Ὅτι μή.

κειμένας φωνάς. Ὁ γὰρ τοιοῦτος, κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, καὶ ἐν σκέπῃ τοῦ Θεοῦ αὐλιζόμενος, ἐρεῖ τῷ Κυρίῳ· *Ἀντιλήπτωρ μου εἶ καὶ καταφυγή μου, ὁ Θεός, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν.* Ταῦτα δὲ αὐτοῦ διαθέσει τελείᾳ εἰρηκότος, θεσπίζει αὐτῷ τὸ θεῖον Πνεῦμα, ὅτι δὴ ἀσφαλῆ εἵλατο φύλακα, καὶ καλὴν ἐκτήσατο καταφυγὴν τὸν Κύριον. Τοιοῦτον γὰρ ἔχων βοηθὸν καὶ πρόμαχον καὶ ὑπερασπιστήν, οὐδένα τῶν ἐχθρῶν φοβηθήσεται, ἅτε αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ῥυομένου αὐτὸν ἐξ ἁπάντων. Καὶ γὰρ ἐκ παγίδος θηρευτῶν ἐξελεῖται αὐτόν, καὶ ἀπὸ λόγου ταραχώδους τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει αὐτῷ· καὶ πάντα δὲ τὰ ἑξῆς κατηριθμημένα ἐπὶ πάντα τὸν ἐν Χριστῷ τέλειον ἄνθρωπον ἀνενεχθήσεται, καὶ ἐπὶ τὸ σῶμα δὲ Χριστοῦ, ἤτοι τὸν ἐκ τελείων ψυχῶν κατεσκευασμένον μαρτύρων χορόν· ἢ τὴν τελείαν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ, ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ παρεστήσατο, μὴ ἔχουσαν σπῖλον ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων. Ὁ γοῦν ἐπὶ τὴν πέτραν οἰκοδομήσειν ἐπηγγελμένος τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ, ὡς μὴ πύλας ᾅδου κατισχύσειν αὐτῆς, αὐτὸς αὐτῆς καὶ φύλαξ καὶ φρουρὸς ἔσται, περιφράττων αὐτὴν καὶ ἀσφαλιζόμενος, πρὸς τὸ μὴ τὰς πύλας τοῦ ᾅδου κατισχύειν αὐτῆς. Διὸ τῇ τοιαύτῃ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τῷ τοιούτῳ δὴ Χριστοῦ μαρτύρων χορῷ, τῷ κατοικίαν μὲν μηδαμῶς ἔχοντι ἐπὶ γῆς, δυναμένῳ δὲ λέγειν, *Ἡμῶν δὲ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει*, λεχθήσεται· *Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, ἐν σκέπῃ τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεται.* Εἶτ' ἐρεῖ μὲν αὐτὸς τῷ Κυρίῳ, οὗ εἵλατο κατοικεῖν ὑπὸ τὴν σκέπην· *Ἀντιλήπτωρ μου εἶ καὶ καταφυγή μου, ὁ Θεός μου, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν.* Κτησαμένῳ δὲ αὐτῷ τοιοῦτον φύλακα καὶ τοιοῦτον σωτῆρα καὶ βοηθὸν ἐπιγραψαμένῳ λεχθήσεται ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος, ὡς ἄρα εἴη καλὴν εὑράμενος ἑαυτῷ μερίδα καὶ τεῖχος ὀχυρόν, ὅπλον τε ἄμαχον τὸν ἑαυτοῦ Κύριον. Τοῦτον γὰρ ἔχων ἐν ἀσφαλεῖ καὶ ἀμερίμνως οἰκήσει, ἅτε κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, καὶ ἐν σκέπῃ τοῦ ἱκανοῦ αὐλιζόμενος.

Εἰ γοῦν ποτε, φησίν, οἱ τῶν ἀνθρωπείων ψυχῶν θηρευταί, ἀφανεῖς καὶ ἀόρατοι δυνάμεις κατὰ τὸ σύνηθες αὐτοῖς παγίδας λαθραίως ἐγκρύπτοντες, προβάλλεσθαι κατὰ σοῦ πειρῷντο, οὐδὲν αὐτοῖς ἔσται πλέον· ὅτι αὐτὸς Κύριος ῥύσεταί σε ἐκ παγίδος θηρευτῶν, *Ἡ παγὶς συνετρίβη, καὶ ἡμεῖς ἐῤῥύσθημεν.* Εἰ δὲ καὶ λόγοις θορυβεῖν ἐπιχειροῖεν ἱέντες ἑαυτῶν τὸν τῆς ἀσεβείας ἰὸν διὰ τῆς ἑαυτῶν γλώσσης, ἀλλὰ καὶ τούτων αὐτῶν πάλιν ὁ Κύριος ἀβλαβῆ τὸν ἑαυτοῦ ἄνθρωπον φυλάξει. Ἵνα μὴ ὁ φλογμὸς τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου καὶ ὁ τῆς κακίας καύσων, ἐπὶ πλεῖον ἐκκαυθείς, ἐξάψῃ τὰ κακὰ κατὰ τοῦ τῆς εὐσεβείας ἀθλητοῦ, θεσπίζει φάσκων ὁ λόγος αὐτῷ· *Ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει σοι, καὶ ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐλπιεῖς.* Εἰ δὲ καὶ πολεμίων στίφη πεπυρωμένα καὶ θανατηφόρα βέλη λόγων ψευδῶν καὶ τῆς ἀληθείας ἐναντίων ἀκοντίζοι κατὰ τοῦ δηλουμένου, αὐτὸς μὲν ἡσυχάσει νόμῳ θείῳ πειθαρχῶν λέγοντι· *Κύριος πολεμήσει ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς σιγή-*

commorans, dicet Domino : *Susceptor meus es et refugium meum, Deus, et sperabo in eum.* Hæc quippe ex perfecto et sincero affectu dicentem, vaticinatur divinus Spiritus tutum elegisse custodem, et pulchrum obtinuisse refugium, scilicet Dominum. Cum talem quippe adjutorem, propugnatorem et protectorem nactus sit, nullum inimicorum pertimescet, quia ipsum Dominus ex omnibus eruit. Etenim ex laqueo venantium liberabit eum, et a verbo turbulento, scapulis suis obumbrabit ei : pariterque omnia quæ sub hæc recensentur, ad quemvis in Christo perfectum hominem referentur; itemque ad corpus Christi, videlicet ad martyrum chorum ex perfectis animabus compositum ; sive ad perfectam Ecclesiam ipsius, quam ipse sibi astare fecit, nulla macula aut labe aut quopiam simili affectam. Qui igitur Ecclesiam suam se supra petram fundaturum esse pollicitus est ; ita ut portæ inferi nunquam prævaleant adversus eam, illius ipse et custos et præsidiarius erit, ipsam circummuniens et vallans, ne portæ inferi prævaleant adversus eam. Quamobrem hujusmodi Ecclesiæ, et hujusmodi Christi martyrum choro, qui habitaculum quidem nullatenus in terra habet, sed hæc fari potest, *Nostra autem conversatio in cœlis est* [68], dicetur, *Qui habitat in adjutorio Altissimi, in tegumento Dei cœli commorabitur.* Deinde dicet quidem ipse Domino, sub cujus tegumento habitare cooptavit, *Susceptor meus es et refugium meum, Deus meus, et sperabo in eum.* Cum autem talem custodem nactus sit, et talem sibi servatorem et adjutorem ascripserit, dicet illi Spiritus divinus, optimam ipsum portionem adeptum esse, murum firmissimum, inexpugnabile scutum, scilicet Dominum suum. Hunc quippe nactus, in tuto et sine sollicitudine deget, utpote qui habitet in adjutorio Altissimi, et in tegumento fortis commoretur.

Si itaque illi, ait, humanarum animarum venatores, invisibiles scilicet et occultæ virtutes, pro more solito laqueos clam occultantes, te unquam aggrediantur, nihil proderit illis : quia ipse Dominus eruet te de laqueo venantium, *Laqueus contritus est, et nos liberati sumus* [69]. Quod si eum sermonibus quoque turbare tentaverint, impietatis suæ virus lingua emittentes, his etiam illæsum hominem suum Dominus servabit. Ac ne humanæ vitæ æstus et ardor malitiæ magis magisque incensus, contra pietatis athletam mala succendat, hæc sermo ipsi vaticinatur: *In scapulis suis obumbrabit tibi, et sub pennis ejus sperabis.* Quod si inimicorum agmina, ignita et lethifera mendacium et cum vero pugnantium sermonum tela jaculentur adversus memoratum hominem, ille quidem quiescet, divinæ legi obtemperans quæ ait : *Dominus pro vobis pugnabit, et vos tacebitis :* opportune autem ipsi dicitur : *Scuto circumdabit te veritas ejus.* Ipsa namque Christi

[68] Philip. III, 20. [69] Psal. CXXIII, 7.

doctrinæ veritas, virtutem magnam obtinens, eum circummuniet, in circuitu posita ac scuto tegens suo, ut ne accedente nocte, et tenebris offusis, reformidet ille, aut præ metu turbetur; neque pariter in die immissa tela metuat. Per noctem autem et tenebras calamitatis tempora significat, in quibus nihil reformidaturum ait eum, qui scuto veritatis circummunietur : per diem vero, tranquilla et pacata tempora indicat, in quibus inimici nostri sagittas eminus volantes, blasphema nempe et impia dicta, in nos emittere solent. Nam persecutionum tempore non eminus tela mittunt, sed cominus impetum facientes, nos universos devorare, utpote mortem expetentes nostram, conantur; ut aliquando ille eum potuit devoravit. At nos scuto jam memorato protecti, dicemus : *Nisi quia Dominus erat in nobis, cum exsurgerent homines in nos, forte vivos deglutissent nos* [70]. Neque nocte igitur neque interdiu quid contra nos poterunt inimici nostri propter Dominum propugnatorem nostrum. Quare dictum est : *Non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris;* imo neque *a ruina et dæmonio meridiano* timebimus. Quod si millia et decem millia, sive invisibilium seu visibilium inimicorum et hostium, contra Christi populum et contra Ecclesiam ejus insurrexerint; omnes sane una virtus ejus uno momento destruet, ut nos ipsis oculis vindictam perspiciamus. Ideo dicitur : *Verumtamen oculis tuis considerabis, et in retributionem peccatorum videbis.* Nos autem sermonis veritatem ipsa exemplorum interpretatione percepimus, conspecto variis temporibus Ecclesiam Christi impugnantium fine, qui confestim, nec longo post tempore a Deo debellati sunt.

A σεσθε· λεχθήσεται δὲ αὐτῷ κατὰ καιρὸν τὸ, *Ὅπλῳ κυκλώσει σε ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ.* Αὕτη γὰρ ἡ ἀλήθεια τῶν Χριστοῦ δογμάτων, μεγάλην κεκτημένη δύναμιν, τὸν ἔχοντα αὐτὴν περιφράξει, κυκλοῦσα αὐτὸν, καὶ περιβάλλουσα τῷ ἑαυτῆς ὅπλῳ, πρὸς τὸ μήτε νυκτὸς ἐπελθούσης, μήτε σκοτίας καταλαβούσης δεδιέναι, μηδ' ὑπὸ φόβων ταράττεσθαι, μήτε τῶν ἐν ἡμέρᾳ πεμπομένων βελῶν φροντίζειν. Δηλοῖ δὲ διὰ μὲν τῆς νυκτὸς καὶ τῆς σκοτίας τοὺς περιστατικοὺς καιροὺς, καθ' οὓς φησι μηδὲν φοβηθήσεσθαι τὸν ὑπὸ τοῦ τῆς ἀληθείας ὅπλου περιπεφραγμένον· διὰ δὲ τῆς ἡμέρας τοὺς ἐν γαλήνῃ καὶ εὐδίᾳ καὶ εἰρηνικῇ καταστάσει, καθ' οὓς πόῤῥωθεν βέλη πετόμενα καθ' ἡμῶν πέμπειν εἰώθασιν οἱ ἐχθροὶ, τοὺς βλασφήμους καὶ ἀσεβεῖς ἑαυτῶν λόγους. Κατὰ γὰρ τοὺς τῶν διωγμῶν B καιροὺς, οὐ πόῤῥωθεν ἑστῶτες βέλη πέμπουσιν, ἀλλ' ἐγγύθεν ὁρμῶντες, καταπιεῖν ἡμᾶς ὅλους οἷα θανάτου φίλοι πειρῶνται· ὃς κατέπιε τότε ἰσχύσας. Ἀλλ' ἡμεῖς γε, τῷ δηλωθέντι ὅπλῳ πεφυλαγμένοι, ἐροῦμεν· *Εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, ἐν τῷ ἐπαναστῆναι ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς.* Οὔτ' οὖν ἡμέρας οὔτε νυκτὸς δυνήσονταί τι καθ' ἡμῶν οἱ ἐχθροὶ διὰ τὸν ὑπερμαχοῦντα ἡμῶν Κύριον. Διὸ λέλεκται· *Οὐ φοβηθήσῃ ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου·* ἀλλ' οὐδὲ *ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ* φοβηθησόμεθα. Εἰ δὲ καὶ χιλιάδες καὶ μυριάδες ἀοράτων ἢ καὶ ὁρατῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων κατὰ τοῦ C λαοῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ ἐπανασταῖεν, ἀλλὰ καὶ πάντας ἀθρόως ὁμοῦ καὶ πάσας ἡ αὐτοῦ δύναμις ἐν μιᾷ ῥοπῇ καθελεῖ, ὡς αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς παραλαβεῖν ἡμᾶς τὴν ἐκδίκησιν. Διὸ λέλεκται· *Πλὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου κατανοήσεις, καὶ ἀνταπόδοσιν ἁμαρτωλῶν ὄψει.* Ἡμεῖς δὲ τοῦ λόγου τὴν ἀλήθειαν ἐξ αὐτῆς τῆς ἑρμηνείας παρειλήφαμεν, κατὰ καιροὺς τὰ τέλη συνορῶντες τῶν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ πολεμησάντων, παραχρῆμά τε καὶ οὐκ εἰς μακρὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πολεμηθέντων.

Hæc porro omnia, et cætera sub hæc memorata, ad hominem etiam qui in Christo est referentur, necnon ad omnes qui dicere valeant : *Omnia possum in eo qui me confortat Christo Jesu.* [71] Hic porro fuerit Christi chorus, qui ex sanctis et perfectis Dei martyribus constat, quique ad sanguinem usque pro veritate decertavit, et bravia victoriæ cum Deo partæ adversus inimicos retulit. Hæc item, quæ dicta sunt, Christi homini coaptabuntur : hoc enim declarat dictorum series. Nam cum ad quempiam dixisset : *Quoniam ipse liberabit de laqueo venantium, et a verbo turbulento*, et : *In scapulis suis obumbrabit tibi, et sub pennis ejus sperabis ;* et cum eumdem alloquens subdidisset : *Scuto circumdabit te veritas ejus ;* et illud : *Non timebis a timore nocturno;* itemque : *Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit;* et adjecisset : *Verumtamen oculis tuis considerabis, et retributionem peccatorum videbis;* cum omnia singulariter quasi de uno locutus esset,

Πάντα δὲ ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς ἐπιλεγόμενα ἐπὶ τὸν ἐν Χριστῷ ἄνθρωπον ἀνενεχθήσεται, καὶ ἐπὶ πάντα τὸν οἷόν τε λέγειν· *Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ Ἰησοῦ.* Οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ Χριστοῦ χορὸς, ὁ ἐξ ἁγίων καὶ τελείων Θεοῦ μαρτύρων συνεστὼς, ὁ μέχρις αἵματος ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ἀληθείας, καὶ τὰ βραβεῖα τῆς ἐν Θεῷ νίκης κατὰ τῶν D ἀντιπάλων αἱρόμενος. Καὶ ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον δὲ τοῦ Χριστοῦ ἁρμοσθήσεται τὰ λεγόμενα· τοῦτο γοῦν παρίστησιν αὕτη ἡ τῶν ἐμφερομένων ἀκολουθία. Εἰπὼν γὰρ ὁ λόγος πρὸς ἕνα τινὰ, *Ὅτι αὐτὸς ῥύσεται ἐκ παγίδος θηρευτῶν καὶ ἀπὸ λόγου ταραχώδους*, καὶ, *Ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει σοι, καὶ ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐλπιεῖς·* καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν ἐπάγων τὸ, *Ὅπλῳ κυκλώσει σε ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ·* καὶ τὸ, *Οὐ φοβηθήσῃ ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ·* καὶ τὸ, *Πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιὰς, καὶ μυριὰς ἐκ δεξιῶν σου, πρὸς σὲ δὲ οὐκ ἐγγιεῖ·* καὶ τούτοις προστιθεὶς τὸ, *Πλὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου κατανοήσεις, καὶ ἀνταπόδοσιν ἁμαρτωλῶν ὄψει·*

[70] Psal. CXXIII, 1-3. [71] Philip. IV, 13.

πάντα δὲ τὰ ἑνικῶς εἰπὼν ὡς πρὸς ἕνα τινὰ, ἐπισυνάπτει λέγων, *Ὅτι σὺ, Κύριε, ἐλπίς μου, τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου·* σαφέστατα παρίσταται, ὅτι Κύριος ἦν πρὸς ὃν ταῦτα πάντα ἐλέγετο. Μηδεμιᾶς γὰρ διαμέσου ἐναλλαγῆς προσώπου γενομένης, συνῆψεν ὁ λόγος ὑπὸ μίαν διάνοιαν ὡς πρὸς ἕνα τὰ πάντα· παρέστησέ τε τίς ποτε ἦν οὗτος, διασαφῶν ἑξῆς καὶ λέγων· *Ὅτι σὺ, Κύριε, ἐλπίς μου, τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου.* Ἐπειδὴ γὰρ σὺ, φησὶν, ὦ Κύριε, ἐφ' ὃν ἐγὼ ἤλπισα, τὸν Ὕψιστον, δηλαδὴ τὸν ἀνωτάτω Θεὸν, καὶ σαυτοῦ Πατέρα, καταφυγὴν ἔθου σεαυτοῦ, διὰ τοῦτο οὐ προσελεύσεταί σοι οὔτε χιλιὰς, οὔτε μυριὰς, οὔτε παγίδες θηρευτῶν, οὔτε τι ἕτερον τῶν κατηριθμημένων· καὶ ἐπειδήπερ σὺ, ὦ Κύριε, εἶ μου τοῦ ταῦτα λέγοντος ἐλπὶς, *Τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου·* διὰ τοῦτο καὶ ἀρχόμενος ἔλεγον περὶ σοῦ, *Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου,* ἢ, *Ὁ καθήμενος ἐν ἀποκρύφῳ Ὑψίστου·* ἐπειδήπερ ἐν ἀποῤῥήτοις καὶ ἀποκρύφοις σύνεδρόν σε καὶ σύνθρονον ὁ Ὕψιστος ἐποιήσατο, φήσας πρὸς σέ· *Κάθου ἐκ τῶν δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.*

Ὑψίστου δὲ νοουμένου ἐν τούτοις τοῦ ἀνωτάτου Θεοῦ τῶν ὅλων· Κυρίου δὲ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὃς τὸν Ὕψιστον ἔθετο καταφυγὴν αὐτοῦ, εἰκότως καὶ Μωϋσῆς τῷ αὐτῷ θείῳ Πνεύματι θεοφορούμενος ἐδίδασκεν ἐν μεγάλῃ ᾠδῇ λέγων· *Ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. Καὶ ἐγενήθη μέρος Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ.* Διὰ τούτων γοῦν καὶ ὁ Μωϋσῆς Ὕψιστον σαφῶς προσεῖπε τὸν ἀγέννητον Θεὸν, διανέμοντα τὰ ἐπὶ γῆς ἔθνη τοῖς ἑαυτοῦ ἀγγέλοις· Κύριον δὲ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν παρὰ τοῦ Πατρὸς τὸν Ἰσραὴλ ὑποδεδεγμένον. Αὐτὸς δ' οὖν οὗτος ὁ Κύριος καὶ διὰ τῶν προκειμένων ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου κατοικεῖν ἐλέγετο, καταφυγήν τε ἑαυτοῦ τὸν Ὕψιστον τεθεῖσθαι, δηλαδὴ τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα. Διὸ λέλεκται πρὸς αὐτόν· *Ὅτι σὺ, Κύριε, ἐλπίς μου, τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου.* Ἐπεὶ δὲ Ἰουδαϊκώτερον ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ Σύμμαχος τὴν ἑρμηνείαν ἐκτεθείκασι, ὑφορώμενοι τὸ περὶ τοῦ Ὑψίστου καὶ περὶ τοῦ Κυρίου ἀποδεδομένον ἡμῖν δόγμα· καὶ ὁ μὲν Ἀκύλας ἡρμήνευσεν εἰπών· *Ὅτι σὺ, Κύριε, ἐλπίς μου, ὕψιστον ἔθηκα κατοικητήριόν σου·* ὁ δὲ Σύμμαχος· *Σὺ γὰρ, Θεὲ, ἀφοβία μου, ὑψίστην ἔθου τὴν κατοίκησίν σου·* τηρητέον πρῶτον μὲν, ὡς ἡ πέμπτη ἔκδοσις συνᾴδει τοῖς Ἑβδομήκοντα, φήσασα καὶ αὐτή· *Ὅτι σὺ, Κύριε, ἐλπίς μου, τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου·* δεύτερον, ὡς ἡ Ἑβραϊκὴ φωνὴ, *Ἐλιὼν* περιέχουσα τὸν Ὕψιστον δηλοῖ. Εὕρομεν γοῦν ἐν νς' ψαλμῷ κείμενον τὸ, *Κεκράξομαι πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον·* ἔνθα ἀντὶ τοῦ, *τὸν ὕψιστον*, τὸ Ἑβραϊκὸν *Ἐλιὼν* περιέχει, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος. Οὐκ ἄρα χρὴ βιαζομένους τὴν ἀλήθειαν διαστρέφειν. Καὶ ἄλλως δὲ, εἴπερ κατὰ τὸν Ἀκύλαν πρὸς αὐτὸν τὸν Κύριον λέλεκται, *Ὅτι σὺ, Κύριε, ἐλπίς μου, ὕψιστον ἔθηκα οἰκητήριόν σου·* ἢ κατὰ

A sic infert : *Quoniam tu es, Domine, spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum;* apertissime declarans Dominum esse ad quem hæc omnia dicebantur. Cum nulla enim in medio personæ mutatio facta sit, omnia una sententia, quasi uni dicta, concinnata sunt, ac his verbis clare significatur declaraturque quis ille sit : *Quoniam tu es, Domine, spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum.* Quia enim, inquit, tu, Domine, in quem ego speravi, Altissimum, id est supremum Deum et Patrem tuum, refugium tuum posuisti, ideo non accedent ad te, neque millia, neque decem millia, nec laquei venantium, neque aliud quidpiam ex memoratis : et quia tu, Domine, spes mei es hæc dicentis : *Altissimum posuisti refugium tuum;* ideo initio sermo- B nis de te dicebam : *Qui habitat in adjutorio Altissimi,* aut : *Qui habitat in abscondito Altissimi,* quia in arcanis et occultis te Altissimus sedis et throni consortem effecit, te sic alloquens : *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [72].

Cum autem Altissimus hic pro supremo omnium Deo intelligatur; Dominus autem pro Filio Dei, qui Altissimum posuit refugium suum; jure Moyses ejusdem Spiritus numine afflatus in magno cantico hæc docuit : *Quando dividebat Altissimus gentes, ut disseminabat filios Adam, constituit terminos populorum, secundum numerum angelorum Dei. Et facta est portio Domini populus ejus Jacob, funicu-* C *lus hæreditatis ejus Israel* [73]. His enim Moyses Deum ingenitum liquido Altissimum appellavit, qui gentes terræ angelis suis distribuit; Dominum vero Filium Dei, qui Israelem a Patre suscepit. Hic ergo ipse Dominus in adjutorio Altissimi habitare affirmabatur, et Altissimum posuisse refugium suum, videlicet Patrem suum. Quamobrem dictum est illi : *Quoniam tu es, Domine, spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum.* Quia vero Aquila et Symmachus modo ad Judaicam sententiam propius accedente interpretati sunt, doctrinam a nobis de Altissimo et de Domino traditam suspectam habentes; Aquila enim edidit, *Quoniam tu, Domine, spes mea, altissimum posui habitaculum tuum;* Symmachus vero, D *Tu enim, Deus, fiducia mea, altissimam posuisti habitationem tuam;* observandum primo est, quintam editionem Septuaginta Interpretibus accinere, nam et ipsa sic habet, *Quoniam tu, Domine, spes mea, altissimum posuisti refugium tuum;* secundo, Hebraicam vocem, quæ *Elion* habet *Altissimum* significare. In LVI enim psalmo sic expressum invenimus [74] : *Clamabo ad Deum altissimum :* ubi pro illo, *altissimum*, Hebraicum exemplar, *Elion*, circumfert, ut et in præsenti. Non oportet ergo violentia utentes veritatem evertere. Et alioquin si secundum Aquilam ipsi Domino dictum sit, *Quoniam tu es, Domine, spes mea, altissimum posui habitaculum tuum;* aut secundum

[72] Psal. CIX, 1. [73] Deut. XXXII, 8, 9. [74] Psal. [illegible] 3.

Symmachum, *Tu enim, Deus, fiducia mea, altissimam posuisti habitationem tuam;* et sermo, ut Judæi opinantur, ad Deum universorum referatur: cur deinceps additur, secundum Aquilam, *Non importabitur tibi malitia, et plaga non appropinquabit tegumento tuo, quoniam angelis suis præcipiet ut custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus tollent te, ne forte offendat in lapide pes tuus;* secundum Symmachum vero, post illud, *Tu, Domine, fiducia mea, altissimam posuisti habitationem tuam;* qua de causa subjicitur, *Non prævalebit adversum te malum, neque plaga appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mandabit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus gestabunt te, ut ne impingas in lapidem pede tuo?* Hæc quippe de Deo universorum dicta putare, qui non omnium impiissimum fuerit? Quis enim angelis suis mandet de Deo universorum, ut custodiant eum in omnibus viis ipsius? aut quomodo Deum, qui supra omnia est, manibus gestabunt, ut non offendat ad lapidem pes ejus? At vides non licere per sermonis seriem, hæc ad personam Dei, qui supra omnia est, referre: neque item superius dicta ab illo, *Quoniam ipse liberabit te de laqueo venantium, a verbo turbulento. In scapulis suis obumbrabit tibi et sub pennis ejus sperabis*, et cætera quæ sequuntur.

Quod si quis hæc accipiat de Christo Dei, qui hic, ut etiam alibi, Dominus vocatur, is non aberraverit a vero: nam Apostolus quoque ait: *Unus Deus ex quo omnia, et unus Dominus per quem omnia*[75]: ac rursum, *Unus Dominus*, inquit, *una fides, unum baptisma. Unus Deus, qui est super omnia, et per omnia, et in omnibus*[76]. Duo autem Domini aperte a Davide dicti sunt in illo, *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*[77]; imo etiam illud Moysis, *Pluit Dominus a Domino in Sodomam et Gomorrham sulphur et ignem*[78], eidem sententiæ astipuletur; quemadmodum etiam cum diceret, *Quando dividebat Altissimus gentes, facta est pars Domini populus ejus Jacob*[79]; manifeste quippe hinc et Altissimum et Dominum nosse videtur; Altissimum quidem eum, qui distribuit et sortes dat angelis suis; Dominum vero, qui cum angelis præcellentem omnium gentium sortem accipit. Quia igitur Dominus, qui hic indicatur, forma servi accepta, in similitudinem hominum factus est et habitu inventus ut homo, ac post baptismum in Jordane omnem passus tentationem est, quando ductus est a Spiritu in desertum ut tentaretur a diabolo, et in solitudine quadraginta diebus et quadraginta noctibus tentatus est, et erat cum feris, ut ait evangelista[80]; jure hæc omnia Spiritus sanctus prænuntiare occupat, significans quanta diebus quadraginta tentatus, quanta totidem noctibus sustinuit. Cum enim ad Evangelium regni Dei prædi-

A τὸν Σύμμαχον, *Σὺ γὰρ, Κύριε, ἀφοβία μου, ὑψίστην ἔθου τὴν οἴκησίν σου·* ἀναφέρεταί τε ὁ λόγος, ὡς ἂν οἰηθεῖεν Ἰουδαίων παῖδες, ἐπὶ τὸν τῶν ὅλων Θεόν, πῶς συνῆπται ἑξῆς κατὰ μὲν τὸν Ἀκύλαν τὸ, *Οὐ μεταχθήσεται πρὸς σὲ κακία, καὶ ἀφὴ οὐκ ἐγγιεῖ ἐν σκέπῃ σου· ὅτι ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖταί σε φυλάξαι ἐν πάσαις ὁδοῖς σου. Ἐπὶ ταρσῶν ἀροῦσι, μήποτε προσκόψῃ ἐν λίθῳ ὁ πούς σου·* κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, μετὰ τὸ, *Σὺ, Κύριε, ἀφοβία μου, ὑψίστην ἔθου τὴν οἴκησίν σου·* πῶς ἐπιλέγεται τὸ, *Οὐ κατισχύσει σου κακόν. οὐδὲ ἀφὴ ἐγγίσει τῇ σκηνῇ σου. Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις ἐντελεῖται περὶ σοῦ φυλάσσειν σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου. Ἐπὶ χειρῶν βαστάσουσί σε, ἵνα μὴ προσπαίσῃ ἐν λίθῳ ποδί σου;* Ταῦτα γὰρ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν B λέγεσθαι πῶς οὐκ ἂν εἴη πάντων ἀσεβέστατον; Τίς γὰρ ὁ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελλόμενος περὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, ὥστε φυλάττειν αὐτὸν ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ; ἢ πῶς τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἐπὶ χειρῶν βαστάσουσιν, ἵνα μὴ προσπαίσῃ λίθῳ ὁ πούς αὐτοῦ; Ἀλλ' ὁρᾷς, ὡς ὁ λόγος οὐκ ἐπιτρέπει εἰς πρόσωπον τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ ταῦτα ἀναφέρεσθαι· ἐπεὶ μηδὲ τὰ ἀνωτέρω ἀπὸ τοῦ, *Ὅτι αὐτὸς ῥύσεταί σε ἐκ παγίδος θηρευτῶν, ἀπὸ λόγου ταραχώδους. Ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει σοι, καὶ ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐλπιεῖς*, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα.

Εἰ δέ τις ταῦτα ἐκλάβοι ἐπὶ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνταῦθα Κύριον, ὥσπερ οὖν καὶ ἐν ἄλλοις ὠνομασμένον, οὐκ ἂν διαμάρτοι τῆς ἀληθείας· ἐπεὶ καὶ ὁ Ἀπόστολος, *Εἷς Θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα*, καὶ εἷς C *Κύριος, δι' οὗ τὰ πάντα·* καὶ πάλιν, *Εἷς Κύριος*, φησὶ, *μία πίστις, ἓν βάπτισμα. Εἷς Θεὸς ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσι.* Κύριοί τε δύο ἄντικρυς καὶ ὑπὸ τοῦ Δαυῒδ ὠνομάσθησαν κατὰ τὸ, *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου·* ἀλλὰ καὶ Μωϋσῆς λέγων, *Ἔβρεξε Κύριος παρὰ Κυρίου ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα θεῖον καὶ πῦρ*, τῆς αὐτῆς ἂν γένοιτο δόξης· ὥσπερ οὖν καὶ ἐν οἷς ἔφασκε τὸ, *Ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ·* ἄντικρυς γὰρ διὰ τοῦ, τὸν Ὕψιστον καὶ Κύριον εἰδὼς φαίνεται· Ὕψιστον μὲν τὸν διανέμοντα καὶ κληροδοτοῦντα τοῖς ἑαυτοῦ ἀγγέλοις, Κύριον δὲ τὸν μετὰ τῶν ἀγγέλων κληρούμενον τὴν πάντων τῶν ἐθνῶν D διαφέρουσαν μερίδα. Ἐπεὶ τοίνυν ὁ δηλούμενος ἐν τούτοις Κύριος μορφὴν δούλου λαβὼν ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γέγονε, καὶ σχήματι εὑρέθη ὡς ἄνθρωπος, ὑπέμεινέ τε πάντα πειρασμὸν μετὰ τὸ βάπτισμα τὸ ἐν Ἰορδάνῃ, ὅτε ἀνήχθη ὑπὸ τοῦ Πνεύματος εἰς τὴν ἔρημον πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ μ' ἡμέρας καὶ μ' νύκτας πειραζόμενος, καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων, ὥς φησιν ὁ εὐαγγελιστής· εἰκότως ταῦτα πάντα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προλαβὸν θεσπίζει, σημαῖνον ὅσα τε ἐν ταῖς τεσσαράκοντα ἡμέραις πειραζόμενος ὑπέμεινε, καὶ ὅσα κατὰ τὰς ἰσαρίθμους

[75] I Cor. VIII, 6. [76] Ephes. IV, 5, 6. [77] Psal. CIX, 1. [78] Gen. XIX, 24. [79] Deut. XXXII, 8, 9. [80] Marc. I, 13.

ταῖς ἡμέραις νύκτας. Μέλλων γὰρ ἐπὶ τὸ Εὐαγγέλιον τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας παριέναι, πρὶν ἄρξασθαι τοῦ κηρύγματος, καὶ πρὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίας, ἐπὶ τὰς ἐχθρὰς καὶ πολεμίας τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους δυνάμεις ἀνήγετο· ὅπως, ἐκείνας πρώτας καταγωνισάμενος καὶ καθελὼν, οὕτως ἐπὶ τὴν τῶν πάλαι καταπονουμένων λύτρωσίν τε καὶ ἐλευθερίαν παρέλθοι. Ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς δὴ μάλιστα πρώτους τοὺς παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι θεοὺς εἶναι νομίσαντας, καὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς αἰχμαλώτους, ἀπὸ τῆς τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ γνώσεώς τε καὶ εὐσεβείας ἀφαρπάσαντας, καθυποτάξαι καὶ τῆς τυραννίδος καθελεῖν· εἶθ' οὕτως ἅπασιν ἀνθρώποις τὸ Εὐαγγέλιον τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας παραδοῦναι. Διὸ δὴ πρὸ πάσης ἱστορουμένης αὐτοῦ πράξεως ἀνήγετο εἰς τὴν ἔρημον πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου· καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων, ὥς φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς, θηρία προσειπὼν τὰς ἀπηγριωμένας καὶ θηριώδεις πονηρὰς δυνάμεις. Αὐτὰ δὴ οὖν ταῦτα καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς προαναφωνεῖ προφητικῷ Πνεύματι ἀναγκαίως. Χρὴ γὰρ, διὰ τῶν ἔμπροσθεν διδαχθέντας τὰ περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους παρουσίας τοῦ προφητευομένου, καὶ τὰ περὶ τῆς ἐνσάρκου γεννήσεως αὐτοῦ, τά τε περὶ τοῦ θανάτου, ὅπως τε ἐκ σπέρματος Δαυῒδ προελεύσεσθαι προκεκήρυκτο, ἀκολούθως καὶ τὸν ἀγῶνα μαθεῖν ἡμᾶς ὃν ἤρατο κατὰ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων. Ταῦτα οὖν ἡ παροῦσα παρίστησι προφητεία προλέγουσα, ὅσα κατὰ τὴν ἔρημον ὑπέμεινεν ἐφ' ὅλαις ἡμέραις μ' καὶ νυξὶ ταῖς ἴσαις πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Θηρευταὶ γὰρ ἦσαν περὶ αὐτὸν ἀόρατοι δυνάμεις, παγίδας αὐτῷ κατασκευάζουσαι. Καὶ αἱ μὲν λόγοις ταραχώδεσιν αὐτὸν θορυβεῖν πειρώμεναι, αἱ δὲ φοβεῖν κατὰ τὰς νύκτας, καὶ πάλιν ἄλλα δι' ἡμέρας βέλη νοητὰ πέμπουσαι κατ' αὐτοῦ· καὶ αὖθις ἕτεραι οὐκ ὠνομάσθαι ἡμῖν, οὐδὲ λεχθῆναι δυνάμεναι θνηταῖς ἀκοαῖς, τὸν κατ' αὐτοῦ πειρασμὸν πραγματευόμεναι· ὃ δὴ σημαίνει φάσκων ὁ λόγος, *Ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου*· Ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας ἡρμήνευσεν, *Ἀπὸ ῥήματος ἐν σκοτομήνῃ περιπατοῦντος*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Οὐδὲ λοιμὸν ζόφῳ ὁδεύοντα.*

A candum proditurus esset, antequam prædicationem iniret, et antequam beneficia hominibus impertiret, ad inimicas et adversarias generi humano virtutes adductus est; ut cum illas priores debellasset et destruxisset, sic ad eorum qui olim affligebantur redemptionem et libertatem curandam procederet. Oportebat enim primo illos qui apud omnes gentes pro diis reputabantur, hominumque animas captivas a cognitione Dei universorum et a pietate abripuerant, subigere, eorum tyrannidem delere : deindeque omnibus hominibus Evangelium regni Dei tradere. Quapropter ante omnes alias ejus actiones, quæ in historia feruntur, ductus est in desertum, ut tentaretur a diabolo, eratque cum feris, ut ait evangelista, feras nuncupans agrestes illas et ferinas B malignas virtutes. Hæc igitur ipsa præsens psalmus prophetico Spiritu necessario prænuntiat. Par quippe erat nos ante edoctos ea quæ ejus qui in prophetia enuntiatur adventum ad homines spectant, necnon quæ ad ejus carnalem generationem pertinent, ad mortem item ejus, et ad modum quo ex semine David proditurus prænuntiabatur, ediscere; ac consequenter etiam de certamine ejus, quod contra adversarias potestates suscepit, erudiri. Hæc igitur præsens prophetia declarat, prænuntians quanta in deserto sustinuit, diebus quadraginta totidemque noctibus tentatus a diabolo. Venatores quippe illum circumdabant, invisibiles nempe potestates, laqueos ipsi parantes. Et aliæ quidem verbis C turbulentis conturbare ipsum tentabant; aliæ in nocte perterrefacere. Aliæ item in die spiritualia tela immittebant in eum; rursum aliæ, quæ nec nominari nobis, nec dici mortalibus auribus possunt, tentationem in eum adornabant : quod his significatur, *A negotio perambulante in tenebris.* Pro quo Aquila quidem interpretatus est, *A verbo in nocte illum perambulante ;* Symmachus vero, *Neque pestem in caligine ambulantem*

Ἤδη δὲ καὶ τὰ ἀναιδέστατα καὶ ἀρχοντικὰ τῶν δαιμονίων, τὰ ἐν αὐτῇ τῇ μεσημβρίᾳ καὶ τῇ τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς ἀκμῇ τολμῶντα παραφαίνεσθαι, προσῄεσαν αὐτῷ. Τῶν γὰρ ἄλλων τὸ οἰκεῖον σκότος μεταδιωκόντων, καὶ ἐν μόνῃ νυκτὶ φαντασιοῦν εἰωθότων, τὰ ἀναιδέστατα καὶ δι' ἡμέρας τολμᾷ φαίνεσθαι, καὶ ἐν μέσαις αὐγαῖς ἡλίου. Τοιαῦτα δὲ ἦν τὰ καὶ τῷ Σωτῆρι ἐπιόντα· μεθ' ἡμέραν μὲν οὖν τοιαῦτά τινα αὐτῷ προσῄει, κατὰ δὲ τὰς νύκτας ἕτερα. Διὸ εἴρηται ἑξῆς· *Οὐ φοβηθήσῃ ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, καὶ ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου.* Ὁρῶντα δὲ αὐτοῦ τὴν ἄμαχον καὶ ἀήττητον δύναμιν, ὁμοῦ πάλιν ἀθροιζόμενα κατὰ στίφη προσίεσαν αὐτῷ πλήθη δυνάμεων ἀντικειμένων. Καί μοι δοκοῦσιν οἱ πάλαι παρ' ἀνθρώποις νομιζόμενοι θεοὶ, καὶ τὰ ἀντικείμενα πνεύματα, ξένην τινὰ φύσιν καὶ δύναμιν πάντων αὐτῶν καθαιρετικὴν θεώμενα ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὁμοῦ συνῆχθαι ἁπανταχόθεν, ἀθρόα τε προσιέναι καὶ προσρήσσειν ἐθέλειν αὐτῷ. Καὶ τὰ

Ad hæc vero etiam impudentissimi dæmoniorum principes, qui in meridie, vigente solis luce, apparere ausi sunt, accesserunt ad eum. Nam cum alii proprias sibi tenebras sectentur, et in sola nocte phantasias movere soleant; qui impudentissimi D sunt, etiam in die apparere audent, et in mediis solaribus radiis. Tales erant qui Salvatorem adorti sunt; in die namque hujusmodi spiritus accedebant ad eum, in noctibus autem alii. Quare dicitur postea, *Non timebis a timore nocturno, et a negotio perambulante in tenebris.* Cum autem invictam et insuperabilem ejus virtutem cernerent, agmine simul instructo, multitudo adversariarum potestatum ipsum aggressa est. Videturque mihi, illos olim, qui apud homines dii existimabantur, itemque adversarios spiritus, stupendam quamdam naturam et virtutem sibi omnibus exitiosam in homine Salvatoris nostri videntes, una congregatos undique confertim accessisse, ut irrumperent in eum.

Et primo quidem diabolum aliorum particularium spirituum opera ipsum tentasse : quare dictum est, *Et erat cum feris* [81]. Quibusnam feris? id aperit in sequentibus sermo præsens his verbis, *Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem.* Etenim, ut verisimile est, tali specie talique forma suscepta, malignæ quædam virtutes, principatus et potestates, rectores mundi tenebrarum harum, ac spiritualia nequitiæ, per aerem volantes ; sive allegorico more, aspides, basilisci, leones et dracones vocatæ ; sive ob malitiæ similitudinem his comparatæ, omne tentationum genus in ipsum moverunt. In fine autem omnium, conspicatus diabolus eum super aspidem et basiliscum ambulare, omnesque ipsi subditas operationes conculcare : ipse demum accessit humilis et formidolosus, ipsique interrogationes in Evangeliis descriptas proposuit, tentans eum ac dicens : Si Filius Dei es, hæc dicito, illa facito. Impetum itaque confertim a malignis spiritibus factum, eorumque cladem describit hæc prophetia : quæ illos una quidem coactos esse docet, neque tamen aliquid agere potuisse ; sed cum appropinquarent ipsi, humi decidisse. Ideo dictum est, *Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis.* Pro illo autem, *A latere tuo*, Aquila et Symmachus, *ex transverso tuo*, ediderunt ; sic sinistram Salvatoris nuncupante divina Scriptura, quia fortasse penes eum nihil lævum aut sinistrum est. Cæterum de omnibus simul adversariis potestatibus dictum est illud, *Ad te autem non appropinquabunt ;* itemque illud, *Verumtamen oculis tuis considerabis, et retributionem peccatorum videbis.* Et hæc, inquit, omnia tibi accident ; quoniam tu, Domine, spes mea, *Altissimum posuisti refugium tuum.*

Æstimo autem has invisibiles et adversarias potestates, quæ sub universo cœlo erant, adversus eum confertim congregatas fuisse, quod perturbarentur ex allata ipsi voce, quando in columbæ specie Spiritus sanctus descendit in illum, et audita vox est desuper dicens : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* [82]. Hac igitur audita voce, conspicatæ item a Spiritu sancto per columbam commonstratum fuisse hominem Filium Dei appellatum, neque voci non credere, neque, hominem carne indutum cernentes, hunc dilectum esse Dei persuasum habere poterant. Quare stupendum quidpiam, et novam hominis naturam cernentes, suam operandi vim præstantiori virtute delendam esse exspectabant. Idcirco illum adortæ sunt, qui sese alacri animo omnibus tentationibus obtulit, quas pro salute hominum susceperat. Nam cum, ut dixi, prædicaturus esset *captivis dimissionem, et cæcis visus restitutionem*, secundum prophetiam de ipso prolatam [83] ; atque futurum esset, ut animas ho-

A μὲν πρῶτα δι' ἑτέρων μερικῶν πνευμάτων πειράζειν αὐτὸν ἐπιχειρεῖν τὸν διάβολον· διὸ λέλεκται· *Καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων.* Ποίων δὲ θηρίων; ὁ μετὰ χεῖρας παρίστησι λόγος προϊὼν ἑξῆς καὶ λέγων· *Ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα.* Τοιούτοις γάρ τισιν, ὡς εἰκὸς, εἴδεσί τε καὶ μορφαῖς σχηματιζόμεναι, τὸν ἀέριον τόπον διιπτάμεναί τινες δυνάμεις πονηραὶ, ἀρχαί τε καὶ ἐξουσίαι, καὶ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τούτου, καὶ πνευματικὰ πονηρίας, τρόποις ἀλληγορίας ἀσπίδες καὶ βασιλίσκοι καὶ δράκοντες καὶ λέοντες ὀνομαζόμεναι, ἢ καὶ διὰ τὸ ἐμφερὲς τῆς κακίας τούτοις παραβαλλόμεναι, πάντα πειρασμὸν ἐκίνουν κατ' αὐτοῦ. Ἐπὶ τέλει δὲ πάντων, ὡς εἶδεν ὁ διάβολος ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβεβηκότα αὐτὸν B καὶ καταπεπατηκότα πάσας τὰς ὑπ' αὐτὸν ἐνεργείας, αὐτὸς ἤδη λοιπὸν δι' ἑαυτοῦ προσῄει ταπεινὸς καὶ ὑποδεδοικὼς, προσέφερέ τε αὐτῷ τὰς ἐρωτήσεις τὰς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἀναγεγραμμένας, πειράζων αὐτὸν καὶ λέγων, Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ τάδε, καὶ ποίησον τάδε. Τὴν οὖν ἀθρόαν ὁρμὴν τῶν πονηρῶν πνευμάτων καὶ τὴν ἧτταν αὐτῶν ἡ παροῦσα παρίστησι προφητεία· ὁμοῦ μὲν συνῆχθαι διδάσκουσα, μὴ μὴν δεδυνῆσθαί τι μηδ' ἰσχυκέναι· ἀλλ' ἐν τῷ πλησιάζειν αὐτῷ καταπίπτειν χαμαί. Διὸ λέλεκται· *Πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιὰς, καὶ μυριὰς ἐκ δεξιῶν σου.* Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ἐκ τοῦ κλίτους σου*, Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος, *Ἐκ τοῦ πλαγίου σου*, ἐκδεδώκασιν· οὕτω τῆς θεϊκῆς Γραφῆς τὰ ἀριστερὰ τοῦ Σωτῆρος ὀνομαζούσης, τάχα τὸ μηδὲν εἶναι ἐν C αὐτῷ σκαιὸν μηδὲ ἀριστερόν. Πλὴν ἀλλὰ περὶ πασῶν ἀθρόως τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων εἴρηται τὸ, *Πρὸς σὲ δὲ οὐκ ἐγγιοῦσι*, καὶ τὸ, *Πλὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου κατανοήσεις, καὶ ἀνταπόδοσιν ἁμαρτωλῶν ὄψει.* Καὶ ταῦτα, φησὶ, πάντα ἔσται περὶ σὲ, ἐπειδήπερ σὺ, ὦ Κύριε, ἡ ἐμὴ ἐλπὶς, *τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου.*

Ἡγοῦμαι δὲ τὰς ἀοράτους ταύτας καὶ ἀντικειμένας δυνάμεις, τὰς ὑπὸ παντὶ τῷ οὐρανῷ συνῆχθαι πάσας ἀθρόως κατ' αὐτοῦ θορυβηθείσας ἀπὸ τῆς ἐνεχθείσης πρὸς αὐτὸν φωνῆς, ὅτε ἐν εἴδει περιστερᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατέβαινεν ἐπ' αὐτὸν, ἥ τε ἄνωθεν φωνὴ ἠκούσθη λέγουσα· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.* Ἀκούσασαι D γοῦν τῆς φωνῆς ταύτης, καὶ θεασάμεναι τὸν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ τῆς περιστερᾶς ἀναδειχθέντα ἄνθρωπον Υἱὸν Θεοῦ ὠνομασμένον, οὔτε τῇ φωνῇ ἀπιστεῖν εἶχον, οὔτε τὸν ἄνθρωπον ὁρῶσαι σάρκα ἠμφιεσμένον πιστεύειν τοῦτον εἶναι τὸν ἀγαπητὸν τοῦ Θεοῦ. Διὸ ξένον τι χρῆμα καὶ καινὴν ἀνθρώπου φύσιν θεώμεναι, τὰς οἰκείας ἐνεργείας δυνάμει κρείττονι καθαιρεθήσεσθαι προσεδόκησαν. Διὸ δὴ ἐπῄεσαν αὐτῷ ἐπιδόντι εὖ μάλα προθύμως ἑαυτὸν εἰς πάντας τοὺς πειρασμοὺς, οὓς ὑπὲρ τῆς ἀνθρώπων σωτηρίας ἀναδέδεκτο. Μέλλων γοῦν, ὥσπερ ἔφην, κηρύττειν *αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν*, κατὰ τὴν περὶ αὐτοῦ προφητείαν, ἀφέλκειν τε τὰς τῶν ἀνθρώ-

[81] Marc. I, 13. [82] Matth. III, 17. [83] Luc. IV, 18 ; Isa. [illegible]

των ψυχὰς ἀπὸ τῶν πάλαι ᾐχμαλωτικότων αὐτὰς, ἐλευθεροῦν τε αὐτὰς ἀπὸ τῆς εἰδωλολάτρου πλάνης, ἀναγκαίως πρῶτον ἁπάντων κατ' αὐτῶν ἐστρατεύετο τῶν τὸν μακρὸν αἰῶνα τετυραννηκότων. Ἐπεὶ δὲ τούτοις κατηγωνίσατο δι' ὑπομονῆς παντὸς πειρασμοῦ, διό φησιν ὁ Λουκᾶς· *Καὶ συντελέσας πάντα πειρασμὸν ὁ διάβολος ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ*. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων θεραπείαν ἐχώρει· ἔνθεν καὶ ἔφριττον αὐτὸν οἱ δαίμονες, ὡμολόγουν τε αὐτὸν εἰδέναι ὅστις εἴη, βοῶντες καὶ λέγοντες· *Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοι, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ; οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ*. Ἀπὸ γὰρ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐνεχθείσης φωνῆς μεμαθήκεισαν ὅστις ἦν· ἀλλὰ καὶ ἀφ' ὧν εἰργάσατο κατὰ τὸν τοῦ πειρασμοῦ καιρὸν ᾔδεσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν.

Οὐ προσελεύσεται πρὸς σὲ κακὰ, καὶ μάστιξ οὐκ ἐγγιεῖ τῷ σκηνώματί σου. Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ τοῦ διαφυλάξαι σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου. Ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. Καὶ ταῦτα τῷ κατὰ Χριστὸν τετελειωμένῳ ἀνδρὶ καὶ τῷ χορῷ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων, τῇ τε ἁγίᾳ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ, καὶ δὴ καὶ αὐτῷ τῷ Χριστοῦ σώματι ἁρμόσειεν ἂν λέγεσθαι· Εἰ γὰρ *παρεμβάλλει ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτοὺς*, τῶν ὑπερβεβηκότων τὸν φόβον καὶ ἐν ἕξει τελείᾳ τῆς κατὰ ψυχὴν ἀρετῆς τυγχανόντων, ὁποῖός ἐστιν ὁ *καθήμενος ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, καὶ ὑπὸ τὴν σκιὰν τοῦ ἱκανοῦ αὐλιζόμενος*· τῶν οὖν τοιούτων οὐχ εἷς ἄγγελος, ἀλλὰ παρεμβολαὶ πλείους καθίστανται φύλακες, ὅσαι καὶ πλείους οἱ τῷ κατὰ Θεὸν τελείῳ ἐπιβουλεύοντες. Οὕτω γοῦν καὶ τὸν προφήτην Ἐλισσαῖον ἐκύκλουν πλῆθος δορυφόρων ἀγγέλων. Διὸ οὐδὲν τῶν βλαπτικῶν ἐπελεύσεσθαι λέγεται τῷ διὰ τοῦ ψαλμοῦ προφητευομένῳ· ἀλλ' οὐδὲ μάστιξ ἐπὶ τὸ σῶμα ἐφάψασθαι τοῦ σκηνώματος αὐτοῦ· μάστιγα νοούντων ἡμῶν οὐ τὴν κοινότερον λεγομένην· ταύτῃ γὰρ ἐμαστίχθησαν μυρίοι τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ μαρτύρων καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὸ σωματικὸν σκήνωμα καὶ ἡ σὰρξ μάστιξιν ᾐκίσθη κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, ἀκολούθως τῇ φασκούσῃ περὶ αὐτοῦ προφητείᾳ, *Τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα*· διὸ μάστιγα νῦν δηλοῦσθαι τὴν ἀπὸ δαιμονικῆς ἐνεργείας πληγὴν νομιστέον, ὁποίας εἴρηται αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἰάσασθαι καὶ θεραπεύειν ἐν ἀνθρώποις δαιμόνων ἀκαθάρτων μάστιγας. Τοιαύτην οὖν μάστιγά φησιν ὁ παρὼν λόγος μὴ ἐγγίσειν τῷ σκηνώματι τοῦ προφητευομένου, διὰ τὸ φυλάττεσθαι ὑπὸ τῶν καθεσταμένων ἐπὶ τὸ φρουρεῖν αὐτὸν ἀγγέλων, οἳ δὴ καὶ ἐπὶ χειρῶν αὐτὸν μετέωρον ἀναλήψεσθαι λέγονται, πρὸς τὸ μὴ προσκόπτειν αὐτοῦ λίθῳ τὸν πόδα. Σκήνωμα δὲ αὐτοῦ καθ' ἕνα μὲν τρόπον ἐρεῖς εἶναι τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ, κατὰ τὸ, *Ἕως ἂν εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ*· οὕτω καὶ πλείονα σκηνώματα τὰς ἁπαντα-

A minum ab iis, qui ipsas olim in captivitatem abegerant, abduceret, liberaretque ab idolorum errore; necessario bellum primo gerebat in eos qui diuturno tempore tyrannidem obtinebant. Et quia ipsos per tentationum omnium tolerantiam oppugnabat, ideo Lucas ait : *Et cum consummasset omnem tentationem diabolus, discessit ab eo* [84]. Deinde vero ad hominum curationem et medelam accedebat : quare fremebant in eum dæmones, confitebanturque se nosse quis esset, clamantes et dicentes : *Sine, quid nobis et tibi, Fili Dei? Novimus te quis sis, sanctus Dei* [85]. Ab illata enim illi voce didicerant quisnam esset; imo etiam ex iis quæ tentationis tempore gesserat, ejus virtutem noverant.

B VERS. 10-12. *Non accedent ad te mala, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mandabit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum.* Hæc de viro secundum Christum consummato, de choro martyrum Christi, vel de sancta ejus Ecclesia; imo vero de ipso Christi corpore opportune dici possunt. Nam si *castrametatur angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos* [86], qui formidinem superarunt, et in bono virtutis, quæ secundum animam est, affectu versantur, qualis est *qui sedet in adjutorio Altissimi, et sub umbra fortis commoratur*; iis sane qui sic affecti sunt, non angelus unus, sed castra plurima in custodiam tradita sunt, et tanto plurima, quanto

C qui viro secundum Deum profecto insidiantur. Sic itaque Elisæum prophetam muniebant satellitum angelorum turmæ Quamobrem nocumenti nihil passurus esse dicitur qui in psalmo prænuntiatur; neque flagellum corpori tabernaculi ejus incutiendum prædicitur. Per flagellum vero non vulgare illud intelligimus; nam eo cæsi sunt innumerabiles sancti Dei martyres, atque ipsum corporeum Servatoris nostri tabernaculum et caro ejus tempore passionis flagellis lancinata est, secundum prophetiam quæ de ipso fatur, *Dorsum meum dedi ad flagellas, et genas meas ad alapas* [87] : sed flagellum hic plagam dæmonica vi inflictam significare putandum est, qualia ipse Servator impurorum dæmonum hominibus incussa flagella curasse narratur. Hujus-

D modi flagellum dicitur non appropinquaturum esse tabernaculo ejus, qui in vaticinio fertur; quia ab angelis ad custodiam ejus deputatis servabitur, qui etiam eum in manibus sublimem assumpturi esse dicuntur, ut ne pes ejus ad lapidem offendat. Tabernaculum porro ejus aliqua ratione dicas esse Ecclesiam ipsius, secundum illud, *Donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob* [88]; sic et illas per orbem ecclesias plurima tabernacula esse novit qui dixit, *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum* [89]! Alio autem modo, corporeum il-

[84] Luc. IV, 13. [85] Marc. I, 24; Luc. IV, 34. [86] Psal. XXXIII, 8. [87] Isa. L, 6. [88] Psal. CXXXI, 5.
[89] Psal. LXXXIII, 2.

sed instrumentum, in quo habitavit Dei Verbum, dixeris tabernaculum ejus esse.

A χοῦ γῆς εἰρημένας ἐκκλησίας οἶδεν ὁ φήσας λόγος· *Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων!* Καθ' ἕτερον δὲ τρόπον τὸ σωματικὸν ὄργανον, ἐν ᾧ κατεσκήνωσεν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, λεχθείη ἂν αὐτοῦ σκήνωμα.

Et quidem præcipua et majora gesta illius, qui in prophetia enuntiatur, opera præstantioris cujuspiam edebantur; nam is qui secundum carnem ex semine Davidis esse a nobis intelligitur, cum sederet in adjutorio Altissimi, et cum Altissimum posuisset refugium suum, jure ab Altissimo servabatur. Quamobrem dicebat illi, *Susceptor meus es tu et refugium meum, Deus meus, et sperabo in eum.* Ipse namque eruebat eum de laqueo venantium, et in scapulis suis obumbrabat illi; quin etiam circumdabat illum veritatis scuto obtegens. Et hæc illi omnia Altissimus præstabat, ut ne turbaretur a timore nocturno, vel a sagitta volante in die, aut a negotio perambulante in tenebris, aut a ruina et dæmonio meridiano. Ad hæc vero Altissimus auxiliatus ei de quo agitur omnes inimicorum et hostium ejus virtutes de medio tollebat et pedibus ejus subjiciebat. Quare dictum est, *Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit.* Magna itaque, ut dixi, et perfecta opera Altissimus ipse, memorato viro opitulans, edebat; minora autem, ut quis dixerit, et leviora corporeaque, angelis procuranda demandabat. Hæc porro erant quæ ad tabernaculum, sive ad corporeum instrumentum atque ad ipsam carnem pertinebant; et hæc, utpote quæ modica, atque superius memoratis collata, vilia essent, ministris angelis ad custodiam concredebantur, ne quid nocumenti corpori ejus inferretur, neve flagellum quodpiam, non ipsi, sed tabernaculo ejus incuteretur: nam ipsi neque millia, neque decem millia malignarum virtutum appropinquare audebant. Carni vero et corpori ejus, qui in prophetia fertur, angeli ministrabant vel in minimis et vilissimis: quod sane his declaratur, *Ne offendas ad lapidem pedem tuum.* His quippe indicari arbitror, vel in minimis et parvi momenti rebus quæ corpori accidere solebant, angelos ipsi ministrasse. In Evangeliis porro hoc de Salvatore testimonium deprehendas; Marcus enim scripsit tempore tentationis Salvatorem cum feris fuisse, et angelos ei ministrasse [90]; Matthæus vero idipsum tempus significans ait: *Tunc dimittit eum diabolus, et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei* [91]. Sane quod angeli ipsi ministraverint, evangelistæ declarant; quod autem ministerii genus ipsi præstiterint, non memorarunt illi: sed id præsens prophetia docuit, videlicet circa corporea et minima eorum ministerium fuisse. Nam ejus tabernaculum custodiebant, ne flagellum ipsi appropinquaret; ejus autem pedes tutabantur, ut ne vel in minimo ac levissimo offenderent.

Τὰ μὲν κεφαλαιωδέστερα καὶ μείζονα τῶν κατορθωμάτων τοῦ διὰ τῆς προφητείας δηλουμένου διὰ συνεργείας τοῦ μείζονος κατωρθοῦτο. Καθήμενος γὰρ ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου ὁ κατὰ σάρκα νοούμενος ἡμῖν ὁ ἐκ σπέρματος Δαυῒδ γεγονὼς, ὁ αὐτὸς δὲ τὸν Ὕψιστον θέμενος αὐτοῦ καταφυγὴν, εἰκότως ὑπὸ τοῦ Ὑψίστου ἐφυλάττετο· διὸ καὶ αὐτῷ ἔλεγεν· *Ἀντιλήπτωρ μου εἶ καὶ καταφυγή μου, ὁ Θεός μου, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν.* Αὐτὸς γὰρ αὐτὸν ἐῤῥύετο ἐκ παγίδος θηρευτῶν, καὶ ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπεσκίαζεν αὐτόν· ἀλλὰ καὶ ἐκύκλου B αὐτὸν περιβάλλων ἀληθείας ὅπλῳ. Καὶ ταῦτα πάντα παρεῖχεν αὐτῷ Ὕψιστος, ὅπως μὴ ταράττηται ἀπὸ φόβου νυκτερινου, μήτε ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, μηδὲ ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου, μηδὲ ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις αὐτὸς ὁ Ὕψιστος συνεργῶν τῷ περὶ οὗ ὁ λόγος, πάσας τὰς τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ καὶ πολεμίων δυνάμεις καθῄρει καὶ ὑπὸ πόδας αὐτοῦ κατέβαλλε. Διὸ ἐλέγετο· *Πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιὰς καὶ μυριὰς ἐκ δεξιῶν σου, πρὸς σὲ δὲ οὐκ ἐγγιεῖ.* Τὰ μὲν οὖν, ὡς ἔφην, μεγάλα καὶ ἐντελῆ κατορθώματα ὁ Ὕψιστος αὐτὸς συνεργῶν τῷ δηλουμένῳ ἐξετέλει· τὰ δὲ, ὡς ἂν εἴποι τις, λεπτὰ καὶ σωματικώτερα ἀγγέλοις διακονεῖσθαι προσέταττε. Ταῦτα δὲ ἦν τὰ περὶ τὸ σκήνωμα αὐτοῦ, C δηλαδὴ τὸ σωματικὸν ὄργανον, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν τὴν σάρκα, ἃ δὴ ὡς σμικρὰ καὶ παραθέσει τῶν ἔμπροσθεν κατωνομασμένων εὐτελῆ, ὑπηρέταις ἀγγέλοις παρεδίδοτο εἰς τὸ φυλάττειν, μή τι κακοποιὸν ἐπέλθοι τῷ σώματι αὐτοῦ, μηδέ τις μάστιξ ἐγχρίμψειεν, οὐχ αὐτῷ, ἀλλὰ τῷ σκηνώματι αὐτοῦ· αὐτῷ γὰρ οὔτε χιλιάδες, οὔτε μυριάδες δυνάμεων πονηρῶν πλησιάζειν ἐτόλμων. Διηκονοῦντο δὲ ἄγγελοι τῇ σαρκὶ τοῦ προφητευομένου καὶ τῷ σώματι, καὶ μέχρι τοῦ σμικροτάτου καὶ εὐτελεστάτου· ὃ δὴ καὶ παρίστησιν ὁ λόγος φάσκων· *Ὅπως μὴ προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.* Σημαίνειν γὰρ οἶμαι διὰ τούτου τὸ καὶ μέχρι τοῦ τυχόντος καὶ βραχυτάτου συμβαίνειν εἰωθὸς περὶ τοῦ σώματος ἀγγέλους διακονεῖσθαι αὐτῷ. Ἔχεις δὲ καὶ ἐν Εὐαγγελίοις ἐπὶ D τοῦ Σωτῆρος αὐτοῦ ταύτην τὴν μαρτυρίαν. Ὁ μὲν γὰρ Μάρκος ἀνέγραψε κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πειρασμοῦ τοῦ Σωτῆρος, ὡς ἄρα ἦν μετὰ τῶν θηρίων, καὶ οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ· ὁ Ματθαῖος πάλιν τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐπισημηνάμενός φησι· *Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος, καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι προσῆλθον καὶ διηκόνουν αὐτῷ.* Ἀλλὰ ὅτι μὲν οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ, ἔδειξαν οἱ εὐαγγελισταί· ποίας δὲ διακονίας αὐτῷ παρεῖχον, οὗτοι μὲν οὐκ ἐμνημόνευσαν· ἡ δὲ προκειμένη προφητεία ἐδίδαξεν, ὅτι τὴν περὶ τὰ σωματικὰ καὶ σμικρὰ διακονίαν. Ἐφύλαττον γὰρ αὐτοῦ τὸ σκήνωμα, ὅπως μὴ μάστιξ αὐτῷ πλησιάσῃ· ἐφρούρουν δὲ αὐτοῦ καὶ τοὺς πόδας, ὡς ἂν μὴ προσκόψειαν μέχρι τοῦ σμικροτάτου καὶ εὐτελεστάτου.

[90] Marc. I, 13. [91] Matth. IV, 11.

A Καὶ ταῦτα μὲν κατ' αὐτὴν τὴν λέξιν· πρὸς δὲ διάνοιαν ἐπισκήνωμα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡ Ἐκκλησία αὐτοῦ ἀποδέδεικται· ἀλλὰ καὶ σῶμα αὐτοῦ ὁ λαὸς αὐτοῦ κατὰ τὸν φήσαντα Ἀπόστολον· *Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους.* Εἶεν ἂν τῶν μελῶν οἱ μὲν ὀφθαλμοὶ τοῦ Χριστοῦ σώματος, οἱ δὲ καὶ ὦτα, οἱ δὲ καὶ χεῖρες· κατὰ ταῦτα τοίνυν ἔσονται αὐτοῦ καὶ πόδες ἕτεροι, περὶ ὧν εἴρηται· *Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων ἀγαθά!* Τούτων δὴ οὖν τῶν ποδῶν, ὅπως μή τις προσκόψῃ πρὸς λίθον τὸν πόδα, μηδὲ σκανδαλίζηται ἐν τῷ δρόμῳ, ὁμαλῶς τε καὶ ἀκωλύτως διατρέχῃ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου πορείαν, ἄγγελοι καθέστανται φρουροῦντες τοῦ δηλωθέντος σκηνώματος φύλακες. Πάλιν ἕτεροι ἄγγελοι οἱ τὰς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ τὰς ἁπανταχοῦ γῆς ἱδρυθείσας B πεπιστευμένοι. Ταῦτα δὲ μὴ συνιεὶς ὁ διάβολος· πῶς γὰρ ἢ πόθεν αὐτῷ τοῦ θείου Πνεύματος συνιέναι φωνάς; ἐν τῷ πειράζειν τὸν Σωτῆρα, εἰς τὸ πτερύγιον αὐτὸν τοῦ ἱεροῦ ἀναγαγὼν, εἶπε πρὸς αὐτόν· *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω. Γέγραπται γὰρ, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.* Συνιδὼν γὰρ ἔργοις αὐτοῖς εἰς τὸν Σωτῆρα πεπληρωμένην τὴν ἐν τοῖς προκειμένοις προφητείαν, ὁρῶν τε ξένον θέαμα ἐν ἀνθρώπου φύσει, ὡς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν στρατείαν καθῃρῆσθαι, καὶ πάσας αὐτοῦ νενικῆσθαι τὰς δυνάμεις, ὑπὸ τοῦ φαινομένου, χιλιάδας τε ἀθρόας, καὶ μυριάδας ἀπέμπροσθεν αὐτοῦ πιπτούσας, αὐτόν τε ἀτρεμεὶ καὶ ἀπαραποδίστως ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβαί- C νοντα, λέοντά τε καὶ δράκοντα, τὰς ἀρχοντικὰς αὐτοῦ δυνάμεις, καταπατοῦντα, καὶ τοῦτ' ἐπείραζε γνῶναι, εἰ, ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ πτερυγίου ῥίψαντος, ἄγγελοι προσελθόντες αὐτὸν βαστάσουσι. Πρὸς ταύτην αὐτοῦ τὴν ὑπόνοιαν διεψευσμένην οὖσαν ὁ Σωτὴρ ἀπεκρίνατο· *Γέγραπται*, λέγων, *Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου.* Τὸ γὰρ ἑαυτὸν κρημνίζειν καὶ καταβάλλειν ἀπὸ τῶν ὑψηλοτάτων, καὶ τοῦτο ποιεῖν ἵνα γνῷ. πότερόν ποτε βοηθείας τεύξεται τῆς διὰ τῶν ἀγγέλων, ἢ μὴ, πειράζοντος ἦν τὸν Θεόν· ὃ δὴ πειράζειν ἐβούλετο ὁ πειράζων. Οἰκεῖον γὰρ αὐτῷ ἦν πειράζοντι τὸν Σωτῆρα, καὶ τὸν Θεὸν πειράζειν τολμᾷν. Ἀλλ' οὐχ ὁ Σωτήρ γε ἐπείραζεν· εὖ γὰρ ᾔδει καὶ πέπειστο περὶ τῆς τοῦ Πατρὸς δυνάμεως τῆς συνεργούσης αὐτῷ. Διὸ καὶ τῷ διαβόλῳ προστακτι- D κῶς παρεκελεύετο λέγων· *Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου*, θείας Γραφῆς λέξιν τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου ἀντιπαρατιθεὶς τῇ φωνῇ τῆς παρούσης Γραφῆς, ἣν μὴ νοήσας ὁ διάβολος προήγαγεν αὐτῷ, μὴ συνιεὶς, ὅτι οὐκ ἐδεῖτο βοηθείας ἀγγέλων ὁ Σωτὴρ, εἰ καὶ καθ' ὑπόθεσιν οἰκείᾳ προαιρέσει καθεῖναι ἑαυτὸν ἐβουλήθη· ἐπεὶ καὶ κατὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν (ὅπερ ἦν μεῖζον τῆς ἀπὸ τοῦ πτερυγίου τοῦ ἱεροῦ ἐπὶ τὴν γῆν δι' ἀέρος καθόδου), οὐκ ἀγγελικῆς ἐδεήθη χειρός. Ὅρα δὲ, πῶς, μνημονεύσας ὁ διάβολος τοῦ, *Ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου*, τὸ ἑξῆς συνημμέ-

Et hæc quidem secundum nudam lectionem: at intelligendi more tabernaculum Servatoris nostri Ecclesiam ejus esse commonstratum est; corpus vero ejus, populus ejus est, secundum Apostolum, qui ait: *Vos autem estis corpus Christi, et membra ex parte* [92]. Ex membris autem alii fuerint corporis Christi oculi, alii aures, alii manus; hac porro ratione alii pedes ejus erunt, de quibus dictum est: *Quam speciosi pedes evangelizantium bona* [93]! Ne quis vero horumce pedum ad lapidem offenderet, neque in cursu impingeret, sed plana via et sine obice iter evangelicum permearet, angeli tutores ac custodes præfati tabernaculi constituti sunt. Rursum vero exstant alii angeli, quibus Ecclesiæ Christi ubique terrarum fundatæ, concreditæ sunt. Quod cum non intelligeret diabolus: quomodo enim aut unde divini Spiritus voces intelligere possit? cum Salvatorem tentaret, ipsum ad pinnaculum templi ductum sic alloquebatur: *Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quia angelis suis mandabit de te, et in manibus tollent te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum* [94]. Nam cum ex ipsis operibus perspiceret, prophetiam his verbis traditam in Salvatore impleri, ac stupendum in hominis natura spectaculum cerneret; ita ut omnis exercitus suus de medio sublatus, omnesque virtutes suæ ab eo qui apparuerat superatæ, millia vero et decem millia in conspectu illius lapsa essent, ille autem sine formidine et obice super aspidem et basiliscum ambularet, leonem et draconem, principes ejus virtutes, conculcaret; hoc item experiri volebat, num ipsum ex pinnaculo se projicientem, accedentes angeli gestaturi essent. Hujusmodi itaque falsæ suspicioni ita respondit Servator: *Scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum* [95]. Nam e sublimi sese præcipitare ac dejicere, idque animo experiundi an angelorum auxilium adfuturum esset, necne, hoc sane tentare Deum fuisset: quod experiri tentator optabat. Nam ipsi Salvatorem tentanti, proprium erat vel ipsum Deum tentare audere. At Servator tentare noluit: gnarus quippe erat ac persuasum habebat Patris virtutem sibi opitulari. Quare imperantis more diabolo dixit: *Non tentabis Dominum Deum tuum*, divinæ Scripturæ dictum ex lege sumptum hujus Scripturæ voci opponens, quam non intelligens diabolus ipsi proferebat, ignorans Servatorem angelorum ope non egere, etiamsi proprio nutu voluisset sese deorsum projicere. Quandoquidem in sua ad cœlos ascensione (quod sane majus erat, quam ille a pinnaculo templi ad terram per aerem transitus), non angelica manu opus habuit. Animadverte porro, quo pacto diabolus his commemoratis, *In manibus tollent te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum*; quod sequebatur non addiderit, videlicet illud, *super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem*, quod Salvatoris de diabolo et angelis

[92] I Cor. XII, 27. [93] Rom. X, 15. [94] Matth. IV, 6. [95] ibid. 7.

ejus reportatam victoriam manifeste declarabat. Nolebat enim sui confutationem adjicere; alioquin ratiocinio colligendum et comprobandum ipsi erat, eumdem ipsum qui super tales principes virtutes ambularet, ipsasque conculcaret, non posse non offendere ad lapidem pede suo; ita ut ad hoc angelorum tutela et auxilio egeret. Verum hæc non capiens ille hujus prophetiæ voce est usus, quod cætera in illo impleta esse cerneret. Servator autem non negat de se prolatum oraculum fuisse, sed diabolum qui ejus sensum non caperet, congruenti usus responsione, rejicit. Quomodo autem nos gratia Salvatoris nostri singula propriis in locis commentati simus, legentibus explorare supra licebit.

A νον οὐ προσέθηκε· τοῦτο δὴ τὸ, *Ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα*, σαφῶς τὴν κατ' αὐτοῦ τοῦ διαβόλου καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ νίκην τοῦ Σωτῆρος παριστῶντα. Οὐ γὰρ ἐβούλετο τὸν καθ' ἑαυτοῦ ἔλεγχον παρατίθεσθαι. Εἰ δὲ μὴ τὴν (sic) ἑαυτῷ συνέσεως χρῆν ἐπιλογίσασθαι, ὡς οὐκ ἦν τοῦ αὐτοῦ τὸ δύνασθαι ἐπιβαίνειν καὶ καταπατεῖν τὰς τοιαύτας ἀρχοντικὰς δυνάμεις, καὶ μὴ προσκόπτειν πρὸς λίθον τὸν πόδα, ὡς δεῖσθαι φυλακῆς ἀγγέλων καὶ βοηθείας. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν οὐ συνιεὶς κέχρηται τῇ ἀπὸ προκειμένης προφητείας φωνῇ, διὰ τὸ τὰ λοιπὰ συνεωρακέναι πεπληρωμένα εἰς αὐτόν· ὁ δὲ Σωτὴρ οὐκ ἀπαρνεῖται μὲν τὸ περὶ αὐτοῦ εἰρῆσθαι τὸ λόγιον· μὴ συνιέντα δὲ αὐτὸ τὸν διάβολον, ἀφίησι καταλλήλῳ χρησάμενος τῇ πρὸς αὐτὸν ἀποκρίσει. Ἡμεῖς δὲ, τῇ αὐτοῦ χάριτι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὅπως τὰ κατὰ τοὺς τόπους τεθεωρήκαμεν, πρόκειται τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐκ τῶν εἰρημένων διαγινώσκειν.

VERS. 13, 14. *Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem. Quoniam in me speravit, et liberabo eum; protegam eum, quoniam cognovit nomen meum. Clamabit ad me, et exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione : eripiam eum et glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum, et ostendam illi salutare meum.* Quæ ad tabernaculum spectabant angelis committebat, ut supra diximus, explicantes quo pacto angeli tueantur et custodiant virum in Christo perfectum, seu etiam Ecclesiam ejus; aut carnem qua instrumenti instar pro hominum salute usus est. Hæc quippe, utpote minora vilioraque, angelis commissa sunt; eadem, arbitror, ratione, qua quispiam famulis calceorum aut vilium perinde rerum curam et ministerium tradit; sic quæcunque modica et corporea per Salvatoris nostri carnem efficiebantur, ea angelorum curæ committebantur, qui ministrabant ipsi : de quibus angelis hæc testificatur Evangelii Scriptura dicens : *Accesserunt angeli, et ministrabant ei*[98]. Præstabiliora autem, majora et altiora, non angelis, sed ipsi Salvatori ascribit. Quænam illa sint, superius commonstratum est; inter hæc autem illud erat, *Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis.* In fine vero omnium Salvatoris nostri victoria de omnibus reportata postrema recensetur his verbis, *Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem.* His porro significari æstimo principatus, potestates, mundi rectores et spiritualia nequitiæ. Super hæc autem ambulare, et tot feras divinis virtutis suæ gressibus conculcare dicitur ipse Servator. Quod vero in nullo offendat, nec quidpiam corporeis ejus operationibus impedimento sit, id angelorum ministerio concreditum est. Sed quemadmodum de corporeo ejus tabernaculo dicebatur, *Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*, et ejus rei causa hæc adjiciebatur, *Quoniam angelis suis mandabit de te*; ita et nunc post illud, *Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draco-*

B *Ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα. Ὅτι ἐπ' ἐμὲ ἤλπισε, καὶ ῥύσομαι αὐτόν· σκεπάσω αὐτὸν, ὅτι ἔγνω τὸ ὄνομά μου. Κεκράξεται πρός με, καὶ ἐπακούσομαι αὐτοῦ, μετ' αὐτοῦ εἰμι ἐν θλίψει· ἐξελοῦμαι αὐτὸν, καὶ δοξάσω αὐτόν. Μακρότητα ἡμερῶν ἐμπλήσω αὐτὸν, καὶ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου.* Τὰ μὲν περὶ τοῦ σκηνώματος ἀγγέλοις ἐνετέλλετο, κατὰ τὰ προαποδοθέντα, ὅπως ἄγγελοι τημελῶσι καὶ φυλάττωσι τοῦ ἐν Χριστῷ τετελειωμένου ἀνδρὸς, ἢ καὶ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ, ἢ καὶ τῆς σαρκὸς, ᾗ κέχρητο δίκην ὀργάνου ὑπὲρ τῆς ἀνθρώπων σωτηρίας. Ταῦτα γὰρ ὡς βραχύτερα καὶ εὐτελέστερα ἀγγέλοις ἐπετέτραπτο· καὶ οἶμαι ὅτι, ὡς ἄν τις οἰκέταις ἐπιτρέψειεν ὑποδημάτων διακονίαν, ἢ ἄλλων τινῶν εὐτελεστέρων C ὑπηρεσίαν, οὕτως ὅσα μικρὰ καὶ σωματικὰ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνηργεῖτο σαρκὸς, τούτων ὑπηρέται καθίσταντο ἄγγελοι, καὶ διηκόνουν αὐτῷ· περὶ ὧν καὶ ἡ τοῦ Εὐαγγελίου γραφὴ μαρτυρεῖ λέγουσα, ὅτι *Προσῆλθον ἄγγελοι, καὶ διηκόνουν αὐτῷ*. Τὰ δὲ προὐργιαίτερα καὶ μείζονα καὶ ὑψηλότερα οὐκέτι ἀγγέλοις, ἀλλ' αὐτῷ τῷ Σωτῆρι ἀνατίθησι. Τίνα δὲ ἦν ταῦτα, δεδήλωται διὰ τῶν ἔμπροσθεν· ἐν οἷς ἦν καὶ τὸ, *Πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιὰς καὶ μυριὰς ἐκ τῶν δεξιῶν σου.* Τέλος δὲ πάντων καὶ ὑστάτη κατὰ πάντων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν νίκη παρίσταται διὰ τοῦ, *Ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ καὶ καταπατήσεις δράκοντα καὶ λέοντα.* Δηλοῦσθαι δὲ διὰ τούτων ἡγοῦμαι ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας καὶ κοσμοκράτορας, καὶ τὰ D πνευματικὰ τῆς πονηρίας. Ταύταις μὲν οὖν ἐπιβαίνειν, καὶ τὰ τοσαῦτα θηρία καταπατεῖν τοῖς θειοτέροις τῆς ἐνθέου δυνάμεως αὐτοῦ βαδίσμασιν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ λέγεται· τὸ δὲ ἐν μηδενὶ προσκόπτειν, μηδ' ἐμποδὼν γίνεσθαί τινα ταῖς σωματικωτέραις ἐνεργείαις αὐτοῦ, ἄγγελοι τὴν διακονίαν εἰλήφεσαν. Ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τοῦ σωματικοῦ σκηνώματος αὐτοῦ ἐλέγετο, *Μάστιξ οὐκ ἐγγιεῖ ἐν τῷ σκηνώματί σου*, καὶ τὸ αἴτιον ἐπήγετο διὰ τοῦ, *Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ*· οὕτω καὶ νῦν μετὰ τὸ,

[98] Matth IV, 11.

Ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις δράκοντα καὶ λέοντα, πάλιν ἡ αἰτία ἐπιλέγεται, οὐκ ἐπ' ἀγγέλους ἀναφέρουσα, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν τὸν Ὕψιστον, οὗ ἐκ προσώπου λέλεκται, *Ὅτι ἐπ' ἐμὲ ἤλπισε, καὶ ῥύσομαι αὐτόν*. Πῶς δὲ ἐπ' αὐτὸν ἤλπισε, προλαβὼν ἐδίδαξεν ὁ λόγος εἰπών· *Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου*· καί, *Ἐρεῖ τῷ Κυρίῳ· Ἀντιλήπτωρ μου εἶ, καὶ καταφυγή μου, ὁ Θεός μου, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν*. Ἡ τοίνυν ἐπινίκιος καὶ τελευταία πρᾶξις μετὰ πάσας τὰς προκαταλεχθείσας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἡ καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ τελειουμένου ἀνδρὸς, ἡ καὶ τοῦ αὐτοῦ τελείου σώματος τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ, δηλωθεῖσα διὰ τοῦ, *Ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις δράκοντα καὶ λέοντα*, τὴν πᾶσαν ἀναφορὰν καὶ τῆς νίκης τὴν αἰτίαν ἐπὶ τῷ Ὑψίστῳ ἀνατίθησι. Διὸ λέλεκται· *Ὅτι ἐπ' ἐμὲ ἤλπισε, καὶ ῥύσομαι αὐτόν, ὅτι ἔγνω τὸ ὄνομά μου. Μετ' αὐτοῦ εἰμι ἐν θλίψει, ἐξελοῦμαι καὶ δοξάσω αὐτόν*. Καί μοι δοκεῖ καθ' ἑτέραν διάνοιαν ἡ προφητεία θεσπίζειν πάντα τὸν τρόπον τοῦ κατὰ ἄνθρωπον βίου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν· λέγω δὲ τὸν πρῶτον πειρασμὸν, καὶ τὸν κατὰ τὸ πάθος, τήν τε μετὰ τὴν λύσιν τοῦ σώματος ἐπὶ τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις ἔφοδον. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα τοῦ ψαλμοῦ· κοινότερον δὲ οὕτω λεγέσθω ἡ παροῦσα προφητεία τὸν πειρασμὸν αἰνίττεσθαι τὸν ἐπὶ τῆς ἐρήμου, ὃν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις εἰσῆκται πειραθεὶς ὑπὸ τοῦ διαβόλου· τὰ δὲ δεύτερα, ἐν οἷς ἀγγέλους διακονεῖσθαι τῷ αὐτοῦ σώματι παρέστησεν ὁ λόγος, τὴν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον διατριβὴν αὐτοῦ· τὰ δὲ τρίτα, δι' ὧν λέγεται ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβεβηκέναι, καὶ καταπεπατηκέναι δράκοντα καὶ λέοντα, τὴν μετὰ τὸν θάνατον κατὰ τῶν ἀρχοντικῶν πνευμάτων νίκην· μεθ' ἃ πάντα ἐπιλέγεται· *Ἐξελοῦμαι αὐτὸν καὶ δοξάσω αὐτόν· Μακρότητα ἡμερῶν ἐμπλήσω αὐτὸν, καὶ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου*, τῆς μετὰ τὸν θάνατον ἐκ νεκρῶν σωτηρίας, καὶ τῆς μακραίωνος καὶ ἀθανάτου ζωῆς, τῆς τε ἐνθέου δόξης καὶ τῆς παρὰ τῷ Πατρὶ τιμῆς τε καὶ βασιλείας διὰ τούτων παρισταμένης.

A *nem*, causa rursum additur, quæ rem non ad angelos referat, sed ad ipsum Altissimum, ex cujus persona dicitur, *Quoniam in me speravit, et liberabo eum*. Quomodo in ipso speraverit, jam Scriptura edocere occupavit his verbis : *Qui habitat in adjutorio Altissimi*, et : *Dicet Domino : Susceptor meus es tu et refugium meum, Deus meus, et sperabo in eum*. Triumphalis itaque et postrema actio, quæ post alia memorata Salvatoris, aut viri in eo consummati, aut ejus perfecti corporis, sive Ecclesiæ, gesta significata in illo : *Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem;* tota, cum victoriæ causa, Altissimo ascribitur. Quamobrem dicitur : *Quoniam in me speravit, et liberabo eum, quoniam cognovit nomen meum. Cum* B *ipso sum in tribulatione, eripiam eum et glorificabo eum*. Alio item sensu prophetia videtur mihi vaticinari omnem humanæ Salvatoris nostri vitæ modum; dico autem primam tentationem; illam item, quam in passione sustinuit; ac etiam eam, quam post solutionem corporis fecit contra adversarias potestates irruptionem. Et hæc quidem prima et præcipua in psalmo sunt : vulgariori autem more dicatur hæc prophetia tentationem in deserto significare, qua tentatus esse a diabolo narratur in Evangelio; secunda vero, quibus angelos ejus corpori ministrasse declaratur, ejus in humana vita conversationem indicant; tertia autem, quibus dicitur, eum super aspidem et basiliscum ambulasse, et conculcasse leonem et draconem, ipsum post C mortem de principibus spiritibus victoriam reportasse narrant; post quæ omnia adjicitur : *Eripiam eum et glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum, et ostendam illi salutare meum;* quibus declarat ejus post obitum resurrectionem ex mortuis et salutem, longævam et immortalem vitam, divinam gloriam, et honorem regnumque apud Patrem susceptum.

ΨΑΛΜΟΣ ᾨΔΗΣ, ΕΙΣ ΤΗΝ ΗΜΕΡΑΝ ΤΟΥ ΣΑΒΒΑΤΟΥ. ϞΑ'.

Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ, καὶ ψάλλειν τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε, τοῦ ἀναγγέλλειν τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου κατὰ νύκτα, ἐν δεκαχόρδῳ ψαλτηρίῳ μετ' ᾠδῆς ἐν κιθάρᾳ. Τὰς τῶν Σαββάτων ἡμέρας οἱ πρὸ Μωϋσέως δίκαιοι καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρες οὔτ' ᾔδεσαν, οὔτ' ἐφύλαττον. Οὔτ' οὖν αὐτὸς Ἀβραὰμ, οὔτε Ἰσαὰκ, οὔτε Ἰακὼβ, οὔτε οἱ τούτου παῖδες, ἀλλ' οὐδὲ οἱ ἔτι τούτων τῷ χρόνῳ παλαιότεροι φαίνονται γινώσκοντες ἡμέραν Σαββάτου. Ἐπεὶ τοίνυν οἱ ἐκ περιτομῆς, ὡς μέγα τι κατορθοῦντες, τὰ Σάββατα φυλάττειν ἡγοῦνται, ἃ οὐδὲ φυλάττουσι κατὰ τὸ βούλημα τοῦ νόμου, παραθετέον αὐτοῖς τὰ εἰρημένα. Καὶ ἐπειδὴ κατάπαυσιν σημαίνει τὸ Σάββατον, γέγραπται γοῦν· *Καὶ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ζ' ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησε, καὶ ἡγίασεν*

PSALMUS CANTICI, IN DIE SABBATI. XCI.

VERS. 2, 3. *Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo, Altissime, ad annuntiandum mane* D *misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem, in decachordo psalterio cum cantico in cithara*. Qui ante Moysem erant justi ac religiosi viri, dies Sabbatorum non norant nec custodiebant. Nec enim Abraham, neque Isaac, neque Jacob, neque ejus filii, neque etiam qui iis antiquiores erant, diem Sabbati novisse videntur. Quia igitur qui ex circumcisione sunt, quasi magni quidpiam præstent, se Sabbata servare putant, quæ tamen secundum legis mentem non custodiunt, psalmi dicta ipsis sunt exponenda. Et quia Sabbatum requiem significat; nam scriptum est : *Et requievit Deus die septimo ab omnibus operibus suis quæ fecerat, et sanctificavit illum* [97]; dicas sane Dei re-

[97] Gen. II, 2, 3.

quiem considerandam, verumque Sabbatum pro dignitate Dei accipiendum esse. At enim declarat ille, impios homines non ingressuros esse in requiem ipsius, in psalmis talia fatus : *Semper errant corde. Ipsi vero non cognoverunt vias meas, sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam*[98]. Necesse igitur est Sabbata Dei secundum mentem accipere, et Deo congruentem requiem cogitare, qua impii non donantur, sed soli justi ac Dei amici. Ita enim dixerimus Abraham, Isaac, Jacob et omnes quotquot ante et post illos Dei cultores fuere, intelligendi more solum novisse ac custodisse Sabbata Dei, et ingressos esse in requiem ejus. Quid igitur significet Sabbatum, perpendere necessarium est. Sabbatum esse requiem Dei Scriptura declarat, quam post sensibilium creationem inducit. Dei vero requies quæ alia fuerit, nisi conversatio in intelligibilibus et cœlestibus. Nam cum sensibilibus prospicit, et circa opera providentiæ mundi versatur, tunc dicitur operari; atque sic intelligendum hoc Salvatoris nostri dictum : *Pater meus usque modo operatur et ego operor*[99] : cum autem circa opera incorporea, et cœlestia, et, ut quis dixerit, circa eam quæ ibi geritur rerum considerationem versatur, tunc requiem habere, et Sabbatum suum agere intelligitur. Eadem ratione igitur viri quoque Dei, quando operibus animam defatigantibus (talia vero sunt omnia corporea, et terrenæ carnis amica) liberati, Deo prorsus vacant, ac divinorum spiritualiumque contemplationi dediti sunt, tunc accepta Deo Sabbata, et requiem Domino Deo agunt. De his vero Sabbatis hoc ait : *Nunc relinquitur sabbatismus populo Dei*[1]? et rursum : *Festinemus igitur ingredi in illam requiem*[2]. Nam perfectum Sabbatum et perfecta beatissimaque requies in regno Dei, supra sex dierum opificium, exsistit, et extra omnia sensibilia in incorporeis et cœlestibus versatur, unde aufugit dolor, tristitia et gemitus; ubi a mortali et corruptioni obnoxia vita erepti, atque otium Deo gratum ac beatum agentes, et a corporis actionibus atque a servitute carnis liberati, cum ipso Deo et apud ipsum versantes, Sabbatum et requiem agemus. Quamobrem ait Apostolus : *Festinemus igitur ingredi in illam requiem.* Imaginem porro illius Sabbati ac perfectæ beatissimæque requiei in terra gestantes viri Dei, ferias agebant et cessationem ab iis, quæ a Deo procul amovent; toti autem divinorum contemplationi dediti, die nocteque in sacrorum sermonum meditatione perseverantes, sancta Sabbata et Deo acceptam requiem agebant; ac tunc vere Sabbatum celebrabant. Quare opportune Moysis lex, jam dictorum umbras et symbola tradens, multitudini diem quamdam assignavit, ut saltem in ea a consuetis operibus abstinerent, divinæ autem legis meditationi vacarent. Præsens certe psalmus diserte docet ea

A *αὐτήν*· ἐρεῖς, ὅτι προσήκει νοῆσαι Θεοῦ κατάπαυσιν, καὶ τὸ ἀληθινὸν Σάββατον ἐκδέξασθαι ἐπαξίως τοῦ Θεοῦ. Τοὺς γὰρ ἀσεβεῖς ἀνθρώπους φησὶ μὴ εἰσελεύσεσθαι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ λέγων ἐν ψαλμοῖς, *Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. Αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου, ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.* Οὐκοῦν ἀναγκαῖον κατὰ διάνοιαν ἐκλαβεῖν Σάββατα Θεοῦ, καὶ ἀνάπαυσιν Θεῷ πρέπουσαν, ἧς ἀσεβεῖς μὲν οὐκ ἀξιοῦνται, μόνοι δὲ οἱ δίκαιοι καὶ τοῦ Θεοῦ φίλοι. Οὕτω γοῦν εἴποιμεν ἂν καὶ τὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὸν Ἰακὼβ, τούς τε πρὸ αὐτῶν καὶ μετ' αὐτοὺς θεοφιλεῖς πάντας κατὰ διάνοιαν ἐγνωκέναι καὶ πεφυλακέναι τὰ Σάββατα τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰσεληλυθέναι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ. Τί δὴ οὖν σημαίνει τὸ Σάββατον, ἀναγκαῖον ἐπιστῆσαι. B Ὁ λόγος ἀνάπαυσιν δηλοῖ Θεοῦ· εἰσάγει τε ταύτην μετὰ τὴν τῶν αἰσθητῶν κοσμοποιίαν. Θεοῦ δὲ ἀνάπαυσις τίς ἂν γένοιτο ἑτέρα τῆς πρὸς τοῖς νοητοῖς καὶ ὑπερκοσμίοις διαγωγῆς; Ὅτε μὲν γὰρ περὶ τὰ αἰσθητὰ περισκοπεῖ καὶ περὶ τὰ ἔργα τῆς τοῦ κόσμου προνοίας καταγίνεται, ἐργάζεσθαι λέγεται· καὶ οὕτως ἀκουστέον λέγοντος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, *Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι*· ὅτε δὲ πρὸς τοῖς ἀσωμάτοις καὶ ὑπερκοσμίοις ἐστὶ, καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐν τῇ αὐτόσε αὐτοῦ περιωπῇ, τὸ τηνικαῦτα ἀνάπαυσιν ἄγειν, καὶ τὸ αὐτοῦ Σάββατον ἐπιτελεῖν νοεῖται. Κατὰ τὰ αὐτὰ τοιγαροῦν καὶ οἱ τοῦ Θεοῦ ἄνδρες, ἐπειδὰν, τῶν κοπούντων (*sic*) τὴν ψυχὴν ἔργων (τοιαῦτα δὲ πάντα τὰ σωματικὰ καὶ φίλα C τῆς γεώδους σαρκὸς), ἀπαλλαγέντες, ὅλοι γένωνται πρὸς τῷ Θεῷ καὶ πρὸς τῇ τῶν θείων καὶ νοητῶν σχολῇ τε καὶ θεωρίᾳ, τότε τὰ φίλα τῷ Θεῷ Σάββατα καὶ ἀνάπαυσιν Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἄγουσι. Καὶ περὶ τῶν τοιούτων Σαββάτων διδάσκει λέγων· *Ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ;* καὶ πάλιν· *Σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν.* Τὸ γὰρ τέλειον Σάββατον, καὶ ἡ τελεία καὶ ἡ τρισμακαρία κατάπαυσις ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ βασιλείᾳ τυγχάνει, ὑπὲρ τὴν ἑξαήμερον δημιουργίαν καὶ τῶν αἰσθητῶν ἁπάντων ἐκτὸς ἐν ἀσωμάτοις καὶ ὑπερκοσμίοις, ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη, καὶ στεναγμός· ἔνθα τῆς θνητῆς καὶ φθαρτῆς ζωῆς ἀπαλλαγέντες, καὶ ἀργίαν ἀργήσαντες τὴν θεοφιλῆ D καὶ μακαρίαν, τῶν τε σωματικῶν πράξεων καὶ τῆς δουλείας τῆς σαρκὸς ἐλευθερωθέντες, σὺν αὐτῷ τῷ Θεῷ καὶ παρ' αὐτῷ γενόμενοι, σαββατίσομέν τε καὶ ἀναπαυσόμεθα. Διό φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν.* Εἰκόνα δ' ἐκείνου τοῦ Σαββάτου καὶ τῆς τελείας ἐκείνης καὶ τρισμακαρίας ἀναπαύσεως φέροντες ἐπὶ γῆς τοῦ Θεοῦ ἄνδρες, σχολὴν μὲν ἐποιοῦντο καὶ ἀργίαν τῶν μακρὰν ἀφιστάντων τοῦ Θεοῦ, ὅλοι δὲ πρὸς τῇ τῶν θείων θεωρίᾳ γιγνόμενοι, δι' ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς τῇ τῶν ἱερῶν λόγων μελέτῃ προσκαρτεροῦντες, ἅγια Σάββατα καὶ ἀνάπαυσιν φίλην τῷ Θεῷ διανέπαυον τότε καὶ ἐσαββάτιζον. Ἔνθεν εἰκότως καὶ ὁ

[98] Psal. xciv, 10, 11. [99] Joan. v, 17. [1] Hebr. iv, 9. [2] ibid. 11

fundasti[14]. Docet igitur hæc Scriptura, in otio divinarum exercitationum, inque cessatione a corporeis et mortalibus operibus, quam Sabbatum et requiem Scriptura vocat, eos qui contemplationi spiritualium simul et sensibilium Dei operum vacant, dicere, *Quia delectasti me, Domine, in factura tua, et in operibus manuum tuarum exsultabo* : nam *ex magnitudine et pulchritudine creaturarum proportione quadam opifex earum conspicitur*[15] : ac spiritualia, incorporea et cœlestia, necnon visibilia ejus, a creatione mundi operibus intellecta conspiciuntur, secundum sanctum Apostolum[16].

A Θεοῦ κτίσματα, καθ' ὃ καὶ ἡ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ γεγενημένη ψυχὴ πεποιῆσθαι ἀναγέγραπται· ἔργα δὲ χειρῶν αὐτοῦ τὰ αἰσθητὰ καὶ σωματικὰ αὐτοῦ δημιουργήματα, περὶ ὧν εἴρηται· *Ὅτι ὄψομαι τοὺς οὐρανοὺς, ἔργα τῶν δακτύλων σου, σελήνην καὶ ἀστέρας, ἃ σὺ ἐθεμελίωσας*. Διδάσκει τοίνυν ἡ μετὰ χεῖρας Γραφὴ, ἐν τῇ σχολῇ τῶν θείων ἀσκήσεων, καὶ τῇ τῶν σωματικῶν καὶ θνητῶν ἔργων ἀσχολίᾳ τε καὶ ἀργίᾳ, ἥν τινα Σάββατον καὶ ἀνάπαυσιν ὁ λόγος ἀποκαλεῖ, ἐν τῇ θεωρίᾳ τῶν τε νοητῶν ὁμοῦ καὶ τῶν αἰσθητων ἔργῶν τοῦ Θεοῦ σχολάζοντας λέγειν· *Ὅτι εὔφρανάς με, Κύριε, ἐν τῷ ποιήματί σου, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου ἀγαλλιάσομαι, ἐκ μεγέθους γὰρ καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται*· καὶ τὰ νοητὰ δὲ καὶ ἀσώματα καὶ ὑπερκόσμια, τά τε ὁρατὰ αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον.

VERS. 6, 7. *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Vir insipiens non cognoscet, et stultus non intelliget hæc. Me*, inquit, *delectasti, Domine, in factura tua, et in operibus manuum tuarum*; sed non quivis homo pari atque ego modo affectus est. Multi namque insipientes et imprudentes sunt, qui nec norunt nec intelligunt ea, in quibus me delectari et exsultare confiteor. Quamobrem qui vere insipiens et stultus est, Dei providentia et verbo universum constitisse negat; sed fato et necessitati, insanoque cuidam cursui ac fortunæ tanta Dei opificia ascribit. Verum etiam, ut insanus, in universi administratione ruit et labitur opinione, quod ipsi videatur multum inesse in mortali vita inæqualitatis. Insipiens igitur ille et insanus rem ægre ferens, statim ad blasphemum et impium ratiocinium vertitur, horum causam dictitans esse, quod nullus sit Deus, nulla providentia; sed omnia temere et casu ferantur. Ego vero etiam in illis obscuris occultisque rebus, pia imbutus sententia, persuasum habeo judicii et administrationis tuæ rationem, parvitatem meam longe superare. Quamobrem dico, *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! admodum excelsæ factæ sunt cogitationes tuæ*. Et qui possint mortalia ratiocinia, profunda Dei explorare, et cogitationes ejus queis humana administrat cognoscere? Quemadmodum enim nullus *hominum novit quæ sunt hominis, nisi spiritus qui in ipso est; sic quæ Dei sunt nullus novit, nisi Spiritus Dei*[17], neque dicere potest : *Nos autem non spiritum mundi accepimus*[18], sed Spiritum Dei, de quo dictum est : *Nam Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei*[19]; quæ cum probe norim, nullatenus de hominum inæqualitate perturbor; imo vero gaudeo et lætor, providentiæ rationem non ab humanis casibus, sed ab operibus manuum Dei et ab opificiis ejus mente concipiens. Gaudeo item et admodum lætor, iis donatus bonis, quibus insipiens quilibet et stultus privatur, nec valet ab operibus Dei illius providentiæ in omnia rationes ediscere.

B *Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε, σφόδρα ἐβαθύνθησαν οἱ διαλογισμοί σου. Ἀνὴρ ἄφρων οὐ γνώσεται, καὶ ἀσύνετος οὐ συνήσει ταῦτα. Ἐμὲ*, φησὶν, *ηὔφρανας, ὦ Κύριε, ἐν τῷ ποιήματί σου, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου*· ἀλλ' οὐ καὶ πᾶς ἀνὴρ τὴν αὐτὴν ἐμοὶ φέρει διάθεσιν. Πολλοὶ γάρ εἰσιν ἄφρονες καὶ ἀσύνετοι, οὐ γινώσκοντες, οὐδὲ συνιέντες αὐτὰ δὴ ταῦτα, ἐφ' οἷς αὐτὸς εὐφραίνεσθαι καὶ ἀγαλλιᾶν ὁμολογῶ. Διόπερ ὁ ὡς ἀληθῶς ἄφρων καὶ ἀσύνετος ἀναιρεῖ μὲν τὸ προνοίᾳ καὶ λόγῳ Θεοῦ συνεστάναι τὸ πᾶν, εἱμαρμένῃ δὲ καὶ ἀνάγκῃ, ἀλόγῳ τε φορᾷ καὶ τύχῃ προσγράφει τὰ τηλικαῦτα τοῦ Θεοῦ δημιουργήματα. Ἀλλὰ καὶ ὡς ἀσύνετος προσκόπτει τῇ διοικήσει τοῦ παντὸς, διὰ τὸ δοκεῖν πολλὰς ἀνωμαλίας ἐν τῷ θνητῷ βίῳ θεωρεῖν. Ὁ μὲν οὖν ἄφρων
C καὶ ἀσύνετος δυσχεραίνων εὐθὺς ἐπὶ βλάσφημον καὶ ἀσεβῆ λογισμὸν τρέπεται, ἀθεότητά τε καὶ ἀπρονοησίαν, καὶ τὸ εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε, τούτων εἶναι φάσκων αἴτια· ἐγὼ δὲ, καὶ ἐπὶ τῶν προειρημένων ἀδήλων εὐσεβεῖν δεδιδαγμένος, πέπεισμαι, ὅτι ὑπὲρ τὴν ἐμὴν σμικρότητα τυγχάνουσιν οἱ τῆς σῆς κρίσεως καὶ διοικήσεως λόγοι. Διό φημι· *Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! σφόδρα ὑπερυψώθησαν οἱ διαλογισμοί σου*. Καὶ πόθεν γὰρ θνητοῖς λογισμοῖς ἐρευνᾷν τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, καὶ γινώσκειν τοὺς διαλογισμοὺς αὐτοῦ καθ' οὓς διοικεῖ τὰ ἀνθρώπινα; Ὡς γὰρ οὐδεὶς ἔγνω *τῶν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ, οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ*, καὶ οὐχ οἷός τε λέγειν. *Ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλά-*
D *βομεν*, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ· περὶ οὗ εἴρηται· *Τὸ γὰρ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ*· ἅπερ εἰδὼς, οὐδαμῶς ἐπὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀνωμαλίᾳ ταράττομαι· χαίρω δὲ καὶ εὐφραίνομαι τοὺς τῆς προνοίας λόγους οὐκ ἀπὸ τῶν κατὰ ἄνθρωπον συμπτωμάτων, ἀπὸ δὲ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν τοῦ Θεοῦ καὶ ἀπὸ τῶν ποιημάτων αὐτοῦ καταλαμβάνων. Καὶ χαίρω γε καὶ ὑπερευφραίνομαι τοιούτων καταξιωθεὶς, ὧν ἐστέρηται πᾶς ἄφρων καὶ ἀσύνετος, οὐ δυνάμενος ἀπὸ τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ, τοῖς περὶ τῆς καθόλου προνοίας λόγοις μαθητεύεσθαι.

[14] Psal. VIII, 4. [15] Sap. XIII, 5. [16] Rom. I, 20. [17] I Cor. II, 11. [18] ibid. 12. [19] ibid. 10.

Ἐν τῷ ἀνατεῖλαι ἁμαρτωλοὺς ὡσεὶ χόρτον, καὶ A *διέκυψαν πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὅπως ἂν ἐξολοθρευθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.* Ὁ μὲν ἄφρων καὶ ἀσύνετος, ὁρῶν ἀσεβεῖς εὐθυμουμένους, δικαίους δὲ καὶ εὐσεβεῖς κακουμένους οὐ συνίησι τοὺς τῆς Προνοίας λόγους, ἀλλ' εὐθὺς ἐπ' ἀσεβεῖς τρέπεται λογισμοὺς, ἐκπίπτων εἰς ἀθεότητα· ἐγὼ δὲ, τῷ ποιήματί σου ἐνορῶν, καὶ τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου, μετὰ τῶν ἄλλων συνεῖδον, ὅτι τὸ τέλος τῶν κατὰ τὸν βίον εὐθυμούντων ἀσεβῶν ὄλεθρον περιέχει καὶ ἀπώλειαν· διὸ πολὺ πλέον τοὺς τῆς θείας κρίσεως λόγους ὑπερεκπλήττομαι. Ὥσπερ γοῦν χόρτος καὶ τὰ ἀπὸ γῆς ἄνθη πρὸς ὀλίγον ὡραῖα φαίνεται, καὶ θέλγει τὴν ὅρασιν, καὶ τὴν αἴσθησιν ἅπασαν, ὅσον δὲ οὐδέπω μεταβάλλει καὶ τρέπεται, φθίνει τε ῥᾷστα καὶ ἀπόλλυται· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ B οἱ παρὰ τοῖς πολλοῖς θαυμαζόμενοι ἁμαρτωλοὶ ἅμα τε ἀνέτειλαν, καὶ πρὸς ὀλίγον ἀνθήσαντες, διέκυψαν, ἐφάνησάν τε τίνες ποτέ εἰσι, καὶ ὁποίας προαιρέσεως· εἶτ' οὐκ εἰς μακρὸν αὐτοὺς μετῆλθεν οὐκέτι βραχὺς καὶ πρόσκαιρος ὄλεθρος, ἀλλὰ διηνεχὴς ἀπώλεια. Ἐπειδήπερ ἡ σὴ δικαιοκρισία τοῖς ἀνθρωπίνοις ἐφέστηκε πράγμασι, διὸ δὴ μάλιστα συγκεχωρῆσθαι τοῖς ἁμαρτωλοῖς καὶ τοῖς ἐργαζομένοις τὴν ἀνομίαν τὸ ἀνατεῖλαι καὶ διακῦψαι ἡγοῦμαι· ὡς ἂν ἐλεγχθείη αὐτῶν ἡ προαίρεσις, οὐ καλῶς τοῖς τοῦ Θεοῦ δωρήμασι κεχρημένη· διόπερ ἔκδικος αὐτοὺς ὄλεθρος αἰώνιος διαδέξεται.

Σὺ δὲ Ὕψιστος εἰς τὸν αἰῶνα, Κύριε. Ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου, Κύριε, ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου ἀπολοῦνται, C *καὶ διασκορπισθήσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Καὶ ὑψωθήσεται ὡς μονοκέρωτος τὸ κέρας μου, καὶ τὸ γῆράς μου ἐν ἐλαίῳ πίονι. Καὶ ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμός μου ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου, καὶ ἐν τοῖς ἐπανισταμένοις ἐπ' ἐμὲ πονηρευομένοις ἐπακούσεται τὸ οὖς μου.* Σὺ μὲν, φησὶν, ὦ Κύριε, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχων Ὕψιστος ἐν ὑψηλοῖς διαμενεῖς τὸν σύμπαντα αἰῶνα οὐ τρεπόμενος, οὐ ταπεινούμενος, οὐκ ἀλλοιούμενος, οὐ κρείττων σαυτοῦ γινόμενος, οὐ τοῖς ταπεινοῖς τῶν ἐπὶ γῆς ὁμοιούμενος, οὐδὲ μικρόν τι καὶ ταπεινὸν φρονῶν καὶ πράττων, ἀλλ' εἰς ἄπειρον σαυτῷ διαμένων ὅμοιος· ἡμεῖς δὲ οἱ ταπεινοὶ καὶ μακρὰν τῆς σῆς ἀπέχοντες δυνάμεως ἄλλοτε ἄλλως φερόμεθα, καὶ μεταβαλλόμεθα. Οἱ μὲν οὖν ἐχθροί σου, ὦ Κύριε, ὡς D ἂν ἑαυτοὺς ἀλλοτρίους καταστήσαντες τῆς παρὰ σοὶ ζωῆς, ἔχθραν τε ἀντὶ φιλίας πρὸς σὲ τὸν μόνον ἀγαθὸν ἑλόμενοι, ἀπολοῦνται, ἑαυτοῖς αἴτιοι γενόμενοι ἀπωλείας, διὰ τὸ μὴ ἐθελῆσαί σοι παραμένειν καὶ σοὶ φιλωθῆναι· ἔχθραν δὲ ἄρασθαι τὴν πρὸς σὲ τὸν ἑαυτῶν ποιητήν τε καὶ σωτῆρα. Διὸ κἂν μυρία συναγάγωσιν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ χρήματα, καὶ πλοῦτον, καὶ θησαυροὺς, ἀλλὰ τὰ πάντα σὺν ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς καὶ αὐτοῖς σώμασι διασκορπισθήσονται. Ἐγὼ δὲ ὁ τὴν πρὸς σὲ γνῶσιν καὶ φιλίαν ἀσπασάμενος, καὶ τῶν ἐχθρῶν σου ἀλλότριος γεγονὼς, πέπεισμαι, ὅτι τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολῆς τεύξομαι τῇ σῇ δικαιοκρισίᾳ πιστεύων· ὥστε εἰ καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον ἄδοξός τις εἶναι δοκοίην καὶ ταπεινὸς παρὰ τοῖς πολλοῖς,

VERS. 8. *Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum, et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem; ut intereant in sæculum sæculi.* Insipiens quidem ac stultus ille, cum videt impios homines prospere agere, justos autem et pios homines malis opprimi, Providentiæ rationem non intelligit; sed statim ad impia ratiocinia vertitur, ita lapsus ut nullum esse Deum putet. Ego vero opificium tuum, et opera manuum tuarum considerans, in his deprehendi finem impiorum, qui in hac vita prospere agunt, esse interitum ac perniciem: quare multo magis divini judicii rationem admiror. Nam sicut fenum et flores terræ ad breve tempus speciosa videntur oculosque ac sensum demulcent, sed mox mutantur ac vertuntur, facillimeque marcescunt et pereunt; eodem modo peccatores, qui penes multos in admiratione habentur, cum primum exorti fuerunt, brevi floruerunt, ac conspecti sunt; statimque apparuit quales fuerint, et quod institutum vitæ tenuerint. Nec diu postea ipsos pernicies invasit, non jam brevis et temporanea, sed perpetuum exitium, quia enim justum judicium tuum rebus imminet humanis, idcirco æstimo peccatoribus et operantibus iniquitatem concedi, ut exoriantur et prospere agant; ut eorum consilium et voluntas, Dei muneribus non bene usa, coarguatur: quamobrem ultrix eos et æterna pernicies excipiet.

VERS. 9-12. *Tu autem Altissimus in æternum, Domine. Quoniam ecce inimici tui, Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum, et senectus mea in oleo pingui. Et respexit oculus meus inimicos meos, et in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.* Tu quidem, ait, Domine, qui semper uno eodemque modo Altissimus es, in excelsis manes per omne sæculum, non mutaris, non dejiceris, non verteris, non teipso melior evadis, nec iis qui in terra sunt humilibus similis es, non exiguum aut humile quidpiam sentis aut agis, sed in æternum tibi similis permanes; nos autem humiles, qui procul a virtute tua absumus, alio alioque modo ferimur et mutamur. Inimici itaque tui, Domine, qui sese vita, quæ apud te est, alienos constituerunt; ac præoptarunt inimicitias tecum, qui solus bonus es, gerere, quam amicitia frui tua, peribunt, ibique ipsi perniciei auctores erunt: quia noluerunt apud te manere amicique tui esse; sed inimicitias adversum te, opificem et servatorem suum, suscepere. Quamobrem etiamsi infinitas in hac vita pecunias, divitias et thesauros colligant; sed omnia cum animabus et corporibus ipsorum dispergentur. Ego vero qui cognitionem et amicitiam tuam amplexatus, et inimicis tuis alienus effectus sum, persuasum habeo me mutationem in melius nacturum esse, justo judicio tuo fidem habens. Itaque etiamsi in præsenti vita inglorius et vilis esse penes multos videar; sed in fine rerum exaltabor; imo potius cornu meum exal-

tabitur, id est, spes regni illius quod apud te me A consecuturum exspecto; quæ scilicet pari modo exaltabitur atque unicornis. Nam si quis est unicornis in spiritualibus, qui te Patrem suum ut unum cornu sibi ascribit; bene novi me, perinde atque illum, exaltandum esse. Quia enim hæredes Dei, cohæredes autem Christi vocamur; spero me eodem, quo Christus, regno fruiturum esse, cum senectus mea, id est extrema vitæ meæ, exaltabitur in oleo pingui. Etiamsi enim juventutis et vigoris animæ meæ tempus in hac vita, ceu in certamine, humiliatum exerceatur; at extrema, ipsiusque animæ senectus, id est consummatio ejus, mutationem in melius obtinebit; ac oleo supereffluenti diviti et pingui, apud te misericors Deus, vivificabitur. Tunc sane oculus meus qui super peccatores contabescit, B et mortalem vitam deplorat, ab inimicis meis conspicietur, eosque debitas pœnas luere videbit; qui jam apud multos gloria celebrantur, quorumque finis dispersioni tradetur. Tunc non modo oculus meus, sed etiam auris animæ meæ, finem audiet eorum, qui jam insurgunt adversum me et maligne agunt. Horum ergo omnium causa admiratione perculsus de providentiæ tuæ ratione, et de justo judicio abs te omnibus reddendo, ego quidem lætor et exsulto in operibus manuum tuarum; omnis autem vir insipiens et stultus non intelligit hæc. Quapropter dico : *Quam magnificata sunt opera tua, Domine!* nec modo profundæ factæ sunt, sed *valde profundæ factæ sunt cogitationes tuæ;* quibus cogitationibus arcano et profundo modo universum ad- C ministras : ac sinis quidem et concedis, ut impii hoc tempore exaltentur et extollantur; pii vero humilientur, quorum tamen finis mirabili et sapientissimæ dispensationi tuæ testimonium præbet, quæ conspicatus divinus Apostolus sic vociferatus est : *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus et investigabiles viæ ejus* [20]!

ἀλλ' ἐν τῷ τέλει τῶν πραγμάτων ὑψωθήσομαι, μᾶλλον δὲ τὸ κέρας μου ὑψωθήσεται, τουτέστιν ἡ ἐλπὶς τῆς προσδοκωμένης μου παρὰ σοὶ βασιλείας, ἥτις ὑψωθήσεται τοσοῦτον, ὅσον καὶ ἡ τοῦ μονοκέρωτος. Εἰ γάρ ἐστί τις ἐν νοητοῖς μονόκερως ἓν κέρας ἐπιγραφόμενός σε τὸν αὐτοῦ Πατέρα, εὖ οἶδα καὶ αὐτὸς ὁμοίως ἐκείνῳ ὑψωθησόμενος. Ἐπεὶ γὰρ κεκλήμεθα κληρονόμοι εἶναι Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ, πέπεισμαι, φησί, τῆς αὐτῆς τῷ Χριστῷ σου βασιλείας ἀπολαύσειν, ὁπηνίκα τὸ γῆράς μου, τουτέστι τὰ ἔσχατα τῆς ἐμῆς ζωῆς ὑψωθήσεται ἐν ἐλαίῳ πίονι. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα τὰ τῆς νεότητος καὶ τὰ τῆς ἀκμῆς τῆς ἐμῆς ψυχῆς ὡς ἐν ἀγῶνι τῷ παρόντι βίῳ ταπεινοῦται γυμναζόμενα, ἀλλὰ τά γε ἔσχατα καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς τὸ γῆρας, τουτέστιν ἡ τελείωσις τεύξεται τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολῆς, ἐν ἐλαίῳ περιττεύοντι καὶ πλουσίῳ καὶ πίονι, τῷ παρὰ σοὶ, τῷ ἐλεήμονι Θεῷ ζησομένης. Τότε δὴ τότε καὶ ὁ νῦν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἐκτηκόμενός μου ὀφθαλμὸς, καὶ τὸν θνητὸν βίον ἀποκλαόμενος, ἐπόψεται τοῖς ἐχθροῖς μου, ὁρῶν δίκην τὴν πρέπουσαν διδόντας τοὺς νῦν παρὰ τοῖς πολλοῖς δοξαζομένους, ὧν τὸ τέλος διασκορπισμῷ παραδοθήσεται. Τότε δὲ οὐ μόνον ὁ ὀφθαλμός μου, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ οὖς τῆς ἐμῆς ψυχῆς τὸ τέλος ἀκούσεται τῶν σήμερον ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ καὶ πονηρευομένων. Τούτων δ' οὖν ἕνεκα πάντων ὑπερθαυμάζων τοὺς τῆς σῆς προνοίας λόγους, καὶ τὴν ἀποκειμένην τοῖς πᾶσι παρὰ σοῦ δικαιοκρισίαν, ἐγὼ μὲν ὑπερευφραίνομαι καὶ ἀγαλλιῶ ἐπὶ τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου· πᾶς δὲ ἄφρων ἀνὴρ καὶ ἀσύνετος οὐ συνίησι ταῦτα. Διὸ δή φημι· *Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε!* καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐβαθύνθησαν, ἀλλὰ *σφόδρα ἐβαθύνθησαν οἱ διαλογισμοί σου·* καθ' οὓς διαλογισμοὺς ἀποῤῥήτως καὶ βαθέως διοικεῖς τὸ πᾶν, ἐπιτρέπων καὶ συγχωρῶν ἀσεβέσι μὲν κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν ἐπαίρεσθαι καὶ ὑψοῦσθαι, τοὺς δὲ εὐσεβεῖς ταπεινοῦσθαι, ὧν τὰ τέλη μαρτυρεῖ σου τῇ θαυμαστῇ καὶ πανσόφῳ διοικήσει· ἃ δὴ συνιδὼν καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐξεφώνησε τὸ, *Ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματά σου, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ.*

VERS. 13, 14. *Justus ut palma florebit, sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur.* Peccatores quidem sicut fenum exoriri, et ad exemplum feni D non diu postea perire dicti sunt. Nam exortum fenum statim exsiccatum est, et flos decidit, eo prorsus modo quo peccatorum vita et gloria. Justus autem non sicut fenum, sed palmæ instar florebit sursum radices et comas efferens; neque humi positas, sed ad cœlum extensas. Qua de causa palmæ quidem justus comparatur; non autem unico palmæ trunco : nam in ramis multiplicatur, qui una cum illa et per illam salutem consequuntur. Qua de causa comparandus item cedro, non cuilibet, sed ei quæ in Libano est. Multiplex autem illa est, atque admodum numero crescit, utpote quæ in monte pinguissimo, qui celsissimas arbores producit et

Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, ὡς ἡ κέδρος ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται. Οἱ μὲν ἁμαρτωλοὶ ὡσεὶ χόρτος ἐλέγοντο ἀνατέλλειν, καὶ καταλλήλως τῷ παραδείγματι τοῦ χόρτου, οὐκ εἰς μακρὸν διαφθείρεσθαι· ἅμα τε γὰρ ἀνέτειλεν ὁ χόρτος καὶ ἐξηράνθη, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσεν, ὥσπερ οὖν καὶ ἡ τῶν ἁμαρτωλῶν ζωή τε καὶ δόξα· ὁ δὲ δίκαιος οὐ κατὰ τὸν χόρτον, ἀλλὰ φοίνικος δίκην ἀνθήσει, ἄνω που φέρων τὰς ῥίζας, καὶ τὰς κομὰς, οὐ χαμαὶ κειμένας, ἀλλ' εἰς οὐρανὸν ἐκτεινομένας. Τούτων μὲν οὖν ἕνεκα φοίνικι παραβληθείη ἂν ὁ δίκαιος, οὐκ ἔτι δὲ καὶ τῷ μονοφυεῖ στελέχει τοῦ φοίνικος· πολυπληθεῖ γὰρ ἐν τοῖς κλάδοις τοῖς ἅμα αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ σωζομένοις. Ὧν ἕνεκα παραβλητέον αὐτῇ τῇ κέδρῳ, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ τῇ ἐν τῷ Λιβάνῳ· πολλὴ δὲ αὕτη καὶ μεγαλοφυὴς πληθύουσα· ἅτε ἐν ὄρει φύουσα λιπαρωτάτῳ, φέροντι

[20] Rom. XI, 33.

καὶ τρέφοντι οὐρανομήκη φυτά. Οὕτω δ' οὖν καὶ ὁ δίκαιος, μυρίους ἔχων τοὺς δι' αὐτοῦ καὶ σὺν αὐτῷ σωζομένους, κατὰ τοῦτο μὲν ἂν ἐμφερὴς τῇ κέδρῳ, τῷ δὲ φοίνικι κατὰ τὰ ἄλλως δεδηλωμένα. Ἀλλ' οὐ τοιοῦτοι ἦσαν οἱ ἀσεβεῖς, οἱ ὡσεὶ χόρτος ἀνατέλλοντες καὶ παραχρῆμα ἀφανιζόμενοι. *Πεφυτευμένοι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξανθήσουσι.* Σπάνιος μὲν ὁ ἄκρως τέλειος, ὁ καὶ δίκαιος ὠνομασμένος, φοίνικι καὶ κέδρῳ παραβεβλημένος· ἐπεὶ δὲ μὴ πάντες τοιοῦτοι, ἰστέον, ὅτι καὶ τῶν ἀτελεστέρων, πλὴν ἀλλὰ τῆς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ φυτείας ἠξιωμένων, ἔστι τι ἀγαθὸν τέλος· ἐν γοῦν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξανθήσουσι. Νοήσεις δὲ καὶ τοῦτο οἶκον μέγαν Κυρίου ἀκούων τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ, τὴν ἐπὶ γῆς, κατὰ τὸν φήσαντα Ἀπόστολον· *Ἵνα ἴδῃς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος·* πεφυτευμένους δὲ ἐν ταύτῃ τοὺς τὰς ἀρχὰς τῆς ἐν θεοσεβείᾳ προκοπῆς ἐντεῦθεν εἰληφότας, οἷοι ἦσαν, οὓς ἐφύτευσεν ὁ Παῦλος, δι' οὓς καὶ ἔλεγεν, *Ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ἀλλ' ὁ Θεὸς ηὔξανεν.* Οὗτοι οὖν οἱ ἐν τῇ περιγείῳ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ πεφυτευμένοι ἄνθος ἀποδώσουσιν εὐῶδες καὶ γόνιμον καὶ τῶν τελείων καρπῶν οἰστικόν, ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μεταφυτευθέντες, τουτέστιν ἐν ταῖς ἐπουρανίοις μοναῖς· εἴγε πολλαὶ παρὰ τῷ Πατρί, ἔνθα κατ' ἀξίαν διαμερισθέντες οἱ νῦν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ πεφυτευμένοι, κατὰ καιρὸν τὸν προσήκοντα ἐξανθήσουσιν.

A alit, nascatur. Sic itaque justus, infinitos secum habens qui ipsius opera salutem assequuntur, ea quidem ratione cedro comparandus, alia autem prius enuntiata, palmæ. At non hujusmodi erant impii, qui, tanquam fenum exorti, mox deleti sunt. *Plantati in domo Dei, in atriis Dei nostri florebunt.* Perrarus quidem est, qui ad summum perfectionis devenerit, qui et justus vocatur, palmæque ac cedro confertur. Sed quia non omnes hujusmodi sunt, sciendum est, etiam imperfectioribus, qui tamen illa in domo Dei plantatione dignati fuerint, bonum quemdam finem repositum esse : nam in atriis domus Dei nostri florebunt. Id vero intelligas, si pro magna domo Domini, Ecclesiam ejus in terra sitam accipias secundum Apostolum, qui ait, B *Ut videas quomodo oporteat in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei viventis* [31]; et si pro illis qui in ea plantati sunt, eos qui profectus in religione primordia in illa acceperunt : quales ii erant quos plantavit Paulus, quorumque causa dixit, *Ego plantavi, Apollo rigavit; sed Deus incrementum dedit* [32]. Hi itaque qui in terrena Dei Ecclesia plantati sunt, florem emittent suavis odoris ac generosum perfectorumque fructuum feracem; in atriis Dei nostri, id est in cœlestibus mansionibus transplantati : siquidem multæ sunt mansiones apud Patrem, ubi pro merito distributi qui jam in domo Dei plantati sunt, congruenti tempore florebunt.

Ἔτι πληθυνθήσονται ἐν γήρᾳ πίονι, καὶ εὐπαθοῦντες ἔσονται, τοῦ ἀναγγεῖλαι, ὅτι εὐθὴς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. Οὐ μόνον φησίν, ὅτι ἐξανθήσουσιν ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ οἱ σήμερον ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ πεφυτευμένοι, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ πληθυνθήσονται, ὥσπερ ἀνωτέρω ἡ κέδρος ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ ἐπληθύνετο. Πότε δὲ τοῦτο αὐτοῖς ἔσται, ἀλλ' ἢ ἐν τῷ γήρᾳ τῷ πίονι; Γῆρας δὲ ἐνταῦθα τὴν τελείωσιν πέπεισο λέγεσθαι τῆς ψυχῆς, ἐν ᾗ γενόμενοι εὐπαθοῦντες ἔσονται οἱ νῦν ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου πεφυτευμένοι. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα κατὰ τὸν παρόντα καιρόν, ἐν ᾧ φυτεύονται ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου κακοπαθοῦντες διατελοῦσι, τοὺς πρώτους τῆς γεωργίας πόνους ὑπομένοντες· ἀλλ' ἐπὰν τοῦ γήρως τοῦ πίονος ἀξιωθῶσιν, εὐπαθοῦντες γενήσονται ἀναπαυόμενοι τῶν καμάτων καὶ τῶν ἀγώνων τὰ ἔπαθλα ἀποληψόμενοι· Ὁμολογήσουσί τε, *Ὅτι εὐθὴς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ.* Εἰ γὰρ μὴ τὰ κατηριθμημένα ἀγαθὰ ἔμελλε διαδέχεσθαι τοὺς τῷ Θεῷ ἀνακειμένους, καὶ εἰ μὴ τὸ ὀλέθριον τέλος περιέμενε τοὺς ἀσεβεῖς καὶ τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, ἣν ἂν τάχα ἀδικίαν ἐπικαλέσαι τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ. Ὅτε δὲ τοιαῦτα τέλη καὶ τοῖς δικαίοις ἡτοίμασται, οἵων καὶ ἡμεῖς εὐχόμεθα τυχεῖν, καὶ τοῖς ἀσεβέσι τοιαῦται ἠπείληνται τιμωρίαι, ἀφ' ὧν γένοιτο ἡμᾶς ῥυσθῆναι· πῶς οὐκ ἀκόλουθον ἂν εἴη ὁμολογεῖν, *Ὅτι εὐθὴς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ;*

C VERS. 15, 16. *Adhuc multiplicabuntur in senectute pingui, et bona accipient; ut annuntient, quoniam rectus Dominus Deus noster, et non est iniquitas in eo.* Non solum id ait, in atriis Dei florebunt qui hodie in domo ejus plantati sunt; sed et ipsi multiplicabuntur, sicut cedrus, quæ in Libano est, supra multiplicari dicebatur. Quandonam id ipsis eveniet, nisi in senectute pingui? Hic vero senectutem pro consummatione animæ dici persuasum habeas, in qua constituti bonis fruentur, qui nunc in domo Domini plantati sunt. Nam si jam in domo Domini plantati, mala patientes perseverant, primis agriculturæ laboribus afflictati; sed cum senectute pingui donati fuerint, bonis fruentur, ac requiem nacti, laborum certaminumque præmia referent, ac D confitebuntur, *Quoniam rectus Dominus Deus noster, et non est iniquitas in eo.* Nisi enim jam enumerata bona eos qui Deo addicti sunt exceptura essent, et nisi impios et operantes iniquitatem exitiosus finis maneret; divinæ Providentiæ culpandæ forte causa subesset. At quando finis hujusmodi justis paratus est, qualem nos consequi peroptamus; ac impiis talia denuntiantur supplicia, a quibus nos eripi contingat : quare consentaneum non fuerit confiteri, *Quoniam rectus Dominus Deus noster, et non est iniquitas in eo?* At insipiens hæc non cognoscet, nec stultus intelliget, quod a stultitia sua tenebris offundatur. Ego vero qui isthæc probe

[31] I Tim. III, 15. [32] I Cor. III, 6.

A cognoscam et intelligam, quia a Spiritu sancto illustratus sum, et quod considerem quam profundæ factæ sint cogitationes Dei; jure lætor et exsulto de divina dispensatione: præsentia vero mala, ob spem futurorum strenue tolero. Qua de causa totum otium meum et cessationem a malis Deo consecrans, delectabilia illa et sancta Sabbata observare satago, confitendo, psallendo et annuntiando mane misericordiam Dei, et veritatem ejus per noctem. Tunc enim maxime a religiosa anima veritas exhibetur, cum in tenebris et obscuritate degens, quasi in splendidissima luce et clarissima die, conscientiæ sinceritas et puritas ostenditur. Talis est psalmus cum cantico die Sabbati dictus, id est in tempore illius, quod secundum Deum est, otii ac requiei:
B quo nos etiam divinarum disciplinarum meditationi vacantes, gratiarum actionis verba hoc in cantico enuntiata Deo emittere par est.

Ἀλλ' ὁ μὲν ἄφρων ταῦτα οὐ γνώσεται, οὐδὲ ἀσύνετος συνήσει ταῦτα, διὰ τὸ σκοτίζεσθαι ὑπὸ τῆς οἰκείας ἀφροσύνης· ἐγὼ δὲ ὁ γνοὺς αὐτὰ καὶ συνιεὶς διὰ τὸ ὑπὸ θείου Πνεύματος πεφωτίσθαι, καὶ διὰ τὸ θεωρεῖν ὅπως ἐβαθύνθησαν σφόδρα οἱ διαλογισμοὶ τοῦ Θεοῦ· εἰκότως εὐφραίνομαι καὶ ἀγαλλιῶ ἐπὶ τῇ θείᾳ διοικήσει, φέρω τε τὰ παρόντα γενναίως διὰ τὴν τῶν μελλόντων ἐλπίδα. Ὧν ἕνεκα τὴν πᾶσαν ἐμαυτοῦ σχολὴν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν κακῶν ἀργίαν ἀνατιθεὶς τῷ Θεῷ, τὰ τρυφερὰ καὶ ἅγια Σάββατα ἐπιτελεῖν πειρῶμαι, διὰ τοῦ ἐξομολογεῖσθαι καὶ ψάλλειν καὶ ἀναγγέλλειν τὸ πρωῒ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ κατὰ νύκτα. Τότε γὰρ μάλιστα ἡ ἀλήθεια τῆς θεοσεβοῦς δείκνυται ψυχῆς, ὅτε, ἐν σκοτίᾳ καὶ σκότει τυγχάνουσα, ὡς ἐν λαμπροτάτῳ φωτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ διαυγεστάτῃ τὸ γνήσιον καὶ εἰλικρινὲς τῆς συνειδήσεως ἐπιδείκνυται. Τοιοῦτος καὶ ὁ μετ' ᾠδῆς εἰρημένος ψαλμὸς εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Σαββάτου, τουτέστι τὸν τῆς κατὰ Θεὸν σχολῆς τε καὶ ἀναπαύσεως καιρὸν, ἐν ᾧ καὶ ἡμᾶς τῇ μελέτῃ τῶν θείων μαθημάτων σχολάζοντας, τοὺς εὐχαριστηρίους λόγους τῆς προκειμένης ᾠδῆς ἀναπέμπειν προσήκει τῷ Θεῷ.

LAUS CANTICI IPSI DAVID (1). XCII.

VERS. 1. *Dominus regnavit, decorem indutus est.* Quia, secundum Apostolum, regnavit mors ab Adam usque ad Moysem [23], id est a prima hominum creatione usque ad corporeum secundum Moysem cultum, qui in terrena Jerusalem antiquitus usque ad Salvatoris nostri Jesu Christi adventum perficiebatur; sane cum mors regnaret, et is qui imperium mortis habet, nimirum diabolus, dominaretur, tunc,
C ut consequens erat, Dominus non regnabat in hominibus, sed quidam multorum deorum et diabolicus error. Ipse autem Apostolus hæc de Salvatore nostro docet: *Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem passionibus; ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum* [24]. Jure itaque Dei Verbum, quod prius exsistebat, cum vita ipsa esset, ad mortis destructionem, mortale instrumentum, corpus scilicet humanum assumens, ipsumque morti tradens, ad naturæ suæ demonstrationem; idemque postea a morte resumens ad divinam suam virtutem declarandam, dum mortis quidem imperium solvit, diaboli itidem in homines tyrannidem destruit; imo etiam dæmonum malignorum ac spi-
D rituum impurorum, qui olim in humanum genus imperium obtinebant, operandi vim exstinguit, sublata per evangelicam prædicationem omni adversaria et inimica Deo potestate, paternum Deo in omnes gentes regnum procurat. Quapropter soluta mortis potestate, ac destructo eo, qui imperium mortis habebat, id est, diabolo; jam regnante in omnibus gentibus Domino, regnante item cum illo in hominibus vita illa, quæ secundum Deum est; merito Spiritus sanctus pro tanto facinore choreas agens, nosque omnes ad choreas convocans, hæc vociferatur: *Dominus regnavit, decorem induit.*

ΑΙΝΟΣ ΩΔΗΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ. ϞΒ'.

Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. Ἐπεὶ κατὰ τὸν Ἀπόστολον ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, τουτέστιν ἀπὸ τῆς πρώτης ἀνθρώπων γενέσεως μέχρι τῆς κατὰ Μωϋσέα σωματικῆς λατρείας, ἥτις ἐπιγείου Ἱερουσαλὴμ πάλαι πρότερον μέχρι τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας συνετελεῖτο· εἰκότως ὅτε ὁ θάνατος ἐβασίλευε, καὶ ὁ τὸ κράτος ἔχων τοῦ θανάτου, τουτέστιν ὁ διάβολος κατεκράτει, οὐχ ἦν τότε ἀνθρώπων βασιλεύων ὁ Κύριος, ἀλλά τις πολύθεος καὶ δαιμονικὴ πλάνη. Διδάσκει δὲ ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λέγων· *Ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν παθημάτων, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον.* Εἰκότως οὖν ὁ προὼν τοῦ Θεοῦ Λόγος, αὐτὸς ὢν ἡ ζωὴ, ἐπὶ καθαιρέσει τοῦ θανάτου θνητὸν ὄργανον τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπειον ἀναλαβὼν, καὶ τοῦτο τῷ θανάτῳ παραδοὺς εἰς ἔνδειξιν τῆς οἰκείας φύσεως, κἄπειτα αὐτὸ τοῦ θανάτου ἐξελὼν εἰς παράστασιν τῆς ἐνθέου δυνάμεως, λύει μὲν τοῦ θανάτου τὸ κράτος, λύει δὲ καὶ τοῦ διαβόλου τὴν κατὰ τῶν ἀνθρώπων τυραννίδα· ἀλλὰ καὶ τῶν πάλαι κατακρατούντων τοῦ ἀνθρωπείου γένους δαιμόνων πονηρῶν καὶ πνευμάτων ἀκαθάρτων τὴν ἐνέργειαν σβέννυσι, πᾶσάν τε καθελὼν τὴν ἀντικειμένην καὶ ἐχθρὰν τῷ Θεῷ δύναμιν, τὴν πατρικὴν τῷ Θεῷ βασιλείαν διὰ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος πᾶσι τοῖς ἔθνεσι προξενεῖ. Διὸ δὴ καταλυθείσης τῆς τοῦ θανάτου δυναστείας, καὶ καταργηθέντος τοῦ τὸ κράτος ἔχοντος τοῦ θανάτου, τουτέστι τοῦ διαβόλου, βασιλεύοντος δὲ ἤδη λοιπὸν τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων ἐθνῶν τοῦ Κυρίου, σὺν αὐτῷ βασιλευούσης ἀνθρώπων τῆς κατὰ Θεὸν ζωῆς, εἰκότως τὸ Θεῖον Πνεῦμα, χορεῦον ἐπὶ τῷ κατορθώματι καὶ

[23] Rom. v, 14. [24] Hebr. ii, 14.

(1) Vulgata adjicit *In die ante Sabbatum, quando fundata est terra.*

A πάντας ἡμᾶς ἐπὶ τὴν χορείαν συνάγον, ἀναφωνεῖ καὶ λέγει· *Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο.* Βασιλεύει δὲ ὁ Κύριος, αὐτὸς ὢν ἡ ζωὴ, καὶ αὐτὸς ὢν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, πάσης ψυχῆς, ἧς μὴ καθάπτεται ἀλογία καὶ ἀφροσύνη, καὶ ἧς μὴ βασιλεύει ἁμαρτία, καὶ ἧς μὴ κρατεῖ ὁ διάβολος, καὶ ἧς μὴ καταδυναστεύει θάνατος, τιτρώσκων αὐτὴν καὶ ἀναιρῶν διὰ τῶν ἰδίων κέντρων. Τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου τὴν ἁμαρτίαν εἶναι διδάσκει ὁ Ἀπόστολος, δι' ἧς ἀναιρεῖται ψυχὴ κατὰ τὴν φάσκουσαν προφητείαν· *Ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ ἀποθανεῖται.* Διὸ ἀσκητέον τὸ μήτε ἀλογίαν, μήτε ἁμαρτίαν, μήτε τὸν διάβολον, μήτε τὸν θάνατον ἡμῶν διὰ τῆς ἁμαρτίας κρατεῖν· μόνον δὲ κυριεύειν ἡμῶν τὸν Λόγον καὶ τὴν ζωὴν, τουτέστι τὸν Κύριον, διὰ πάσης ἀρετῆς βασιλεύοντα τῶν κατηξιωμένων τῆς ὑπ' αὐτοῦ βασιλείας.

Regnat porro Dominus, qui ipsa vita est, et ipsum Dei Verbum, in omnem animam, cui non inest amentia et stultitia, in quam non regnat peccatum, cui non imperat diabolus, cui non dominatur mors, propriis illam stimulis confodiens et occidens. Stimulum porro mortis peccatum esse docet Apostolus [25] : quo stimulo occiditur anima, secundum prophetiam quæ ait : *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur* [26]. Quare adnitendum est, ut neque amentia, neque peccatum, neque diabolus, neque mors per ipsum peccatum in nobis dominetur; sed solummodo Verbum et vita, id est, Dominus, qui per omne virtutum genus regnat in eos, qui ejus imperio digni habentur.

B Ἐπεὶ δὲ μέλλων βασιλεύειν, οὐ μόνον ζώντων, ἀλλὰ καὶ νεκρῶν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος αὐτὸς ὢν ὁ Κύριος, καὶ οὐ μόνον τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπὶ γῆς, καθὼς αὐτὸς διδάσκει λέγων, *Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς·* ἐκένωσεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβὼν, τουτέστι τὸ θνητὸν σῶμα καὶ τὸ ἀνθρώπειον ὄργανον· τοῦτο γὰρ ἦν ἡ μορφὴ τοῦ δούλου· τότε μὲν, ὅτε ταῦτ' ἔπραττεν, ἀπρέπειαν περιεβάλλετο, ὥστε περὶ αὐτοῦ λέγειν, *Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος· ἀλλ' ἦν τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων·* ὅτε δὲ ἀπολαβὼν τὴν δόξαν, ἣν καὶ πρότερον εἶχε παρὰ τῷ Πατρὶ, τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μετεσχημάτισε, κατὰ τὴν ἀποστολικὴν μαρτυρίαν, C ἥ φησιν, *Ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ*, τὸ τηνικαῦτα εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο· ὅτε καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς βασιλείαν, καὶ τὰ πάντων, οὐ μόνον τῶν ἐν οὐρανοῖς, ἀλλὰ καὶ τῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐθνῶν ἐκράτυνε, πᾶσαν τὴν πολύθεον καθελὼν πλάνην. Διὸ λέλεκται· *Κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο·* τὸ γοῦν *ἐνεδύσατο*, ὡς κατά τινα καιρὸν ἀποδυσαμένου τὴν εὐπρέπειαν, λέλεκται· καὶ ὅτε μὲν ὑπέμενε τὰ κατὰ τὸ πάθος, *ἐσταυρώθη*, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, *ἐξ ἀσθενείας·* ὅτε δὲ νενικηκὼς τὸν θάνατον, τὴν κατὰ πάντων ἀπελάμβανε βασιλείαν, πάλιν ἐπλήρου τὸ, *Ἐνεδύσατο Κύριος δύναμιν καὶ περιεζώσατο.* Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις ἦν καὶ Θεοῦ σοφία. Εἶθ' D ἅτε τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐνδυσάμενος, καὶ ταύτῃ περιζωσάμενος, μεγάλῳ κατορθώματι ἑαυτὸν ἐπιδίδωσι. Τί δὲ ἦν τοῦτο, ἑξῆς ὁ λόγος διδάσκει φάσκων· *Καὶ γὰρ ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται.* Μικροῦ γὰρ δεῖν ὅλην αὐτὴν διόλου κατὰ βαράθρων ἐνεχθεῖσαν, ὁπηνίκα τὰ τῆς δαιμονικῆς ἐνεργείας κατὰ πάντων ἴσχυεν, ἀνήγειρε καὶ διωρθώσατο, πᾶσαν τὴν ἐχθρὰν καὶ δαιμονικὴν δύναμιν, τήν τε πολύθεον πλάνην ἀνατρέψας. Οὕτω γοῦν ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην, ὡς μηκέτ' αὐτὴν σα-

Quia vero Dei Verbum, ipse Dominus regnaturus erat non solum viventibus, sed etiam mortuis; nec solum cœlestibus, sed etiam terrenis, ut ipse declarat his verbis :*Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra* [27]; ideo seipsum exinanivit formam servi accipiens, id est, mortale corpus et humanum instrumentum; nam idipsum erat forma servi. Cum autem hæc ageret, tunc dedecus indutus est; ita ut de ipso dicatur : *Vidimus eum, et non habebat speciem, neque pulchritudinem; sed erat species ejus inhonorata, et deficiens præ filiis hominum* [28]. Cum autem, recepta ea, quam primum apud Patrem habuerat, gloria, formam servi in melius transtulit, secundum Apostoli testimonium sic habens : *Qui transformabit corpus humilitatis nostræ, conforme corpori gloriæ Christi* [29], tunc decorem induit : quando penitus sublato multorum numinum errore, et Patris regnum, et non modo cœlestium, sed etiam omnium per orbem gentium res firmavit. Quare dicitur : *Dominus regnavit, decorem indutus est :* illud enim, *indutus est*, quasi aliquo tempore decorem exuerit, profertur. Siquidem quando passionis tormenta sustinuit, *crucifixus est*, inquit Apostolus, *ex infirmitate* [30]; cum autem devicta morte, regnum in omnes accepit, rursus hoc impletum est : *Induit Dominus fortitudinem et præcinxit se.* Nam Christus Dei virtus erat et Dei sapientia [31]. Deinde, utpote propria indutus virtute eaque præcinctus, magnum facinus aggreditur. Quodnam esset illud, declarat postea Scriptura dicens : *Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur.* Illam quippe, cum tantum non in barathra penitus ruisset, quando dæmonum vis et efficacia omnibus prævalebat, erexit ac restituit, cum omnem inimicam et dæmoniacam virtutem, et multorum numinum errorem evertisset. Ita enim firmavit orbem terræ, ut neque a pietate erga Deum dimoveretur : Ecclesiam vero ipsius, quæ supra petram fundatur et adversus quam portæ inferi non prævalebunt, hic per orbem terræ indicatam, ita firmatam esse

[25] I Cor. xv, 56. [26] Ezech. xviii, 20. [27] Matth. xxviii, 18. [28] Isa. liii, 2. [29] Philipp. iii, 21. [30] II Cor. xiii, 4. [31] I Cor. i, 24.

dicit, ut non ultra moveri possit. Nam quod in petra fundetur, portæ inferi non prævalebunt adversus eam.

A λεύεσθαι τῆς κατὰ Θεὸν εὐσεβείας· καὶ τὴν Ἐκκλησίαν δὲ αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τὴν πέτραν τεθεμελιωμένην, ἧς πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσι, διὰ τῆς οἰκουμένης ὁ λόγος σημήνας, καὶ ταύτην ἀληθῶς ἐστερεῶσθαί φησιν, ἥτις οὐ σαλευθήσεται. Πύλαι γὰρ ᾅδου αὐτῆς οὐ κατισχύσουσι, διὰ τὸ τεθεμελιῶσθαι ἐπὶ τὴν πέτραν.

VERS. 2, 3. *Paratus thronus tuus ex tunc, a sæculo tu es. Elevaverunt flumina, Domine, elevaverunt flumina vocem suam.* Thronus tuus, inquit, Domine, non nunc primum, cum post incarnationem in cœlum ascendisti, præparatus est tibi; imo vero jam olim et ante omnia sæcula tuus erat, ac semper tibi paratus fuit, quoniam ipse a sæculo, imo ante omnia sæcula exsistis, ut ipse docuisti his verbis: *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua. Ante sæculum fundavit me, et antequam montes firmarentur, et ante omnes colles gignit me*[32]. Tuus itaque thronus erat etiam ante omnia sæcula: imo et quando exinanivisti temetipsum, ac servi formam accepisti, tibi iterum paratus servabatur, quia tibi soli ac nemini alii a Patre dictum fuerat, *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*[33]. Sic igitur paratus tibi thronus erat, in quo ut secum sederes, qui te genuit, Pater præcepit. Paratusque erat ex tunc, a sæculo: quoniam tu ipse a sæculo es. Non ait, *eras*; sed, *es*. Nam de te solo dici convenit, *es*. Quare alibi quoque dicitur, *Tu autem ipse es, et anni tui non deficient*[34]. Hunc porro thronum in alio quoque psalmo Spiritus sanctus indicat dicens: *Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi: virga rectitudinis virga regni tui. Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exsultationis præ consortibus tuis*[35]. Paratus itaque erat thronus tuus ex tunc; ex quo scilicet apud Patrem eras, quia tu ipse a sæculo es. Cæterum etiam nunc *elevaverunt flumina, Domine.* Quid elevaverint, repetito sermone postea declarat his verbis: *Elevaverunt flumina vocem suam.* Hæc enim cum antiquitus latuissent, nunc audita fuerunt omnibus, qui divino Spiritu dignati sunt, prophetis, apostolis et evangelistis, infinitisque populis, qui per totum orbem in ecclesiis salutare regnum annuntiant, qui item elevaverunt vocem suam, effusam in omnes Dei gratiam magna voce prædicantes. Sed etiam æstimo divinas virtutes et multitudinem angelorum, qui in cœlo sunt, nunc flumina vocari. Qui item elevaverunt vocem suam, quando ex hominum consortio in cœlos ascendentem Servatorem, decore deitatis suæ indutum, paterna virtute præcinctum, propriumques ibi regni thronum repetentem, contemplabantur. Hæc porro dicebant alta voce clamantes: *Attollite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternæ, et introibit rex gloriæ. Quis est ipse rex gloriæ? Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio*[36]; ac rursum, *Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ*[37]. Multitudines item ecclesiarum Servatoris nostri apud homines

Ἕτοιμος ὁ θρόνος σου ἀπὸ τότε, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ. Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ, Κύριε, ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ τὴν φωνὴν αὐτῶν. Ὁ θρόνος σου, φησὶν, ὦ Κύριε, οὐ νῦν πρῶτον, ὅτε μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν εἰς οὐρανοὺς ἀνελήλυθας, παρεσκευάσθη σοι· ἀλλὰ καὶ πάλαι καὶ πρόπαλαι, καὶ πρὸ πάντων αἰώνων σὸς ἦν, ἀεί τε καὶ διὰ παντὸς ἡτοίμαστό σοι, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, μᾶλλον δὲ πρὸ πάντων αἰώνων ὑπάρχεις, ὡς αὐτὸς ἐδίδαξας εἰπών· *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ*
B *εἰς ἔργα αὐτοῦ. Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, καὶ πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι· πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με.* Ἦν μὲν οὖν σὸς ὁ θρόνος καὶ πρὸ πάντων αἰώνων· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅτε ἐκένωσας σεαυτὸν, καὶ τὴν δούλου μορφὴν ἀνείληφας, σοὶ πάλιν ἕτοιμος ἐφυλάττετο· ἐπειδὴ σοι μόνῳ, καὶ οὐδετέρῳ πρὸς τοῦ σοῦ Πατρὸς εἴρητο· *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.* Οὕτω γοῦν ἦν ἕτοιμος ὁ θρόνος σου, ἐφ' ὃν σὺν αὐτῷ καθέζεσθαι ὁ γεννήσας σε Πατὴρ παρεκελεύετο. Καὶ ἕτοιμος ἦν ἀπὸ τότε, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ. Ἀλλ' οὐχ, ἧς, φησὶν, ἀλλ', εἶ. Μόνον γὰρ αὐτῷ τὸ, *σὺ εἶ*, λέγεσθαι ἁρμόττει. Διὸ καὶ ἐν ἑτέροις εἴρηται· *Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι.*
C Τοῦτον δὲ τὸν θρόνον καὶ ἐν ἑτέρῳ τὸ θεῖον Πνεῦμα σημαίνει λέγον· *Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ἐλαίῳ ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.* Ἦν μὲν οὖν ἕτοιμος ὁ θρόνος σου ἀπὸ τότε, ἀφ' οὗ δηλαδὴ παρὰ τῷ Πατρὶ ἧς, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ. Πλὴν ἀλλὰ καὶ νῦν *ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ, Κύριε.* Τί δὲ ἐπῆραν, ἐπιδευτερῶν ἑξῆς τὸν λόγον παρίστησιν εἰπών· *Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὴν αὐτῶν·* ταῦτα γὰρ λανθάνοντα πάλαι πρότερον, νῦν εἰς ἐξάκουστον ἁπάντων γέγονε τῶν τοῦ θείου Πνεύματος ἠξιωμένων προφητῶν, ἀποστόλων τε καὶ εὐαγγελιστῶν, μυριάνδρων τε λαῶν τῶν καθ' ὅλης
D τῆς οἰκουμένης ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καταγγελλόντων τὴν σωτήριον βασιλείαν, οἳ καὶ ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν, τὴν ἐκχυθεῖσαν εἰς πάντας τοῦ Θεοῦ χάριν μεγάλῃ τῇ φωνῇ εὐαγγελιζόμενοι. Ἀλλὰ καὶ τὰς θείας δυνάμεις καὶ τὸ πλῆθος τῶν κατ' οὐρανὸν ἀγγέλων οἶμαι νῦν ποταμοὺς ὀνομάζεσθαι. Οἳ δὴ καὶ αὐτοὶ ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν, ὁπηνίκα ἐκ τῆς σὺν ἀνθρώποις διατριβῆς ἀνιόντα εἰς οὐρανοὺς τὸν Σωτῆρα καὶ τὴν τῆς αὐτοῦ θεότητος εὐπρέπειαν ἐνδυόμενον, δυνάμει πατρικῇ περιζωννύμενον, καὶ τὸν οἰκεῖον ἀπολαμβάνοντα τῆς βασιλείας θρόνον ἐθεῶντο. Καὶ

[32] Prov. VIII, 22-25. [33] Psal. CIX, 1. [34] Psal. CI, 28. [35] Psal. XLIV, 7, 8. [36] Psal. XXIII, 7-9. [37] ibid. 10.

A τῆς γε φωνῆς αὐτῶν ἐκεῖνα ἦν, δι' ὧν ἐϐόων λέγοντες· *Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ*· καὶ πάλιν· *Κύριος τῶν δυνάμεων αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης.* Καὶ τὰ πλήθη δὲ τῶν ἐν ἀνθρώποις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐκκλησιῶν ποταμηδὸν ἐν αὐταῖς τῶν ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότων συῤῥεόντων ἀεὶ, ἐπαιρόντων τε φωνὴν ἐν ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν εὐχαῖς, ἔν τε ταῖς δι' ὕμνων καὶ ψαλμῶν δοξολογίαις, δύνανται λέγεσθαι ποταμοί· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν τοὺς μέλλοντας ἐκ τῆς αὐτοῦ καὶ θείας διδασκαλίας ἀρύεσθαι, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πίνειν, ποταμοῖς παραβάλλει λέγων· *Ὃς ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος, ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.*

constitutæ, confluentibus ibi fluminis instar gentibus quæ crediderunt, elevantibusque vocem in orationibus ad Deum emissis, inque laudibus per hymnos et psalmos editis, possunt flumina vocari: quando ipse Dominus noster eos, quos ex sua et divina doctrina haurire, et ex Spiritu sancto bibere futurum erat, fluminibus comparat dicens: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, salientis in vitam æternam* [38].

B *Ἀροῦσι ποταμοὶ ἐπιτρίψεις αὐτῶν ἀπὸ φωνῶν ὑδάτων πολλῶν. Θαυμαστοὶ οἱ μετεωρισμοὶ τῆς θαλάσσης, θαυμαστὸς ἐν ὑψίστοις ὁ Κύριος.* Εἰ νενόηνται οἱ ποταμοὶ οἱ ἐπὶ τῇ δόξῃ τῆς τοῦ Κυρίου βασιλείας τὴν αὐτῶν φωνὴν ἐπαίροντες, ἐκ τοῦ ἐναντίου νοηθήτωσαν ἕτεροι ποταμοὶ ἐπιτριϐόμενοι καὶ κατεπαιρόμενοι τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, ἐναντίως δέ τε διακείμενοι τοῖς ἐπαίρουσι τὴν φωνὴν αὐτῶν τῷ Θεῷ. Οὗτοι δὴ οὖν οἱ ἐναντίοι ποταμοὶ αἴρουσι, φησὶ, τὰς ἐπιτρίψεις αὐτῶν, τουτέστιν ἀποθήσονται πᾶν ἔπαρμα καὶ πάντα τῦφον, καὶ πᾶσαν ἐπιτριϐήν· καὶ τοῦτο ποιήσουσιν ἀπὸ τῆς φωνῆς τῶν ἁγίων ὑδάτων. Νοήσεις δὲ τὸ εἰρημένον ἐπιστήσας, ὡς πάλαι μὲν ἐν ἀνθρώποις πολλάκις ἦν ἐπαγγελία σοφίας τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ φιλοσοφίας ἀνθρωπίνης ἐπιτριϐή· C ἐφ' ᾗ καὶ ἐπήροντο φυσιούμενοι καὶ ἐπιτριϐόμενοι ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτῶν· ὡς δὴ μεγάλα τινὰ καὶ σοφὰ μαθήματα μετερχόμενοι οἱ σοφοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου. Ὅτε γε μὴν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν παρ' Ἕλλησί τε καὶ παρὰ βαρϐάροις ἐκκλησίαι Θεοῦ συνέστησαν, τὴν ἀληθῆ σοφίαν μετιοῦσαι, καὶ τὰς πρεπούσας τῷ Θεῷ δοξολογίας τε καὶ ὑμνολογίας ποταμηδὸν καὶ μετὰ μείζονος καὶ πεπαῤῥησιασμένης βοῆς ἀναπέμπουσαι, καὶ ὥσπερ ὑδάτων πολλῶν φωνὴν διὰ τὸ πλῆθος θεοσεϐούντων ἀφιεῖσαι, τὸ τηνικαῦτα καθῃρέθη ὁ τῦφος τῶν πάλαι νομιζομένων σοφῶν, καὶ πᾶσα αὐτῶν ἐπιτριϐὴ τεταπείνωται, τῆς σοφίας αὐτῶν εἰς οὐδὲν λογισθείσης. Εἰ δέ τις πώποτε ἐθαύμασε καὶ τῆς θαλάσσης τοὺς μετεωρισμοὺς, τοῦ βίου δηλαδὴ τοῦ θνητοῦ τὰς τρικυμίας καὶ τοὺς κλύδωνας τοὺς ἐπαιρομένους κατὰ D τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ἴστω, ὅτι ὑπὲρ πάντας θαυμαστός ἐστιν ἐν ὑψηλοῖς ὁ Κύριος· ὡς μηκέτ' εὐλόγως τοὺς μετεωρισμοὺς τῆς θαλάσσης φοϐεῖσθαι δεῖν τοὺς ἐπὶ τῷ Κυρίῳ πεποιθότας. Εἰκὸς δὲ θαλάσσης εἶναι μετεωρισμοὺς τοὺς ἐπανισταμένους τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ διωγμούς· οὓς ὁ τὴν θάλασσαν κατοικῶν δράκων ἐνεργεῖν εἴωθεν, ὁ μετεωρίζων κύματα αὐτῆς, βομϐῶν τε καὶ ἠχῶν καὶ ταράττων, καὶ μονονουχὶ ἀπειλῶν πᾶσαν ἄρδην κατακλύσειν τε καὶ ἀφανίσειν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. Εἴποις δ' ἂν καὶ ἄλλως πρὸς λέξιν ταῦτα διηγούμενος, ἐπαίρειν τοὺς ποταμοὺς, αὐτοὺς δὴ τούτους τοὺς αἰσθητοὺς, τὴν φωνὴν αὐτῶν τῷ Θεῷ, τοῦ δημιουργοῦ τοῦ δὴ καὶ κτίσαντος

VERS. 4, 5. *Tollent flumina fluctus suos a vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altissimis Dominus.* Si flumina intelleximus, quæ super gloria regni Domini vocem suam elevaverunt; econtrario intelligantur alia flumina quæ fluctus excitant et attollunt contra cognitionem Dei, atque iis opposita quæ vocem suam Deo elevant. Hæc itaque contraria flumina, fluctus, inquit, suos tollunt; id est omnem elationem, tumorem et allisionem deponent: idque facient a voce sanctarum aquarum. Hoc porro dictum intelligas, si perpendas, olim apud homines plerumque exstitisse specimen sapientiæ hujus sæculi, et humanæ philosophiæ arrogantiam, qua inflati extollebantur, et a mente carnis suæ erigebantur, quasi magnas et sapientes disciplinas adirent sapientes hujus sæculi. At quando per orbem apud Græcos et barbaros ecclesiæ Dei constitutæ sunt, quæ veram sapientiam adirent, ac Deo decentes laudes et hymnos fluxu quodam ac cum majore et fiducia pleniore voce emitterent, et, ob multitudinem religiosorum hominum, quasi aquarum multarum vocem ederent; tunc sublatus est eorum qui olim sapientes æstimabantur tumor, omnisque illorum arrogantia depressa est, quod sapientia eorum pro nihilo haberetur. Quod si quis unquam elationes maris admiratus sit, videlicet mortalis vitæ procellas et fluctus, qui contra Dei cognitionem erigebantur; sciat ille præ omnibus mirabilem in altissimis esse Dominum; ita ut ii qui in Domino confidunt, non ultra elationes maris jure pertimescere debeant. Verisimile autem est elationes maris esse persecutiones in Ecclesiam Dei insurgentes, quas excitare solet draco ille in mari habitans, qui fluctus ejus in sublime tollit, boat, sonat et conturbat, tantum non interminans se Ecclesiam Dei inundaturum ac funditus deleturum esse. Alio item modo hæc ad litteram enarrans dixeris flumina hæc sensibilia elevare vocem suam Deo, opifici nempe, qui se creavit et exsistere fecit, gloriam efferentes. Quemadmodum enim ex magnitudine et pulchritudine creaturarum opifex conspicitur; sic ex partibus mundi, miraculum magni Dei opificii

[38] Joan. VII, 38.

iis, qui videndi facultate præditi sunt, declaratur. A Si quis enim secum reputet, unde talis fluminum fluxus feratur, unde tanta humidæ substantiæ vis et copia, unde fontes illi qui a sæculo nunquam defecerunt, qui perennia et amplissima flumina scaturiunt, ex quibus abyssis oriantur, ex qua substantiæ copia per omne sæculum fluant; si quis, inquam, hæc consideret, is sane videbit hæc tantum non vocem emittere, quæ, per ipsa flumina, creatoris et opificis universorum magnificentiam declaret, et ejus deitatem testificetur. Sic porro elationes maris considerans quispiam, quo pacto scilicet fluctus ejus tumidi in sublime erigantur, usque rursum decidentes in seipsis frangantur, et quomodo nec possint nec audeant terminum et legem sibi definitam prætergredi; hinc sane Dei ma- B gnificentiæ vim deprehendet. Nam illi edixit, Huc usque venies, et in te conterentur fluctus tui[39], terminumque ipsi posuit, quem non prætergredietur, neque convertetur ad operiendam terram[40]. Præter ea vero quæ supra memoravimus, dixerit quispiam, tunc mirabiles fuisse elationes maris cum accedentes discipuli dixerunt ei, *Domine, salva nos, perimus*[41]: quando imperavit ipsi, et facta est tranquillitas magna. Et alias iterum cum Domini jussu divisum in seque ipso secedens ac distractum, transitum præbuit filiis Israel, ut per illud quasi per aridam terram præterirent: tunc enim mirabiles fuerunt elationes ejus. Imo etiam flumina alio modo vocem elevaverunt, quando arca per Jordanem transeunte, secedebant aquæ et stabant, re C ipsa gloriam Dei clamantes, et quando ipso Servatore in eodem flumine baptizato, cœlestis vox ipsum Filium esse dilectum ad omnium aures prædicaret.

αὐτοὺς καὶ ὑποστησαμένου τὴν δόξαν ἐμφαίνοντας. Ὡς γὰρ ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ὁ γενεσιουργὸς θεωρεῖται, τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκ τῶν μερῶν τοῦ κόσμου τὸ θαῦμα τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλουργίας τοῖς ὁρᾷν δυναμένοις παρίσταται. Εἰ γοῦν τις παρ' ἑαυτῷ λογίσαιτο, πόθεν ἄρα φέρεται ἡ τοσαύτη τῶν ποταμῶν φορὰ, πόθεν τὰ τοσαῦτα μεγέθη καὶ τὰ πλήθη τῆς ὑγρᾶς οὐσίας, πόθεν αἱ μηδὲ πώποτε ἐξ αἰῶνος διαλείψασαι πηγαὶ, αἱ τοὺς ἀεννάους καὶ παμμεγέθεις βρύουσαι ποταμούς· ἀπὸ ποίων ἄρα βυθῶν ὁρμῶνται, καὶ ἐκ ποίας ὑποστάσεως τὸν σύμπαντα ῥέουσιν αἰῶνα· εἴ τις ταῦτα ἐννοήσειεν, ὄψεται ὡς μονονουχὶ φωνὴν ἀφίησι, καὶ ἡ διὰ τῶν ποταμῶν αὐτῶν δὴ τούτων παρισταμένη τοῦ κτίστου καὶ δημιουργοῦ τῶν ὅλων μεγαλουργία, μαρτυροῦσα τῇ αὐτοῦ θεότητι. Οὕτω δὲ καὶ τοὺς μετεωρισμοὺς τῆς θαλάσσης ὁρῶν τις, ὡς ἐπαίρεται κυρτούμενα αὐτῆς εἰς ὕψος τὰ κύματα, καὶ ὡς πάλιν ταῦτα συμπίπτοντα ἐν αὐτοῖς θραύεται, καὶ ὡς οὐ δύναται οὐδὲ τολμᾷ τὸν ὅρον καὶ τὸν νόμον ὑπερβῆναι τὸν αὐτοῖς διατεταγμένον, ὄψεται καὶ διὰ τούτων τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλοπρεπείας τὴν δύναμιν. Εἶπε γοῦν αὐτῇ, Μέχρι τούτου ἐλεύσῃ, καὶ ἐν σοὶ συντριβήσονταί σου τὰ κύματα, καὶ ὅριον αὐτῇ ἔθετο, καὶ οὐχ ὑπερβήσεται, οὐδὲ ἐπιστρέψει καλύψαι τὴν γῆν. Καὶ ἑτέρως δὲ παρὰ τὰ εἰρημένα εἴποι ἄν τις θαυμαστοὺς εἶναι τοὺς μετεωρισμοὺς τῆς θαλάσσης, ὁπηνίκα προσελθόντες οἱ μαθηταὶ εἶπαν αὐτῷ, *Κύριε, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα*· ὅτε καὶ ἐπετίμησεν αὐτῇ, καὶ γέγονε γαλήνη μεγάλη. Καὶ ἄλλοτε πάλιν, ὅτε τῷ τοῦ Κυρίου κελεύσματι διαιρεθεῖσα, καὶ εἰς ἑαυτὴν διαστᾶσα καὶ ἀναχωρήσασα, παρέσχε δίοδον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ διελθεῖν δι' αὐτῆς ὡς διὰ ξηρᾶς γῆς. Καὶ τότε γὰρ θαυμαστοὶ γεγόνασιν αὐτῆς οἱ μετεωρισμοί. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ οἱ ποταμοὶ ἐπῆραν φωνὴν ἑτέρως, ὅτε ἡ κιβωτὸς διῄει τὸν Ἰορδάνην, ὑπανεχώρει τε καὶ ἵστατο τὰ ὕδατα ἔργοις τὴν δόξαν ἐκβοῶντα τοῦ Θεοῦ· καὶ ὅτε, αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος βαπτισθέντος ἐν τῷ αὐτῷ ποταμῷ, ἡ οὐράνιος φωνὴ Υἱὸν αὐτὸν ἀγαπητὸν εἰς τὰς πάντων ἀκοὰς ἀνεκήρυττε.

VERS. 3. *Testimonia credibilia facta sunt valde: domum tuam decet sanctitudo, Domine, in longitudinem dierum.* Prophetiæ futurorum, in quibus testimonia de regno Domini ferebantur, ante rerum eventum, sermonum credibilitatem nondum videre sinebant. Nam post eventum, et post perfecta opera, tunc sane testimonia Dei credibilia facta D sunt. Siquidem jam olim dicta et prænuntiata fuerant, et jamdiu exspectabantur ea, quæ ad Dei in omnes gentes regnum spectabant. Testimonium vero illud nunc credibile factum est, cum ipsis operibus impletum oraculum cernitur. Et olim quidem de Domino dicebatur, quod decorem induisset; nunc autem confirmato ex operibus sermone, veritas prædictionis apparuit, cum exuta Dei, induta servi forma, ac usque ad turpem progressus mortem, postea dedecus illud deposuit induitque paternæ gloriæ decorem, regno scilicet in omnia cum cœlestia tum terrena coronatus. Rursumque

Τὰ μαρτύρια ἐπιστώθησαν σφόδρα· τῷ οἴκῳ σου πρέπει ἁγίασμα, Κύριε, εἰς μακρότητα ἡμερῶν. Αἱ περὶ τῶν μελλόντων προφητεῖαι, καθ' ἃς ἐφέροντο καὶ αἱ περὶ τῆς τοῦ Κυρίου βασιλείας μαρτυρίαι, πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως, οὔπω παρεῖχον ὁρᾷν τὸ πιστὸν τῶν λόγων. Μετὰ δὲ τὴν ἔκβασιν, καὶ τὰ διὰ τῶν ἔργων ἐπιτελέσματα ἐπιστώθη τὰ μαρτύρια τοῦ Θεοῦ. Πάλαι μὲν γὰρ εἴρητο καὶ προπεφήτευτο, ἐκ μακροῦ τε προσεδοκᾶτο τὰ περὶ τῆς εἰς ἅπαντα τὰ ἔθνη τοῦ Θεοῦ βασιλείας· ἐπιστώθη δὲ τὸ φῆσαν τοῦτο μαρτύριον νῦν, ὅτε ἔργοις ὁρᾶται πεπληρωμένον τὸ λόγιον. Καὶ πάλαι μὲν ἐλέγετο περὶ τοῦ Κυρίου, ὡς ἄρα εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο· νῦν δὲ, πιστουμένου τοῦ λόγου δι' αὐτῶν τῶν ἔργων, πέφηνεν ἡ ἀλήθεια τῆς προῤῥήσεως, ὅτε ἀποδυσάμενος τὴν τοῦ Θεοῦ μορφὴν, καὶ τὴν τοῦ δούλου περιθέμενος, καὶ μέχρι γε τοῦ ἀπρεποῦς θανάτου φθάσας, μετὰ ταῦτα τὴν μὲν ἀπρέπειαν ταύτην ἀποτέθειται, ἐνεδύσατο δὲ τῆς πατρικῆς δόξης τὴν εὐπρέ-

[39] Job XXXVIII, 11. [40] Psal. CIII, 9. [41] Matth. VIII, 25.

πειαν, τὴν κατὰ πάντων βασιλείαν, τῶν τε ἐν οὐρανοῖς καὶ τῶν ἐπὶ γῆς ἀναδησάμενος. Καὶ πάλιν τὰ μὲν προφητικὰ μαρτύρια περιεῖχεν, ὡς ἐνδυσάμενος δύναμιν ὁ Κύριος, ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται. Ἐπιστώθη δὲ καὶ ταῦτα, ὅτε μετὰ τὸ πάθος, τὴν οἰκείαν ἀπολαβὼν δύναμιν, ἐν πάσῃ τῇ τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένῃ τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ ἐστερέωσεν, εἰς τὸ μηκέτι σαλεύεσθαι ὧδε κἀκεῖσε τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς περὶ τὴν ἄθεον δεισιδαιμονίαν πλανωμένας. Καὶ πάλιν τὰ μὲν διὰ τῶν προφητῶν μαρτύρια προεφήτευον, ὡς ἄρα οἱ ποταμοὶ ἐπαροῦσι φωνὴν αὐτῶν, καὶ ἄλλοι ποταμοὶ ἀροῦσι τὰς ἐπιτρίψεις αὐτῶν· καὶ ταῦτα δὲ τὰ μαρτύρια ἐπιστώθη, ὅτε κατὰ πάσας τὰς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καὶ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τὰ πλήθη τῶν εὐσεβούντων κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἐπαίρει φωνὰς εὐχαριστηρίους, τὰς δι' εὐχῶν καὶ ὑμνολογιῶν τῶν πρὸς τὸν Θεὸν ἀναπεμπομένας, ὑφ' ὧν οἱ πάλαι ἐπιτριβόμενοι σοφοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου κατήρηνται, καὶ τὰς ἐπιτρίψεις αὐτῶν περιεῖλον, ὡς πᾶσαν αὐτῶν σβεσθῆναι τὴν φιλοσοφίαν. Κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τὰς λοιπὰς τῶν προφητειῶν προῤῥήσεις διεξιὼν, ἐφ' ἑκάστῳ ἁρμόσεις τὸ, *Τὰ μαρτύριά σου ἐπιστώθησαν σφόδρα.* Αἱ μὲν οὖν ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν μαρτυρίαι, σφόδρα τὸ πιστὸν εἰλήφασι διὰ τῆς ἐν ταῖς ἐκβάσεσιν ὁρωμένης ἀληθείας· τῷ δὲ οἴκῳ σου, τουτέστι τῇ Ἐκκλησίᾳ σου, οὐδὲν οὕτω πρέπει εἰς τὸ φυλάττεσθαι αὐτὴν εἰς μακρότητα ἡμερῶν, ὡς ἁγιωσύνη. Ὡς γὰρ τοῖς μαρτυρίοις σου οἰκεία ἐστὶν ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ πίστις, οὕτω καὶ τῷ οἴκῳ σου πρέπει ἁγιωσύνη· ὑφ' ἧς φυλαττόμενος μένει καὶ παραμενεῖ εἰς μακρότητα ἡμερῶν. Εἰ γάρ ποτε συμβαίη ἀπρέπειαν ἐν τῷ οἴκῳ σου εὑρεθῆναι, καὶ ἀντὶ ἁγιάσματος βέβηλον, καὶ ἀκάθαρτον, καὶ μυσαρὰν πρᾶξιν, οὐκέθ' οἷόν τε αὐτὸ εἰς μακρότητα ἡμερῶν διαμένειν. Ἐπεὶ γὰρ ὁ ἐν αὐτῷ κατοικῶν Θεὸς ἅγιος ὢν καὶ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, ἤ, ὃ μὴ γένοιτο, ἀπρεπές τι καὶ ἀλλότριον ἁγιάσματος περὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ εὑρηθείη ποτὲ, τὸ, *Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος.* Διὸ δεήσει ἡμᾶς πρὸ πάντων καὶ ὑπὲρ πάντων φροντίζειν, εἰσιόντας εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, ἁγιασμοῦ καὶ σωφροσύνης.

prophetica testimonia enuntiabant, Dominum virtute indutum firmasse orbem terræ, qui non ultra commovendus esset. Horum porro veritas comprobata est, cum post passionem, propria recepta virtute, per totum orbem Ecclesiam firmavit suam, ut non ultra commoverentur humanæ animæ, impia superstitione huc illuc errabundæ. Iterumque prophetarum testimonia prænuntiabant, flumina vocem elevatura, aliaque flumina fluctus suos exaltatura esse. Hæc autem testimonia vera reperta sunt, cum in omnibus Dei Ecclesiis ac per totum orbem, secundum Evangelium, cœtus piorum voces gratiarum actionis, per orationes et hymnos ad Deum emittunt: queis illi olim arrogantes, sapientes hujus sæculi, sublati, et tumor eorum destructus est; ita ut eorum philosophia prorsus exstincta fuerit. Si autem pari modo reliqua prophetiarum vaticinia percurras, singulis aptabis illud, *Testimonia tua credibilia facta sunt valde.* Itaque divinarum Scripturarum testimonia, a veritate eventuum, admodum credibilia evaserunt. Domum vero tuam, id est, Ecclesiam tuam, nihil tam decet, ut in longitudinem dierum servetur, quam sanctitudo. Sicut enim testimoniis tuis propria veritas est et fides; ita domum tuam decet sanctitudo: sub cujus tutela manet et perseverat in longitudinem dierum. Nam si quando contingat dedecus in domo tua reperiri, ac loco sanctitatis, profanum, impurum ac exsecrandum facinus deprehendi; fieri tamen nequit ut illud in longitudinem dierum perseveret. Etenim si, quod absit! indecens quidpiam et alienum in domo Dei deprehendatur, sane Deus in ipsa habitans, qui sanctus est et in sanctis requiescit, dicet, *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta* [44]. Quamobrem nos in domum Dei ingressos, præ omnibus et super omnia sanctitati et temperantiæ studere oportet.

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΤΕΤΡΑΔΙ ΣΑΒΒΑΤΩΝ, ϞΓ'.

Θεὸς ἐκδικήσεων Κύριος, Θεὸς ἐκδικήσεων ἐπαῤῥησιάσατο. Ἀνεπίγραφος μέν ἐστι παρ' Ἑβραίοις ὁ ψαλμὸς, περιέχει δὲ παράκλησιν καὶ παραμυθίαν τῶν κατὰ τὸν βίον τὸν ἐνεστῶτα διωκομένων καὶ καταπονουμένων εὐσεβείας ἕνεκα, ὧν καὶ τὴν εὐχὴν ὑποκαταβὰς τίθησι. Προτάττει δὲ τῆς εὐχῆς τὴν παράκλησιν καὶ τὴν παραμυθίαν προλαμβάνων τὴν δέησιν τῶν διωκομένων καὶ προθεραπεύων αὐτῶν τοὺς πόνους, ἔργοις τε παριστὰς πληρούμενον ἐπ' αὐτοῖς τὸ, *Ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι.* Θαρσεῖτε τοιγαροῦν, ὦ οὗτοι, φησίν· ἔστι γὰρ ὁ Κύριος, ἐφ' ὃν ἠλπίσατε, ὥσπερ Θεὸς ποιητὴς καὶ Θεὸς δημιουργὸς, καὶ Θεὸς σωτὴρ, καὶ Θεὸς εὐεργέτης, καὶ Θεὸς κριτὴς, καὶ Θεὸς πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως, μακρόθυ-

PSALMUS DAVIDI, QUARTA SABBATORUM. XCIII.

VERS. 1. *Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit.* Hic psalmus apud Hebræos inscriptione caret, consolationem autem et levamen complectitur pro iis qui in præsenti vita pietatis causa vexantur et affliguntur, quorum item orationem inferius consignat. Orationi vero consolationem et levamen præmittit, a supplicatione eorum qui persecutionem patiuntur orsus, eorumque malis remedium admovere occupans, declaransque opere impletum illud esse, *Adhuc te loquente dicam: Ecce adsum* [45]. Ait itaque, Heus vos, confidite: adest quippe Dominus, in quem sperastis, utpote Deus opifex, Deus creator, Deus servator, Deus beneficus, Deus judex, Deus pater misericordiarum, Deus totius consolationis, tolerans et multum misericors, placabilis

[44] Luc. XIII, 35. [45] Isa. LVIII, 9.

super peccata, cui sexcentæ aliæ divinæ rationes competunt; atque ita jam Deus ultionum dicitur. Curam enim habet eorum, quæ in cœlis [*melius*, in terra,] geruntur, ita ut dignam ultionem de inique agentibus sumat, juste judicet, reos plectat, ac cuique tribuat secundum opera sua. Confidite igitur, edocti vos Deum ultionum habere : vester quippe Deus, ultionum Deus esse solet. Et quod, utpote Deus vindex eorum qui læduntur, cum fiducia agat; idipsum clare et cum fiducia per prophetas suos deprædicat : atque sic ejus providentiæ ratio consistit, qua juste et sapienter omnia administrat. In hac quidem vita solem suum oriri facit super justos et injustos, ac pluit super improbos et bonos, atque bona sua æqualiter omnibus impertit; sed congruenti tempore Deus ultionum efficietur, quando promeritas pœnas ab iis qui beneficiis ejus non recte sunt usi expetet.

Vers. 2-4. *Exaltare, qui judicas terram, redde retributionem superbis. Usquequo peccatores, Domine, usquequo peccatores gloriabuntur? Effabuntur et loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur injustitiam?* Spiritus quidem sanctus vel ante orationem prophetice responsionem edit, illud proferre occupans quod post orationem dicendum erat; idque ex præscientia eorum quæ in oratione dicenda erant. Quamobrem duo versiculi responsionem sancti Spiritus orationi congruentem complectentes præmissi sunt. Nam quæ ad supplicationem Deo emissam attinent, ab hoc dicto, *Exaltare, qui judicas terram*, exordium habent. Ait ergo Scriptura : Ex quo hominum genus esse cœpit, peccatores justis prævalere cœperunt, ut Cain Abeli, et tempore diluvii gigantes aliis secum versantibus; imo etiam Esau Jacobo, Josepho fratres ejus. Ac si ita subsequentia tempora percurras, in singulis generationibus peccatores contra justos insurgere deprehendes. Usquequo, Domine, hæc erunt? Usquequo in tantam superbiam peccatores erigentur, ut in impietatibus suis glorientur; neque gesta sua taceant, neque malitiam occultent suam; sed loquantur in omniumque auribus injustitias efferant suas? Usquequo igitur eos talia audentes feras? At eum jam in excelsum justi judicii tui thronum conscenderis, *Exaltare, qui judicas terram*, et, *redde retributionem superbis*, promeritum ipsis infligens supplicium. Nunc enim te quoque despiciunt, quasi nihil excelsum habeas, nihil videas, nec terram judices. Quapropter quæ ad vitam pertinent suam et judicio et providentia carere arbitrantur. At ego qui precor et opto ab impietate eorum alienus esse, persuasum habeo te Deum ultionum esse, teque judicare omnem terram. Etiamsi enim mansuetudine, tolerantia et patientia usus teipsum deprimas, tuamque contra impios iram cohibeas; at ego certus judicio tuo, qui omnia prospicis, nihil immune fore, supplico precorque ut exalteris, tuamque

A μός τε καὶ πολυέλεος καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις, καὶ ἄλλας μυρίας ἔχων θεϊκὰς ἐπινοίας· οὕτω καὶ Θεὸς ἐκδικήσεων. Μέλει γὰρ αὐτῷ τῶν ἐν οὐρανοῖς πραττομένων, ὡς καὶ δίκην τὴν ἀξίαν παρὰ τῶν ἀδικούντων εἰσπράττεσθαι, κρίνειν τε δικαίως καὶ κολάζειν οὓς δεῖ, ἀποδιδόναι τε ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Θαρσεῖτε τοιγαροῦν μαθόντες, ὅτι Θεὸν ἔχετε ἐκδικήσεων· πέφυκε γὰρ εἶναι Θεὸς ἐκδικήσεων ὁ ὑμέτερος Θεὸς, καὶ τῷ παῤῥησίαν ἄγειν ὡς Θεὸς ἔκδικος τῶν ἀδικουμένων, διαῤῥήδην τε καὶ μετὰ παῤῥησίας τοῦτο διὰ τῶν αὐτοῦ προφητῶν κηρύττει· οὕτω γοῦν αὐτοῦ καὶ ὁ περὶ προνοίας συνίσταται λόγος, καθ' ἣν δικαίως καὶ σοφῶς τὰ σύμπαντα διοικεῖ. Τέως μὲν κατὰ τὸν ἐνεστῶτα βίον, ἀνατέλλων τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, B καὶ βρέχων ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, ἐξ ἴσου τε τοῖς πᾶσι τὰ αὐτοῦ παρέχων ἀγαθά· κατὰ καιρὸν δὲ τὸν προσήκοντα Θεὸς ἐκδικήσεων γινόμενος, ὅτε καὶ τὴν πρέπουσαν δίκην παρὰ τῶν μὴ καλῶς ταῖς εὐεργεσίαις αὐτοῦ κεχρημένων εἰσπράξεται.

Ὑψώθητι ὁ κρίνων τὴν γῆν, ἀπόδος ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις. Ἕως πότε ἁμαρτωλοὶ, Κύριε, ἕως πότε ἁμαρτωλοὶ καυχήσονται; Φθέγξονται καὶ λαλήσουσιν ἀδικίαν, λαλήσουσι πάντες οἱ ἐργαζόμενοι ἀδικίαν; Τὸ μὲν θεῖον Πνεῦμα προφητικῶς καὶ περὶ τῆς εὐχῆς τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο προλαβὸν τὸ μέλλον ῥηθήσεσθαι μετὰ τὴν εὐχὴν διὰ τὴν πρόγνωσιν τῶν ἐν τῇ εὐχῇ περιεχομένων. Διόπερ οἱ δύο προετάγησαν στίχοι τὴν ἀπόκρισιν C περιέχοντες τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὴν ἁρμόζουσαν τῇ προσευχῇ. Τά τε μὴν τῆς ἱκετηρίας τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τοῦ, *Ὑψώθητι ὁ κρίνων τὴν γῆν*, ἄρχεται. Φησὶ τοίνυν ὁ Λόγος· Ἀφ' οὗπερ ὁ τῶν ἀνθρώπων ἤρξατο συνεστάναι βίος, ἀπὸ τότε ἁμαρτωλοὶ κατισχύειν τῶν δικαίων ἤρξαντο· ὡς Κάϊν τοῦ Ἄβελ, καὶ οἱ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ γίγαντες τῶν ἐν αὐτοῖς· ἀλλὰ καὶ Ἡσαῦ τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τοῦ Ἰωσὴφ οἱ ἀδελφοί· καὶ οὕτω προϊὼν τοῖς χρόνοις, εὕροις ἂν καθ' ἑκάστην γενεὰν τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐπανισταμένους τοῖς δικαίοις. Ἕως οὖν πότε, ὦ Κύριε, τοῦτο ἔσται; Ἕως πότε εἰς τοσοῦτον ἐπιτριβῆς ἐλάσουσιν οἱ ἁμαρτωλοὶ, ὡς καὶ ἐγκαυχᾶσθαι ταῖς ἀσεβείαις αὐτῶν, καὶ μηδὲ σιωπᾷν ἐφ' οἷς πράττουσι, μηδὲ ἀποκρύπτειν τὴν αὐτῶν κακίαν, ἀλλὰ καὶ φθέγξασθαι καὶ D ἐξάκουστον τοῖς πᾶσιν ἐκλαλεῖν τὰς ἀδικίας αὐτῶν; Ἕως οὖν πότε ἄρα προχωρήσῃ αὐτοῖς ταῦτα ποιοῦσι; Ἀλλὰ γὰρ ἤδη ποτὲ ἐπὶ τὸν ὑψηλὸν ἀναβὰς τῆς δικαιοκρισίας σου θρόνον, *Ὑψώθητι ὁ κρίνων τὴν γῆν*, καὶ, *ἀπόδος ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις, τὴν ἀξίαν αὐτοῖς ἀποδιδοὺς τιμωρίαν*. Νῦν γάρ σου αὐτοῦ καταπεφρονήκασιν, ὡς μηδὲν ὑψηλὸν ἔχοντος, μηδὲ ὁρῶντος, μηδὲ κρίνοντος τὴν γῆν. Διὸ καὶ ἄκριτα καὶ ἀπρονόητα ὑπειλήφασιν εἶναι τὰ κατὰ τὸν ἑαυτῶν βίον. Ἀλλ' ἐγὼ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἀλλότριος εἶναι εὐχόμενος, πέπεισμαι, ὅτι σὺ Θεὸς ἐκδικήσεων, ἢ καὶ σὺ εἶ ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν. Εἰ γὰρ καὶ ταπεινοῖς σεαυτὸν, χρηστότητι καὶ ἀνοχῇ καὶ μακροθυμίᾳ χρώμενος, ἐπέχεις τε τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὀργήν· ἀλλ' ἐγὼ πιστεύων, ὅτι

οὐδὲν ἔσται ἄκριτον σοῦ ἐφορῶντος τὰ σύμπαντα. A Ἱκετεύω καὶ δέομαι ὑψωθῆναί σε καὶ δεῖξαι τοῖς πᾶσι τὸ οἰκεῖόν σου μέγεθος καὶ τὸ ὕψος τῆς θεότητός σου· ὅπως ἤδη ποτὲ παύσωνται οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐναβρυνόμενοι καὶ ἐγκαυχώμενοι ἐπὶ πᾶσιν οἷς παρανόμως διαπράττονται.

Τὸν λαόν σου, Κύριε, ἐταπείνωσαν, καὶ τὴν κληρονομίαν σου ἐκάκωσαν. Χήραν καὶ προσήλυτον ἀπέκτειναν, καὶ ὀρφανοὺς ἐφόνευσαν. Καὶ εἶπαν, Οὐκ ὄψεται Κύριος, οὐδὲ συνήσει ὁ Θεὸς τοῦ Ἰακώβ. Οὐκ ἤρκει, φησὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς τὸ εἰς αὐτοὺς ἁμαρτάνειν, ἀλλ' ἤδη καὶ τῷ σῷ λαῷ καὶ τῇ σῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπανέστησαν, τοὺς μὲν ταπεινοῦντες, τοὺς δὲ κακοῦντες, τοὺς δὲ παντελῶς ἀναιροῦντες. Καὶ ταῦτα κατὰ τοῦ σοῦ λαοῦ, ὦ Κύριε, καὶ κατὰ τῆς σῆς κληρονομίας τετολμήκασι, μονονουχὶ B τὰ ἀσεβῆ καὶ βλάσφημα περὶ σοῦ φρονοῦντες. Εἶπον γὰρ ἐν ἑαυτοῖς ἀσεβὲς λογισάμενοι· *Οὐκ ὄψεται Κύριος, οὐδὲ συνήσει ὁ Θεὸς τοῦ Ἰακώβ.* Διὸ, ὡς μὴ ἐφορῶντος, μηδὲ συνιέντος σοῦ, τὰ τοσαῦτα δρᾷν ἐπιχειροῦσι κατὰ τοῦ λαοῦ σου, καὶ κατὰ τῆς κληρονομίας σου, κατά τε χηρῶν καὶ προσηλύτων καὶ ὀρφανῶν, τῶν κατὰ ἀνθρώπειον ἀπεριστάτων καὶ ἀβοηθήτων. Οὐ τοσοῦτον δὲ κατ' ἐκείνων ταῦτ' ἔπραττον, ὅσον κατὰ σοῦ, ὦ Κύριε· σοῦ γὰρ ἦσαν λαὸς καὶ σοῦ κληρονομία οἱ καταπονούμενοι· καὶ εἰς σὲ βλασφημοῦντες καὶ ἀσεβοῦντες οἱ καταπονοῦντες αὐτοὺς ταῦτ' ἐλογίζοντο, ὡς οὐκ ὄντος σοῦ, οὐδ' ἐφορῶντος, οὐδὲ συνιέντος, οὐδὲ ἐκδικοῦντος τὰ πραττόμενα. Διὸ εἰκότως ἔφην εὐχόμενος, *Ἕως πότε ἁμαρτωλοὶ, Κύριε,* ἕως πότε διαμενοῦσι ταῦτα C ποιοῦντες; Λαόν τε καὶ κληρονομίαν Θεοῦ χρὴ νοεῖν πάλαι μὲν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, ἐπεὶ *ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ.* Μετὰ δὲ τὴν ἐκείνων ἀποβολὴν, ἣν παρίστησι προφητικός τις λόγος, φήσας· *Ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου·* νέον λαὸν τὸν ἐξ ἐθνῶν ἀντ' ἐκείνων εἰσάγει ἀκολούθως ἑτέρα προφητεία εἰς πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ φάσκουσα· *Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς.*

Σύνετε δὴ ἄφρονες ἐν τῷ λαῷ, καὶ μωροί ποτε φρονήσατε. Ὁ φυτεύσας τὸ οὖς οὐκ ἀκούσεται; ἢ ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμὸν οὐ κατανοεῖ; Ὁ D παιδεύων ἔθνη οὐχὶ ἐλέγξει, ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν; Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι. Ἀποδυσπετήσας καὶ ἀνθρωπίνως ἀποκλαυσάμενος ὁ Προφήτης περὶ τῶν τοῖς ἀσεβέσι τολμωμένων, εὐξάμενός τε καὶ εἰπών· *Ὑψώθητι ὁ κρίνων τὴν γῆν, ἀπόδος ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις·* ἀλλὰ καὶ ὡς ἀνακινήσας τὸν Θεὸν, καὶ διεγείρας διὰ τοῦ φάναι· *Τὸν λαόν σου καὶ τὴν κληρονομίαν σου ἐκάκωσαν καὶ ἐταπείνωσαν, καὶ εἶπαν, οὐκ ὄψεται Κύριος, οὐδὲ συνήσει ὁ Θεὸς τοῦ Ἰακώβ·* ἐμπίπλαται τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δυνάμεως, καὶ ὡς πρὸς τοὺς εἰρη-

magnitudinem ac deitatis tuæ sublimitatem omnibus exhibeas; ut vel sero tandem peccatores finem faciant luxuriandi ac gloriandi de omnibus quæ improbe perpetrant.

Vers. 5-7. *Populum tuum, Domine, humiliaverunt, et hæreditatem tuam vexaverunt. Viduam et advenam interfecerunt, et orphanos occiderunt. Et dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob.* Non erat, inquit, peccatoribus in se peccare satis; jam vero in populum tuum et in Ecclesiam tuam insurrexerunt, alios humiliantes, alios vexantes, alios prorsus occidentes. Et hæc contra populum tuum, Domine, et contra hæreditatem tuam aggredi ausi sunt, tantum non impia et blasphema de te sentientes. In seipsis namque dixerunt impie cogitantes, *Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob.* Quamobrem, quasi te nec vidente nec intelligente, talia facinora moliuntur contra populum tuum et hæreditatem tuam, contra viduas, advenas et orphanos, qui omni humano subsidio et patrocinio carent. Neque tam contra illos, quam contra te, Domine, hæc perpetrabant: nam qui vexabantur, populus tuus et hæreditas tua erant; atque ii, qui illos opprimebant, de te blasphema et impia sentientes hæc cogitabant, ac si non exsisteres, nec videres, nec intelligeres, neque talia facinora ulciscereris. Quocirca jure ita precabar: *Usquequo peccatores, Domine,* usquequo talia agentes manebunt? Populum vero et hæreditatem Dei putare convenit, olim quidem Judaicam gentem, quia *facta est portio Domini populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel*[44]. Post eorum vero repulsam, quam sic declarat propheticus quidam sermo, *Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam*[45], ipsorum loco novum populum ex gentibus consequenter inducit alia prophetia, quæ in persona Christi ita loquitur: *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ*[46].

Vers. 8-11. *Intelligite insipientes in populo, et stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? Qui corripit gentes non arguet, qui docet hominem scientiam? Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* Postquam impiorum ausus ægre ferens Propheta humano more deflevit, ac precatus dixit: *Exaltare, qui judicas terram, redde retributionem superbis;* sed etiam Deum quasi commovit et excitavit his verbis: *Populum tuum et hæreditatem tuam vexaverunt et humiliaverunt, et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob;* Spiritus sancti virtute repletur, et quasi responderet iis qui dixerant: *Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob,* sic loquitur: Et quomodo, o vere mente

[44] Deut. XXXII, 9. [45] Jerem. XII, 7. [46] Psal. II, 8.

cæci, potest non videre et non audire, qui hæc non habentibus impertit? Nam is certe qui aliis quidpiam elargitur, prior utique habet ea quæ aliis communicat. Est porro sermo syllogismi ritu prolatus et concinnatus ad providentiæ doctrinam comprobandam. Par autem erat iis maxime Scripturæ divinæ locis animum adhibere, ut ostendatur, non ratione vacuam ibi fidem nobis offerri, sed claris ratiociniis et demonstrationibus logicis doctrinæ testimonia exhiberi. Sexcenta autem similia in sacris Bibliis conspersa sunt. Syllogismis itaque impios et atheos confutat, qui dicebant Deum humana non respicere. Heus vos, inquit, animaliumne natura per se sponte substitit, an a quadam causa condita est? si dicatur enim temere, ac sorte quadam, sine ratione et sponte sua vita carentem et inanimatam materiam tot animalia, et singulis generibus inditam hujusmodi constitutionem, formas item et species, ac tantam partium et membrorum concinnitatem, pulchritudinis varietatem, et tot discrimina producta esse; stultum certe insanumque fuerit illud, et hominum qui vere anima mortui fuerint, ratiocinium. Quomodo enim quod vitam non habet alteri impertiat? aut quomodo inanimatum animam constituerit? aut irrationabile quomodo quidpiam rationabile produxerit? Quo pacto primum movebitur, aut aliud movebit, quod ex natura sua immobile sit? Hujusmodi est terræ elementum, ex quo omnia et varia prodiere animalium genera, quæ oculis, auribus cæterisque sensibus instructa sunt, vita, motu et appetitu prædita? homo vero iis longe præstat, cum sit naturæ rationabilis, ac mentis et scientiæ capax. Num igitur ex ratione vacuo et inanimato elemento hæc omnia substiterunt? At eum qui hæc confiteri nolit, rei ipsius vis et efficacia vincit, ac ipsum naturale ratiocinium vera dicere cogit; nimirum nec inanimatam materiam, neque aridam rationeque vacuam substantiam, horum esse causam: sed mundi opificem esse mentem quamdam divinam et creatricem, Dei nempe Verbum, rerum omnium factorem, qui tum reliquis omnibus, tum ipsi homini sensus corporis indidit, et animæ humanæ ratiocinium, atque etiam mentem, qua naturam rerum consideret; ac oculis quidem, visibilia respiciat; auribus vero, in auditum cadentia audiat; cogitationes demum, intelligibilia comprehendat. Qui igitur fieri potest ut, qui aliis facultatem videndi, quam ex se non habebant, impertiit, non ipse videat? Qui fieri potest ut is, qui in terreno et luteo vase auditum et aurem perforavit, ita ut muta et surda materia, ea quæ ad aurem proferuntur audiat, non ipse melius et præstantius aliis omnibus humanas cogitationes percipiat? Quod si universæ per orbem gentes, cum barbaræ tum Græcæ, naturali cogitationum, quas a Deo acceperunt, impulsu, quasdam sibi leges et constitutiones efformarunt; quomodo is qui talem ipsis prudentiam indidit, non arguat eos qui præter naturam ac præter sanam mentem quid agere

A κότας· *Οὐκ ὄψεται ὁ Κύριος, οὐδὲ συνήσει ὁ Θεὸς τοῦ Ἰακώβ*, ἀποκρίνεται λέγων· Καὶ πῶς, ὦ τὴν διάνοιαν ἀληθῶς τυφλοὶ, οὐ δύναται μὴ ὁρᾷν, μηδὲ ἀκούειν, ὁ τοῖς μὴ ἔχουσι ταῦτα παρασχόμενος; Πάντως γάρ που ὁ μεταδιδοὺς ἑτέροις πρῶτος αὐτὸς κέκτηται ταῦτα, ὧν μεταδίδωσιν. Ἔστι δὲ ὁ λόγος κατὰ συλλογισμὸν εἰρημένος καὶ κατασκευαστικὸς τοῦ περὶ προνοίας δόγματος. Προσῆκε δὲ μάλιστα τοῖς τοιούτοις τῶν θείων Γραφῶν ἐφιστάναι τὸν νοῦν τόποις, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ μὴ ἄλογον πίστιν προβάλλεσθαι ἡμῖν ὑπ' αὐτῶν, μετὰ λογισμῶν δὲ ἐναργῶν καὶ ἀποδείξεων λογικῶν τὰς τῶν δογμάτων μαρτυρίας παρέχειν· Μυρία δ' ἂν εἴη τοιαῦτα ταῖς ἱεραῖς βίβλοις κατεσπαρμένα. Συλλογίζεται τοιγαροῦν τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀθέους τοῦ μὴ ἐφορᾷν τὸν Θεὸν τὰ ἀνθρώπινα φάσκοντας. B Πότερα γὰρ, φησὶν, ὦ οὗτοι, αὐτόματος ὑπέστη τῶν ζώων ἡ φύσις, ἢ γέγονεν ἔκ τινος αἰτίου; Τὸ μὲν οὖν φάσκειν εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχεν, ἀλόγως καὶ αὐτομάτως τὴν ἄζωον καὶ ἄψυχον καὶ ἀνόητον ὕλην τὰ τοσαῦτα ζῶα καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ γένει τῶν ζώων τοιάνδε κατασκευὴν, τάς τε ἐν αὐτοῖς μορφὰς καὶ τὰ εἴδη καὶ τὴν τοσαύτην τῶν μερῶν τε καὶ μελῶν διάθεσιν, τήν τε τοῦ κάλλους ποικιλίαν, καὶ τὰς τοσαύτας διαφορὰς προενηνοχέναι, σφόδρα μωρὸν καὶ ἠλίθιον, καὶ ἀνδρῶν ὡς ἀληθῶς τὰς ψυχὰς νενεκρωμένων. Πῶς γὰρ τὸ μὴ ζωῆς μετέχον ζωὴν ἑτέρῳ ἂν παράσχοι; ἢ τὸ ἄψυχον πῶς ἂν ψυχὴν ὑποστήσαιτο; ἢ τὸ ἄλογον πῶς ἂν λογικόν τι κατασκευάσειε; Πῶς δὲ τὴν ἀρχὴν κινηθήσεται, ἢ πῶς ἕτερον κινήσει τὸ ἐξ ἑαυτοῦ τὴν φύσιν ἀκίνητον; C Τοιοῦτον δὲ τὸ τῆς γῆς στοιχεῖον, ἐξ οὗ παντοῖα προῆλθε ζώων γένη, ὀφθαλμοὺς ἔχοντα καὶ ὦτα καὶ τὰ λοιπὰ αἰσθητήρια, ζωῆς καὶ κινήσεως καὶ ὁρμῆς μέτοχα; ἄνθρωπος δὲ καὶ τούτων ἐπάγεται πλέον, λογικῆς ὢν φύσεως, νοῦ τε καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸς τυγχάνων. Ἆρ' οὖν ἐξ ἀλόγου καὶ ἀψύχου στοιχείου τὰ τοιάδε πάντα ὑπέστη; Ἀλλὰ καὶ τὸν μὴ βουλόμενον ὁμολογεῖν αὐτὰ νικᾷ ἡ ἐνέργεια, καὶ ὁ κατὰ φύσιν λογισμὸς τἀληθῆ λέγειν ἐκβιάζεται, τὸ μὴ τὴν ἄψυχον ὕλην, μηδὲ τὴν ξηρὰν καὶ ἄλογον οὐσίαν τούτων ὑπάρχειν αἰτίαν· νοῦν δέ τινα θεῖον καὶ δημιουργικὸν εἶναι Λόγον Θεοῦ τὸν κοσμοποιὸν, καὶ πάντων ποιητὴν αὐτὸν, καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασι καὶ αὐτῷ ἀνθρώπῳ αἰσθήσεις δεδωκότα σώματος, καὶ ψυχῆς λογισμὸν, καὶ νοῦν πρὸς τούτοις εἰς D τὸ ἐπιβάλλειν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων· καὶ θεωρεῖν μὲν ὀφθαλμοῖς τὰ ὁρατὰ, ὠσὶ δὲ τὰ ἀκουστὰ ἀκούειν, λογισμῷ δὲ συνιέναι τὰ νοητά. Πῶς οὖν οἷόν τε τὸν ἑτέροις τοῖς μὴ παρ' ἑαυτῶν ἔχουσι παρεσχηκότα τὴν ὁρατικὴν δύναμιν, αὐτὸν μὴ ὁρᾷν; Πῶς δὲ δυνατὸν τὸν ἐν τῷ γεώδει καὶ πηλίνῳ σκεύει διατρήσαντα ἀκοὴν καὶ οὖς, ἔνθεν τὰ εἰς ὦτα ἀκούειν τὴν ἄναυδον καὶ κωφὴν ὕλην τῶν ἔξωθεν φωνῶν αὐτῶν, μὴ οὐχὶ πρὸ πάντων πολὺ κρειττόνως καὶ μειζόνως τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπιβάλλει λογισμοῖς; Εἰ δὲ καὶ ὅλα ἔθνη τὰ ἐπὶ γῆς βάρβαρά τε καὶ Ἑλληνικὰ, φυσικαῖς ἐννοίαις κινούμενα, ἃς ὑπὸ Θεοῦ εἰλήφασι, νόμους τινὰς καὶ διατάξεις ἑαυτοῖς διετυπώσαντο· πῶς οὐχὶ ὁ ταύτην αὐτοῖς τὴν σύνεσιν δεδωρημένος Θεὸς ἐλέγξει τοὺς παρὰ τὴν φύσιν καὶ παρὰ τὰς ὀρθὰς ἐννοίας

πράττειν τι τολμῶντας; Πόθεν δὲ ἀνθρώποις ἡ περὶ παντὸς οὑτινοσοῦν πράγματος γνῶσις; πόθεν αἱ τέχναι; πόθεν τῶν ἐπιστημῶν αἱ θεωρίαι; πόθεν οἱ τῶν μαθημάτων λόγοι; ἆρ' οὐχ ἀπὸ τοῦ κατασπείραντος ἐν αὐτοῖς τὴν δύναμιν τῆς τούτων καταλήψεως; Τί οὖν; ὁ τοιαύτην ἀνθρώπῳ φύσιν χαρισάμενος, αὐτὸς ἐστέρηται τῆς γνώσεως, ὡς μηδὲ γινώσκειν ταῦτα, ὧν αὐτὸς τυγχάνει δοτήρ; Ἀλλὰ γὰρ παύσασθε ἀσεβοῦντες, ὦ μάταιοι· ἀληθεῖ δὲ λόγῳ πειθόμενοι, γνῶτε, ὅτι ὁ φυτεύσας ἐν ἀνθρώποις τὸ οὖς, πολὺ πρότερος αὐτὸς τῶν παρὰ ἀνθρώποις λαλουμένων ἀκούσεται· καὶ οὐ μόνον ὄψεται καὶ τὰ πραττόμενα ἐποπτεύσει ὁ ἐν ἀνθρώποις πλάσας ὀφθαλμὸν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐνθυμήσεις, τὰς ἔτι κατὰ διάνοιαν κρυπτομένας συνήσει. Αὕτη γὰρ Θεοῦ δύναμις γινώσκοντος καὶ διακρίνοντος τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι. Ἀληθῶς γὰρ πᾶσα ἡ παρὰ ἀνθρώποις νομιζομένη ἀλήθεια, καὶ πᾶσα ἡ παρ' αὐτοῖς σοφία, ἣν ἐξ οἰκείων λογισμῶν καὶ θνητῶν ἐνθυμήσεων προβάλλονται, μάταιος ἂν εἴη. Πᾶν γὰρ σοφὸν καὶ ἀληθὲς παρ' αὐτῷ μόνῳ τυγχάνει, καὶ παρ' αὐτοῦ μόνοις τοῖς ἀξίοις δίδοται.

Μακάριος ἄνθρωπος, ὃν ἂν παιδεύσῃς, Κύριε, καὶ ἐκ τοῦ νόμου σου διδάξῃς αὐτὸν, τοῦ πραῦναι αὐτῷ ἀφ' ἡμερῶν πονηρῶν, ἕως οὗ ὀρυγῇ τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρος. Πεισθεὶς ἐγὼ καὶ πιστεύσας τοῖς εἰρημένοις, καὶ ὅτι οἱ διαλογισμοὶ τῶν ἀνθρώπων εἰσὶ μάταιοι, εἰκότως ἐκεῖνον μόνον μακάριον εἶναι ἡγοῦμαι, ὦ Κύριε, τὸν ἀπὸ τῆς σῆς σοφίας καὶ παιδείας, ὥσπερ ἀπὸ πηγῆς μεταλαμβάνοντα. Πῶς δὲ μεταλάβοι ἄν τις τῆς σῆς παιδείας ἢ τῷ νόμῳ σου τῷ θείῳ μαθητευθείς; Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐγγράφους παρέδωκας εὐσεβείας νόμους, εἰς τὸ μεταλαμβάνειν τῆς σῆς παιδεύσεως τοὺς μαθητευομένους αὐτοῖς. Διδασκόμεθα δὲ διὰ τούτων, ὅτι τὰ συμβαίνοντα τοῖς δικαίοις λυπηρὰ ἐπ' ὠφελείᾳ αὐτῶν γίνεται, γυμναζομένων καὶ πειραζομένων δίκην ἀθλητῶν Θεοῦ διὰ πόνων καὶ διὰ πληγῶν ἐν ὑπομονῇ δοκιμαζομένων. Διὸ οὐ χρὴ λυπεῖσθαι, οὐδὲ ἀδημονεῖν ἐπὶ τοῖς κακουμένοις κατὰ τὸν παρόντα βίον, μακαρίζειν δὲ μᾶλλον αὐτοὺς, ὡς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ παιδευομένους· *Μακάριος γὰρ ἄνθρωπος, ὃν ἂν παιδεύσῃς, Κύριε; καὶ ἐκ τοῦ νόμου σου διδάξῃς αὐτόν.* Ὁ γὰρ παιδευόμενος ὑπὸ σοῦ καὶ διδασκόμενος, πραΰνεται ἐν ταῖς πονηραῖς ἡμέραις. Ἐν αὐταῖς γοῦν ταῖς κακοπαθείαις καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς πειρασμοῖς τὰς ἀπὸ τοῦ νόμου σου παραμυθίας λαμβάνων θεραπεύεται, ὑπομένειν διδασκόμενος καὶ μακροθυμεῖν, *ἕως οὗ ὀρυγῇ τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρος*· τοῦτο γὰρ αὐτὸν περιμένει τὸ τέλος, καθάπερ ὁ σὸς νόμος διδάσκει. Διὸ ταῦτα μανθάνων ἐν τοῖς τῶν πειρασμῶν καιροῖς ὁ δίκαιος, πραΰνεται καὶ θεραπεύεται, τὰς ἐκβάσεις τῶν πραγμάτων σκοπῶν, καὶ τοῦ μὲν καταπονοῦντος αὐτὸν ἁμαρτωλοῦ τὸν βόθρον εἰς ὃν ἐμπεσεῖται, ἑαυτοῦ δὲ τὰς παρὰ τῷ Θεῷ ἀγαθὰς ἐλπίδας πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενος.

Ὅτι οὐκ ἀπώσεται Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει, ἕως οὗ δικαιοσύνη ἐπιστρέψῃ εἰς κρίσιν, καὶ ἐχόμενοι αὐτῆς πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Διάψαλμα. Ἀκολούθως μετὰ τὸ διαγράψαι τὸν ἀποκείμενον τῷ

ausi fuerint? Unde hominibus prodiit omnis et cujuslibet rei notitia? unde artes? unde scientiarum speculationes? unde disciplinarum sermones? annon ab eo qui harumce rerum comprehensionis facultatem in illis insevit? Quid igitur? num is qui tali hominem natura donavit, ipse cognitionis expers erit, ita ut ne ipsa quidem, quorum ipse largitor est, cognoscat? Verum impie cogitandi ac loquendi finem facite, o vani homines: ac vero sermoni obtemperantes scitote, eum qui plantavit aurem in hominibus, longe prius quæ dicuntur auditurum esse; ac eum qui oculum finxit hominibus, non modo visurum ac gesta conspecturum: sed et cogitationes adhuc in mente latentes intellecturum esse. Hæc enim virtus est Dei, cognoscentis ac discernentis cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. Revera omnis, ut apud homines existimatur, veritas, omnisque illorum sapientia, quam ex propriis ratiociniis et mortalibus cogitationibus præferunt, vana certe fuerit. Omnis quippe sapientia et veritas penes ipsum solum exsistit, et ab ipso iis tantum qui digni sunt inditur.

VERS. 12, 13. *Beatus homo quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum, ut mitiges ei a diebus malis, donec fodiatur peccatori fovea.* Ego supra dictis obtemperans et credens, nimirum cogitationes hominum vanas esse illum solum beatum jure arbitror, Domine, qui ex tua sapientia et eruditione velut ex fonte hausit. Quomodo autem quis eruditionis tuæ particeps fuerit, nisi divinæ legis tuæ disciplina institutus? Nam ideo pietatis leges scripto tradidisti, ut qui illis instituuntur, eruditionis tuæ participes sint. His vero docemur tristia illa, quæ justis accidunt, ad eorum utilitatem esse; instar enim athletarum Dei, laboribus exercitantur ac tentantur, plagisque in patientia probantur. Quapropter ingruentibus in præsenti vita calamitatibus, non dolendum nec desperandum est; imo potius illos beatos æstimare convenit, quod a Deo erudiantur: nam *beatus homo quem tu erudieris Domine, et de lege tua docueris eum.* Etenim qui abs te eruditur et docetur, in diebus malis mitigatur. In ipsis quippe afflictionibus et tentationibus a lege tua consolationem nactus, hinc medelam accipit, ad patientiam et tolerantiam institutus, *donec fodiatur peccatori fovea;* hic enim illum finis exspectat, ut lex tua declarat. Quamobrem justus hæc in tentationis tempore edoctus, mitigatur ac medelam accipit, rerum eventus, atque vexantis se peccatoris foveam, in quam cadet, considerans, bonamque suam apud Deum spem præ oculis habens.

VERS. 14, 15. *Quia non repellet Dominus plebem suam, et hæreditatem suam non derelinquet, quoadusque justitia convertatur in judicium, et qui adhærent ipsi omnes recti corde. Diapsalma.* Postquam paratam peccatori foveam descripserat, faustum

eorum qui propter Deum vexantur finem enarrat. Quoniam enim supra dictum fuerat : *Populum tuum, Domine, humiliaverunt, et hæreditatem tuam vexaverunt*, merito jam humiliati populi et vexatæ hæreditatis finem declarat bis verbis : *Non repellet Dominus plebem suam, et hæreditatem suam non derelinquet*. Etiamsi enim ad breve tempus impiis concedat ut populum suum humilient et vexent ; at non in finem usque repellet plebem suam, et hæreditatem suam derelinquet. Quæ plebs, quæ hæreditas illa sit, novimus ex hac voce de persona Christi prolata : *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ* [47]. Hunc ipsum ex gentibus futurum populum Zacharias propheta vaticinatur dicens : *Gaude, multum, filia Sion : prædica, filia Jerusalem : Ecce ego venio, et habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multæ ad Dominum : et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum* [48]. Hunc igitur populum suum non repellet Dominus, et hæreditatem suam non derelinquet, donec justitia convertatur in judicium. Nam eo usque populum suum hæreditatemque suam custodiet, donec justitia Dei convertat se, laborum præmia iis qui bene decertaverint reddiltura. Qui vero justitiæ Dei adhærent, proxime illum stabunt, a dextris Regis constituendi ; utpote qui recto et sincero corde fuerint, nec in animam quidpiam perversum aut tortuosum advexerint, in sola autem recta ac regia via incesserint.

A ἁμαρτωλῷ βόθρον, τὰ χρηστὰ τέλη τῶν διὰ τὸν Θεὸν κακουμένων ὑφηγεῖται. Ἐπεὶ γὰρ διὰ τῶν ἀνωτέρω εἴρητο, *Τὸν λαόν σου, Κύριε, ἐταπείνωσαν, καὶ τὴν κληρονομίαν σου ἐκάκωσαν*, εἰκότως νῦν τὰ τέλη τοῦ ταπεινουμένου λαοῦ καὶ τῆς κακουμένης κληρονομίας παρίστησι λέγων· *Οὐκ ἀπώσεται Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει*. Εἰ γὰρ καὶ πρὸς βραχύν τινα καιρὸν ἐπιτρέπει τοῖς ἀσεβέσι συγχωρῶν ταπεινοῦν καὶ κακοῦν τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ἀπώσεται τὸν λαὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν κληρονομίαν καταλείψει. Ποῖον δὲ λαὸν καὶ ποίαν κληρονομίαν, ἔγνωμεν ἀπὸ τῆς εἰς πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ λεγούσης φωνῆς· *Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα*
B *τῆς γῆς*. Τὸν αὐτὸν δὲ λαὸν, τὸν ἐξ ἐθνῶν, καὶ Ζαχαρίας ὁ προφήτης θεσπίζει λέγων· *Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών· κήρυσσε, θύγατερ Ἱερουσαλήμ· ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει Κύριος. Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον· καὶ ἔσονταί μοι εἰς λαὸν, κἀγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν*. Τοῦτον τοίνυν τὸν λαὸν αὐτοῦ οὐκ ἀπώσεται Κύριος, οὐδὲ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ ἐγκαταλείψει, ἕως οὗ δικαιοσύνη ἐπιστρέψῃ εἰς κρίσιν. Μέχρι γὰρ τούτου φυλάξει τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἐπιστρέψῃ ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη, τὰ ἔπαθλα τῶν πόνων ἀποδώσουσα τοῖς καλῶς ἠγωνισμένοις. Οἱ δὲ ἐχόμενοι τῆς δικαιοσύνης τοῦ Θεοῦ πλησίον αὐτοῦ στήσονται ἐν τοῖς δεξιοῖς τοῦ
C βασιλέως καταταγησόμενοι· ἅτε δὴ ὀρθοὶ καὶ εὐθεῖς γινόμενοι τῇ καρδίᾳ, καὶ μηδὲν τῇ ψυχῇ σκολιὸν, μηδὲ σκαμβὸν ἐπενηνεγμένοι, μόνην δὲ τὴν εὐθεῖαν καὶ βασιλικὴν ὁδὸν βεβαδικότες.

VERS. 16-18. *Quis consurget mihi adversus malignantes, aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem? Nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam : Motus est pes meus, misericordia tua, Domine, adjuvabat me*. Diapsalmatis distinctio magnam attulit sententiæ mutationem. Nam quasi priore absoluto sermone, ceu aliud exordium ducens ait : *Quis consurget mihi adversus malignantes?* Nam, inquit, ex Spiritus sancti doctrina edidicimus, Deum ultionis esse Dominum, ac redditurum esse retributionem superbis, et futurum esse ut fodiatur peccatori fovea, neque unquam eventurum ut repellat Dominus plebem suam, vel hæreditatem suam derelinquat ; sed in fine rerum, quando conversus fuerit populus in judicium, redditurum esse unicuique secundum opera sua, ac futurum etiam ut omnes recti corde stent a dextris et prope justitiam ejus, cum ipso Domino in regno cœlorum commoraturi, per totam vitam suam cum ipso futuri. Hæc credidi, hæc credendo consolationem accepi. At interea quis hoc tempore pro me stabit contra malignantes? aut quis ultor aderit mihi contra operantes iniquitatem? At enim vera confitendo dicam, neminem me adjutorem inter homines inventurum,

Τίς ἀναστήσεταί μοι ἐπὶ πονηρευομένους, ἢ τίς συμπαραστήσεταί μοι ἐπὶ τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν; Εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἐβοήθησέ μοι, παρὰ βραχὺ παρῴκησε τῷ ᾅδῃ ἡ ψυχή μου. Εἰ ἔλεγον, Σεσάλευται ὁ πούς μου, τὸ ἔλεός σου, Κύριε, ἐβοήθει μοι. Ἡ κατὰ τὸ διάψαλμα διαστολὴ πλείστην καὶ τῆς διανοίας ἐποιήσατο μεταβολήν. Ὡς γὰρ συμπληρωθέντος τοῦ προτέρου λόγου ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς φησι· *Τίς ἀναστήσεταί μοι ἐπὶ πονηρευομένους;* μεμαθήκαμεν γὰρ, φησὶν, ἀπὸ τῆς τοῦ θείου Πνεύματος διδασκαλίας, ὅτι Θεὸς ἐκδικήσεων ἐστι Κύριος, καὶ ὅτι ἀποδώσει ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις· καὶ ὅτι ὀρυγήσεται τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρος· καὶ ὅτι οὐκ ἀπώσεται τὸν λαὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν κληρονομίαν αὐ-
D τοῦ καταλείψει· ἀλλ' ἐπὶ τέλει τῶν πραγμάτων, ἐπὰν ἐπιστρέψῃ ὁ λαὸς εἰς κρίσιν, ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· καὶ ὡς δεξιοὶ στήσονται πλησίον τῆς αὐτοῦ δικαιοσύνης πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ σὺν αὐτῷ τῷ Κυρίῳ τὰς διατριβὰς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν ποιησόμενοι, καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν ζωὴν αὐτῷ παραστησόμενοι. Τούτοις μὲν οὖν ἐπίστευσα, καὶ πιστεύσας παρεκλήθην. Ἀλλὰ τέως κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν τίς ὑπὲρ ἐμοῦ στήσεται κατὰ τῶν πονηρευομένων; ἢ τίς ἔκδικος συμπαραστήσεταί μοι ἐπὶ τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν; Ἀλλὰ γὰρ εἴποιμ' ἂν

[47] Psal. II, 8. [48] Zachar. II, 10, 11.

ὁμολογῶν τἀληθῆ, μηδένα βοηθὸν ἐν ἀνθρώποις εὑρήσειν ἐμαυτῷ, ἕνα δὲ μόνον ἐπίκουρον κεκτῆσθαι, τὸν Κύριον, ὃς εἰ μὴ βεβοηθήκει μοι, πάλαι ἂν ὑπὸ τῶν πονηρευομένων καὶ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν νενικημένος τῷ ᾅδῃ παρῴκουν, αὐτῆς μου τῆς ψυχῆς καὶ τῆς λογικῆς, καὶ τῆς κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενομένης οὐσίας, τὸν θάνατον καὶ τὸν ᾅδην οἰκητήριον λαχούσης ἔχειν. Ταῦτα δ' οὖν ἔπαθον ἄν, εἰ μὴ αὐτὸς ὁ Κύριος παραστὰς βεβοηθήκει μοι. Εἴ ποτε γοῦν πειραζόμενος ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀντελαβόμην ἀσθενείας ἐμαυτοῦ, ὡς κινδυνεύειν σαλευθῆναι τοὺς πόδας τῆς ἐμῆς ψυχῆς, ὁμολογῶ παραχρῆμα τοῦ ἐλέους σου, Κύριε, αἴσθησιν εἰληφέναι, καὶ ὑπὸ σοῦ βεβοηθῆσθαι· ὡς εἰ μὴ τοῦτό μοι παρῆν ὑποστηρίζον μου τοὺς πόδας, πάλαι ἂν ὀλισθήσας ἐπεπτώκειν ἀπὸ τῆς παρὰ σοὶ στάσεως. Νῦν δὲ τὸ ἔλεός σου, Κύριε, δίδωσί μοι παῤῥησίαν τοῦ λέγειν· *Ἔστησας ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου, καὶ κατηύθυνας τὰ διαβήματά μου.*

Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν μου ἐν τῇ καρδίᾳ μου αἱ παρακλήσεις σου ηὔφραναν τὴν ψυχήν μου. Οὐ μόνον τοῖς ποσί μου τὸ ἔλεός σου δύναμιν παρεῖχε πρὸς τὸ μὴ σαλευθῆναι, οὐδὲ μόνον ἡ παρὰ σοῦ βοήθεια τὴν ἐμὴν κατεκράτει ψυχὴν πρὸς τὸ μὴ παροικῆσαι τῷ ᾅδῃ· ἀλλὰ καὶ ἃς ἔφερον ἐν τῇ καρδίᾳ μου ὀδύνας, αἱ παρὰ σοῦ παρακλήσεις ἐθεράπευον, ἀποῤῥήτῳ δυνάμει τῆς σῆς χρηστότητος παρακαλούσης μου τὴν ψυχὴν καὶ εὐφροσύνης αὐτὴν πληρούσης. Οὐδὲ γὰρ μία τις ἦν παράκλησις, οὐδὲ δευτέρα, ἀλλὰ πλείους καὶ τοσαῦται, ὅσαι ἦν ἀριθμὸς τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ μου ὀδυνῶν. Ἐφαμίλλως γοῦν ταῖς ἐμαῖς ὀδύναις τὰς παρὰ σοῦ μοι πάρεῖχες παρακλήσεις πρὸς ἑκάστην ὀδύνην, ὥσπερ τι φάρμακον σωτήριον τὴν σὴν παράκλησιν προσφέρων, καὶ ὥσπερ πλείοσι τραύμασι, πλείους καὶ τὰς θεραπείας προσάγων. Τοιούτων δὲ παρακλήσεων ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἀντιλαμβανόμενος, ἔφασκεν· *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ Πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως, ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐν πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει διὰ τῆς παρακλήσεως, ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Ὅτι καθὼ περισσεύει τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ ἐν ἡμῖν, οὕτω περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν.* Καὶ ἦν ἂν εἰπεῖν πρὸς ταῦτα, μεταβαλόντα τό· *Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς*, τό· Οὐκ ἄξιον τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ μου πρὸς τὰς παρακλήσεις σου, ὦ Κύριε, ἐφ' αἷς ηὔφρανας τὴν ψυχήν μου. Εἰ δὲ ἐφ' ἑκάστῃ ὀδύνῃ παρακαλεῖταί τις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐφροσύνης καταξιοῦταί τις· οὐκ ἂν εὔξαιτο διὰ Θεὸν πλείους ὑπομένειν ὀδύνας, ὡς ἂν πλειόνων τυγχάνοι παρακλήσεων, καὶ πλειόνων τῶν ἐπὶ ταῦτα εὐφροσυνῶν;

Μὴ συμπροσέσται σοι θρόνος ἀνομίας, ὁ πλάσσων κόπον ἐπὶ πρόσταγμα; Εἰκότως, φησὶ, κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ μου αἱ παρακλήσεις σου ηὔφραναν τὴν ψυχήν μου· ἐπειδήπερ

A unumque tantum auxiliatorem, Dominum scilicet, nacturum esse : qui nisi mihi opitulatus esset, jam pridem a malignantibus et operantibus iniquitatem devictus, in inferno habitassem, animaque mea et illa rationabilis ad imaginem Dei efformata substantia, mortem et infernum in domicilium sortita esset. Hæc sane passus essem, nisi astans ipse Dominus auxiliatus mihi esset. Si quando igitur in certaminibus tentatus, infirmitate mea correptus fuerim, ita ut periculum esset ne pedes animæ meæ commoverentur; fateor me statim, o Domine, misericordiam sensisse tuam, ac ope tua fultum esse. Quæ si mihi non adfuissent, nec pedes meos sustentassent; jam olim lapsus a mea apud testatione decidissem. Nunc autem misericordia tua,
B Domine, fiduciam mihi præstat ad hæc proferenda : *Statuisti supra petram pedes meos, et direxisti gressus meos* [49].

VERS. 19. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.* Non solum pedibus meis misericordia tua vires addidit, ut non commoverentur, neque tantummodo auxilium tuum animam meam occupavit, ut non habitaret in inferno; sed etiam dolores, quos in corde meo tuli, consolationes tuæ allevarunt, arcana clementiæ tuæ vi animam meam consolante, ipsamque gaudio replente. Non enim una consolatio, non altera tantum adfuit, sed plures, ac tot numero, quot in corde meo dolores erant.
C Certatim itaque pro numero dolorum, ad singulos singulas mihi consolationes tuas admovisti : quasi salutare pharmacum consolationem offerens, et quasi multis vulneribus multa remedia inducens. Hujusmodi autem consolationes nactus divinus Apostolus dicebat : *Benedictus Deus Pater misericordiarum, Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra : ut possimus nos consolari eos, qui in omni pressura sunt, per consolationem, qua consolamur ipsi a Deo. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis; sic abundat et consolatio nostra* [50]. Atque hæc verba mutando : *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis* [51]; sic dici poterat : Non est condigna multitudo dolorum meorum in
D corde meo, ad consolationes tuas, Domine, quibus lætificasti animam meam. Quod si in singulis doloribus quis a Deo consolationem accipiat, et lætitia, quæ a Deo est, dignetur; annon optet ac precetur multos pro Deo dolores sustinere, ut plures consolationes et plures ea de causa lætitias assequatur?

VERS. 20. *Nunquid aderit tibi thronus iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto?* Jure, inquit, secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

[49] Psal. xxxix, 3. [50] II Cor. i, 3-5. [51] Rom. ii, 18.

quia tibi Deo, utpote justo et bono, non adest thronus iniquitatis; omnia quippe justo judicio et recta lege administras : ideo *fingis laborem in præcepto;* id est, præceptum tuum labores et sudores parit ob præmia, quæ post laborem strenue decertantes, alacriter et perseveranter passos, exceptura sunt. — VERS. 21 - 23. *Venabuntur in animam justi, et sanguinem innocentem condemnabunt. Et factus est mihi Dominus in refugium, et Deus meus in adjutorium spei meæ. Et reddet illis iniquitatem ipsorum, et secundum malitiam eorum disperdet eos Dominus Deus noster.* Impii, ait, tandiu animam justi venabuntur, laqueis illam et retibus circumdantes, donec sanguinem innocentem condemnantes, eam ad mortem usque deduxerint. Non enim sat illis sunt mulctæ pecuniarum, neque plagæ vulneraque corpori justorum inflicta; sed etiam mortis sententiam et calculum contra illos ferunt. Ac illi quidem ita se habent : ego vero eos, licet ejusmodi sint, contemnere edoctus sum, et usque ad mortem cum fiducia consistere, gnarus me pro refugio Dominum habere, et pro adjutorio spei meæ Deum meum. Qui refugium meum effectus, auxiliabitur mihi; in caput vero eorum qui captant animam justi, et sanguinem innocentem condemnant, iniquitatem ipsorum retorquebit, et malitiam eorum adversus eos justi judicii tempore convertet, quando disperdet eos Dominus Deus noster : quare Deus ultionum initio psalmi dictus est.

(1) PSALMUS XCIV.

VERS. 1. *Venite exsultemus Domino, jubilemus Deo Salvatori nostro.* Apud Hebræos nulla fertur inscriptio : et merito sane; neque enim consentaneum erat, ut vel psalmus, vel hymnus, vel canticum inscriberetur, cum Judæorum quidem gentem ad exsultationem evocet, ipsis tamen interminetur iram, et præceptorum finem tristibus circumscribat. Observes porro velim, sicubi alias in Scriptura illud, *venite*, dictum sit, quomodo eos quasi abs se procul remotos ad accedendum provocet. Nota item eam vocationem semper ad bonum aliquod dirigere : ut in illo : *Venite, filii, audite me* [82]; et : *Venite, ascendamus ad montem Domini* [83]; et : *Venite ad me omnes qui laboratis* [84]; et : *Venite, benedicti Patris mei* [85]. In hoc autem psalmo clare ad exsultationem venire provocat. Quare observes item, non recte æstimare eos, qui jugum religionis triste ac molestum esse arbitrantur : ad bona quippe et ad læta vocationem edit. His compares illud : *Discedite in ignem æternum* [86], et similia, quæ ratione longe contraria et diversa ab illo, *venite*, peccatoribus dicuntur. Quoniam bellorum tempore victores jubilare solent, atque altum conclamare adversus inimicos; opportune non modo gaudere et exsultare, sed etiam de parta salutari victoria jubilare præcipit. Quis autem fuerit Salvator et Deus noster,

A οὐ πρόσεστί σοι Θεῷ ὄντι δικαίῳ καὶ ἀγαθῷ θρόνος ἀνομίας· πάντα γὰρ κρίσει δικαίᾳ καὶ ὀρθῷ νόμῳ διοικεῖς· διὸ *πλάσσεις κόπον ἐπὶ πρόσταγμα*, τουτέστι, τὸ πρόσταγμά σου κόπων καὶ καμάτων ἐστὶ ποιητικὸν διὰ τὰς μετὰ τοὺς πόνους διαδεξομένας ἀμοιβὰς τοὺς καλῶς ἀγωνισαμένους καὶ τὸν κόπον προθύμως καὶ εὐτόνως ὑπομείναντας. *Θηρεύσουσιν ἐπὶ ψυχὴν δικαίου, καὶ αἷμα ἀθῷον καταδικάσονται. Καὶ ἐγένετό μοι Κύριος εἰς καταφυγὴν, καὶ ὁ Θεός μου εἰς βοηθὸν ἐλπίδος μου. Καὶ ἀποδώσει αὐτοῖς τὴν ἀνομίαν αὐτῶν, καὶ κατὰ τὴν πονηρίαν αὐτῶν ἀφανιεῖ αὐτοὺς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν.* Οἱ μὲν ἀσεβεῖς, φησὶν, ἐπὶ τοσοῦτον τὴν τοῦ δικαίου ψυχὴν θηρεύσουσι παγίσιν αὐτὴν καὶ δικτύοις περιβάλλοντες, ἕως ὅτε καὶ μέχρι θανάτου περιελάσωσιν αὐ-
B τὴν, αἷμα ἀθῷον καταδικάζοντες. Οὐκ ἀρκοῦνται γὰρ ταῖς διὰ χρημάτων ζημίαις, οὐδὲ ταῖς κατὰ τοῦ σώματος τῶν δικαίων πληγαῖς τε καὶ αἰκίαις, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπὶ θανάτῳ ψῆφον κατ' αὐτῶν ἐκφέρουσι. Κἀκεῖνοι μὲν τοιοῦτοι· ἐγὼ δὲ καὶ τοιούτων καταφρονεῖν μεμαθηκὼς, καὶ μέχρι θανάτου εὐθαρσῶς ἵστασθαι, εἰδὼς ἔχειν ἐμαυτῷ καταφυγὴν τὸν Κύριον, καὶ βοηθὸν ἐλπίδος μου τὸν Θεόν μου· ὃς ἐμοὶ μὲν βοηθήσει καταφυγή μου γινόμενος· τοῖς δὲ θηρεύουσι τὴν ψυχὴν τοῦ δικαίου, καὶ αἷμα ἀθῷον καταδικάζουσιν, ἀποδώσει τὴν ἀνομίαν αὐτῶν εἰς κεφαλὴν αὐτῶν, καὶ τὴν πονηρίαν αὐτῶν στρέψει κατ' αὐτῶν ἐν τῷ τῆς δικαιοκρισίας καιρῷ, ὅτε καὶ ἀφανιεῖ αὐτοὺς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν· διὸ καὶ Θεὸς ἐκδικήσεων κατ' ἀρχὰς εἴ-
C ρηται τοῦ ψαλμοῦ.

ΨΑΛΜΟΣ ϞΔ'.

Δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ, ἀλαλάξωμεν τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν. Οὐ φέρεται παρ' Ἑβραίοις ἡ προγραφή· καὶ εἰκότως· οὔτε γὰρ ψαλμὸν, οὔτε ὕμνον, οὔτε ᾠδὴν εὔλογον ἦν ἐπιγράφειν, τὸν καλοῦντα μὲν τὸν Ἰουδαίων λαὸν ἐπὶ ἀγαλλίασιν, ἀπειλοῦντα δὲ αὐτοῖς ὀργὴν καὶ τὰ τέλη τῶν παραγγελμάτων ἐπὶ σκυθρωποῖς περιγράφοντα. Σημειώσῃ δὲ εἴ που καὶ ἀλλαχοῦ τῆς Γραφῆς τὸ, *δεῦτε*, εἴρηται, καὶ τίνα τρόπον ὡς ἀφεστῶτας καὶ μακρὰν γεγονότας πλησιάζειν αὐτῷ καλεῖ· τηρήσεις καὶ ὅτι πάντοτε τὴν κλῆσιν ἐπ' ἀγαθῷ ποιεῖται, ὡς ἐν τῷ, *Δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου*, καὶ, *Δεῦτε ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου*, καὶ, *Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες*,
D καὶ, *Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου.* Ἐν δὲ τῷ μετὰ χεῖρας ψαλμῷ σαφῶς ἐπὶ ἀγαλλίασιν ἥκειν παρακαλεῖ. Διὸ σημειώσῃ, ὅτι μὴ καλῶς ἡγοῦνται οἱ σκυθρωπὸν καὶ ἐπίλυπον νομίζοντες εἶναι τὸν τῆς θεοσεβείας ζυγόν· ἐπ' ἀγαθοῖς γὰρ καὶ φαιδροῖς ποιεῖται τὴν κλῆσιν. Τούτοις παράθες τὸ, *Πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον*, καὶ τὰ ὅμοια, ἐναντίως τὸ, *δεῦτε*, τοῖς ἁμαρτάνουσι λεγόμενα. Ἐπειδὴ ἐν τοῖς καιροῖς τῶν πολέμων οἱ νικῶντες ἀλαλάζειν εἰώθασι, καὶ μέγα βοᾷν κατὰ τῶν πολεμίων, εἰκότως οὐ μόνον χαίρειν καὶ ἀγαλλιᾷν, ἀλλὰ καὶ ἀλαλάζειν ἐπὶ τῇ σωτηρίῳ νίκῃ προστάττει. Τίς δ' ἂν εἴη ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ Θεὸς ἡμῶν, ἢ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὁ εἰπὼν, Θαρ-

[82] Psal. xxxiii, 12. [83] Isa. ii, 3. [84] Matth. xi, 28. [85] Matth. xxv, 34. [86] ibid. 41.

(1) Vulg. habet, *Laus cantici ipsi David.*

σεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον; ὁ καὶ ῥυσάμενος ἡμᾶς ἀπὸ τῆς πάλαι καταχρατούσης ἡμῶν δαιμονικῆς ἐνεργείας, οὗ καὶ τὸ Ἰησοῦς ὄνομα σωτήριον Ἑβραϊκῇ φωνῇ σημαίνει. Τίνας δὲ προηγουμένως ὁ λόγος ἐπὶ τὴν ἀγαλλίασιν παρακαλεῖ, εὕροις ἂν ἐπιστήσας τοῖς ἑξῆς, ἐν οἷς εἴρηται, *Κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν.* Σαφῶς γὰρ διὰ τούτων δηλοῖ τοὺς υἱοὺς τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ παραπικρανάντων, δῆλον δ' ὅτι τοὺς ἐκ περιτομῆς. Τούτους τοιγαροῦν ἀνακαλεῖται λέγων· *Δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ.* Θεσπίζει δ' ὅτι μὴ ὑπακούσονται τῇ κλήσει· λέγει δ' οὖν ἐπὶ τέλει· *Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. Αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου, ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.* Ἐπεὶ οὖν ἐκεῖνοι ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ, εἰκότως ὁ ἐπιφερόμενος ἑξῆς ψαλμὸς τὰ ἔθνη πάντα καλεῖ ἐπὶ τὸ καινὸν ᾆσμα, καὶ ἐπὶ τὴν ἐν Θεῷ ἀγαλλίασιν.

Προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, καὶ ἐν ψαλμοῖς ἀλαλάξωμεν αὐτῷ. Ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης αὐτοῦ παρουσίας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τὸ ἔνθεον ἀποκρύψας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τὴν τοῦ δούλου μορφὴν περιεβάλετο· διὸ εἴρηται· *Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν· ὅτι ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη, καὶ οὐκ ἐλογίσθη.* Ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ καὶ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς ἐπιστήσεται· διόπερ ὁ λόγος, προτάξας τὰ εἰρημένα διὰ τῶν πρώτων, ἅπερ ἐχρῆν ἐπὶ τῆς προτέρας αὐτοῦ παρουσίας πράττειν, ἑξῆς ἀκολούθως τῆς δευτέρας αὐτοῦ καὶ ἐνδόξου ἐπιφανείας ὑπομιμνήσκει, παρακελευόμενος προβαλεῖν τὸ μέλλον, καὶ προφθάσαι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει. Καλὸν γὰρ προφθάσαι καὶ προλαβεῖν, καὶ πρὶν φανῆναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἔνδοξον, ἐφ' οἷς ἡμάρτομεν ἀποκάθαρσιν ἑαυτοῖς πορίσασθαι διὰ τῆς ἐξομολογήσεως. Γένοιτο δ' ἂν ἡ ἐξομολόγησις γνησία, εἰ ἐν ψαλμοῖς ἀλαλάζωμεν αὐτῷ, τουτέστι διὰ τῶν ὀργάνων τῆς ψυχῆς, ἅπερ ἐστὶ τὰ σώματα· δι' ὧν προσήκει τὸν καλούμενον ἀλαλαγμὸν ἐπιτελεῖν, βίῳ σώφρονι καὶ πολιτείᾳ ἐναρέτῳ τὴν τοῦ θείου Πνεύματος ἁρμονίαν καὶ τὸν ἅγιον ῥυθμὸν ἐπιδεικνυμένους. Ταῦτα δὲ προηγουμένως πρὸς τὸν Ἰουδαίων λέλεκται λαόν, προκαλουμένου αὐτοὺς τοῦ λόγου ἐπὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γνῶσιν· ὅμως δὲ καὶ πρὸς πάντας ἡμᾶς χρησίμως ἂν ἐφαρμοσθείη. *Ὅτι Θεὸς μέγας Κύριος καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς θεούς.* Τὰ παρηγγελμένα διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐν τῷ Κυρίῳ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν, δηλαδὴ τῷ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ, ἐπιτελεστέον, διά τε τὰ ἄλλα, καὶ διότι φύσει μέγας ὢν Θεὸς καὶ μέγας τυγχάνει βασιλεύς, ἅτε μονογενὴς ὢν τοῦ Θεοῦ Λόγος. Βασιλεὺς δὲ μέγας ἐστὶν ἐπὶ πάντας τοὺς θεούς, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *ἐπάνω πάντων τῶν θεῶν·* ἤτοι τῶν πεπλανημένως παρὰ τοῖς ἔθνεσι νενομισμένων· ἢ τῶν Μωϋσεῖ παραπλησίων, ᾧ εἴρηται, *Τέθεικά σε θεὸν Φαραώ·* ἢ θεῶν περὶ ὧν εἴρη-

A nisi Dei Verbum quod dixit : *Confidite, ego vici mundum*[87], atque nos ab efficaci illa dæmonum virtute, quæ nobis olim dominabatur, liberavit; cujus nomen Jesus, *salutare* Hebraice significat? Quosnam vero præcipue ad exsultationem provocet deprehendes, si consideres ea quæ sequuntur, et sic habent, *Secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri.* His enim manifeste significat filios eorum qui in deserto exacerbaverunt eum, sive populum ex circumcisione. Hos igitur evocat dicens, *Venite, exsultemus Domino.* Vaticinatur porro, eos vocationi non obtemperaturos esse : ait enim sub finem : *Semper errant corde. Ipsi vero non cognoverunt vias meas, sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Quoniam igitur illi
B semper errant corde; merito subsequens psalmus omnes gentes ad canticum novum, et ad exsultationem in Deo provocat.

Vers. 2. *Præoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei.* In primo quidem adventu suo, divinam suam occultans faciem, Dei Verbum servi formam induit : quare dictum est, *Homo in plaga constitutus, et sciens ferre infirmitatem; quoniam avertit vultum suum, inhonoratus est, nec reputatus*[88]. In secundo autem adventu suo, revelata facie, cum potestate et gloria magna aderit : quamobrem Scriptura, præmissis iis quæ dicta sunt in principio, quæ in primo adventu ejus edenda erant, hinc consequenter secundum et gloriosum ejus adventum
C commemorat, jubetque futura prævertere, et faciem ejus in confessione præoccupare. E re namque fuerit antevertere, atque gloriosum ejus vultum prævenire, et antequam gloriosa ejus facies appareat, purgationem delictorum per confessionem nobis procurare. Confessio autem sincera et germana fuerit, si in psalmis jubilemus ei, id est, per animæ instrumenta, quæ sunt corpora nostra : queis convenit illam, ut vocat, jubilationem per vitam honestam ac virtutis institutum persolvere, ac divini Spiritus harmoniam sacrumque concentum exhibere. Hæc porro Judæorum præsertim populo dicuntur, sermone ipsos ad Salvatoris nostri cognitionem provocante. Attamen nobis etiam omnibus hæc opportune appli-
D centur : — Vers. 3. *Quoniam Deus magnus Dominus, et rex magnus super omnes deos.* Quæ prius præcepta et mandata fuere, in Domino et Servatore nostro, scilicet in Dei Verbo complenda sunt; tum aliis de causis, tum quia cum natura Deus magnus sit, magnus item rex fuerit, utpote unigenitum Dei Verbum. Est autem rex magnus super omnes deos; sive, secundum Symmachum, *Supra omnes deos;* videlicet eos qui gentium errore dii esse putantur; sive eos, qui Moysi similes sunt, cui dictum est : *Posui te Deum Pharaonis*[89]; sive deos de quibus hæc dicuntur, *Deus deorum Dominus locutus est*[90]; et, *Deus stetit in synagoga deorum*[91] ;

[87] Joan. XVI, 33. [88] Isa. LIII, 3. [89] Exod. VII, 1. [90] Psal. XLIX, 1. [91] Psal. LXXXI, 1.

nemo enim eorum ipsi similis est. Quamobrem alibi quoque dictum est : *Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino, similis erit Domino in filiis Dei* [62] ?

προηγουμένως ἐπὶ τὸν αἶνον καὶ τὴν ἀγαλλίασιν καλεῖ· δεύτερον δὲ τὸ δεόμενον θεραπείας· δι' ὃ, *Δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα*, ἐν τοῖς πρώτοις εἴρηται· εἶθ' ἑξῆς μετὰ τὰ τεθεολογημένα περὶ τοῦ Κυρίου καὶ μετὰ τὴν τῶν προτέρων κλῆσιν ἐπὶ τοὺς δευτέρους μεταβαίνει, καὶ τούτους διδάσκων ἀντὶ ὕδατος καὶ περιῤῥαντηρίων, κλαυθμῷ καὶ ἐξομολογήσει ἐπὶ τοῖς πρώτοις αὐτῶν ἁμαρτήμασι χρήσασθαι. Προτρεπτικῶς δὲ τὸ, *κλαύσωμεν ἐναντίον Κυρίου*, ἐπαγαγὼν, *τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς*, ἀγαθὰς ὑπέγραψεν ἐλπίδας, διδάξας, ὅτι μὴ ἀλλότριοί ἐσμεν αὐτοῦ, ἀλλ' ἔργον αὐτοῦ καὶ ποίημα αὐτοῦ· δι' ὃ προσήκει τὰ χρηστότερα προσδοκᾷν, ἅτε δὴ κηδομένου αὐτοῦ τοῦ ἰδίου ποιήματος. Ἔτι πρὸς τούτοις διὰ τοῦ, *Προσπέσωμεν καὶ κλαύσωμεν ἐνώπιον Κυρίου*, διδάσκει μὴ ἐνώπιον ἀνθρώπων μηδὲ δι' ἀνθρώπους τοῦτο ποιεῖν, B ἀλλ' ἐν τῷ κρυπτῷ κατὰ τὸ, *Ὁ Πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ ἀποδώσει σοι*. Καθόλου μὲν οὖν ἅπασιν ἁρμόζει τὰ παρηγγελμένα· κυρίως δὲ καὶ προηγουμένως ὁ Λόγος τὸν Ἰουδαίων λαὸν ἐπὶ μετανοίᾳ ὧν ἐτόλμησαν παρακαλεῖ, *Ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς λαὸς νομῆς αὐτοῦ, καὶ πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ*. Οὐ μόνον Κύριος ἡμῶν ἐστιν ὡς οἰκετῶν δεσπότης, οὐδὲ μόνον ποιητὴς ὡς ἂν κτίστης ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ Θεός ἐστιν ἡμῶν, ἅτε δὲ ἀγαθὸς ὢν καὶ ἵλεως. Δι' ὃ καὶ φείσεται ἡμῶν καὶ ἐλεήσει ἡμᾶς· ὅτι οὐ μόνον ποίημα, ἀλλὰ καὶ κτῆμα αὐτοῦ τυγχάνομεν ὄντες· καὶ οἱ μὲν λογικώτεροι λαὸς αὐτοῦ, οἱ δὲ ἔτι ἀτελεῖς καὶ ἀλογώτεροι πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ· ὥστε ἐὰν ἐξομολογησώμεθα αὐτῷ καὶ προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν καὶ κλαύσωμεν ἐναντίον C αὐτοῦ, ἐξ ἅπαντος σωθησόμεθα, οἱ μὲν ὡς λαὸς αὐτοῦ, οἱ δὲ ὡς πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ. Λέγεται γοῦν αὐτὸς εἶναι ὁ ποιμὴν ὁ καλός· καὶ ἡμεῖς λέγειν διδασκόμεθα· *Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει.*

Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν ἐν τῷ παραπικρασμῷ. Ἅπαξ τότε, φησὶν, ἐσκληρύνατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ἀκούσαντες αὐτοῦ τῆς φωνῆς ἐπὶ τῆς ἐρήμου· ὁρᾶτε οὖν μὴ καὶ δεύτερον ταὐτὸν πράξητε, ἐὰν αὖθις τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε ἐν ἀνθρώποις σήμερον γενομένου. Ὁ δὲ λόγος προηγουμένως πρὸς τοὺς ἐκ περιτομῆς λέλεκται ἐκ προσώπου τοῦ χοροῦ τῶν προφητῶν προφερόμενος· οἳ δὴ κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν τὰ πάντα ἔλεγον πληθυντικῶς, καὶ ἑαυτοὺς συγκα- D ταλέγοντες τοῖς καλουμένοις· *Δεῦτε*, γὰρ ἔφασκον, *ἀγαλλιασώμεθα καὶ ἀλαλάξωμεν καὶ προφθάσωμεν*· καὶ πάλιν· *Δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν καὶ κλαύσωμεν*· ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος ἑτέρων εἰς πρόσωπον μὴ παραιτήσασθαι τὴν κλῆσιν παραινοῦσι· μηδ' ἀπιστῆσαι τῇ φωνῇ τῇ σήμερον αὐτοῖς μελλούσῃ λαλεῖν. Τὸ δὲ, *σήμερον*, ὁ Ἀπόστολος εἰς πάντα τὸν παρατείνοντα τῆς ζωῆς ἡμῶν χρόνον ἐξείληφε, κατὰ τὸ, *ἕως οὗ τὸ σήμερον καλεῖται*. Προτρέπει δὲ καὶ ἡμᾶς ὁ λόγος ἐντεῦθεν ἀπάρξασθαι τῶν παρηγγελμένων. Εἰ γὰρ καὶ πολλή τις γέγονε ῥᾳθυμία ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ· ἀλλὰ κἂν ἀπὸ τῆς

A quamobrem, *Venite exsultemus*, in exordio dictum sit; deinde vero post ea quæ circa Domini deitatem dicta sunt, et post priorum vocationem, ad secundos transeat, docens eos pro aqua et ablutione, lacrymis et confessione ad pristina peccata expianda utendum esse. Cum autem hortantis more illi dicto, *ploremus coram Domino*, addiderit, *qui fecit nos*, bonam spem ascripsit, docens nos non alienos ipsi esse, sed opus et creaturam ejus : quamobrem jucundiora exspectanda sunt; cum ipse suum curet opificium. Ad hæc vero, his verbis, *Procidamus et ploremus coram Domino*, docet non in conspectu hominum, non hominum gratia id agendum esse; sed in abscondito, secundum illud, *Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi*[66]. Omnibus itaque generatim hæc præcepta conveniunt; at proprie et præcipue Judæorum populum ad facinorum suorum pœnitentiam Scriptura evocat. — VERS. 7. *Quia ipse est Deus noster, et nos populus pascuæ ejus, et oves manus ejus.* Non modo Dominus noster est, ut herus domesticorum; neque solum opifex, utpote Creator noster; sed etiam Deus noster est, utpote bonus et propitius. Quamobrem parcet nobis et miserebitur nostri : quia non opificium duntaxat, sed etiam possessio ejus sumus : et rationabiliores e nobis sunt populus ejus ; ii vero qui adhuc imperfecti et minus rationabiles sunt, oves manus ejus. Itaque si confiteamur ipsi, si adoremus, procidamus et fleamus coram illo, salutem prorsus consecuturi sumus; alii quidem ut populus; alii vero ut oves manus ejus. Ipse namque dicitur esse bonus pastor, et nos instituimur ad dicendum : *Dominus pascit me, et nihil mihi deerit*[67].

VERS. 8. *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra in exacerbatione.* Tunc semel, inquit, audita in eremo voce ipsius obdurastis corda vestra; cavete ergo ne secundo idipsum admittatis, si rursum ejus apud homines hodie versantis vocem audiatis. Sermo autem populo ex circumcisione præsertim enuntiatur, ex persona chori prophetarum prolatus. Illi scilicet initio quidem omnia pluraliter dicebant, vocatis sese connumerantes : nam, *venite*, aiebant, *exsultemus, jubilemus et præoccupemus;* ac rursum, *Venite, adoremus, procidamus et ploremus :* in præsenti vero aliorum assumpta persona, hortantur ne vocationem respuant; neque voci quæ ipsos hodie allocutura est fidem negent. Illud porro, *hodie*, Apostolus accipit pro toto vitæ nostræ tempore; secundum illud, *Donec hodie vocatur*[68]. Hortatur autem nos Scriptura, ut hinc præcepta servandi exordium ducamus. Etiamsi enim præcedenti tempore in magna segnitie versati simus; at vel saltem ab hac die, quæ per illud, *hodie*, exprimitur, et ab hoc tempore dictis attendere curemus : nec populum illum imitemur, qui in

[66] Matth. VI, 4, 6, 18. [67] Psal. XXII, 1. [68] Hebr. III, 13.

visione in deserto, audita Dei voce, corde obduratus est in tempore exacerbationis, cum ipsorum omnium membra in deserto prostrata sunt, quia voci Dei non obtemperaverant. Necessario itaque illa commemorat, ne nos quoque præcepta Dei hodie audientes, ac non obtemperantes, ipsum exacerbemus, obdurati corde, et non exaudientes salutaria præcepta ejus; atque ideo ipsum acerbum nobis ac severum judicem parantes. Sane, ut dixi, nobis omnibus præceptum convenit; sed secundum prius allatam rationem, populo ex circumcisione illa dicuntur, quorum hæc sententia fuerit: Cum semel olim vocem Dei in deserto audissetis, exacerbastis eum, obdurato tempore Moysis corde vestro; verum quia ipsum Dei Verbum in mundo apparens, hominibus iterum locuturum, atque apud vos Novi Testamenti mysteria declaraturum est; cavete ne iterum corda obduretis ut prisce obdurastis, neve rursum eum exacerbetis, si denuo vocem ejus audieritis, neque hac in re patres vestros imitemini, ne vos vero Sabbato et requie ejus orbetis: quam requiem dabit ipsum Dei Verbum, postquam regnum suum acceperit, in ipsoque requiescet, omnesque quotquot ipsum receperint ad eam ipsam quietem admittet: ac sanctum verumque Sabbatum iis impertiet qui secum et penes se, illo dign erunt.

A *σήμερον* καλουμένης ἡμέρας καὶ ἀπὸ ἐνεστῶτος καιροῦ σπουδάσωμεν προσέχειν τοῖς εἰρημένοις· καὶ μὴ ζηλώσωμεν τὸν λαὸν ἐκεῖνον, ὅς, ἀκούσας φωνῆς Θεοῦ ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν ἔρημον ὀπτασίας, ἐσκληρύνθη τὴν καρδίαν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ παραπικρασμοῦ, ὁπηνίκα πάντων αὐτῶν τὰ κῶλα κατεστρώθη ἐν τῇ ἐρήμῳ, διὰ τὸ παρακοῦσαι τῆς φωνῆς τοῦ Θεοῦ. Ἀναγκαίως οὖν ἐκείνων ὑπομιμνήσκει, ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς τῇ σήμερον ἡμέρᾳ τῶν τοῦ Θεοῦ παραγγελμάτων ἀκούοντες καὶ παρακούοντες παραπικραίνωμεν αὐτὸν σκληρυνόμενοι τὰς καρδίας, καὶ μὴ ὑπακούοντες τοῖς σωτηρίοις παραγγέλμασι, καὶ διὰ τοῦτο πικρὸν αὐτὸν καὶ ἀπότομον κριτὴν ἑαυτοῖς κατασκευάζοντες. Καὶ πρὸς πάντας μὲν οὖν ἡμᾶς, ὡς ἔφην, ἁρμόζει τὸ παράγγελμα· κατὰ δὲ τὸν προηγούμενον λόγον πρὸς τὸν ἐκ B περιτομῆς λαὸν ταῦτα λέγεται, τοιαύτην ἔχοντα διάνοιαν· Ἅπαξ ποτὲ ἤδη πρότερον ἐπὶ τῆς ἐρήμου τῆς φωνῆς ἀκούσαντες τοῦ Θεοῦ, παρεπικράνατε αὐτὸν σκληρύναντες ἑαυτῶν τὰς καρδίας ἐπὶ Μωϋσέως· ἀλλ' ἐπειδήπερ ὁ αὐτὸς τοῦ Θεοῦ Λόγος μέλλει δεύτερον ἀνθρώποις λαλεῖν ἐπιφανεὶς τῷ βίῳ, καὶ παρ' ὑμῖν αὐτοῖς διδάσκειν τὰ τῆς Καινῆς Διαθήκης μυστήρια, ὁρᾶτε μὴ πάλιν σκληρύνητε ἑαυτοὺς ὡς τὸ πρὶν ἐσκληρύνατε, μηδὲ αὖθις αὐτὸν παραπικράνητε, ἐὰν αὖθις τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μηδὲ τοὺς πατέρας ὑμῶν κατὰ τοῦτο μιμήσησθε, ὅπως μὴ στερήσητε αὐτοὺς τοῦ ἀληθινοῦ σαββατισμοῦ καὶ τῆς καταπαύσεως αὐτοῦ, ἣν καταπαύσει αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τὴν οἰκείαν ἀπολαβὼν βασιλείαν, καὶ ἐν αὐτῇ ἀναπαυσόμενος, πάντας τε τοὺς παραδεχομένους αὐτὸν εἰς τὴν αὐτὴν ἀνάπαυλαν ὑποδεξόμενος, καὶ τὸ ἅγιον καὶ τὸ ἀληθὲς αὐτοῦ Σάββατον παρέξων τοῖς ἀξίοις τῆς παρ' αὐτῷ καὶ σὺν αὐτῷ ἀναπαύσεως.

VERS. 9-11. *Secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt me et viderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fui generationi huic: et dixi: Semper errant corde. Ipsi vero non cognoverunt vias meas, sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Quomodo Deum tentaverint, non illorum olim Judæorum patres tantum, ut quispiam æstimaverit, sed etiam hodiernorum, qui audita voce Dei obdurantur, apud Moysem habetur; et in LXXVII psalmo plerumque dictum est, ac similiter in CV ut tute si perquiras deprehendes. Quoniam igitur his juravit Deus, exacerbantes illos non ingressuros esse in requiem ipsius, quam paucis sermo descripsit; sollicite nobis curandum est ne in paria incidamus. Nam eadem ipsa nos excipient, si vocem Dei nunc et in præsenti adhuc tempore nos evocantem audientes, corda obduremus: nos quippe ira Dei invadet, ac quiete illa apud ipsum et cum ipso sumenda privabimur. Quæ porro ira illa futura sit, his declarat Apostolus: *Secundum autem duritiam tuam, et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, et revelationis justi judicii Dei*[69]. Quæ autem requies ejus est, nisi illa post exitum hujus vitæ cum illo commoratio, qua requiescemus in regno ejus, omni prorsus opere ac negotio exempti, solique divinorum et cœlestium contemplationi vacantes?

C *Κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν, ἐδοκίμασάν με καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου. Τεσσαράκοντα ἔτη προσώχθισα τῇ γενεᾷ ταύτῃ· καὶ εἶπα· Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. Αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου, ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.* Ὅπως ἐπείρασαν τὸν Θεὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ οἱ πατέρες οὐχὶ τῶν πάλαι Ἰουδαίων μόνον, ὡς ἂν ὑπολάβοι τις, ἀλλὰ τῶν καὶ σήμερον ἀκουόντων μὲν τῆς φωνῆς τοῦ Θεοῦ, σκληρυνομένων δὲ, κεῖται παρὰ Μωϋσεῖ, καὶ ἐν ο' δὲ καὶ ζ' ψαλμῷ πολλάκις εἴρηται, καὶ ἐν ρε'· ἅπερ καθ' ἑαυτὸν ἐπιζητήσας εὑρήσεις. Ἐπεὶ τοίνυν διὰ ταῦτα ὤμοσεν ὁ Θεὸς μὴ εἰσελεύσεσθαι τοὺς παραπικράναντας εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, ἣν ὁ λόγος διὰ βρα- D χέων παρέστησε, προνοητέον καὶ ἡμῖν καὶ μεριμνητέον μὴ τοῖς ὁμοίοις περιπεσεῖν. Τὰ αὐτὰ γὰρ καὶ ἡμᾶς διαδέξεται, εἰ τῆς τοῦ Θεοῦ φωνῆς εἰς ἔτι καὶ νῦν κατὰ τὴν σήμερον ἡμέραν ἀνακαλουμένης ἡμᾶς ἀκούοντες σκληρύνωμεν τὰς ἑαυτῶν καρδίας· διαλήψεται γὰρ καὶ ἡμᾶς ὀργὴ Θεοῦ καὶ ἀποπεσούμεθα τῆς παρ' αὐτῷ καὶ σὺν αὐτῷ ἀναπαύσεως. Ὁποία δέ ἐστιν ἡ ὀργὴ, παρίστησιν ὁ Ἀπόστολος λέγων· *Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου, καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ.* Τίς δὲ καὶ ἡ κατάπαυσις αὐτοῦ

[69] Rom. II, 5.

ἀλλ' ἡ μετὰ τὴν ἔξοδον τοῦ παρόντος βίου σὺν αὐτῷ διατριβή, καθ' ἣν ἀναπαυσόμεθα ἐν τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ, πάσης τῆς διὰ πράξεως ἀγωγῆς ἀπηλλαγμένοι, μόνῃ δὲ τῇ τῶν θείων καὶ ἐπουρανίων θέᾳ προσανέχοντες; ὅτε ἀποδράσεται μὲν ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός· ἀργία δὲ καὶ ἀπαλλαγὴ κακῶν, σχολή τε καὶ ἀνάπαυλα καὶ τὸ ἀληθινὸν Σάββατον ἡμᾶς διαδέξεται· ἐν ᾧ Σαββάτῳ ἀληθινῷ καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἀναπαύσεται· τὸ μὲν περὶ τὸν αἰσθητὸν κόσμον, τῷ Ἰουδαίων λαῷ τὰ ἐν αὐτῷ προσφωνῶν, καὶ παρακαλῶν αὐτοὺς, εἰ δεύτερον καταξιωθεῖεν, ὡς τὸ πρῶτον ἐπὶ τῆς ἐρήμου, ἀκοῦσαι τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου φωνῆς, ἥτις ἤμελλεν αὐτοῖς πάλιν κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ λαλεῖν, μὴ τοὺς πατέρας αὐτῶν ζηλῶσαι, μηδ' αὖθις τὸν Θεὸν παραπικράναι ὡς καὶ πρότερον. Τοιαῦτα δὲ παρακαλῶν, B προλέγειν μοι δοκεῖ καὶ προαινίττεσθαι τὴν ἐσομένην αὐτῶν εἰς τὸν Χριστὸν ἀπιστίαν, ἅτε τὸ μέλλον μὴ ἀγνοῶν· ἐπάγει δ' οὖν ἑξῆς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ καὶ φησίν· *Καὶ εἶπα· Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ·* καὶ πάλιν· *Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.* Εἰ γὰρ ἀψευδὲς τυγχάνει τὸ θεῖον στόμα, ὅρον τε ἐξήνεγκεν καὶ ἀπεφήνατο, ὅτι ἀεὶ πλανῶνται, ὅρκῳ τε ἐβεβαίωσε τὸ μὴ εἰσελθεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ· σαφῶς τὸ μέλλον ἐθέσπισεν. Ὅθεν φαίνονται ὥσπερ τὸ πρῶτον ἐπὶ Μωϋσέως, οὕτω καὶ τὸ δεύτερον ἐπὶ τοῦ Κυρίου πλανηθέντες τῇ καρδίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο τῆς ἐπαγγελίας στερηθέντες. Διόπερ ἀκολούθως μετὰ τὸν παρόντα ψαλμὸν ὁ ἑξῆς πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ καλεῖ, ὡς ἂν τοῦ προτέρου λαοῦ μὴ ὑπακούσαντος.

A quando abscedet quidem dolor, tristitia et gemitus; quies autem, ereptio a malis, cessatio, requies ac verum sabbatum nos excipiet: in quo item vero sabbato ipsum Dei Verbum requiescet. Quod vero spectat ad hunc sensibilem mundum, Judæos evocat et hortatur, ut si jam secundo, ut olim in deserto, Dei Verbi voce dignentur, quæ ipsos tempore incarnationis ejus iterum allocutura erat, ne patres suos imitentur, neque rursum ut antea Deum exacerbent. Cum autem sic hortatur, videtur mihi prænuntiare ac subindicare futuram eorum erga Christum incredulitatem, utpote futurorum non nescius: nam sub hæc ex persona Dei adjicit et ait: *Et dixi, Semper errant corde;* ac rursum, *Sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Etenim si in os illud divinum mendacium non cadit, ac definitionem sententiamque illam protulit, quod scilicet semper errent, juramentoque affirmavit eos in requiem ipsius non esse ingressuros; aperte futura vaticinatus est. Quare, ut olim tempore Moysis, sic iterum Domini tempore videtur Judæos corde errasse, ideoque promissione illa frustratos esse. Quapropter post hunc psalmum, qui sequitur omnes gentes ad promissionem Dei vocat, ac si prior ille populus non obtemperarit.

ΩΔΗ ΤΩ ΔΑΥΙΔ, ΟΤΕ Ο ΟΙΚΟΣ ΩΚΟΔΟΜΕΙΤΟ ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΑΙΧΜΑΛΩΣΙΑΝ. ϞΕ'. C

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινόν· ᾄσατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ. Ἄσατε τῷ Κυρίῳ, εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Φήσας ὁ λόγος ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ περὶ τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ τὸ, *Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ·* καὶ τὸ, *Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου·* ἐπειδὴ πρώτους αὐτοὺς ἐπὶ τὴν κατὰ Θεὸν ἀγαλλίασιν προκαλεσάμενος ἀπειθεῖς εὗρεν, ἐπὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν μεταβαίνει· προσφωνεῖ δὲ ταῦτα τοῖς ἀποστόλοις καὶ μαθηταῖς τοῦ Σωτῆρος, ὅπερ δῆλόν ἐστι ἀπὸ τοῦ, *Εὐαγγελίζεσθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ,* ἑξῆς εἰρημένου, καὶ, *Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ·* ἐπεὶ μὴ δι' ἄλλων ἢ διὰ τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων εἰς ἔργον προκεχωρήκασιν οἱ λόγοι. Δι' ὃ καὶ μόνοις ἁρμόζει τὰ προκείμενα προσφωνεῖσθαι διὰ τὴν Καινὴν Διαθήκην καὶ τὸ καινὸν ᾆσμα τὸ εὐαγγελικὸν, τὸ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι δι' αὐτῶν κεκηρυγμένον. Οὗτοι δὴ οὖν προστάττονται ᾄδειν τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν ἐν πάσῃ τῇ γῇ· ὅπερ καὶ ἔργοις πεπληρώκασιν, ὅτε *εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν.* Ἦν δὲ τὸ ᾆσμα τὸ καινὸν, τὸ σωτήριον Εὐαγγέλιον, οὐ τὰ παρὰ Μωϋσεῖ παλαιὰ νόμιμα περιέχον, ἀλλὰ τὰ τοῦ Χριστοῦ πᾶσιν Ἕλλησιν ἁρ-

1. CANTICUM IPSI DAVID, QUANDO DOMUS ÆDIFICABATUR POST CAPTIVITATEM. XCV.

Vers. 2. *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino, omnis terra. Cantate Domino, benedicite nomini ejus.* Cum in præcedenti psalmo de Judaico populo dictum fuisset, *Semper errant corde*, et, *Sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam:* quia illos primum ad eam secundum Deum exsultationem advocans, immorigeros invenisset, ad vocationem gentium transit. His porro apostolos et evangelistas Salvatoris compellat, ut palam est ex verbis, *Annuntiate de die in diem salutare ejus,* quæ deinceps sequuntur, et ex his, *Annuntiate inter gentes gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia* D *ejus:* non aliorum enim, quam Salvatoris nostri apostolorum opera, hi sermones ad rem deducti sunt. Quare ob Novum Testamentum, et ob evangelicum novum canticum, per ipsos omnibus gentibus prædicatum, ipsos solos sic compellare conveniebat. Hi itaque jubentur cantare Domino canticum novum in universa terra: quod etiam opere perfecerunt, quando *in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum* [70]. Erat porro canticum illud novum, salutare Evangelium, quod non vetera illa Moysis legalia complectebatur, sed Christi præcepta omnibus Græcis congruentia: illa quippe Mosaica non hujusmodi erant.

[70] Psal. XVIII, 5.

In exordio itaque jubet ipsi Domino cantare canticum novum. Quia vero non poterat omnis terra intelligere quis esset Dominus, neque profundiores de Domino sermones capere; necessario dictum repetit hoc modo, *Cantate Domino, benedicite nomini ejus*, cujus hæc est sententia : si universæ per orbem gentes, quis sit totius mundi opifex, et quis universorum Dominus, capere non valeant; neque intelligere possint, quomodo Dei Verbum, opifex cum sit, occulta et invisibili virtute omnia administret et gubernet; at satis est illis, utpote solummodo initiatis, benedicere nomini ejus. Ipsum quippe Domini nomen, nudumque ipsius vocabulum cum laude et benedictione pronuntiatum, magnam potest benedicentibus utilitatem conciliare; et majorem sane, quam iis qui Abrahamo benedicerent : ad quem dictum est, *Benedicentes te benedicentur* [71].

Novum porro canticum post captivitatem per totum orbem celebrent novi orbis incolæ. Quamobrem ait psalmi titulus, *Quando domus ædificabatur post captivitatem*. Cum enim magna illa domus Dei, Ecclesia scilicet ejus, in omnibus gentibus post animarum captivitatem excitanda erat a magno illo et sapiente architecto Domino et Salvatore nostro, de quo ait propheta, *Hic ædificabit civitatem meam, et captivitatem populi mei reducet* [72]; tunc ipse Servator, impleturus ea quæ a prophetis prænuntiata fuerant, præ manibus accipiens Isaiæ clausulam ex ipsius persona dicentem, *Scriptus Domini super me, eo quod unxerit me, evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis dimissionem, et cæcis visus restitutionem* [73], replicato post lectionem libro, dixit, *Hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris* [74] : docens se esse illum, non corporeo unguento perinde atque alio corporeos Christos, sed Spiritu paternæ deitatis unctum; atque ideo Christum vocatum fuisse : a se item Evangelium iis qui anima captivi erant prædicatum esse secundum prophetiam. Judæorum itaque prophetæ non talia canebant, itaque bonorum Evangelia iis, qui ævo suo exsisterent, prædicabant; sed similia iis quæ Moyses in magno cantico ad populum dicit : *Filii vituperabiles, generatio tortuosa et perversa, hæccine Domino redditis? siccine populus stultus et non sapiens* [75]? et quæ sequuntur : ubi adest item illud, *Irritaverunt me in alienis, in abominationibus suis exacerbaverunt me. Immolaverunt dæmoniis, et non Deo* [76]; et illud, *Ipsi provocaverunt me in non deo, irritaverunt in idolis suis* [77]. Isaias vero his affine canticum edens dicebat : *Cantabo dilecto canticum dilecti mei, vineæ meæ* [78] : quibus adjicit : *Quid faciam vineæ meæ, quia exspectavi ut faceret uvam, fecit autem spinas? Auferam sepem ejus, et erit in direptionem; et destruam turrim ejus, et erit*

A μόδια παραγγέλματα· τὰ γὰρ Μωϋσέως οὐ τοιαῦτα ἦν. Προηγουμένως μὲν οὖν προστάττει ᾄδειν αὐτῷ τῷ Κυρίῳ τὸ καινὸν ᾆσμα· ἐπεὶ δὲ οὐ πᾶσα ἡ γῆ οἵα τε ἦν τίς ποτ' ἦν ὁ Κύριος συνεῖναι, οὐδὲ τοὺς περὶ τοῦ Κυρίου βαθυτέρους εἰδέναι λόγους· ἀναγκαίως ἑξῆς κατὰ δεύτερον λόγον ἐπιλέγει τό· *Ἄσατε τῷ Κυρίῳ, εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ*, τοιαύτην ἔχων τὴν διάνοιαν· εἰ μὴ συνιέναι τίς ἐστιν ὁ τοῦ σύμπαντος κόσμου δημιουργὸς, καὶ ὁ τῶν ὅλων δεσπότης Κύριος δύναται τὰ καθ' ὅλης τῆς γῆς ἔθνη· καὶ εἰ μὴ συνορᾷν οἷά τέ ἐστιν ὅπως δημιουργικὸς ὢν Θεοῦ Λόγος, ἀφανεῖ καὶ ἀοράτῳ δυνάμει τὰ πάντα διέπει καὶ διακυβερνᾷ· ἀλλ' ἀπαρκεῖ γε αὐτοῖς ὡς ἐν εἰσαγωγῇ καὶ τὸ εὐλογεῖν τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἱκανὸν γάρ ἐστιν αὐτὸ τὸ τοῦ Κυρίου ὄνομα καὶ αὐτὴ ψιλὴ ἡ **B** προσηγορία αὐτοῦ εὐφημουμένη καὶ εὐλογουμένη τὰ μέγιστα τοὺς εὐλογοῦντας ὠφελεῖν, μᾶλλον ἢ οἱ τὸν Ἀβραὰμ εὐλογοῦντες, πρὸς ὃν εἴρηται· *Οἱ εὐλογοῦντές σε εὐλογηθήσονται.*

Τὸ καινὸν δὲ ᾆσμα μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν οἱ τῆς νέας οἰκουμένης κατηξιωμένοι καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ᾀδέτωσαν. Διό φησιν ἡ προγραφὴ τοῦ ψαλμοῦ, *Ὅτε ὁ οἶκος ᾠκοδομεῖτο μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν.* Ὅτε γοῦν ὁ μέγας οἶκος τοῦ Θεοῦ, ἡ Ἐκκλησία αὐτοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι μετὰ τὴν τῶν ψυχῶν αἰχμαλωσίαν οἰκοδομεῖσθαι ἤμελλεν ὑπὸ τοῦ μεγάλου καὶ σοφοῦ ἀρχιτέκτονος τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, περὶ οὗ φησιν ὁ προφήτης· *Οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου ἐπιστρέψει·* τότε αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, μέλλων **C** ἔργοις ἀποπληροῦν τὰ διὰ τῶν προφητῶν προπεφωνημένα, μετὰ χεῖρας λαβὼν καὶ διελθὼν τὴν δι' αὐτοῦ προσώπου φάσκουσαν τοῦ Ἡσαΐου περικοπήν· *Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρῦξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν*, πτύξας τὴν βίβλον μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν, εἶπε· *Σήμερον πεπλήρωται ἡ Γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν·* διδάσκων αὐτὸν μὲν εἶναι τὸν οὐ σωματικῷ μύρῳ τοῖς σωματικοῖς χριστοῖς ὁμοίως, τῷ δὲ Πνεύματι τῆς πατρικῆς θεότητος κεχρισμένον, καὶ διὰ τοῦτο Χριστὸν ἀνηγορευμένον· δι' αὐτοῦ δὲ καὶ τὸ Εὐαγγέλιον τοῖς τὰς ψυχὰς αἰχμαλώτοις κεκηρῦχθαι ἀκολούθως τῇ προφητείᾳ. Οἱ μὲν οὖν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους **D** προφῆται οὐ τοιαῦτα ᾖδον, οὐδ' ἀγαθῶν Εὐαγγέλια τοῖς καθ' ἑαυτοὺς ἐκήρυττον· ἀλλ' ὁποῖα Μωϋσῆς ἐν μεγάλῃ ᾠδῇ πρὸς τὸν λαὸν φάσκων· *Τέκνα μωμητὰ, γενεὰ σκολιὰ καὶ διεστραμμένη, ταῦτα Κυρίῳ ἀνταποδίδοτε; οὕτω λαὸς μωρὸς καὶ οὐχὶ σοφός;* καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα· ἐν οἷς ἐστι καὶ τὸ, *Παρώξυνάν με ἐν ἀλλοτρίοις, ἐν βδελύγμασιν αὐτῶν ἐξεπίκρανάν με. Ἔθυσαν δαιμονίοις, καὶ οὐ Θεῷ·* καὶ τὸ, *Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεῷ, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν.* Καὶ Ἡσαΐας δὲ τούτοις κατάλληλον ᾄδων ᾆσμα ἔλεγεν· *Ἄσω δὴ τῷ ἠγαπημένῳ ᾆσμα τοῦ ἀγαπητοῦ μου, τῷ ἀμπε-*

[71] Gen. XII, 3. [72] Isa. XLV, 13. [73] Isa. LXI, 1. [74] Luc. IV 21. [75] Deut. XXXII, 5, 6 [76] ibid. 16. [77] ibid. 21. [78] Isa. V, 1.

λῶνί μου· οἷς ἐπιλέγει· *Τί ποιήσω τῷ ἀμπελῶνί μου, ὅτι ἔμεινα τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας; Καθελῶ τὸν φραγμὸν αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς διαρπαγήν· καὶ καθελῶ τὸν πύργον αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς καταπάτημα· καὶ ἀνήσω τὸν ἀμπελῶνά μου*, καὶ τὰ ἀκόλουθα τούτοις. Θρήνους δὲ καὶ Ἱερεμίας ᾖδε κατὰ τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ· καὶ οἱ λοιποὶ δὲ ὁμοίως προφῆται, τὴν πτῶσιν αὐτῶν ἀπολοφυρόμενοι, ᾠδὰς αὐτοῖς ᾖδον καταλλήλους. Τὸ δὲ τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελιζόμενον ᾆσμα καινὸν οὐκ ἦν ἐκείνοις ὅμοιον, καινῶν δὲ καὶ νέων ἀγαθῶν ἐπαγγελίας περιέχον, καὶ οὐ τῷ Ἰουδαίων λαῷ, ἀλλὰ πάσῃ τῇ γῇ προσπεφωνημένα. Σφόδρα δὲ ἀκριβῶς ἡ προγραφὴ τὸ καινὸν ᾆσμά φησι εὐαγγελισθήσεσθαι πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, *Ὅτε ὁ οἶκος ᾠκοδομεῖτο μετὰ μὲν αἰχμαλωσίαν*. Καὶ ἄλλως γὰρ μετὰ τὴν Ἰουδαίων αἰχμαλωσίαν καὶ μετὰ τὴν ἀπόπτωσιν αὐτῶν, καὶ τὴν ἐπελθοῦσαν αὐτοῖς ἐκ Θεοῦ ὀργὴν, ἣν ἐθέσπισεν ὁ πρὸ τούτου ψαλμὸς εἰπὼν, *Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. Αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου, ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου*, οἱ πᾶσαν τὴν γῆν οἰκοῦντες ἄνθρωποι βάρβαροί τε καὶ Ἕλληνες, ὁπηνίκα παρ' αὐτοῖς ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ συνέστη, δηλαδὴ ἡ Ἐκκλησία αὐτοῦ, τὸ καινὸν ᾆσμα ᾄδειν ἐδιδάχθησαν, τὸ τῆς αιμονικῆς καὶ πολυθέου πλάνης ἀποθέμενοι. Ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ εὐαγγελίζονται, καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τοῖς τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ἀναγνώσμασι χρώμενοι.

Εὐαγγελίζεσθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ· ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς θαυμάσια αὐτοῦ. Καὶ τίσι ταῦτα προσήκει νομίζειν προστάττεσθαι ἢ τοῖς δι' ἔργων ὕστερόν ποτε αὐτὰ πεπληρωκόσι, τοῖς δηλαδὴ εὐαγγελισαμένοις εἰς πάντα τὰ ἔθνη τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ; Τούτοις γὰρ τὸ θεῖον Πνεῦμα ἄνωθεν καὶ πρὸ πολλοῦ τοῦτο πράττειν παρεκελεύετο. Τοῖς αὐτοῖς δὲ καὶ τὰ ἑξῆς προσφωνεῖ, ὡς ἂν μέλλουσιν ἀναγγέλλειν τοῦ Κυρίου τὴν δόξαν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, μέλλουσί τε ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ κηρύττειν. Τίνες οὖν ἦσαν οἱ ταῦτα δι' ἔργων ἐπιτελέσαντες; Εἰ μὲν ἦν ἑτέρους δυνατὸν ἐπιδεικνύναι, ἤτοι κατὰ τοὺς Κύρου χρόνους, ἢ κατὰ τοὺς (1) Δαρείου τοιούτους αἱ προκείμεναι προστάξεις γίγνονται τοῖς Ἰησοῦ μαθηταῖς, ἀκούουσι τό· *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη*. Βούλεται γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον συντόνῳ καὶ ἀδιαστάτῳ σπουδῇ ἐπιτελεῖν αὐτοὺς τὸ εὐαγγελικὸν ἔργον· τῇ γὰρ, *ἡμέρᾳ ἐξ ἡμέρας*, τοῦτο παρίστησι, τὸ διηνεκῶς αὐτοὺς εὐαγγελίζεσθαι τὸ σωτήριον, περὶ οὗ εἴρηται· *Οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου.*

Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν, ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ τιμὴν, ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν ὀνόματι αὐτοῦ. Οὐ μάτην ᾆσμα καινὸν ᾄδειν ἐν προοιμίοις τῆς ψαλμῳδίας ἐκέλευσεν, ἀλλ' ἐπειδὴ καινή τις κλῆσις τοῦ παρόντος ψαλμοῦ, καινὸν τὸ κήρυγμα. Ἔθνη γὰρ, ὡς ὁρᾷς, οἱ καλούμενοι (*sic*) οὐ μόσχους οὐδ' ἄρνας, οὐδ' ἔξωθεν εἰσ-

in conculcationem: et relinquam vineam meam[79], et cætera. Jeremias item lamentationes canebat contra Judaicum populum: reliqui pariter prophetæ, ruinam eorum deplorantes, congruentia item cantica edebant. Novum autem gentibus annuntiatum canticum illis simile non erat; sed novorum ac recentium bonorum promissa complectebatur, non Judæorum populo, sed omni terræ annuntiata. Accuratissime autem titulus indicat, tunc canticum novum gentibus annuntiandum esse, *quando domus ædificabatur, post captivitatem.* Et alioquin post Judæorum captivitatem ac post ruinam eorum et iram Dei immissam ipsis, quam vaticinatus est præcedens psalmus dicens, *Semper errant corde. Ipsi vero non cognoverunt vias meas, sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam*, omnes homines orbem incolentes, cum barbari, tum Græci, cum apud eos domus Dei, scilicet Ecclesia ejus constitueretur, deposito eo quod in diabolicum plurium deorum cultum edere solebant, novum canticum canere edocti sunt. Ex illo namque tempore salutare Dei ipsis annuntiant, cum per totum orbem sacrorum Evangeliorum lectionibus utuntur.

VERS. 3. *Annuntiate de die in diem salutare ejus. Annuntiate in gentibus gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus.* Quibusnam hæc præcipi putandum est, nisi iis qui diu postea hæc operibus compleverunt; iis videlicet qui in omnibus gentibus salutare Dei prædicaverunt? His quippe divinus Spiritus jamdiu et multo ante tempore id agere præcipiebat. Iisdem quoque sequentia denuntiat, utpote qui Domini gloriam in omnibus gentibus, et in omnibus populis mirabilia ejus prædicaturi essent. Quinam igitur sunt qui hæc operibus perfecerunt? Si quidem possent alii sive Cyri sive Darii tempore indicari, [quibus hæc competerent; illos prophetia respiceret. Sed cum nulli sint hujusmodi,] hæc præcepta discipulis Jesu traduntur, qui hæc audiunt: *Euntes, docete omnes gentes*[80]. Vult enim Spiritus sanctus eos strenua et indesinenti opera evangelicum opus perficere; nam id his verbis declaratur, *de die in diem*, ut scilicet assidue salutare illud annuntient, de quo dictum est: *Hic est vere Salvator mundi*[81].

VERS. 7, 8. *Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam et honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus.* Canticum novum canere in principio psalmodiæ non frustra præcepit; sed quia vocationem et prædicationem novam hic psalmus complectebatur. At enim, ut ipse vides, gentes quæ vocantur, non vitulos, non agnos, non quid-

[79] Isa v, 4, 5. [80] Matth. xxviii, 19. [81] Joan. iv, 42.

(1) Hic desinit codex em. card. Coislinii.

piam extraneum ex imperfectis animalibus (quivis enim irrationale imperfectum est); sed seipsas immolare, atque illi, utpote Deo, gloriam et honorem afferre jubentur. Quia vero non operibus tantum, vel sana doctrina ipsum ut Deum celebrare, sed etiam sacrificia ei offerre par est; ideo adjicit:— Vers. 9, 10. *Tollite hostias, et introite in atria ejus, adorate Dominum in atrio sancto ejus. Commoveatur a facie ejus universa terra: dicite in gentibus, Dominus regnavit*, et cætera. Hostias hic dicit rationabiles illas et spirituales, quas assidue videmus pro piis offerri et a sacerdotibus immolari, cujusmodi sunt virtutes: atria autem vocat ecclesias, ubi Novi Testamenti hostiæ offeruntur; videlicet spiritualis cultus, bonorum operum fructus, oblationes gratiarum actionis. Et alias non hæc Judæis præcepit, ne quis suspicetur hic de legalibus hostiis sermonem haberi; sed familiis gentium, de quibus per alium prophetam Deus Judæos alloquens ait: *Non est voluntas mea in vobis, et sacrificium non accipiam de manibus vestris: quia ab oriente sole usque ad occidentem magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco incensum offertur nomini meo et oblatio munda*[81]. Et probe quidem: nam illud, *Tollite hostias*, id est, vestram de hostiis cogitationem sublimem agite, nec vili et humili intelligendi more boves aliave animalia immoletis; sed sublimiori modo hoc dictum intelligentes, spirituales et cœlestes offerte hostias, quarum exempla et umbræ erant illa sensibili ritu oblata sacrificia. Quas porro hostias hic psalmus exigat, docet beatus Paulus his verbis: *Exhibete corpora vestra hostiam puram, viventem, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum*[82]. *Et introite*, inquit, per quam semitam? per fidem videlicet: ipsa enim est ingressus ad salutem.

Vers. 11, 13. *Lætentur cœli et exsultet terra; commoveatur mare et plenitudo ejus. Gaudebunt campi et omnia quæ in eis sunt.* Pro illo, *Commoveatur mare*, secundum Aquilam dicitur, *Tonabit*; secundum Symmachum vero, *Sonabit*. His porro significatur, evangelicam prædicationem ipsa maria et insulas in mari positas, necnon homines ipsas incolentes, peragraturam esse; qui homines plenitudo ejus vocantur. Quod ipsum ad finem deductum est. Jam enim Ecclesiæ Christi omnes insulas replent, salutarisque doctrina in dies extenditur et accrescit, ad eos usque qui Oceanum incolunt propagata. *Et tunc exsultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit, quoniam venit judicare terram. Judicabit orbem terræ in justitia, et populos in veritate sua.*

IPSI DAVID, QUANDO TERRA EJUS RESTITUTA EST. XCVI.

Vers. 1. *Dominus regnavit exsultet terra, læ-*

A φοράν τινα τῶν οὐ τελείων (πᾶν γὰρ ἄλογον ἐνδεὲς), αὐτοὶ δὲ αὐτοὺς θύειν ἀπαιτούμενοι, δόξαν τε καὶ τιμὴν ὡς Θεῷ κομίζειν προσταττόμενοι. Ἐπεὶ δὲ δεῖ μὴ μόνον λόγοις καὶ ὀρθοῖς δόγμασι θεολογεῖν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ θυσίας προσφέρειν, ἐπάγει· *Ἄρατε θυσίας, καὶ εἰσπορεύεσθε εἰς τὰς αὐλὰς αὐτοῦ, προσκυνήσατε τῷ Κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ. Σαλευθήτω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ· εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσι· ὁ Κύριος ἐβασίλευσε*, καὶ τὰ ἑξῆς· θυσίας μὲν λέγων τὰς λογικὰς καὶ πνευματικὰς, ἃς ὁρῶμεν διηνεκῶς ὑπὲρ τῶν εὐσεβῶν προσφερομένας, καὶ ἱερουργουμένας ὑπὸ τῶν ἱερέων, τοιαῦται δὲ καὶ αἱ ἀρεταί· αὐλὰς δὲ τὰς ἐκκλησίας, ἐν αἷς τῆς Καινῆς Διαθήκης θυσίαι προσφέρονται, αἱ πνευματικαὶ λατρεῖαι, αἱ δι' ἔργων καρποφορίαι αἱ χαριστήριοι B ἀναφοραί. Ἄλλως δὲ οὐδὲ Ἰουδαίοις ταῦτα προσέταξεν, ἵνα μή τις τὰς νομικὰς ὑποπτεύσῃ θυσίας· ἀλλὰ ταῖς πατριαῖς τῶν ἐθνῶν, περὶ ὧν δι' ἑτέρου προφήτου φησὶν ὁ Θεὸς πρὸς Ἰουδαίους διαλεγόμενος· *Οὐκ ἔστι μου θέλημα ἐν ὑμῖν, καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· ὅτι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά.* Εὖ δὲ καὶ τὸ φάναι, *Ἄρατε θυσίας*, τουτέστι, Μετεωρίσατε τὸ περὶ θυσιῶν νόημα μὴ χαμαιζήλως βουθυτοῦντες, καὶ τὰ λοιπὰ σφάζοντες ζῶα, ἀλλ' ὑψηλῶς τὰ διὰ τούτων δηλούμενα διανοούμενοι, τὰς πνευματικὰς καὶ ἐπουρανίους θυσίας, ὧν ὑποδείγματα καὶ σκιαὶ C ἦσαν αἱ αἰσθητῶς προσαγόμεναι θυσίαι. Ποίας δὲ θυσίας ἀπαιτεῖ ἡ ψαλμῳδία, ὁ μακάριος Παῦλος διαμνημονεύει λέγων· *Παραστήσατε τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν καθαρὰν, ζῶσαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. Καὶ εἰσπορεύεσθε*, φησὶ, διὰ ποίας ἐρχόμενοι τρίβου; διὰ τῆς πίστεως δηλονότι· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ τῆς σωτηρίας εἰσβολή.

Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, σαλευθήτω ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Χαρήσεται τὰ πεδία, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Σαλευθήτω ἡ θάλασσα*, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *Βροντήσει*, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Ἠχήσει*. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων ὁ λόγος διελεύσεσθαι τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα καὶ τὰ πελάγη καὶ τὰς ἐπὶ τῆς θαλάσσης νήσους, τούς τε ἐν ταύταις κατοι- D κοῦντας ἀνθρώπους, πλήρωμα αὐτῆς ὠνομασμένους· ὃ καὶ αὐτὸ τέλους ἔτυχεν. Αὐτίκα γοῦν Ἐκκλησίαι Χριστοῦ τὰς νήσους ἁπάσας πληροῦσι, πληθύει τε ὁσημέραι, καὶ ἐπιδίδωσιν ἡ σωτήριος διδασκαλία μέχρι τῶν τὸν Ὠκεανὸν οἰκούντων παρεκτεινομένη. *Καὶ τότε ἀγαλλιάσονται πάντα τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ πρὸ προσώπου τοῦ Κυρίου, ὅτι ἔρχεται, ὅτι ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν. Κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ λαοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ.*

ΤΩ ΔΑΥΪΔ, ΟΠΟΤΕ Η ΓΗ ΑΥΤΟΥ ΚΑΘΙΣΤΑΤΟ. ϞϚʹ.

Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ,

[81] Malach. I, 10, 11. [82] Rom. XII, 1.

εὐφρανθήτωσαν νῆσοι πολλαί. Ἐπειδὴ ἐν τῇ τῶν A Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείᾳ φέρεται ἡ προγραφὴ, ἐροῦμεν, ὡς, πολλάκις συμφοραῖς περιπεπτωκὼς ὁ Δαυῒδ τότε μὲν ὅτε ὑπὸ Σαοὺλ ἠλαύνετο, καὶ τὰς ἐρήμους μετεδίωκε, τάς τε παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις διατριβάς· τότε δὲ ὅτε πολέμοις ἐσχόλαζε, τὸν προκείμενον, οἶμαι, ψαλμὸν κατ' ἐκεῖνον ᾖσε καθ' ὃν κατέστη ἡ γῆ αὐτοῦ, ὁμοῦ καὶ τῆς διανοίας αὐτοῦ καὶ τῆς βασιλείας ἐν ἀταραξίᾳ καὶ εἰρήνῃ καὶ γαλήνῃ καταστάσης μετὰ τὴν πάντων τῶν ἐχθρῶν ἀναίρεσιν. Τότε οὖν ὁ προφήτης, ἐν εἰρηναίῳ καταστήματι γεγονὼς, ὑπὸ τοῦ Θείου Πνεύματος ἐπὶ τὴν τῶν προκειμένων διδασκαλίαν ἀνακινεῖται. Ἐπειδὴ δὲ μήτε ᾠδὴ, μήτε ψαλμὸς ἐπιγέγραπται παρ' Ἑβραίοις, εἴποις ἂν τὰ προκείμενα προφητείαν εἶναι καὶ διδασκαλίαν ἁπλῆν τὰ περὶ τῆς δευτέρας καὶ ἐνδόξου παρουσίας τοῦ B Σωτῆρος ἡμῶν περιέχουσαν· ἧς καὶ ὁ Δανιὴλ μνημονεύων φησίν· *Ἐθεώρουν, καὶ ἰδοὺ ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ Υἱὸς ἀνθρώπου παρῆν, καὶ μέχρι τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε. Καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ βασιλεία· καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ, γλῶσσαι αὐτῷ δουλεύσουσιν. Ἡ βασιλεία αὐτοῦ βασιλεία αἰώνιος, καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ οὐ μὴ ἀφαιρεθῇ.* Τότε, φησὶν, ἀγαλλιάσεται πᾶσα ἡ γῆ, ἤτοι ἡ καινὴ κτίσις, καὶ πάντες οἱ ἐξ αἰῶνος τὴν γῆν οἰκήσαντες ἄνθρωποι τοῦ Θεοῦ· ἢ καὶ οἱ μέλλοντες κληρονομεῖν τὴν ἐπουράνιον γῆν, κατὰ τό· *Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν.* Τῆς γὰρ σωματικῆς οὐσίας εἰς ἀφθαρσίαν μεταβαλλούσης κατὰ τοὺς τῆς ἀναστάσεως λόγους, ἀγαλλιάσεται ἡ γῆ, ἅτε τῆς τῶν C οὐρανῶν βασιλείας καὶ αὐτὴ καταξιωθησομένη.

Εὐφρανθήτωσαν νῆσοι πολλαί· πολλαὶ δὲ, καὶ οὐ πᾶσαι, διὰ τῶν κακοδόξων· οὐ χρὴ γὰρ χαίρειν τοῖς ἀσεβέσι. Νήσους γὰρ ἔσθ' ὅτε τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν τὰς Ἐκκλησίας ἀποκαλεῖ· οἷον ἐν θαλάσσῃ κειμένας ἐν τῷδε τῷ τόπῳ, καὶ πικροῖς ὕδασι περιεχομένας ταῖς ἐν αὐτῷ περιστάσεσι, καὶ ὡς ῥαγδαιοτάτοις κύμασι καταπαιομένας τοῖς διωγμοῖς· πλὴν ἀδιαπτώτως ἐρηρεισμένας, καὶ ἀνεχούσας ὕψου, καὶ ταῖς θλίψεσιν οὐ βαπτιζομένας. Ἀκλόνητοι γὰρ διὰ Χριστὸν αἱ Ἐκκλησίαι, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῶν. Οὐκοῦν εἰ δὴ βούλοιτό τις νήσους ἐννοεῖν τὰς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας, οὐκ ἀπὸ τοῦ πρέποντος βαδιεῖται σκοποῦ. Ἐγκαινίζονται γοῦν πρὸς D Θεὸν νῆσοι τῷ Ἡσαΐᾳ, αἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίαι, ἄρτι καθιστάμεναι, καὶ τῆς ἁλμυρᾶς ἀπιστίας ἀνακύπτουσαι, καὶ πῆξιν λαμβάνουσι τῷ Θεῷ βάσιμον. Καλῶς τοίνυν κἀνταῦθα τὰς ψυχὰς τῶν ἐν τοῖς πειρασμοῖς τὸ ἑδραῖόν τε καὶ ἀμετάθετον ἐπιδεικνυμένων, νήσους ὠνόμασεν, ἃς πάντοθεν μὲν διαλαμβάνει ἡ τῆς κακίας ἅλμη, οὐ μὴν τοσοῦτον ἰσχύει προσπίπτουσα, ὡς καὶ σάλον τινὰ τῷ παγίῳ τῆς ἀρετῆς ἐμποιῆσαι.

Νεφέλη καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ, δικαιοσύνη καὶ κρῖμα κατόρθωσις τοῦ θρόνου αὐτοῦ. Νεφέλη

tentur insulæ multæ. Quoniam in Septuaginta Interpretum versione hic titulus affertur, dicamus, Davidem in multas delapsum calamitates cum a Saule pelleretur, deserta loca frequentaret et apud allophylos moraretur; tunc, cum scilicet a bellis vacaret, hunc psalmum, ut arbitror, cecinisse, cum jam terra ejus restituta esset, quando, sublatis inimicis omnibus, et animus et regnum ejus in securitate, in pace et tranquillitate degebat. Tunc ergo propheta, pacatis rebus suis, ad hanc efferendam doctrinam a divino Spiritu movetur. Quia vero neque canticum, neque psalmus inscriptus est apud Hebræos, dixeris hæc prophetiam et doctrinam simplicem esse, quæ ad secundum et gloriosum Salvatoris nostri adventum spectant, complectentem: quem Daniel his verbis commemorat: *Videbam, et ecce in nubibus cœli Filius hominis aderat, et usque ad Antiquum dierum pervenit. Et ipsi datum est imperium et honor et regnum: et omnes populi, tribus et linguæ ipsi servient. Regnum ejus regnum sempiternum, et potestas ejus non auferetur* [84]. Tunc, inquit, exsultabit omnis terra, id est, nova creatura, et omnes Dei homines qui a sæculo terram incolunt; sive etiam qui cœlestem illam terram possessuri sunt, secundum illud: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram* [85]. Nam cum corporea substantia in incorruptionem, per resurrectionis legem, mutata fuerit, exsultabit terra, utpote quæ regno cœlorum et ipsa donanda sit.

Lætentur insulæ multæ, multæ videlicet, sed non omnes, eorum causa qui prave sentiunt: neque enim par est ut impii gaudeant. Insulas siquidem Scriptura sacra Ecclesias subinde vocat, utpote quæ his in locis velut in mari jaceant, immanique aquarum fluxu, calamitatibus videlicet, circumdentur, ac persecutionibus, seu decumanis fluctibus jactentur; verum sine detrimento, utpote quæ fultæ et in sublime erectæ sint, atque in ærumnis non demergantur. Nam Christi opera Ecclesiæ immobiles manent, et portæ inferi non prævalebunt adversus eas. Si quis ergo per insulas, Ecclesias ex gentibus intelligi voluerit, a vero scopo neutiquam aberrabit. Innovantur enim erga Deum insulæ apud Isaiam [86], Ecclesiæ nempe ex gentibus, quæ nuper constitutæ sunt, atque ab illa falsa et marina incredulitate emerserunt, ac soliditatem accipiunt, ut Dei vestigia ferre possint. Pulchre item animas eorum, qui in tentationibus versantes firmitatem et immobilitatem exhibent, hic insulas vocaverit, quas undique malitiæ procellæ impetunt; neque tamen irrumpentes id efficere valent, ut virtutis firmitati succussionem inferant.

VERS. 2. *Nubes et caligo in circuitu ejus, justitia et judicium correctio throni ejus.* Nubes quidem est

[84] Dan. VII, 13, 14. [85] Matth. V, 4. [86] Isa. XLI, 1.

ex splendente aere radians et tenuissima compositio; caligo autem, turbida et obscura tenebrarum offusio. Per utrumque vero divinæ naturæ invisibilitatem sermo declarat. Quemadmodum enim eum, qui nube quadam et caligine obvolvitur, conspicere plane non licet; sic et invisibilis natura videri prorsus nequit. Significat item latentem Domini ad homines adventum, quando in servi forma natus est; ita ut nubes et caligo caro esse, quam assumpsit, intelligatur; utpote quæ deitatem operiat, secundum illud: *Posuit tenebras latibulum suum: in circuitu ejus tabernaculum ejus* [87]. Monet etiam ipsum esse qui in monte Sina in nube et caligine se exhibuit: ac docet, etiamsi divina natura videri nequeat, posse tamen ex operatione ejus virtutem conspici. Siquidem justitiam homines docuit; ac eos qui omnia sine delectu et discretione peragebant, ut cum recto judicio vitam agerent, instituit. Hoc ipsius thronus ac regnum efficit; quare addit: *Justitia et judicium correctio throni ejus*. Hæc fuit, inquit, adventus illius causa, ut judicaret juste causam nostram, quam contra malignas et adversarias potestates habemus. In nos quippe regnavit Christus, ut fide justificaret eos qui in peccato erant. Judicio autem est usus plane divino, ac humanissimo: judicavit enim, non ex operibus justitiæ, sed secundum misericordiam suam magnam: nosque per aquam sanctam et mysticam salvos effecit, in qua contritus et conculcatus fuit, imo potius periit draco ille multis capitibus instructus, ac cum eo virtutes ejus malignæ. Hæc correxit Christi regnum. Id sane hinc palam est, quod nos quidem ab iis qui nos injuste in servitutem redegerant liberati simus, illi vero condemnati sint. Hæc quippe vera justitia est, ut is qui tyrannidem exercebat diabolus destruatur, homines vero qui sub tyrannide degebant liberentur. Cæterum id quoque a nobis expetit, ut justitiam et judicium recte exerceamus.

VERS. 3-7. *Ignis in conspectu ejus exardescet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus. Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ: vidit et commota est terra. Montes sicut cera liquefacti sunt a facie Domini, a facie Domini omnis terræ. Annuntiaverunt cœli iustitiam ejus, et viderunt omnes populi gloriam ejus. Confundantur omnes qui adorant sculptilia, qui gloriantur in idolis suis.* Hic terribilia ultricis illius virtutis per ignem et fulguris splendorem, quæ in secundo Christi adventu videnda sunt subindicat; ac evangelicam illuminationem revelat, divinæ prædicationis sermones, qui per totum orbem resplendent, fulgura nuncupans. Neque enim dixerimus eum fulguris, pluviæ indicis, mentionem facere; sed divini et spiritualis luminis fulgorem, fulguris nomine significat; aut fortasse fulgura Christi vocat eos, qui sacrum divinæ et evangelicæ prædicationis munus obierunt, id est apostolos et evange-

A μέν ἐστιν ἐκ φωτοειδοῦς ἀέρος φεγγοβόλον καὶ λεπτότατον ὕφασμα· γνόφος δὲ ἀχλυώδης καὶ ὁμιχλώδης σκοτασμός. Δι' ἀμφοτέρων τὸ ἀθεώρητον τῆς θείας φύσεως ἀποσεμνύνει ὁ λόγος. Ὥσπερ γὰρ τὸν νεφέλῃ τινὶ καὶ γνόφῳ συγκαλυπτόμενον ἀδύνατον κατιδεῖν, οὕτω πάμπαν ἀδύνατον θεάσασθαι τὴν ἀόρατον φύσιν. Σημαίνει δὲ καὶ τὴν λεληθυῖαν ἐν ἀνθρώποις τοῦ Κυρίου κάθοδον, ὅτε πέφυκεν ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, ὡς νοεῖσθαι νεφέλην καὶ γνόφον τὴν προσληφθεῖσαν σάρκα, ἅτε τὴν θεότητα ὑποκρύπτουσαν, κατὰ τό· *Ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ*. Ἀναμιμνήσκει δὲ καὶ ὡς αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει διὰ νεφέλης καὶ γνόφου τὴν οἰκείαν ποιησάμενος ἐπιφάνειαν, καὶ διδάσκει, ὅτι, εἰ καὶ τὴν θείαν φύσιν ἀδύνατον κατ-B ιδεῖν, ἀλλ' οὖν διὰ τῆς ἐνεργείας τὴν ταύτης δύναμιν ἔνεστι θεωρῆσαι. Δικαιοσύνην γὰρ τοὺς ἀνθρώπους ἐπαίδευσε, καὶ τοὺς ἀδιακρίτως ἅπαντα δρῶντας μετὰ κρίσεως ὀρθῆς ἐδίδαξε πολιτεύεσθαι. Ταῦτα αὐτοῦ ὁ θρόνος καὶ ἡ βασιλεία κατώρθωσε· διὸ ἐπάγει· *Δικαιοσύνη καὶ κρῖμα κατόρθωσις τοῦ θρόνου αὐτοῦ*. Αὕτη, φησὶ, γέγονε τῆς παρουσίας ἡ αἰτία, τὸ κρῖναι δικαίως τὴν κρίσιν ἡμῶν, ἣν ἔχομεν δηλαδὴ πρὸς τὰς πονηρὰς καὶ ἀντικειμένας δυνάμεις. Βεβασίλευκε γὰρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ἵνα δικαιώσῃ τῇ πίστει τοὺς ἐν ἁμαρτίᾳ. Ἐχρήσατο δὲ καὶ θεοπρεπεῖ καὶ φιλαγάθῳ κρίματι· δεδικαίωκε γὰρ οὐκ ἐξ ἔργων δικαιοσύνης, ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος· σέσωκε δὲ ἡμᾶς καὶ δι' ὕδατος τοῦ ἁγίου καὶ C μυστικοῦ, ἐν ᾧ συνετρίβη καὶ πεπάτηται, μᾶλλον δὲ καὶ ἀπόλωλεν ὁ πολυκέφαλος δράκων, καὶ αἱ σὺν αὐτῷ δυνάμεις πονηραί. Ταῦτα ἡ τοῦ Χριστοῦ βασιλεία κατώρθωσε. Δῆλον δὲ ἀφ' ὧν ἡμεῖς μὲν τῶν καταδουλωσάντων ἀδίκως ἠλευθερώθημεν, ἐκεῖνοι δὲ κατεκρίθησαν. Τοῦτο γὰρ κρίσις δικαία, τὸ τὸν μὲν τυραννοῦντα διάβολον καθελεῖν, τοὺς δὲ τυραννουμένους ἀνθρώπους ἐλευθερῶσαι. Πλὴν ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἀπαιτεῖ δικαιοσύνην καὶ κρίσιν κατορθοῦν.

Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ φλογιεῖ κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Ἔφαναν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ· εἶδε καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ. Τὰ ὄρη ὡσεὶ κηρὸς ἐτάκησαν ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ἀπὸ προσώπου Κυρίου πάσης τῆς γῆς. Ἀνήγγει-D λαν οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ εἴδοσαν πάντες οἱ λαοὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ. Αἰσχυνθήτωσαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς, οἱ ἐγκαυχώμενοι ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. Ἐν τούτοις τὰ φοβερὰ τῆς ἀνταποδοτικῆς δυνάμεως ὑποδείκνυσι, διὰ τοῦ πυρὸς καὶ τῆς διαττούσης ἀστραπῆς ἐν τῇ δευτέρᾳ Χριστοῦ παρουσίᾳ· ἐκκαλύπτει δὲ καὶ τὴν εὐαγγελικὴν φωταγωγίαν, ἀστραπὰς λέγων τοὺς τοῦ θείου κηρύγματος λόγους, οἳ κατὰ πάσης τῆς οἰκουμένης ἐκλάμπουσιν. Οὐ γὰρ δήπου φαμὲν, ὅτι τῆς εἰς ὑετοὺς γεγενημένης ἀστραπῆς ἐποιεῖτο μνήμην, ἀλλὰ τὴν τοῦ θείου καὶ νοητοῦ φωτὸς ἀνάλαμψιν τῷ τῆς ἀστραπῆς κατασημαίνει ὀνόματι· ἢ ἀστραπὰς ὀνομά-

[87] Psal. XVII, 12.

ζων Χριστοῦ, τοὺς τὸ θεῖον καὶ εὐαγγελικὸν ἱερουργοῦντας κήρυγμα, τουτέστιν ἀποστόλους καὶ εὐαγγελιστάς, οἳ φωτὸς δίκην τὴν οἰκουμένην κατέλαμψαν· οἷς καὶ αὐτὸς ἔφη Χριστός· *Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου*. Φῶς μὲν γὰρ τὸ ἀληθινὸν αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς καταφωτίζων ἅπασαν κτίσιν λογικήν. Ἐπειδὴ δὲ γεγόνασι μέτοχοι τοῦ παρ' αὐτοῦ φωτὸς καὶ αὐτοὶ κατὰ τό· *Ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ*, χρηματίζουσι φῶς τοῦ κόσμου. Οὗτοι τοίνυν καθάπερ ἀστραπαὶ γεγόνασι τῇ ὑπ' οὐρανὸν διατρέχοντες πανταχοῦ, καὶ τὸ θεῖον καὶ νοητὸν ταῖς τῶν μυσταγωγουμένων καρδίαις εἰσπέμπονται φῶς. Καὶ πῦρ δέ φησιν ὁ ψάλλων, οὐ πάντως τοῦτο τὸ αἰσθητὸν, οὔτε μὴν τὴν ὁρωμένην φλόγα, ἀλλὰ θείαν τινὰ δύναμιν ἄμαχον καὶ δυσάντητον καὶ δυσδιάφυκτον, πυρὸς δίκην κατεσθίουσαν τοὺς ἐχθραίνοντας αὐτῷ. Οὗτοι δὲ ἦσαν καὶ πρό γε τῶν ἄλλων οἱ ἀλιτήριοι δαίμονες καὶ ὁ τῆς ἀγέλης αὐτῶν ἐπιστάτης· τοῦτον κατέφλεξεν ὁ Σωτὴρ τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ. Οὐ γὰρ ἦν ἑτέρως ἐξελέσθαι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς ὑπ' αὐτῷ γενομένους, εἰ μὴ καθάπερ τι πῦρ ἐπαφῆκεν αὐτῷ τὴν δαπανῶσάν τε καὶ ἀφανίζουσαν αὐτὸν ὀργήν. Οὕτως ἐξείλετο τοὺς ὑπ' αὐτοῦ γενομένους, σέσωκε τοὺς ἐν αἰχμαλωσίᾳ, ἐῤῥύσατο τοὺς πεπλανημένους, καὶ εἰς τὸ τῆς ἀληθείας ἐκάλεσε φῶς. Τάχα δὲ πυρὸς καὶ ἀστραπῆς ἐμνημόνευσεν ὁ Δαυΐδ, ἤγουν φλογὸς καὶ φωτός· ἐπειδὴ διπλῆ τοῦ πυρὸς ἡ ἐνέργεια· οὐ γὰρ μόνον τὸ καίειν, ἀλλὰ καὶ τὸ φωτίζειν ἔχει· καὶ τὸ μὲν φῶς τοῖς δικαίοις ἀποχαρίζεται, ἡ δὲ καῦσις τοῖς παρανόμοις ἀφώρισται. Ταῦτα καὶ τῆς δευτέρας ἐπιφανείας τὰ θεσπίσματα· ταῦτα καὶ Δανιὴλ ἐθεάσατο· *Ποταμός*, γάρ φησι, *πυρὸς εἷλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ*· καὶ ὁ Κύριος εἶπεν, ὡς ἡ παρουσία αὐτοῦ ἔσται ὡς ἡ ἀπὸ ἀνατολῶν μέχρι δυσμῶν φθάνουσα ἀστραπή. Τὸ μὲν πῦρ αὐτοῦ προπορεύσεται ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ· τῶν δὲ εὐσεβῶν καὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν χάριν ἀστραπαὶ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φωτὸς ἐκπεμπόμεναι ἀντὶ ἡλίου καταλάμψουσι τὴν οἰκουμένην. Εἰ γὰρ τότε *ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*, κατὰ τὴν σωτήριον διδασκαλίαν· πόθεν ἄλλοθεν φωτισθήσεται ὁ κόσμος εἰ μὴ ἐξ αὐτοῦ· Ἐπειδήπεο ἐστὶν αὐτὸς ὁ Κύριος φῶς αἰώνιον.

Προσκυνήσατε αὐτῷ πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ· ἤκουσε καὶ εὐφράνθη ἡ Σιών, καὶ ἠγαλλιάσαντο αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας ἕνεκεν τῶν κριμάτων σου, Κύριε. Σιὼν μὲν τὴν Ἐκκλησίαν Χριστοῦ ὑπάρχειν ἰστέον, θυγατέρας δὲ τῆς Ἰουδαίας τὰς ἀποστολικὰς ψυχὰς ἀπὸ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους διελθούσας· αἳ δὴ καὶ ἐμπίπλανται εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως, μανθάνουσαι περὶ τῶν κριμάτων τοῦ Κυρίου, τῶν τε τοῖς εἰδωλολάτραις ἀποκειμένων τιμωριῶν, καὶ τῶν τοῖς ἔθνεσι τετηρημένων ἐπαγγελιῶν. Εἰκότως δὲ χαίρουσιν ὅτι αὐτῷ ἀνακείμεναι, καὶ ἐλπίζουσαι τῆς ἐνδόξου αὐτοῦ παρουσίας καταξιωθήσεσθαι. *Ὅτι σὺ εἶ Κύριος ὁ Ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, σφόδρα ὑπερυψώθης ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς. Οἱ ἀγαπῶντες τὸν Κύριον, μισεῖτε πονηρόν· φυλάσσει Κύριος τὰς ψυχὰς τῶν ὁσίων αὐτοῦ, ἐκ χειρὸς ἁμαρ-*

listas, qui instar luminis orbem terrarum illustrarunt: quibus etiam Christus dixit, *Vos estis lux mundi* [88]. Nam vera lux est ipse Filius, qui omnem creaturam rationabilem illuminat. Quia vero lucis illius participes fuerunt secundum illud, *Carbones succensi sunt ab eo* [89], ideo lux sunt hujus mundi. Hi itaque veluti fulgura facti sunt, totam ubique terram percurrentes, ac divinam spiritualemque lucem initiatorum cordibus immittunt. Ignem porro Psalmista dicit, non hunc sensibilem, neque flammam illam quæ sub aspectum cadit; sed divinam quamdam virtutem inexpugnabilem, cui non obsisti, quæ non effugi potest, quæ ignis instar hostes suos devorat. Hi autem erant, præ aliis perniciosi dæmones, et gregis eorum præfectus, quem Salvator cum aliis combussit. Neque alias poterant qui in terra illi subjecti erant liberari, nisi ceu ignem quempiam consumptricem ad perniciem et destructionem, iram suam immisisset in illum. Sic ille liberavit eos qui subditi fuerant, captivos eripuit, errantes reduxit, et in veritatis lucem evocavit. Fortasse vero ignis et fulguris meminit David, videlicet flammæ et lucis; quia duplex igni efficacia inest: non enim urendi solum, sed etiam illuminandi vim habet; ac lucem quidem justis impertit, combustio autem iniquis reservatur. Hæc sunt secundi adventus vaticinia: hæc Daniel vidit, nam ait, *Fluvius igneus trahebat in conspectu ejus* [90]; et Dominus dicit, adventum suum, ut fulgur ab oriente ad occidentem pertingens, futurum esse [91]. Ignis quidem ejus præcedet inimicorum causa; amicorum vero ac religiosorum hominum gratia, fulgura a luce ejus emissa loco solis orbem illustrabunt. Si enim tunc *sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de cœlo* [92], secundum Salvatoris doctrinam; unde alias mundus illuminabitur, nisi ex ipso? quandoquidem est ipse Dominus lux æterna.

VERS. 8-12. *Adorate eum omnes angeli ejus: audivit et lætata est Sion, et exsultaverunt filiæ Judææ propter judicia tua, Domine.* Sion quidem Ecclesiam Christi esse sciendum est; filias vero Judææ, apostolicas animas ex Judæorum gente oriundas: quæ sane impletæ sunt gaudio et exsultatione; cum de judiciis Domini audierunt, deque suppliciis, quæ idolorum cultoribus reposita sunt, necnon de promissis, quæ gentibus reservantur. Et merito quidem gaudent, utpote ipsi addictæ, ac sperantes se glorioso ejus adventu dignandos esse. *Quoniam tu es Dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos. Qui diligitis Dominum, odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatorum liberabit eos.* Si malum, inquit, aversati, sancti efficiamini; tunc

[88] Matth. v, 14. [89] Psal. xvii, 9. [90] Dan. vii, 10. [91] Matth. xxiv, 27. [92] ibid. 29.

vobis continget Dei præsidio muniri, atque a manu diaboli liberari: is enim proprie peccator dicitur. Modus itaque dilectionis erga Dominum est odisse mala; merces autem illius est, ipsum in vitæ præsidium obtinere, atque insurgentibus inimicis superiorem evadere. Viden' quanta pro Dei dilectione accipimus? Sancti vero efficimur, cum ipsi addicti sumus, atque Deum custodem magni illius prædii, animæ scilicet nostræ, nanciscimur; ita ut non ultra sub manu et potestate inimici maneamus, nam *Lux orta est justo, et rectis corde lætitia. Lætamini, justi, in Domino, et confitemini memoriæ sanctificationis ejus.*

A *τωλῶν ῥύσεται αὐτούς.* Εἰ ἀποστραφέντες, φησι, τὸ πονηρὸν ὅσιοι γένησθε, τότε δὴ συμβήσεται ὑμῖν καὶ τῆς φυλακῆς τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ τυχεῖν, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου ῥυσθῆναι χειρός· οὗτος γὰρ ὁ κυρίως ἁμαρτωλός. Ὁ μὲν οὖν τρόπος τῆς πρὸς τὸν Κύριον ἀγάπης τὸ μισεῖν πονηρά· μισθὸς δὲ τούτου τὸ ἔχειν αὐτὸν φυλακὴν τῆς ζωῆς, καὶ κρείττω τῶν ἐπανισταμένων δυσμενῶν γίνεσθαι. Εἶδες ἡλίκα τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης ἀπολάβομεν; Γινόμεθα δὲ ὅσιοι ἀνακείμενοι αὐτῷ, καὶ φύλακα τὸν Θεὸν τοῦ μεγίστου κτήματος τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ἔχομεν· ὥστε μὴ ὑπὸ τὴν χεῖρα καὶ τὴν ἐξουσίαν γενέσθαι τοῦ ἐχθροῦ· *Φῶς γὰρ ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ εὐφροσύνη. Εὐφράνθητε, δίκαιοι, ἐν τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐξομολογεῖσθε τῇ μνήμῃ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ.*

PSALMUS IPSI DAVID XCVII.

Vers. 1. *Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit.* Hic item psalmus eidem sententiæ insistit: nam utrumque Salvatoris adventum vaticinatur, sed multo magis de secundo edisserit. Jure autem canticum novum Deo offerre præcipit, quia pristinarum rerum mutationem prædicat, prænuntiatque novum vitæ institutum. Etenim ea quæ a Deo universorum pro salute nostra peracta sunt, supernaturalia sane sunt ac stupenda. Servator quippe noster mundo adveniens, ac Dei gratia pro omnibus mortem degustans, ut tolleret peccatum mundi, ut ex sequentibus versiculis demonstrabitur, magnis et arcanis nos dignatus est mysteriis. *Salvavit sibi dextera ejus, et brachium sanctum ejus.* Salvatorem esse dexteram et brachium Dei, jam pluribus ex dexteræ et brachii significatione commonstratum est. Dextera itaque Dei eos, qui ad beatitudinem erecti sunt, salvos ipsi custodit. Non enim omnis qui salvus est, Domino Deo servatur; sed solus et omnis ille qui secundum rectam rationem a malis et morbis liberatur, et veritatis cognitionem cum pietate assecutus est. Nam qui ex morbis et vulneribus servatur, non penitus Deo salvus est, maxime vero cum ignorat se a Deo incolumitate donatum. Sanctum porro Dei brachium est, non participatione sanctitatis; sed quia Spiritus sancti brachium est. Et fortasse dextera quidem, Dei vis operandi, quæ non alia quam Deus Verbum est, vocatur; quia dextere, id est, sancte, sapienter, inculpate, laudabiliter omnia efficit; brachium vero ob fortitudinem ac robur præstantissimum.

Vers. 2, 3. *Notum fecit Dominus Salutare suum, in conspectu gentium revelavit justitiam suam. Recordatus est misericordiæ suæ Jacob, et veritatis suæ domui Israel. Viderunt omnes termini terræ Salutare Dei nostri.* Olim Abrahamo pollicitus, in semine ipsius benedicendas esse omnes gentes, verborum veritatem per rerum eventum confirmavit: et misericordiam, quam se exhibiturum esse cum juramento promisit, ad rem deductam esse demonstravit. Hæc porro multum affinia videntur vaticiniis Isaiæ, per quem Pater Unigenito suo ait: *Dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, ut sis*

B ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ϞΖ'.

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ὅτι θαυμαστὰ ἐποίησε. Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τὴν αὐτὴν ἔχει διάνοιαν· ἑκατέραν γὰρ τοῦ Σωτῆρος ἐπιφάνειαν προθεσπίζει, ἀλλὰ τὰ πλείονα περὶ τῆς δευτέρας διέξεισιν. Εἰκότως δὲ ᾆσμα καινὸν κελεύει προσενεγκεῖν τῷ Θεῷ· ἐπειδὴ τῶν προτέρων πραγμάτων κηρύττει μεταβολὴν, καὶ καινὴν πολιτείαν προαγορεύει. Ὑπερφυῆ γὰρ καὶ παράδοξα τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων γενόμενα ἐπὶ σωτηρίᾳ ἡμετέρᾳ. Ὁ γὰρ Σωτὴρ, ἐπιδημήσας τῷ κόσμῳ καὶ χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γευσάμενος θανάτου ἐπὶ τῷ ἆραι τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὡς διὰ τῶν ἑπομένων δηλωθήσεται στίχων, τῶν μεγάλων καὶ ἀποῤῥήτων ἡμᾶς κατηξίωσε μυστηρίων. *Ἔσωσε αὐτῷ ἡ* C *δεξιὰ αὐτοῦ, καὶ ὁ βραχίων ὁ ἅγιος αὐτοῦ.* Δεξιὰ καὶ βραχίων Θεοῦ διὰ πλειόνων ἀποδέδεικται ὁ Σωτὴρ εἶναι κατὰ τοῦ τῆς δεξιᾶς καὶ τοῦ βραχίονος κειμένου. Σώζει οὖν αὐτῷ τῷ Θεῷ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ τοὺς εἰς μακαριότητα ἡρμένους. Οὐ γὰρ πᾶς σωζόμενος Κυρίῳ τῷ Θεῷ σώζεται· ἀλλὰ μόνος καὶ πᾶς ὁ κακῶν καὶ παθῶν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἀπαλλαττόμενος, καὶ τὴν τῆς ἀληθείας γνῶσιν μετ' εὐσεβείας ἀνειληφώς. Ὁ γὰρ ἐκ νόσων καὶ τραυμάτων σωθεὶς οὐ πάντως Θεῷ σώζεται, μάλιστα ὅτε οὐκ ἐπίσταται ἐκ Θεοῦ τὴν ὑγίειαν αὐτῷ δεδόσθαι. Ἅγιος δὲ ὁ βραχίων τοῦ Θεοῦ ἐστιν, οὐ κατὰ μετοχὴν ἁγιότητος τυγχάνων, ἀλλ' ἁγίου Πνεύματος ὢν βραχίων. Καὶ τάχα δεξιὰ μὲν ἡ ἐνεργητικὴ τοῦ Θεοῦ δύναμις, οὐκ ἄλλη τοῦ Θεοῦ Λόγου τυγχάνουσα, καλεῖται, διὰ τὸ δεξιῶς, τουτέστιν ἁγίως, D σοφῶς, ἀμέμπτως, ἐπαινετῶς πάντα ποιεῖν· βραχίων δὲ διὰ τὸ ἰσχυρὸν καὶ ὑπερβάλλον τῇ κραταιότητι.

Ἐγνώρισε Κύριος τὸ Σωτήριον αὐτοῦ, ἐναντίον τῶν ἐθνῶν ἀπεκάλυψε τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. Ἐμνήσθη τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τῷ Ἰακὼβ, καὶ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. Εἴδοσαν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς τὸ Σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Πάλαι τὸν Ἀβραὰμ ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ ἐνευλογηθῆναι τὰ ἔθνη ἐπαγγειλάμενος, τὴν τῶν λόγων ἀλήθειαν διὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως ἐπιστώσατο· καὶ ὃ δι' ὅρκου ἐπηγγείλατο παρέξειν ἔλεος, τοῦτο ἔδειξεν εἰς ἔργον ἐκβάν. Κομιδῆ δὲ ταῦτα ἔοικε τοῖς Ἡσαΐου θεσπίσμασι, δι' οὗ ὁ Πατὴρ ἔφη πρὸς τὸν Μονογενῆ· *Ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ*

εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς θαυμασίοις πατριάρχαις καὶ τῷ Δαυῒδ ὑπέσχετο ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτῶν κατὰ σάρκα τὸν Χριστὸν ἀναστήσειν, καὶ σωτηρίαν δι' αὐτοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις παρέξειν, διαθήκην ἐκάλεσε τὴν πρὸς τοὺς πατέρας γενομένην ἐπαγγελίαν. Γένος δὲ αὐτοῦ τὸν Ἰσραὴλ κέκληκεν· ἐπειδὴ ἐξ Ἰουδαίων κατὰ σάρκα Χριστός. Δέδωκά σε τοίνυν εἰς διαθήκην γένους, τουτέστιν, ὥστε πληρῶσαι τὰς πρὸς Ἰουδαίους γεγενημένας συνθήκας· ἀλλ' εἰς φῶς οὐκ ἔτι Ἰουδαίων, ἀλλ' ἐθνῶν· οὗτοι γὰρ διὰ τῆς πίστεως τῆς σωτηρίας μετέλαχον· ἐκεῖνοι δὲ τὸν ζόφον τῆς ἀπιστίας ἠγάπησαν. Τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ἔφη Δαυΐδ· *Ἐμνήσθη τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τῷ Ἰακώβ*, ἤγουν τῷ Ἰσραήλ, τουτέστι τὰς πρὸς ἐκείνους γεγενημένας ἐπαγγελίας ἐπλήρωσε, καὶ εἰς ἔργον ἤγαγε· διὸ *εἴδοσαν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς τὸ Σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.* Κηρυχθέντος γὰρ τοῦ Εὐαγγελίου ἐν πάσῃ τῇ ὑπ' οὐρανὸν καὶ ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, κατὰ τὴν Χριστοῦ χρησμῳδίαν, εἶδον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς Χριστὸν, τὸ Σωτήριον τοῦ Θεοῦ.

in salutem usque ad ultimum terræ[93]. Quia enim admirandis illis patriarchis et Davidi universorum Deus promiserat, se ex semine eorum Christum secundum carnem excitaturum, ac per illum salutem omnibus hominibus daturum esse; hujusmodi pollicitationem patribus datam, testamentum vocavit. Ipsius autem genus Israelem vocavit; quia Christus secundum carnem ex Judæis est. Dedi te igitur in testamentum generis; id est, ut pacta cum Judæis inita impleantur; sed in lucem dedi te, non ultra Judæis, sed gentibus, per fidem enim hæ salutem nactæ sunt: illi vero infidelitatis caliginem dilexerunt. Id ait hoc loco David: *Recordatus est misericordiæ suæ Jacob*, scilicet Israeli, id est, datas ipsis promissiones implevit, et ad rem deduxit: quare *viderunt omnes termini terræ Salutare Dei nostri.* Evangelio enim in omni terra, secundum Christi vaticinium, et in universo terrarum orbe in testimonium omnibus gentibus prædicato, viderunt omnes fines terræ Christum, Salutare Dei.

Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ, πᾶσα ἡ γῆ, ᾄσατε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε καὶ ψάλατε. Ψάλατε τῷ Κυρίῳ ἐν κιθάρᾳ, ἐν κιθάρᾳ καὶ φωνῇ ψαλμοῦ, ἐν σάλπιγξιν ἐλαταῖς, καὶ φωνῇ σάλπιγγος κερατίνης. Ἀλαλάξατε ἐνώπιον τοῦ βασιλέως Κυρίου, καὶ τὰ ἑξῆς. Κατὰ μὲν τὸ ῥητὸν, συνάψατε, φησὶ, τοῖς ὕμνοις καὶ ὄργανα ψαλμικά· κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, κιθάρα ἡ πρακτική· φωνὴ δὲ ψαλμοῦ ἡ θεωρία. Δοξάσατε οὖν, φησὶ, τὸν Κύριον διὰ πράξεως καὶ θεωρίας, καὶ πρὸς τὸν ψαλμὸν τὸν διὰ τοῦ ὀργάνου πληττόμενον, ἤγουν τὰς διὰ τοῦ σώματος ἐνεργείας τὰς κατ' ἀρετὴν, καὶ φωνή τις ᾀδέτω ἡ περὶ τῶν πρακτέων θεωρία· κιθάραν γὰρ τὴν τοῦ σώματος πρὸς τὴν ψυχὴν ἁρμονίαν λέγει. Καὶ τοῦτον δὲ τὸν νόμον ἔστιν ἰδεῖν διηνεκῶς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις πληρούμενον· τῇ γὰρ πνευματικῇ κιθάρᾳ τὴν θείαν ἀνακρουόμεθα μελῳδίαν. Ποιοῦμεν δὲ καὶ ἡμεῖς λογικὰς κιθάρας τὰ ἡμέτερα στόματα, καὶ χρώμεθα ἀντὶ μὲν χορδῶν τοῖς ὀδοῦσιν, ἀντὶ δὲ χαλκοῦ τοῖς χείλεσι· πλήκτρου δὲ παντὸς ἡ γλῶσσα ὀξύτερον κινουμένη, τὴν ἐναρμόνιον ἀποτελεῖ τῶν κρουσμάτων ἠχήν· κινεῖ δὲ τὴν γλῶτταν ὁ νοῦς, οἷόν τις μουσικὸς μετ' ἐπιστήμης ποιούμενος τὴν ταύτης μετάβασιν. Αὕτη τῷ Θεῷ ἡ κιθάρα τῆς ἀψύχου θυμηρεστέρα. Καὶ μάρτυς αὐτὸς διὰ τοῦ προφήτου βοῶν· *Ἀπόστησον ἀφ' ἡμῶν ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ φωνῆς ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι. Ἐν σάλπιγξιν ἐλαταῖς, καὶ φωνῇ σάλπιγγος κερατίνης.* Ἐλαταὶ λέγονται σάλπιγγες οἱ λόγοι τῶν ἀποστόλων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διὰ τὸ βεβασανισμένον καὶ πεπυρωμένον τῆς πίστεως αὐτῶν· κεράτιναι δὲ διὰ τὸ πρακτικόν. Βοῶν γὰρ αἱ κεράτιναι σάλπιγγες· βοῦς δὲ ἐργατικὸν ζῶον. Καὶ περὶ τῶν ἀποστόλων δέ φησιν ὁ Παῦλος· *Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Κυρίῳ;* ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει. Φωναὶ τοιγαροῦν τῶν ἱερῶν τοῦ Σωτῆρος ἀποστόλων ἐλαταὶ ὁμοῦ καὶ κεράτιναι σάλπιγγες ἐτύγχανον. Κι-

VERS. 4-6. *Jubilate Deo, omnis terra, cantate et exsultate et psallite. Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi, in tubis ductilibus, et voce tubæ corneæ. Jubilate in conspectu regis Domini*, et cætera. Ad verbum quidem, hymnis, ait, adjungite et instrumenta psalmica. Secundum anagogicum autem interpretandi modum, cithara est practica; vox vero psalmi, theoria. Domino itaque, ait, praxi et theoria laudem dicite: et præter psalmum instrumento pulsatum, videlicet præter corporis actiones cum virtute editas, vox item canat, id est, agendarum rerum theoria (sive speculatio) addatur: citharam quippe vocat, corporis cum anima concentum. Hanc porro legem videre liceat assidue in ecclesiis impleri: nam spirituali cithara divinam pulsamus melodiam. Imo etiam ora nostra citharas rationales efficimus; et pro chordis, dentibus utimur; pro ære, labiis: quovis autem plectro celerius agitata lingua, concinnum edit pulsationum sonum: mens autem linguam movet, ceu peritus quidam musicus scite ejus mutationem efficiens. Hæc cithara Deo gratior est, quam illa animi expers. Cujus rei testis ipse est per prophetam hæc clamans: *Averte a nobis sonum canticorum tuorum, et vocem instrumentorum tuorum non audiam*[94]. *In tubis ductilibus, et voce tubæ corneæ.* Tubæ ductiles dicuntur sermones apostolorum Servatoris nostri, ob probatam et igne examinatam eorum fidem; corneæ vero propter actiones. Boum enim sunt tubæ corneæ: est autem bos animal laboriosum. De apostolis vero ait Paulus: *Nunquid de bobus cura est Domino*[95]? vel propter nos omnino hoc dicit. Voces itaque sacrorum Salvatoris apostolorum, ductiles simul et corneæ tubæ erant. Alio autem modo, citharam ac cunctis

[93] Isa. XLIX, 6. [94] Amos V, 23. [95] I Cor. IX, 9.

dicere universum Christi populum, ex diversis animabus, tanquam ex pluribus chordis, concinnatum, atque unicam orationem et gratiarum actionem Deo offerentem.

PSALMUS IPSI DAVID. XCVIII.

VERS. 1, 2. *Dominus regnavit, irascantur populi, qui sedet super cherubim, moveatur terra.* Hic psalmus apud Hebræos titulo caret: estque unus ex iis qui Christi regnum annuntiant. Cum enim nemo irasci se dicat quod Deus universorum in omnes regnum obtineat; de Christi tamen regno ait præsens sermo populos irasci, videlicet populos ex circumcisione et ex gentibus, qui in ipsum non credunt. Quis sit autem Dominus, mox declarat dicens: *Qui sedet super cherubim.* Mordet enim infideles, ipsisque dolet gentium pro salute studium: siquidem propheticas de regno ejus voces non intellexerunt. *Moveatur terra.* Dæmones enim, qui olim plurimum valebant, infirmati sunt; ita ut omnes eorum virtutes commotæ sint, et operationes cessaverint. Homines quoque terram incolentes, resipiscentes, paterni erroris perniciem agnoverunt, Deum Verbum sibi Dominum ascribentes. Imo vero qui in eum increduli fuerunt, vehementer commoti sunt, vi doctrinæ ejus concussi atque percussi. Illud autem, *qui sedet*, quasi homines alloquens ait. Natura quippe incorporea incomprehensa et incircumscripta est. *Dominus in Sion magnus, et excelsus super omnes populos.* Sion significat *speculam*; sic autem appellare divina Scriptura solet omne religiosum institutum, atque hoc modo indicantur ii qui cœlestia speculantur, qualis erat Apostolus qui ait: *Non speculantibus nobis terrena, sed cœlestia* [96]. Apud illos enim magnus est Dominus.

VERS. 3. *Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile et sanctum est.* Nunc quidem irascuntur populi adversus regnum Salvatoris nostri: erit porro tempus quo ipsi quoque nomini magno ejus confitebuntur, *quando omne genu flectetur cœlestium, atque terrestrium, et omnis lingua confitebitur, quia Dominus Jesus in gloria Patris* [97]. — VERS. 4. *Et honor regis judicium diligit.* Honor et virtus regis cum judicio, aliis quidem nomen ejus terribile, aliis vero sanctum merito efficit. Si enim qui legem ejus transgrediuntur, per ipsam transgressionem illum inhonorant; qui divinam legem exsequuntur, vice versa, per ejus executionem regem ipsum qui legem dedit honore afficiunt, judicium ejus diligentes: scientes justum esse judicium ejus, ac se divina præmia consecuturos esse, quia secundum voluntatem ejus pie et juste egerunt.

VERS. 5. *Tu parasti directiones, judicium et justitiam in Jacob tu fecisti. Exaltate Dominum Deum nostrum*, etc. Nemo, inquit, existimet hic alium

A θάραν δὲ ἄλλως μὴ ὄκνει λέγειν τὸν σύμπαντα τοῦ Χριστοῦ λαὸν ἐκ διαφόρων ψυχῶν ὡς ἐκ πλειόνων χορδῶν ἡρμοσμένον, μίαν τε εὐχὴν καὶ εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ ἀναπέμποντα.

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ. ϞΗʹ.

Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, ὀργιζέσθωσαν λαοὶ, ὁ καθήμενος ἐπὶ χερουβὶμ, σαλευθήτω ἡ γῆ. Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις ὁ ψαλμός· εἷς δὲ καὶ αὐτὸς τυγχάνει τῶν εὐαγγελιζομένων τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν. Ἐπεὶ μὲν γὰρ τῷ βασιλεύειν ἁπάντων τῶν ὅλων Θεὸν, οὐδένα ἄν τις ὀργίζεσθαι φαίη, ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ Χριστοῦ βασιλείᾳ φησὶν ὁ παρὼν λόγος ὀργίζεσθαι λαούς· φησὶ δὲ τοὺς ἐκ περιτομῆς καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀπιστοῦντας αὐτῷ. Τίς δέ ἐστιν ὁ Κύριος διασαφεῖ λέγων ἑξῆς· *Ὁ καθήμενος ὑπὲρ χερουβίμ.* B Δάκνει γὰρ τοὺς ἀπίστους καὶ λυπεῖ ὁ ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἐθνῶν ζῆλος· οὐ γὰρ συνῆκαν τὰς περὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ προφητικὰς φωνάς· *Σαλευθήτω ἡ γῆ.* Οἵ τε γὰρ πάλαι πολλὰ δυνάμενοι δαίμονες ἐξησθένησαν, ὡς πάσας αὐτῶν τὰς δυνάμεις σαλευθῆναι, καὶ παυσθῆναι τὰς ἐνεργείας· οἵ τε τὴν γῆν οἰκοῦντες ἄνθρωποι, μεταβαλόντες, τῆς πατρῴας πλάνης τὸν ὄλεθρον ἐπέγνωσαν, τὸν Θεὸν Λόγον αὐτῶν Κύριον ἐπιγραψάμενοι. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ οἱ ἀπιστοῦντες αὐτῷ, μεγάλως ἐσαλεύθησαν, κινούμενοι καὶ καταπληττόμενοι τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ τὴν δύναμιν. Τὸ δὲ, *καθήμενος*, ὡς πρὸς ἀνθρώπους διαλεγόμενος εἴρηκεν. Ἡ γὰρ ἀσώματος φύσις ἀπερίληπτος καὶ ἀπερίγραφος. *Κύριος ἐν Σιὼν μέγας, καὶ ὑψηλός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς λαούς.* C Σιὼν ἑρμηνεύεται *σκοπευτήριον*· οὕτω δὲ ὀνομάζειν ἔθος τὴν θείαν Γραφὴν πᾶν τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα, τῶν τὰ ἐπουράνια σκοπούντων, τοῦτον δηλουμένων τὸν τρόπον ὁποῖος ἦν λέγων ὁ Ἀπόστολος· *Σκοπούντων ἡμῶν οὐ τὰ ἐπίγεια, ἀλλὰ τὰ ἐπουράνια.* Παρὰ τούτοις οὖν μέγας ἐστὶν ὁ Κύριος.

Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ ὀνόματί σου τῷ μεγάλῳ, ὅτι φοβερὸν καὶ ἅγιόν ἐστι. Νῦν μὲν ὀργίζονται λαοὶ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν βασιλείᾳ· ἔσται δέ τις καιρὸς ἐν ᾧ καὶ αὐτοὶ ἐξομολογήσονται τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τῷ μεγάλῳ, *Ὅτε πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς εἰς δόξαν Πατρός. Καὶ τιμὴ βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾷ.* Ἡ τοῦ D βασιλέως τιμή τε καὶ ἀρετὴ εἰκότως μετὰ κρίσεως τοῖς μὲν ἐπίφοβον ποιεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, τοῖς δὲ ἅγιον. Εἰ γὰρ οἱ παραβαίνοντες αὐτοῦ τὸν νόμον, δι' αὐτοῦ τοῦ παραβαίνειν ἀτιμάζουσιν αὐτόν· οἱ κατορθοῦντες τὸν θεῖον νόμον δι' αὐτοῦ τοῦ ἐνεργεῖν κατὰ ταὐτὸν τιμῶσι τὸν νομοθετήσαντα αὐτὸν βασιλέα, ἀγαπῶντες τὴν παρ' αὐτοῦ κρίσιν, ἐπιστάμενοι δίκαιον τὸ κρῖμα αὐτοῦ, καὶ ὅτι τεύξονται θείων ἀμοιβῶν, κατὰ τὸ βούλημα αὐτοῦ, εὐσεβῶς καὶ δικαίως πολιτευσάμενοι.

Σὺ ἡτοίμασας εὐθύτητας, κρίσιν καὶ δικαιοσύνην ἐν Ἰακὼβ σὺ ἐποίησας. Ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Μηδεὶς, φησὶ, νομιζέτω

[96] II Cor. IV, 18. [97] Philipp. II, 10, 11.

ἕτερον εἶναι τὸν ἐνταῦθα δοξολογούμενον Κύριον τοῦ Θεοῦ τοῦ νομοθετήσαντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. Σὺ γὰρ, φησὶ, Κύριε, οὗ τὴν βασιλείαν θεσπίζομεν, αὐτὸς ὢν τυγχάνεις, ὁ καὶ τῷ ἐκ περιτομῆς λαῷ κρίσιν καὶ δικαιοσύνην διαταξάμενος κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς νομοθεσίαν, δικαιώματα καὶ κρίματα περιέχουσαν. Σὺ δὲ αὐτὸς καὶ εὐθύτητας ἡτοίμασας κατὰ τὸν τῆς ἀνταποδόσεως καιρὸν ἀποδοθησομένας τοῖς φυλάττουσι τὴν κρίσιν καὶ τὴν δικαιοσύνην. *Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ, καὶ Σαμουὴλ ἐν τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἐπεκαλοῦντο τὸν Κύριον, καὶ αὐτὸς εἰσήκουεν, ἐν στύλῳ νεφέλης ἐλάλει πρὸς αὐτούς. Ἐφύλασσον τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, καὶ τὰ προστάγματα ἃ ἔδωκεν αὐτοῖς.* Τὸ, *Εἰ ἐπιστεύσατε Μωϋσῇ, ἐπιστεύσατε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε*, τῆς οὖν αὐτῆς ἔχεται διανοίας καὶ τὰ προκείμενα. Τοῦτον γὰρ τὸν Κύριον, καὶ οὐχ ἕτερον, φησὶ, τὸν ἐν τῷ παρόντι θεολογούμενον, καὶ Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν καὶ Σαμουὴλ, καὶ εἴ τις ἕτερος, εἴτε προφητῶν, εἴτε ἱερέων, ἐπεκαλοῦντο. Καὶ οὗτος ἦν αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ νῦν ἐπὶ πάντας τοὺς λαοὺς ὑψηλὸς ὑπάρχων, καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι δοξαζόμενος, ὁ κἀκείνων εἰσακούων καὶ λαλῶν αὐτοῖς ἐν στύλῳ νεφέλης. Οὐκ ἄλλως δὲ τῆς τοσαύτης ἀξίας ἔτυχον οἱ δηλωθέντες, εἰ μὴ ὅτι ἐφύλαττον τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, καὶ τὸ πρόσταγμα ὃ δέδωκεν αὐτοῖς. Οὕτως οὖν καὶ ἡμῖν διὰ τῆς Καινῆς Διαθήκης ὁ αὐτὸς προστάγματα καὶ ἐντολὰς, καὶ μαρτύρια ἔδωκεν, ἅπερ εἰ φυλάττοιμεν, τῶν ἴσων καὶ αὐτοὶ καταξιωθησόμεθα.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, σὺ ἐπήκουες αὐτῶν, σὺ εὐΐλατος ἐγίνου αὐτοῖς, καὶ ἐκδικῶν ἐπὶ πάντα τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν. Σὺ, φησὶν, ὁ ἡμέτερος Κύριος καὶ Θεὸς, ὁ τῶν ἐθνῶν βασιλεὺς, ὁ ὑφ' ἡμῶν κηρυττόμενος, αὐτὸς ἦσθα ὁ καὶ τῶν ἀμφὶ Μωϋσέα καὶ Ἀαρὼν ὑπακούων, καὶ τῆς τοσαύτης ἐκείνοις μεταδιδοὺς παῤῥησίας, ἱλεουμένοις σε ὑπὲρ τοῦ παροργίζοντος λαοῦ, καὶ πολλῆς αὐτοὺς ἀξιῶν εὐμενείας. Εἰ γὰρ καί τισιν ἀσθενείαις περιέπιπτον ὡς ἄνθρωποι, ὡς Μωϋσῆς ἐπὶ τῇ ἀπιστίᾳ τοῦ ὕδατος, καὶ Ἀαρὼν ἐπὶ τῇ μοσχοποιΐᾳ, σὺ, ὡς παναγάθου πατρὸς πανάγαθος υἱὸς, ἵλεως αὐτοῖς ἐγίνου, συγγνώμην νέμων τῇ θνητῇ ἀσθενείᾳ. *Καὶ ἐκδικῶν ἐπὶ πάντα τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν.* Εἰ καὶ ἔδοξάν τι, φησὶν, ἁμαρτάνειν ὡς ἄνθρωποι, ἀλλ' ἐπαίδευες αὐτοὺς ἐν οἷς παιδείας ἐδέοντο. Ἠλέγχετο γὰρ ἐπὶ τοῦ μόσχου ἁμαρτήσας Ἀαρὼν, καὶ Μωϋσῆς ἐπὶ τοῦ ὕδατος τῆς ἀντιλογίας.

Ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε εἰς ὄρος ἅγιον αὐτοῦ, ὅτι ἅγιος Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν. Μηδὲν ταπεινὸν, φησὶ, καὶ ἀνθρώπινον περὶ τοῦ Κυρίου φρονεῖτε· ἀλλ' ὑψοῦτε αὐτὸν ὑψηλὰ περὶ αὐτοῦ δοξάζοντες, καὶ τὸ προσῆκον αὐτῷ προσενέγκατε σέβας. Ὄρος δὲ ἅγιον πάλαι μὲν τὸ Σιὼν ἐκαλεῖτο, νῦν δὲ τῆς θεογνωσίας τὸ ὕψος· οὕτω γὰρ καὶ Ἡσαΐας καὶ Μιχαίας ἐθέσπισαν· *Ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου·*

A dominum gloria celebrari, quam Deum qui legem dedit in deserto. Tu enim, inquit, Domine, cujus regnum vaticinamur, idem ipse es qui populo ex circumcisione judicium et justitiam præcepisti, secundum statutam ipsis legem, justificationes et judicia complectentem. Tu autem ipse parasti directiones, retributionis tempore iis reddendas qui judicium et justitiam custodierint. — VERS. 6, 7. *Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus, et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus. Invocabant Dominum, et ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos, custodiebant testimonia ejus, et præcepta quæ dedit illis.* Illud, *Si crederetis Moysi, crederetis utique mihi, de me enim ille scripsit* [18], ejusdem sententiæ est atque illa quæ jam tracta-
B mus. Nam eumdem, inquit, et non alium Dominum, qui jam Deus prædicatur, Moyses, Aaron et Samuel, ac si quis alius, sive prophetarum, sive sacerdotum, invocabant. Et hic erat ipsum Dei Verbum, jam apud omnes populos excelsum et apud universas gentes gloria affectum, quod illos olim exaudiebat, et in columna nubis loquebatur ad eos. Neque alio modo memorati viri tantam dignitatem nacti sunt, nisi quia testimonia ejus et præceptum, quod dedit illis, custodiebant. Sic itaque ille per Novum Testamentum præcepta et mandata atque testimonia nobis dedit, quæ si custodiamus, paria et ipsi obtinebimus.

C VERS. 8. *Domine Deus noster, tu exaudiebas eos, tu propitius fuisti eis, et ulciscens in omnes adinventiones eorum.* Tu, inquit, Dominus et Deus noster, omnium rex, qui a nobis prædicaris, ipse eras qui Moysem et Aaronem exaudiebas, ac tantam illis addebas fiduciam, cum te exacerbanti populo propitium redderent, quique illos multa benevolentia dignabare. Etiamsi enim in quasdam infirmitates laberentur, utpote homines, quemadmodum Moyses in incredulitatem circa aquam, et Aaron in conflationem vituli; tu ut optimi patris optimus filius, propitius ipsis eras, ac mortali infirmitati veniam concedebas. *Et ulciscens in omnes adinventiones eorum.* Etiamsi, inquit, utpote homines, in aliquo peccare viderentur, tu castigabas eos, cum castiga-
D tione opus erat. Nam de conflato vitulo Aaron redarguebatur, et Moyses apud aquam contradictionis.

VERS. 9. *Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate in monte sancto ejus, quoniam sanctus Dominus Deus noster.* Nihil, inquit, humile et humanum de Domino sentite; sed excelsa de illo cogitantes ipsum exaltate, ipsique debitum exhibete cultum. Mons autem sanctus olim Sion vocabatur, nunc vero divinæ sublimitas cognitionis; ita enim Isaias et Michæas vaticinati sunt: *Erit in novissimis diebus manifestus mons Domini* [19]; id est, Dei

[18] Joan. v, 46. [19] Isa ii, 2; Mich. iv, 1.

cognitio aperta omnibus erit. Nam ipse quoque Apostolus montem Sion spiritualem agnovit; ait quippe : *Accessistis ad montem Sion, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem* [1]. Jubemur itaque pro collata nobis a Deo cognitione ipsi adorationem offerre : qui Dominus noster est, quia nos servi ejus sumus; et Deus item est, utpote opifex. Atque ita spirituali more psalmum intelligamus.

PSALMUS IN CONFESSIONEM. XCIX.

VERS. 2, 3. *Jubilate Domino, omnis terra.* Id est, gentes quæ in terra sunt : quæ his verbis ad pristinorum peccatorum confessionem evocantur, in quibus quando idolorum errori deditæ erant, volutabantur. Quamobrem psalmus inscriptus est *In confessionem. Servite Domino in lætitia*, ipsius jugo vos submittentes. Perinde namque est servire ipsi, atque servire luci, et servire vitæ, veritati, justitiæ et sanctitati : hæc quippe omnia Dominus est. *Introite in conspectu ejus in exsultatione.* Si quis autem non serviat ipsi in lætitia, ne audeat conspectui ejus se sistere, illotis pedibus ad Ecclesiam ejus accedens. *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus : ipse fecit nos, et non ipsi nos, populus ejus et oves pascuæ ejus.* Cum enim noverimus ipsum Deum, ipsum Dominum esse, tunc per illam cognitionem in conspectum ejus ingressi, ipsum opificem nostrum esse confitebimur. Quod enim non nos ipsi nos faciamus, etsi auctores videamur esse generationis liberorum, hinc palam est, quod ex patre et matre geniti Job et David, ambo tamen dicant : *Manus tuæ fecerunt me et plasmaverunt me* [2], ac Jeremiæ ipse Deus ait : *Antequam te formarem in utero, novi te* [3]. Nam uxorem, quæ errore ducta viro suo dicebat : *Aut da mihi liberos, sin minus, occide me* [4], vir, cum sapiens esset, docte increpat his verbis : *Nunquid pro Deo ego tibi sum, qui privavit te fructu ventris* [5]? Etiamsi enim patres videantur liberos procreare, at Deus illos efficit : ac ille quidem causa est, illi vero cooperantur, utpote qui jussui ejus primitus dato obsecundent. Quamobrem multi etsi liberos suscipere peroptent, non possunt tamen. Symmachus vero ait : *Ipse fecit nos, non exsistentes. Nos autem populus pascuæ ejus et oves manus illius.* His vero non dominatum modo suum; sed etiam providentiam suam indicavit : non solum enim Dominus noster est; sed etiam pastor cum sit, bona nobis pascua offert. *Nos autem populus ejus*, utpote regis; oves autem ejus, utpote pastoris : populus sunt, qui meliores et rationabiliores; oves autem, qui iis inferiores sunt, et irrationabiliorem ordinem obtinent, neque divinorum oraculorum periti sunt; secundum illud : *Erravi sicut ovis quæ periit* [6]. Cæterum cum omnium Deus et conditor sit, omnia vocat, omnia sibi propria efficit. *Homines* quippe *et jumenta salvat Deus* [7]; illos quidem, ut populum suum; illa vero, ut oves manus suæ.

A τουτέστιν ἡ τοῦ Θεοῦ γνῶσις πᾶσι δήλη γενήσεται. Οἶδε γὰρ καὶ ὁ Ἀπόστολος νοητὸν ὄρος Σιών· *Προσεληλύθατε γὰρ ὄρει Σιὼν καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ.* Προστετάγμεθα τοίνυν κατὰ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ὑπὸ Θεοῦ γνῶσιν προσφέρειν αὐτῷ προσκύνησιν· ὃς καὶ Κύριος ἡμῶν ἐστιν ὡς δούλων, καὶ Θεὸς ὡς πλάστης. Ἀλλ' οὕτω μὲν πνευματικώτερον τὸν ψαλμὸν νοήσαιμεν.

ΨΑΛΜΟΣ ΕΙΣ ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΙΝ. ϞΘ'.

Ἀλαλάξατε τῷ Κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ. Τουτέστι τὰ ἐπὶ γῆς ἔθνη· καὶ διὰ τούτων κέκληται ἐπὶ ἐξομολόγησιν τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων, ἐν οἷς ἐκαλινδοῦντο ὅτε τῇ εἰδωλολάτρῳ προσεῖχον πλάνῃ. Διὸ ἐπιγέγραπται ψαλμὸς *Εἰς ἐξομολόγησιν. Δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν εὐφροσύνῃ*, ὑποβαλόντες ἑαυ-
B τοὺς τῷ αὐτοῦ ζυγῷ. Ὅμοιον γάρ ἐστι τὸ δουλεύειν αὐτῷ τῷ δουλεύειν φωτὶ, καὶ δουλεύειν ζωῇ καὶ ἀληθείᾳ, καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἁγιασμῷ· πάντα γὰρ ταῦτά ἐστιν ὁ Κύριος. *Εἰσέλθετε ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει.* Εἰ δέ τις μὴ δουλεύοι αὐτῷ ἐν εὐφροσύνῃ, μὴ τολμάτω παριέναι ἐνώπιον αὐτοῦ, ἀνίπτοις ποσὶ παραβάλλων εἰς τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ. *Γνῶτε ὅτι Κύριος αὐτός ἐστιν ὁ Θεός· αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς, καὶ οὐχ ἡμεῖς, λαὸς αὐτοῦ καὶ πρόβατα νομῆς αὐτοῦ.* Ὅταν γὰρ γνῶμεν ὅτι αὐτὸς Θεός ἐστιν, αὐτὸς ὁ Κύριος, τὸ τηνικάδε αὐτοῦ τοῦ γινώσκειν ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσεληλυθότες, καὶ ποιητὴν ἑαυτῶν ὁμολογήσομεν αὐτόν. Ὅτι δὲ οὐχ ἡμεῖς ἑαυτοὺς ποιοῦμεν, κἂν αἴτιοι δοκῶμεν τυγχάνειν τῆς τῶν παί-
C δων γενέσεως, δῆλον ἐντεῦθεν· ἐκ πατρὸς γὰρ καὶ μητρὸς γενόμενοι Ἰὼβ καὶ Δαυῒδ, φασὶν ἑκάτεροι, *Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με*· καὶ πρὸς Ἱερεμίαν αὐτὸς ὁ Θεὸς, *Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε.* Τῇ γοῦν ἐσφαλμένως λεγούσῃ τῷ ἀνδρὶ, *Ἢ δός μοι τέκνα, εἰ δὲ μὴ, ἀπόκτεινόν με*, σοφὸς ὢν ὁ ἀνὴρ, δογματικῶς ἐπιτιμᾷ, *Μὴ ἀντὶ Θεοῦ σοι εἰμὶ ἐγὼ, ὃς ἐστέρησέ σε καρπὸν κοιλίας;* Εἰ γὰρ καὶ δοκοῦσιν οἱ πατέρες ποιεῖν τὰ τέκνα, ἀλλ' οὖν ὁ Θεὸς ταῦτα ποιεῖ· καὶ ὁ μὲν αἴτιος, οἱ δὲ συναίτιοι, ὡς τῷ ἐξ ἀρχῆς αὐτοῦ διακονοῦντες προστάγματι. Διὰ τοῦτο πολλοὶ, καίτοι ἐπιθυμοῦντες παιδοποιεῖν, οὐ δύνανται. Ὁ δὲ Σύμμαχός φησιν, *Αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς οὐκ ὄντας· ἡμεῖς δὲ λαὸς νομῆς αὐτοῦ καὶ πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ.*
D Διὰ τούτων οὐ μόνον τὴν δεσποτείαν, ἀλλὰ καὶ τὴν κηδεμονίαν ἐγνώρισεν· οὐ μόνον γὰρ ἡμῶν δεσπότης ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ποιμὴν, τὴν ἀγαθὴν ἡμῶν προσφέρων νομήν. *Ἡμεῖς δὲ λαὸς αὐτοῦ*, ὡς βασιλέως, πρόβατα δὲ ὡς ποιμένος· λαὸς οἱ κρείττους καὶ λογικώτεροι· πρόβατα οἱ ὑποβεβηκότες, καὶ τὴν ἀλογωτέραν τάξιν ἐπέχοντες, καὶ μὴ ἐν πείρᾳ τῶν θείων ὄντες λογίων· κατὰ τὸ, *Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλός.* Πλὴν ἀλλὰ πάντων Θεὸς ὢν καὶ ποιητὴς, πάντα καλεῖ καὶ ἐξοικειοῦται. *Ἀνθρώπους γὰρ καὶ κτήνη σώζει ὁ Θεός*· τοὺς μὲν, ὡς λαὸν αὐτοῦ, τὰ δὲ, ὡς πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ.

[1] Hebr. XII, 22. [2] Psal. CXVIII, 73; Job VIII, 10. [3] Jerem. I, 5. [4] Gen. XXX, 1. Vulg., *alioquin morior.* [5] ibid. 2. [6] Psal. CXVIII 176. [7] Psal. XXXV. 7.

Εἰσέλθετε εἰς τὰς πύλας αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, εἰς τὰς αὐλὰς αὐτοῦ ἐν ὕμνοις. Μνημονεύετε, φησὶ, τῶν κακῶν, ἐν οἷς πρῶτον ἐξετάζεσθε, ὅτε μακρὰν ἐτυγχάνετε τοῦ Κυρίου ὑφ' ἑτέροις δεσπόταις πονηροῖς ἀγόμενοι. Διὸ ὡς περιῤῥαντηρίῳ χρώμενοι τῇ τῶν προτέρων ἀσεβημάτων ὁμολογίᾳ εἴσιτε εἰς τὰς πύλας αὐτοῦ θαῤῥοῦντες· ὅτι μετὰ τὰς πύλας, τουτέστι μετὰ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς πρώτας εἰσόδους τῆς τοῦ Θεοῦ δουλείας, εἰς τὰ ἐνδότατα καὶ τὰς αὐλὰς παρελθόντες, οὐκέτι χρήσεσθε τῇ ἐξομολογήσει, ἀλλ' ὕμνοις λοιπὸν τοῖς εἰς αὐτὸν σχολάσετε. Ὥσπερ μέντοι εἰσιέναι δεῖ πρότερον εἰς τὰς πύλας, εἶτα εἰς τὰς αὐλὰς, οὕτως ἐξομολογεῖσθαι πρότερον χρὴ τὰ ἁμαρτήματα, εἶτα ὑμνεῖν τὸν Θεὸν, ἵνα, τῇ ἐξομολογήσει καθαρθείσης τῆς γλώττης, καθαρὸς ὁ ὕμνος προσενεχθείη. *Ἐξομολογεῖσθε αὐτῷ. Αἰνεῖτε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ ἕως γενεᾶς καὶ γενεᾶς ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ.* Δίκαιον, φησὶν, εὐχαριστεῖν καὶ ὑμνεῖν τὸν ἀῤῥήτῳ φιλανθρωπίᾳ χρώμενον, καὶ ταῖς ἀγαθαῖς ὑποσχέσεσιν ἐπιτιθέντα τὸ πέρας. Ἃ γὰρ ἐπὶ τῆς τῶν προγόνων ὑπέσχετο γενεᾶς, ταῦτα ἐπὶ τῆς ἡμετέρας πεπλήρωκε, καὶ ἣν ἐπηγγείλατο σωτηρίαν, ἀληθῶς ἐδωρήσατο· καὶ οὐ παύσεταί ποτε ἡ εἰς ἡμᾶς παρ' αὐτοῦ γενομένη εὐεργεσία, ἥτις ἐστὶν ἀλήθεια, κατὰ τὸ, *Ἐμνήσθη διαθήκης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα*· ἢ τὸ, *Ἐξομολογεῖσθε*, ἀντὶ τοῦ, Ὡς ἰατρῷ τὰ τῆς ψυχῆς ἀπογυμνοῦτε τραύματα δι' ἐξομολογήσεως· Θαῤῥοῦντες δὲ τοῦτο πράττετε, δόγμα ἀληθὲς περὶ αὐτοῦ μαθόντες, ὅτι ἀγαθός ἐστι καὶ πολυέλεος καὶ ἀληθινὸς, καὶ κατὰ πᾶσαν γενεὰν ἀληθείας γέμουσιν οἱ λόγοι αὐτοῦ.

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ. Ρ'.

Ἔλεος καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι, Κύριε· ψαλῶ καὶ συνήσω ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ, πότε ἥξεις πρὸς μέ; Ἤτοι τὸν σὸν ἔλεον καὶ τὴν σὴν κρίσιν ᾄσομαι, τὸν τρόπον διεξιὼν καθ' ὃν πέφυκας, οὐ πρῶτον κρίνειν, ἔπειτα ἐλεεῖν· ἀλλὰ πρῶτον ἐλεεῖν, ἔπειτα κρίνειν, καὶ μετὰ φιλανθρωπίας καὶ ἐλέους ποιεῖσθαι τὰς ἀποφάσεις. Ἢ ἐγὼ αὐτὸς, ἔλεος ποιῶν καὶ κρίσιν ἐπὶ τοὺς πλησίον, θαῤῥῶ παριέναι ἐπὶ τῷ ᾄδειν σοι καὶ ψάλλειν. Συνιεὶς γοῦν ὅπως χρὴ τοῦτο ποιεῖν, τὰς ἐμαυτοῦ ὁδοὺς ἀμώμους καὶ ἀμέμπτους φυλάττω, πεπεισμένος τοῦτον τὸν τρόπον ἀρεσκόντως σοι δι' ἔργων ἀγαθῶν ψάλλειν. Λοιπὸν οὖν ἧκε πρὸς μὲ, ὦ Κύριε, ἕτοιμον εὑρήσων παρ' ἐμοὶ μονήν· ἐπειδήπερ πάντα μοι τὰ καλὰ παρεσκεύασται, περιμένοντι πότε ἥξεις πρὸς μέ. *Διεπορευόμην ἐν ἀκακίᾳ καρδίας μου, ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου μου. Οὐ προεθέμην πρὸ ὀφθαλμῶν πρᾶγμα παράνομον· ποιοῦντας παραβάσεις ἐμίσησα.* Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων σχηματιζόμενοι κατὰ τὰς ἀγορὰς σεμνοὶ φαίνονται καὶ ἐπιεικεῖς· ἐν δὲ ταῖς ἑαυτῶν οἰκίαις, οὐκέτι κρύπτοντες τὸν ἑαυτῶν τρόπον, ἐλέγχονται φαῦλοί τινες ὄντες· ἐγὼ δὲ, φησὶν, *ἐν ἀκακίᾳ καρδίας μου ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου μου ἐπορεύθην*, οὐκ ἔχων ἔσωθεν ἐκ τῆς καρδίας μου ἐξιόντας διαλογισμοὺς πονηρούς. Οὐδέποτε γοῦν κατὰ προαίρεσίν τι ἥμαρτον·

A VERS. 4. *Introite portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis.* Commemorate, inquit, mala, in quibus prius versabamini, quando ab aliis pravis dominis abducti, procul a Domino agebatis. Quare pristinarum impietatum confessione, seu aspergillo usi, ingredimini portas ejus cum fiducia: quia secundum portas, id est, post principia et primos servitutis Dei ingressus, in interiora et in atria transeuntes, non ultra confessione utemini, sed hymnis deinceps ipsi vacaturi estis. Quemadmodum enim primo in portas, deinde in aulas ingredi opus est, ita primo peccata confiteri oportet, postea vero Deum hymnis celebrare, ut, lingua per confessionem purgata, purus hymnus offeratur. —VERS. 5. *Confitemini illi. Laudate nomen ejus, quo-* B *niam suavis est Dominus, quoniam in æternum misericordia ejus, et usque in generationem et generationem veritas ejus.* Consentaneum est, inquit, gratias agere, ac eum hymnis celebrare qui ineffabili erga homines clementia est usus, et qui bonis suis pollicitationibus terminum posuit. Nam quæ in proavorum generatione promiserat, ea ævo nostro implevit; et quam pollicitus erat salutem, eam vere impertiit; neque ullus finis futurus est ejus erga nos beneficii, quod est veritas, secundum illud: *Recordatus est testamenti sui in sæculum;* aut illud, *Confitemini*, sic accipiendum est, Tanquam medico animæ vulnera ipsi per confessionem detegite. Confidenter autem id agite, bona de ipso doctrina imbuti: quoniam bonus est et multæ misericordiæ C et verax, et in omni generatione sermones ejus veritatis pleni sunt.

PSALMUS IPSI DAVID. C.

VERS. 2, 3. *Misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine: psallam et intelligam in via immaculata, quando venies ad me?* Id est, misericordiam tuam et judicium tuum cantabo, modum explicans quo soles, non primum judicare, deinde misereri; sed primum misereri, postea judicare, ac cum clementia et misericordia sententiam ferre. Quare ego ipse, cum misericordiam et judicium erga proximum exerceam, audeo accedere ad canendum et psallendum tibi. Gnarus itaque quo pacto id per- D agere opus sit, vias meas inculpatas et immaculatas custodio, persuasum habens hoc modo me tibi placiturum per bona opera psallendo. In posterum igitur, o Domine, ad me venias, paratam apud me mansionem reperturus: quandoquidem omnia apud me bona parata sunt, exspectantem quando venies ad me. *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ: non proponebam ante oculos rem injustam, facientes prævaricationes odivi.* Plerique ex hominibus ementita specie in foro graves et probi videntur esse; domi vero, non occultatis moribus, improbi esse deprehenduntur. Ego vero, inquit, *perambulavi in innocentia cordis mei, in medio domus meæ*, nullas in me habens cogitationes malas ex corde prodeuntes. Nunquam enim ex affectu

peccabam : sed si quid mihi humanitus acciderit, id non ex proposito meo factum est.

Vers. 4. *Non adhæsit mihi cor pravum*. Diaboli consilia, utpote quæ rectum nihil habeant, prava sane et perversa sunt, quæ nunquam, ait, in corde admisi : gnarus vero, eum qui adhæret justo justum fore, omnem perversum me contingere ac mihi adhærere abnuebam. Nam rectum curvo coaptari nequit, utpote quod quadrare nequeat. *Declinante a me maligno non cognoscebam*. Vir perfectus, qui cor perversum non habet in quod possit malignus operari, Deo repletur ; ita ut malignus, cum locum apud eum non reperiat, declinet ab eo : declinante autem illo, inquit, non cognoscebam, quia præsentiæ ejus sensu destitutus eram, qui nec de illo cogitabam, nec opus cum illo habebam. Hæc porro intelliges quoque de homine maligno, quia nec cum accederet, nec cum discederet, sentiebam, ita pestiferos homines vilipendebam, ac non nosse simulabam : nec enim dignabar amicus eorum esse. Num quia superbus es ? Nequaquam, ait ; sed sciens illud, *Corrumpunt mores bonos colloquia prava* [8], cum malis societatem non inibam.

Vers. 5. *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar*. Cum hominem, inquit, tum cogitationem mihi aliquid mali contra quempiam suggerentem, ex corde pellebam ut canem clam mordentem. Nam vir probus, qui in omnibus fidenter agere solet, sicut ea quæ clam aguntur, utpote confusione digna, aversatur ; ita secreto contra quempiam vel dicere aliquid vel audire non sustinet : nam id improbi et illiberalis esset : nec ejusmodi res periculo vacat, cum Scriptura dicat : *Ne ames detrahere, ne de medio tollaris* [9] ; et, *Nolite detrahere invicem, fratres, ne sub judicium cadatis* [10]. Quid sit detrahere, quasi exemplo declarandum est : non enim, de aliquo clam obloqui quoque modo, illud est detrahere. Plerumque enim de aliquo tunc absente male loquimur, non quod detrahere ipsi velimus, sed dolentes quod is fortasse improbus sit : atque hæc narrare studemus iis, qui perinde atque nos ex dilectionis affectu de illo curant et solliciti sunt. Qui igitur sic contra absentem loquitur, nequaquam maledicus est : (nam maledicus non ita agit), sed cum voluptate contra quemdam loquitur, non moleste ferens quod ille talia patrarit ; sed de ea re lætatur. Ejus namque gesta malevolis recenset, qui ea retegere et renuntiare possunt aliis bene multis. Quid sibi vult autem illud quod adjicitur, *secreto*, cum palam sit quamlibet obtrectationem secreto fieri ? Vel id dicit quod agitur ; aut ita distinguendum est : obtrectatorum quosdam contra præsentes coram obloqui ; hi porro conviciatores et contumeliosi assueto more vocantur ; sed tamen quia contra quempiam loquuntur, detractores fuerint ; alii vero clam et absentibus iis, quibus male-

εἰ δὲ καί τι συνέβη ἀνθρώπινον, ἀλλ' οὐ προθεμένου μου τοῦτο ἐγένετο.

Οὐκ ἐκολλήθη μοι καρδία σκαμβή. Τὰ τοῦ διαβόλου βουλεύματα, ἅτε μηδὲν εὐθὲς ἔχοντα, σκαμβά τέ ἐστι καὶ διεστραμμένα, ἅπερ οὐδέποτε ἐν τῇ καρδίᾳ εἰσδέδεγμαι, φησίν· εἰδὼς δὲ, ὅτι ὁ κολλώμενος δικαίῳ δίκαιος ἔσται, πάντα διάστροφον ἄνδρα παρῃτούμην συνάπτεσθαί μοι καὶ κολλᾶσθαί μοι. Τὸ γὰρ εὐθὺ τῷ στρεβλῷ συναφθῆναι οὐ δύναται ὡς ἀνάρμοστον. *Ἐκκλίνοντος ἀπ' ἐμοῦ τοῦ πονηροῦ οὐκ ἐγίνωσκον*. Ὁ τέλειος, καρδίαν σκαμβὴν οὐκ ἔχων, εἰς ἣν ἐνεργεῖν ὁ πονηρὸς δύναται, τοῦ Θεοῦ πεπλήρωται· ὥστε τὸν πονηρὸν, μὴ ἔχοντα τόπον παρ' αὐτῷ, ἐκκλίνειν ἀπ' αὐτοῦ· ἐκκλίνοντος δὲ, φησὶν, οὐκ ἐγίνωσκον· τῷ μὴ αἴσθησιν παρουσίας αὐτοῦ ἐσχηκέναι· οὐ γὰρ ἐνθύμημα ἢ ἔργον τῶν αὐτοῦ ἔσχον παρ' ἐμοί. Νοήσεις δὲ ταῦτα καὶ περὶ ἀνθρώπου πονηροῦ, ὅτι οὐδ' ὅτε προσῆλθεν, οὐδ' ὅτε ἀνεχώρει αἴσθησιν ἐλάμβανον, οὕτως ἐν οὐδενὶ μέρει ἐποιούμην τοὺς λοιμοὺς, καὶ οὐδὲν εἰδέναι προσεποιούμην· οὐ γὰρ ἠξίουν εἶναι φίλον αὐτῶν. Ἆρα ὡς ὑπερήφανος ; Οὐδαμῶς, φησίν· ἀλλ' εἰδὼς, ὅτι *Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαὶ*, οὐ συνδιετιθέμην τοῖς πονηροῖς.

Τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τὸν πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον. Καὶ ἄνθρωπον, φησὶ, καὶ λογισμὸν ὑποβάλλοντά τι πονηρόν μοι κατά τινος ἐξέβαλον ἐκ τῆς καρδίας μου, ὡς κύνα λαθροδήκτην. Ὁ γὰρ σπουδαῖος, ἐν παντί τῳ παῤῥησίαν ἔχειν ἀγαπῶν, ὥσπερ τὰ λάθρα δρώμενα τῷ αἰσχύνης εἶναι ἄξια, παραιτεῖται· οὕτω καὶ τὸ λέγειν ἢ ἀκούειν κατά τινος κρύβδην οὐκ ἀνέχεται· κακοήθους γὰρ καὶ ἀνελευθέρου τὸ χρῆμα, ἐπήρτηται δὲ κίνδυνος τῷ πράγματι, τῆς Γραφῆς λεγούσης· *Μὴ ἀγάπα καταλαλεῖν, ἵνα μὴ ἐξαρθῇς*· καὶ, *Μὴ καταλαλεῖτε ἀλλήλων, ἀδελφοὶ, ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε*. Τί δέ ἐστι τὸ καταλαλεῖν ὡς ἐν τύπῳ παραδοτέον· οὐ γὰρ τὸ ὁπωσοῦν λέγειν περί τινος καὶ λάθρα ἐκείνου καταλαλεῖν ἐστι· πολλάκις γοῦν ἀγορεύομέν τινα κακῶς ἀπόντα, οὐ καταλαλεῖν αὐτοῦ βουλόμενοι, ἀλλὰ λυπούμενοι διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἴσως φαῦλον· πειρώμεθα δὲ λέγειν τὰ περὶ αὐτοῦ τοῖς ὡσαύτως ἡμῖν κηδομένοις αὐτοῦ καὶ φροντίζουσιν ἀπὸ διαθέσεως φιλικῆς. Ὁ οὖν οὕτω λέγων κατὰ ἀπόντος, οὐ κατάλαλός ἐστιν· ἀλλὰ σπουδὴν ἔχει σὺν ἡδονῆς κατ' ἐκείνου λέγειν, οὐκ ἀχθόμενος ἐπὶ τῷ τοιαῦτα ἐκεῖνον πεποιηκέναι, ἀλλὰ καὶ χαίρων. Λέγει γοῦν ἐκείνοις τὰ περὶ αὐτοῦ τοῖς μισοῦσιν αὐτὸν, καὶ φανερῶσαι δυναμένοις δι' ἐπαγγελίας ἑτέροις πλείοσι τὰ περὶ αὐτοῦ. Τί δὲ βούλεται προσκείμενον τὸ, *λάθρα*, φανεροῦ ὄντος, ὅτι πᾶσα κατηγορία λάθρα γίνεται ; Ἢ αὐτὸ λέγει τὸ ὂν, ἢ διαιρετέον οὕτω, ὅτι τῶν κατηγορούντων τινὰς, οἱ μὲν κατὰ πρόσωπον παρόντας κακηγοροῦσι, λοίδοροι δὲ οὗτοι καὶ ὑβρισταὶ συνήθως καλοῦνται· ὅμως οὖν τῷ κατά τινος λέγειν κατάλαλοι ἂν εἶεν· οἱ δὲ λάθρα καὶ ἀπόντων τῶν κατηγορουμένων λέγουσι κατ' αὐτῶν. Τὴν ταύτην

[8] I Cor. xv, 33. [9] Prov. xx, 13, sec. LXX. [10] Jac. iv, 11.

οὖν ἔχοντα τὴν τάξιν ἐκδιώκειν ὁ ἅγιος λέγει, οὐ τοὺς A εἰς πρόσωπον διαλοιδορουμένους. Ἐκεῖνος γὰρ καθ' οὗ αἱ βλασφημίαι ἢ παρὼν ἀπολογήσεται, ἢ ἐλεγχθεὶς ἐπὶ τῷ τοιοῦτος εἶναι, αἰσχυνθήσεται. Δυνατὸν ἀντιδιαστέλλεσθαι τὴν λάθρα γινομένην καταλαλιὰν πρὸς τὴν ἐπὶ κριτῶν κατηγορίαν. Καὶ γὰρ αὕτη τῷ γένει καταλαλιὰ, ἀλλ' οὐ λάθρα γινομένη. Καρπὸς μὲν οὖν διανοίας ἁγιοπρεποῦς τὸ παραιτεῖσθαι τοὺς πονηρούς· ἐσχάτης δὲ πονηρίας ἀπόδειξις τὸ καταλαλεῖν ἀδελφοῦ, καὶ ταῦτα λάθρα, ἀλλὰ μὴ εἰς πρόσωπον, ἵνα μὴ παρὼν ἀπολογήσηται ὁ κατηγορούμενος· ὡς ὅ γε ἐφ' ἡμῶν ἑτέρου καταλαλῶν, οὗτος οὐδὲ ἡμῶν καταλαλεῖν ἐφ' ἑτέρων ἀφέξεται. Ὅθεν χρὴ τὸν τοιοῦτον ὡς κοινὸν ἐχθρὸν εἰκότως ἐλαύνεσθαι, ὡς τὸν ἐν παραδείσῳ μιμούμενον δράκοντα, ὃς τοῦ Θεοῦ καταλαλήσας τὴν Εὔαν ἠπάτησεν. B Ἡμεῖς δὲ μήτε λέγωμεν κακῶς, καὶ τοῖς λέγουσιν ἀκοὴν μὴ παράσχωμεν. *Ἀκοὴν δὲ*, φησὶ, *ματαίαν μὴ παραδέξῃ*· οὐκ εἶπε, μὴ πιστεύσῃς, ἀλλὰ, *μὴ παραδέξῃ*. Διὸ καὶ ὁ Προφήτης, *Ἐξεδίωκον*, φησὶ, *τὸν καταλαλοῦντα*· οὐκ εἶπεν· Οὐκ ἐπίστευον, ἢ, Οὐ παρεδεχόμην τὰ λεγόμενα· ἀλλὰ καὶ ὡς ἐχθρὸν ἀπήλαυνον. Εἰπὲ πρὸς τὸν καταλαλοῦντα, Ἔχεις ἐπαινέσαι τινὰ, ἀνοίγω τὰς ἀκοὰς, ἵνα δέξωμαι τὰ μύρα· κακῶς θέλεις εἰπεῖν, ἀποφράττω τὴν εἴσοδον τοῖς ῥήμασιν· οὐ γὰρ ἀνέχομαι κόπρον καὶ βόρβορον δέχεσθαι. Ἐπιστόμιζε τὸν καταλαλοῦντα ἐν ἀκοαῖς σου, ἵνα μὴ διπλῆν ἁμαρτίαν σὺν αὐτῷ ἁμαρτάνῃς, καὶ σαυτὸν ὀλεθρίῳ πάθει ἐθίζων, κἀκεῖνον κατὰ τοῦ πλησίον φλυαρεῖν οὐκ ἀνακόπτων. C Μὴ δῷης τὴν ἀκοήν σου τῇ γλώσσῃ τοῦ καταλάλου, μηδὲ τὴν γλῶσσάν σου τῇ ἀκοῇ τοῦ φιλοψόγου, ἡδέως λαλῶν ἢ ἀκούων κατὰ τοῦ πέλας, ἵνα μὴ ἐκπέσῃς τῆς ἀγάπης, καὶ ἀλλότριος εὑρεθῇς τῆς αἰωνίου ζωῆς. Διαφέρει δὲ τὸ *κατακρῖναι*, τὸ *ἐξουδενῶσαι*, καὶ τὸ *καταλαλῆσαι*. *Καταλαλῆσαι* γάρ ἐστι τὸ εἰπεῖν κατά τινος, οἷον, ὅτι Ἐψεύσατο ὁ δεῖνα, ἢ, ὠργίσθη, ἢ ἐπόρνευσεν, ἤ τι τοιοῦτον· ἐλάλησε γὰρ ἐμπαθῶς τὸ ἁμάρτημα τοῦ ἀδελφοῦ. *Κατακρῖναι* δέ ἐστι τὸ εἰπεῖν, ὅτι Ὁ δεῖνα ψεύστης ἐστὶ, πόρνος, ὀργίλος· ἰδοὺ γὰρ κατέκρινεν αὐτὴν τὴν διάθεσιν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ἀπεφήνατο καθ' ὅλου τοῦ βίου αὐτοῦ λέγων, ὅτι τοιόσδε ἐστίν· ἄλλο γάρ ἐστι τὸ εἰπεῖν, Ὠργίσθη, καὶ ἄλλο τὸ, Ὀργίλος ἐστίν. *Ἐξουδενῶσαι* δέ ἐστι τὸ οἱονεὶ βδελύσσεσθαι τὸν πλησίον, καὶ σικχαίνεσθαι ὡς ἀηδῆ τινα· ὃ καὶ τοῦ κατακρῖναι D ὀλεθριώτερον.

Οὐ κατῴκει ἐν μέσῳ τῆς οἰκίας μου ποιῶν ὑπερηφανίαν. Ἄνω μὲν περὶ φίλου ὑπερηφάνου ἔλεγεν· ἐνταῦθα δὲ περὶ ὑπηρέτου φησὶν, ὅτι Οὐδένα τῶν ὑπεροψίᾳ χρωμένων σύνοικον ἔχειν ἡρούμην, οὐδὲ πρωτείων καὶ παῤῥησίας ἠξιοῦτο παρ' ἐμοὶ, ὡς τοῦ ἐν μέσῳ τῆς οἰκίας παῤῥησίαν καὶ ἐλευθερίαν ἔχοντος· ἐν ὄψεσι γὰρ δεσπότου ὁ τοιοῦτος. Ποιεῖν δὲ ὑπερηφανίαν ἐστὶ τὸ μετὰ ἀλαζονείας ἐνεργεῖν. Λέγοι δ' ἂν, καὶ ὅτι· Οὐ κατῴκει ἐν τῇ καρδίᾳ μου λογισμὸς ὑποβάλλων ὑπερηφανίαν. *Λαλῶν ἄδικα οὐ κατεύθυνεν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν μου*. Συντό-

dicitur, obloquuntur. Eum vero qui hujus ordinis sit, se pellere sanctus ille vir dicit, non autem eos qui coram conviciantur. Is enim in quem maledicta conjiciuntur, vel præsens sese purgabit; vel se talem esse convictus, pudore afficietur. Potest item distingui obtrectatio clam edita ab accusatione coram judice facta. Etenim ipsa quoque in genere oblocutio dici potest; sed quæ clam non fiat. Fructus itaque sanctæ mentis fuerit malignos aversari; extremæ vero malitiæ argumentum contra fratrem obloqui; idque clam neque in conspectu, ne qui accusatur sese purgare valeat; ita ut qui coram nobis alii maledicit, ne quidem a nobis vellicandis coram aliis abstineat. Quamobrem hujusmodi hominem ut communem hostem repellere consentaneum fuerit; utpote qui illum olim in paradiso draconem imitetur, qui contra Deum obloquens, Evam seduxit. Nos autem nec maledicamus, nec maledicentibus aurem præbeamus. *Auditum*, inquit, *vanum ne excipias:* non ait, ne credas; sed, *ne excipias*. Ideo Propheta dicit, *Detrahentem persequebar;* neque ait: Non credebam ei, vel: Dicta ejus non admittebam; sed ut inimicum pellebam. Dic detrahenti: Si quempiam laudare vis, aures aperiam, ut unguenta excipiam; sin maledicere velis, verbis tuis aditum intercludam, neque enim fimum et lutum excipere sustinebo. Os frena detrahenti ad aures tuas, ne cum illo duplicis peccati reus evadas, cum et tu exitioso mori assuescas, et illum a susurris contra proximum non absterreas. Ne aurem tuam linguæ detrahentis præbeas, neque linguam tuam auribus vituperia amantis: dulcia loquare et audias de proximo, ne a charitate excidas, et a vita æterna alienus inveniare. Differunt autem inter se *condemnare*, *despicere* et *detrahere*. Nam *detrahere* est contra aliquem verba facere, verbi gratia dicere: Ille homo mentitus est, aut, in iram prorupit, aut mœchatus est, aut quid simile; is enim peccatum fratris sui ex animi motu revelavit. *Condemnare*, id est dicere: Talis homo mendax est, mœchus, iracundus; nam, ut vides, ipsum animi ejus affectum et usum damnavit, ac contra totam vitam ejus sententiam tulit, dicens eum illo modo affectum esse. Aliud quippe est dicere: In iram prorupit; aliud vero: Iracundus est. *Despicere* autem est quasi detestari proximum, et quasi odiosum illum exsecrari: quod etiam ipsa condemnatione perniciosius est.

Vers. 7. *Non habitabat in medio domus meæ qui faceret superbiam.* Superius quidem de amico superbo locutus est; hic autem de famulo loquitur, aitque: Neminem eorum qui superbe agerent domesticum mihi deligebam, neque concedebam ut apud me primas tenerent et fidenter agerent, quia scilicet is qui in medio domus est fiduciam et libertatem obtinet: nam hujusmodi homo in oculis domini versatur. Superbiam vero facere, est cum arrogantia se gerere. Dixerit item: Non habitabat in corde meo cogitatio superbiam suggerens. *Qui lo-*

quebatur iniqua, non dirigebat in conspectu oculorum meorum. Ut compendio dicam, omnem injustitiam aversabar, neque vel verborum tenus eam ferebam: nam qui loquebatur iniqua nihil promovebat, neque bene rem gerebat in conspectu meo, nec ea quæ in animo haberet perficiebat.

VERS. 8. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Hic exactam, stabilem et sobriam justitiæ rationem describit: nam ait, neque ira, neque ebrietas cædem mihi suggerebat: ira quippe etiamsi hesterna die me inflammabat; at diuturnitate noctis mitigata fuerat; ebrietas vero, licet gravis vespertinis horis adfuisset, somno tamen discussa fuerat. Pura itaque manu et mente contra eos qui in Deum peccaverant instructus et armatus eram, neque ex vino neque ex ira animo ac sententia decipiebar. Peccatores autem non solum per universam terram, sed eos etiam qui in ditione mea erant occidebam: neque simul omnes, sed modo illum, mox alium. Verum nemini puto non manifestum esse hæc ænigmatice dicta fuisse; neque enim ea est dicti sententia, me ineuntibus singulis diebus humano sanguine manus fœdasse meas: id enim præterquam quod detestandum esset, nullatenus credibile est. Quomodo enim singulis matutinis omnes peccatores terræ manu propria conficere potuisset? Neque enim unus omnes superare valuisset, cum, ut verisimile est, magna esset peccatorum multitudo: ac si eos in bello vicisset, uno in matutino omnes interfecisset, neque singulis matutinis ipsos propria manu interemisset. Quid itaque significet illud? Attentius et prudentius dicta intelligamus, ne prophetica oracula mendacii accusemus, quod nefas esset. Civitas Domini est humanæ structuræ compositio; peccatores autem terræ ii sunt de quibus Salvator ait, *Ab intus ex corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt, quæ coinquinant hominem* [11]. Hos autem peccatores ex terra ortos, id est, ex terrena carne prodeuntes, dum singulæ de Deo cogitationes exoriuntur, ex propria structura tollit qui sese purgat. Matutinum autem et diluculum in anima est, quoties salutaris dogmatis ortus accidit, quo omnes cogitationes, quæ operantur iniquitatem, de medio tolli oportet. Nisi enim primi animæ motus ad malitiam exscindantur, necessarium est cupidines ad opus procedere. Exempli causa, peccator terræ est cogitatio fornicationem suggerens, quæ efficit ut quis mulierem respiciat ad concupiscendum eam: hæc porro nisi in anima occidatur, ac ratione ceu gladio scindente et affectus tollente cædatur, idque in matutino efficiatur, scilicet cum primum illa palam deprehenditur (nam quidvis conspicuum lux est), post illam in corde fornicationem, ad gravius etiam peccatum illa hominem deducet; id est, ad

[11] Matth. xv, 19, 20.

A μως εἰπεῖν, πᾶσαν ἀδικίαν ἀπεστρεφόμην, οὐδὲ τὴν μέχρι λόγων ὑπομένων· ὁ γὰρ λαλῶν ἄδικα οὐδὲν ἤνυεν, οὐκ εὐωδοῦτο ἐνώπιόν μου, οὐ κατώρθου ἃ ἐσπούδαζεν.

Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως Κυρίου πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀδικίαν. Τὸ ἀκριβὲς καὶ ἀπλανὲς καὶ νηφάλιον τῆς δίκης παρίστησιν· ὅτι οὔτε θυμὸς, φησὶν, οὔτε μέθη τὴν ἀναίρεσιν ὑπετίθετο· ὁ μὲν γὰρ θυμὸς εἰ καὶ τῇ χθὲς ἡμέρᾳ παρώξυνεν, ἀλλὰ διὰ τοῦ μήκους τῆς νυκτὸς ἐμαλάσσετο· ἡ δὲ μέθη, κἂν ὀψίας πολλὴ προσεγένετο, διὰ τοῦ ὕπνου ἱκανῶς ἐλεπτύνετο. Καθαρᾷ οὖν B καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ κατὰ τῶν εἰς Θεὸν ἁμαρτανόντων ἐξωπλιζόμην, μήτε τῆς ἐξ οἴνου γνώμης, μήτε τῆς ἐκ θυμοῦ σφαλλούσης τὸν λογισμόν. Τοὺς δὲ ἁμαρτωλοὺς ἀπέκτεινον οὐχ ἁπλῶς ἁπάσης τῆς γῆς, ἀλλὰ τῆς ὑπ' ἐμέ· καὶ πάντας δὲ οὐχ ἅμα, ἀλλὰ νῦν μὲν τοῦτον, νῦν δὲ ἐκεῖνον. Μᾶλλον δὲ τοῦτο παντί που δῆλον, ὅτι ἐν αἰνίγματι κεκαλυμμένως εἴρηται· οὐ γὰρ ὅτι καθ' ἑκάστην ἀρχὴν τῆς ἡμέρας αἵματι ἀνθρώπων τὰς χεῖρας ἐμολυνόμην, οὐ τοῦτό φησιν ὁ λόγος· τοῦτο γὰρ πρὸς τῷ ἐναγεῖ ἔτι καὶ τὸ ἀπίθανον ἔχει. Πῶς γὰρ πάντων ἠδύνατο καθ' ἑκάστην πρωΐαν αὐτόχειρ γίνεσθαι τῶν ἁμαρτωλῶν τῆς γῆς; Οὐ γὰρ περιγίνεσθαι πάντων δυνατὸν ἕνα, πολλῶν τῶν ἐξαμαρτανόντων εἰς τὸ εἰκὸς ὄντων· καὶ εἰ πολέμῳ αὐτῶν κατεκράτησεν, ἐν μιᾷ ἂν ἀπέκτεινε C πρωΐᾳ τοὺς σύμπαντας, ἀλλ' οὐχὶ καθ' ἑκάστην πρωΐαν αὐτόχειρ αὐτῶν ἐγίνετο. Τί οὖν τοῦτό ἐστι; Συνετώτερον τῶν λεγομένων ἀκούσωμεν, ἵνα μὴ κατηγορήσωμεν ἐπὶ ψεύδει τῶν προφητικῶν λογίων, ὃ μὴ θέμις. Πόλις τοῦ Κυρίου ἡ σύστασίς ἐστι τῆς ἀνθρωπίνης κατασκευῆς· ἁμαρτωλοὶ δὲ γῆς, περὶ ὧν φησιν ὁ Σωτὴρ, ὅτι *Ἔσωθεν ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρχονται λογισμοὶ πονηροί. φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, κλοπαὶ, ψευδομαρτυρίαι, βλασφημίαι. Ταῦτά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον.* Τούτους δὴ τοὺς ἐκ τῆς γῆς ἁμαρτωλοὺς, τουτέστι τοὺς ἐκ τῆς γηΐνης σαρκὸς προϊόντας, καθ' ἑκάστην ἔννοιαν τὴν περὶ Θεοῦ ἐξαφανίζει ἐκ τῆς ἰδίας συστάσεως ὁ ἑαυτὸν ἐκκαθαίρων. Πρωΐα οὖν καὶ ὄρθρος ἐν ψυχῇ D καθ' ἑκάστην ἀνατολὴν σωτηρίου δόγματος γίνεται, ἐν ᾗ ἐξαφανίζεσθαι δεῖ πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν λογισμούς. Εἰ γὰρ μὴ τὰ πρῶτα πρὸς πονηρίας κινήματα τῆς ψυχῆς ἐκτμηθείη, ἀνάγκη εἰς ἔργον προχωρῆσαι τὰς ἐνθυμήσεις· οἷον γῆς ἁμαρτωλός ἐστιν ὁ τὴν μοιχείαν ὑποβάλλων λογισμὸς, ὅστις ἐνεργεῖ τὸ ἐμβλέψαι γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς· οὗτος ἐὰν μὴ ἀποκτανθῇ ἐκ τῆς ψυχῆς, οἱονεὶ ξίφει τινὶ τῷ τμητικῷ λόγῳ καὶ ἀφανιστικῷ τῶν παθῶν, καὶ τοῦτο γένηται ἐν πρωΐᾳ, τουτέστι κατὰ τὴν εἰς τὸ φανερὸν ἀποκάλυψιν (πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον φῶς ἐστι), μετὰ τὴν ἐν καρδίᾳ μοιχείαν, καὶ ἐπὶ τὴν μείζονα ταύτης ἁμαρτίαν προάξει τὸν ἄνθρωπον, πρὸς τὴν διὰ

Vers. 17 19. *Misericordia autem Domini ab æterno, et usque in æternum super timentes eum. Et justitia illius in filios filiorum, his qui servant testamentum ejus, et memores sunt mandatorum illius ad faciendum ea.* Huic simile illud: *Faciens misericordiam diligentibus me.* Nam misericordia Domini, et compar ejus justitia in omnem generationem extenditur in timentes eum, et in filios eorum, id est, in æmulatores gestorum ipsorum, in eos scilicet, qui non modo præceptorum ejus recordantur, sed sermonibus opera adjiciunt, et hoc modo vitam concinnant suam. Ea quippe dantur, non ut ipsorum nudam memoriam et notitiam servemus; sed ut memoria ad operandum utamur. Illud quoque Servator declarat his verbis: *Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me* [30]: nam observationi tantum, non memoriæ eorum, merces debetur; neque auditores, sed cultores legis justificabuntur. Pulchre autem lex Dei testamentum vocata est, ut qui eam observamus, hæreditatem inde speremus. Quod autem natura quidem nostra fluxa sit, divina vero clementia debitam progenitoribus justitiæ mercedem usque ad nepotes conservet, sexcenta hujusce rei testimonia reperias. Nam ob Abrahami, Isaaci et Jacobi justitiam, populum ex iis postea exortum vocatione et peculiari providentia dignatus est. Jehu autem usque ad quartam generationem regnum conservavit, etiamsi non omnino pietate præditus esset; quia in principio regni sui studium erga Deum exhibuerat. Mirabili vero Davidi inexstinctam custodivit generis scintillam, etsi impii multi inter ejus posteros exorti sint. *Dominus in cœlo paravit thronum suum, et regnum ipsius omnibus dominabitur.* Accurate dictum est, *omnibus dominabitur;* sed non, *omnibus dominatur*, quia non omnes digni sunt regno illius. Quamobrem iis qui evangelicam vitam exigunt, regnum cœlorum Salvator pollicitus est. Alio item intelligendi more omnibus dominatur, etiam iis qui regno cœlorum indigni sunt imperans; quatenus nempe omnium Dominus est.

Τὸ ἔλεος δὲ τοῦ Κυρίου ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν· καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν υἱῶν, τοῖς φυλάσσουσι τὴν διαθήκην αὐτοῦ, καὶ μεμνημένοις τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, τοῦ ποιῆσαι αὐτάς. Ὅμοιον καὶ τὸ, *Ποιῶν ἔλεος τοῖς ἀγαπῶσί με.* Παρατείνει γὰρ τὸ ἔλεος Κυρίου, καὶ ἡ σύζυγος B αὐτοῦ δικαιοσύνη, εἰς πᾶσαν τὴν γενεὰν ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, τουτέστι τοὺς τῶν ἔργων αὐτοῦ ζηλωτὰς, τοὺς οὐχ ἁπλῶς μεμνημένους τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπιτιθέντας τοῖς λόγοις τὰ ἔργα, καὶ κατὰ ταὐτὸ τὸν οἰκεῖον βίον ῥυθμίζοντας. Δίδονται γὰρ αὗται οὐχ ἐπὶ τῷ μνήμην αὐτῶν ψιλὴν καὶ γνῶσιν ἔχειν ἡμᾶς, ἀλλὰ μνήμην εἰς τὸ ποιῆσαι. Τοῦτο καὶ ὁ Σωτὴρ παρίστησιν εἰπών· *Ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου καὶ τηρῶν αὐτὰς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με·* τῆς γὰρ ποιήσεως ἀλλ' οὐ τῆς μνήμης αὐτῶν μόνης ὁ μισθός· καὶ οὐχ οἱ ἀκροαταὶ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. Καλῶς δὲ διαθήκη ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ προσηγόρευται, ἵνα κληρονομίαν ἐλπίζωμεν ἐξ αὐτῆς οἱ φυλάσσοντες. Ὅτι δὲ ἡ μὲν φύσις ἡμῶν ἐπίκηρος, C ἡ δὲ θεία φιλανθρωπία καὶ μέχρις ἐγγόνων διατηρεῖ τὴν τοῖς προγόνοις ὀφειλομένην τῆς δικαιοσύνης ἀντίδοσιν, μυρία ἂν εὕροις μαρτύρια. Διὰ γὰρ τὴν τοῦ Ἀβραὰμ δικαιοσύνην, καὶ τὴν τοῦ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, τὸν ἐξ αὐτῶν φύντα μετὰ ταῦτα λαὸν τῆς κλήσεως καὶ τῆς οἰκείας ἐπισκοπῆς κατηξίωσε· τῷ Ἰηοῦ μέχρι τετάρτης γενεᾶς τὴν βασιλείαν τετήρηκε, καίτοι μηδὲ τελείαν κτησαμένῳ εὐσέβειαν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς βασιλείας ἐπιδειξαμένῳ τὸν ζῆλον· τῷ θεσπεσίῳ Δαυΐδ, ἄσβεστον ἐτήρησε τὸν τοῦ γένους σπινθῆρα, καὶ ταῦτα πολλῶν δυσσεβῶν ἐν μέσῳ βεβλαστηκότων. *Κύριος ἐν τῷ οὐρανῷ ἡτοίμασε τὸν θρόνον αὐτοῦ, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ πάντων δεσπόσει.* Ἀκριβῶς δὲ τὸ *πάντων δεσπόσει*, εἴρηται, ἀλλ' οὐ, *πάντων δεσπόζει·* ἐπεὶ μὴ πάντες D ἄξιοι τυγχάνουσι τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Διὸ τοῖς τὸν εὐαγγελικὸν κατορθοῦσι βίον τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ὁ Σωτὴρ ἐπηγγείλατο. Δεσπόζει δὲ πάντων καθ' ἑτέραν ἐπίνοιαν καὶ τῶν ἀναξίων τῆς βασιλείας αὐτοῦ κρατῶν, οἷα δὴ πάντων Κύριος.

Vers. 20. *Benedicite Domino, omnes angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum ejus.* Superius quidem Spiritus divinus hominis animam ad gratiarum actionem et benedictionem Dei invitabat dicens, *Benedic, anima mea, Domino;* nunc autem, quia throni Dei et cœlestium mansionum, quas dignis Deus

Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ, τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς τῶν λόγων αὐτοῦ. Ἀνωτέρω μὲν τὸ θεῖον Πνεῦμα τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν ἐκάλει ἐπὶ τὴν εὐχαριστίαν καὶ τὴν εὐλογίαν τοῦ Θεοῦ, φάσκον· *Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον·* νῦν δὲ, ἐπειδὴ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ ἐμνημόνευσε,

[30] Joan. XIV, 21.

καὶ τῶν οὐρανίων διατριβῶν, ἃς τοῖς ἀξίοις ὁ Θεὸς ἡτοίμασε, σφόδρα ἀκολούθως ταῖς οὐρανίοις δυνάμεσι συγχαίρειν τῇ τῆς ψυχῆς σωτηρίᾳ παρακελεύεται, κατὰ τὸν σωτήριον λόγον φήσαντα χαρὰν ἔσεσθαι ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι· ἀλλὰ καὶ εἰς τέλος ἄγει τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν καὶ τὰς οὐρανίους δυνάμεις· τὸ γὰρ αὐτὸ τῆς εὐλογίας ἔργον καὶ ταύτῃ κἀκείνοις ἐπιτάττει. *Δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ, τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς τῶν λόγων αὐτοῦ.* Τὰ μὲν κατὰ σὲ, φησὶν, ὦ ψυχὴ, ἐξασθενεῖ πρὸς τὸ κατ' ἀξίαν ὑμνεῖν τὸν Θεόν· ἐκ μέρους δὲ ὅμως τοῦτο ποίει. Ἴσθι δὲ, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, δυνατοὶ ἰσχύϊ ὄντες, καὶ ἀδιαπτώτως τὸν λόγον αὐτοῦ ποιοῦντες, ἄξιοί τε ἀκούειν τῆς φωνῆς αὐτοῦ καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ, πρεπόντως καὶ κατ' ἀξίαν εὐλογοῦσιν αὐτόν. Εἰ δὲ καὶ ἐν ἀνθρώποις εἶέν τινες τὸν ἰσάγγελον βίον μετερχόμενοι, ἅτε τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου φοροῦντες, ἰσχύοντες δὲ καὶ αὐτοὶ ποιεῖν τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ δυνατοὶ τῆς φωνῆς αὐτοῦ ὑπακούειν, κατὰ τὸν φήσαντα· *Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με.* Καὶ οὗτοι, ἰσάγγελοι ὄντες, εὐλογείτωσαν αὐτόν. Μηδεὶς δὲ τῶν παραβαινόντων τὸν λόγον αὐτοῦ καὶ παρακουόντων τῆς φωνῆς αὐτοῦ, προπετέστερον τολμάτω τοῦτο ποιεῖν.

Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, λειτουργοὶ αὐτοῦ, ποιοῦντες τὰ θελήματα αὐτοῦ. Ὁ μὲν Δαυῒδ, ἐπειδήπερ εἰσὶ καὶ ἀντικείμεναι δυνάμεις, σφόδρα ἀναγκαίως ἐπιφέρει τό· *Λειτουργοὶ αὐτοῦ, ποιοῦντες τὰ θελήματα αὐτοῦ,* δεικνὺς τίνας βούλεται καὶ ὁποίας δυνάμεις εὐλογεῖν τὸν Θεόν· ὅτι μὴ πάσας, μηδὲ τὰς ἐναντίας, ἀλλὰ μόνος τὰς ἀξίας τὰς ἐν διαφόροις τάξεσι λειτουργούσας αὐτῷ, ἤτοι ποιούσας αὐτοῦ τὸ θέλημα. Λειτουργοὶ γάρ εἰσι Θεοῦ δυνάμεις ὑπερητοῦσαι αὐτῷ εἰς ἃ βούλεται ποιεῖν δι' αὐτῶν ἐπ' εὐεργεσίᾳ καὶ ὠφελείᾳ παντός· διὸ καὶ ποιεῖν τὰ θελήματα αὐτοῦ εἴρηνται. *Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ. Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον.* Ἡ τῆς ἀκολουθίας διάνοια τοῦτον ἔοικεν ὑποβάλλειν τὸν νοῦν· Εἰ μὲν ἀγγέλων ἦν, φησὶ, μόνον, καὶ θείων δυνάμεων καὶ οὐρανίων λειτουργῶν Θεοῦ τὸ εὐλογεῖν αὐτὸν, καλῶς ἂν εἶχες, ὦ ψυχὴ, ὑποστέλλεσθαι ἑαυτὴν, τοῖς κρείττοσι παραχωροῦσα τὴν εὐλογίαν· ἐπειδὴ δὲ ὁ θεῖος λόγος πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ εὐλογεῖν τὸν Κύριον προστάττει· προσήκει γὰρ πᾶσαν τὴν κτίσιν κατὰ τὴν αὐτῆς δύναμιν τὸν πρέποντα ὕμνον ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ· τί μέλλεις, ὦ ψυχή; Οὐχὶ καὶ αὐτὴ, ἅτε ἔργον οὐκ εὐκαταφρόνητον οὖσα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ πεποιημένη, ἀνεγείρῃ σεαυτὴν ἐπὶ τὴν θεολογίαν καὶ εὐλογίαν τοῦ Θεοῦ; Ἐπειδὴ ἡ δεσποτεία αὐτοῦ, κατὰ τὸ εἰρημένον, πάντων δεσπόζει, οὐρανίων, ἐπιγείων, καταχθονίων, ἀκολούθως πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ, ὡς ἂν ὑπὸ τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν ὄντα, τὰ σύμπαντα γὰρ, φησὶ, δοῦλα σὰ, ὡς ποιήματα, εὐλογείτω αὐτόν. Καὶ πῶς εὐλογοῦσι τὰ ἄλογα καὶ τὰ ἄψυχα; Ὡς οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, πάντως ἀντὶ φωνῆς χρώμενα τῇ ὄψει εἰς

A præparavit, mentionem fecit, admodum congruenter cœlestes virtutes jubet animæ saluti congaudere, secundum hoc Salvatoris dictum, scilicet, gaudium fore in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente [21]: sed etiam cum hominis animam, tum cœlestes virtutes in finem agit: idem enim benedicendi munus tam illi, quam istis præscribit. *Potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.* Quod ad te spectat, o anima, imbecilla infirmaque es ad Deum pro dignitate celebrandum: attamen id ex parte exsequaris. Scito autem angelos ejus, cum potentes virtute sint, et indesinenter verbum Dei faciant, dignique sint qui vocem et sermonem ejus audiant, decenter ac condigne ipsi benedicere. Quod si qui-
B dam inter homines sint qui vitam angelicæ parem ineunt, utpote qui imaginem cœlestis circumferant, ac ipsi quoque verbum ejus exsequi et vocem audire valeant, secundum eum qui dicit, *Omnia possum in eo qui me confortat* [22]; hi quoque angelis pares cum sint, benedicant ei. Nemo autem eorum, qui verbum ejus transgrediuntur ac voci ejus non obtemperant, temere hoc agere præsumat.

VERS. 21, 22. *Benedicite Domino, omnes virtutes ejus, ministri ejus, qui facitis voluntates ejus.* Quoniam adversariæ quoque virtutes sunt, ideo David necessario illud adjicit, *ministri ejus, qui facitis voluntates ejus:* declarans quas et cujusmodi vir-
C tutes Deo benedicere velit: non omnes quippe, neque adversarias; sed solum eas quæ dignæ sunt, et variis ordinibus ipsi ministrant, sive quæ faciunt voluntatem ejus. Nam ministri Dei sunt virtutes ipsi ad quælibet munera pro beneficio et utilitate universi ministrantes: quare voluntates ejus exsequi dicuntur. *Benedicite Domino, omnia opera ejus, in omni loco dominationis ejus. Benedic, anima mea, Domino.* Hæc seriei mens et sententia videtur esse: Si angelorum, inquit, solummodo, divinarum virtutum, cœlestiumque Dei ministrorum officium esset ipsi benedicere, recte posses, o anima, te continere, ac te melioribus benedictionem cedere; quia vero divinus sermo cunctis ejus operibus præcipit ut Domino benedicant; par est enim omnem crea-
D turam pro facultate, congruentem Deo hymnum emittere, quid cunctaris, o anima? Nunquid etiam ipsa, utpote opus Dei non spernendum, sed ad imaginem ejus factum, temetipsam excitas ad divinas laudes et ad benedicendum Deo? Quoniam dominatio ejus, ut dictum est, omnibus imperat cœlestibus, terrestribus et infernis; ideo omnia opera ejus, utpote ipsius dominationi subdita, ipsi benedicant. Nam omnia, inquit, tibi subdita, utpote opificia tua, benedicere tibi debent. Et quomodo benedicant irrationabilia et inanimata? Quo modo cœli enarrant gloriam Dei, qui sane conspectu suo ceu voce, ad exhibendam Dei virtutem utuntur: unde

[21] Luc. XV, 7. [22] Philipp. IV, 13.

ego laudandi occasionem accipio, et ad Creatorem celebrandum provocor. Et alias solent plerumque prophetæ etiam irrationabilem naturam ad Dei laudes efferendas assumere, quasi rationabilis non sufficiat, uti revera pueri in camino fecerunt. Cæterum omnibus in locis canere Judæis non convenit. Illi quippe ab iis qui se in captivitatem abduxerant, in Babylone ex canticis Sion cantare jussi, dixerunt, et quidem secundum legem agentes : *Quomodo cantabo canticum Domini in terra aliena* [33] ? Nobis autem divinus Apostolus præcipit ut in omni loco orantes elevemus sanctas manus [34]. Idipsum Dominus Christus Samaritanæ dixit, localem adorationem de medio tollens, cultumque docens in Spiritu et veritate exhibendum [35].

PSALMUS CIII.

VERS. 1, 2. *Benedic, anima, Domino : Domine Deus meus, magnificatus es vehementer : confessionem et decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento.* A creaturarum magnitudine, providentia et varietate docetur anima gaudere ac fiduciam sumere : ita ut in eo glorietur, ac Dominum Deumque suum magnum tantarum rerum opificem ascribat, eumque sibi proprium prædicet cum affectu dicens, *Domine Deus meus. Confessionem et decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento.* Quemadmodum is qui sensibili vestimento induitur, undique tegitur; sic quod Dei lumen sustineri nequeat, incomprehensibilem esse illius substantiam declarat. Sed quid ais, o David? Evangelista ait : *Ipse est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* [36]. Paulus vero dicit, ipsum lucem inhabitare inaccessibilem, et tu ais ipsum lumine indui sicut vestimento? Viden' neque prophetam, neque evangelistam, neque apostolum posse eam claritatem complecti; sed a nominibus apud nos usitatis paulatim ascendentes, obscuram quamdam ineffabilis illius gloriæ cognitionem afferre? Quia enim ignorant quæ sit illa substantia, a rebus apud nos conspicuis pro facultate illam complecti conantur.

VERS. 3, 4. *Extendens cœlum sicut pellem, qui tegit aquis superiora ejus : qui ponit nubes ascensum suum, qui ambulat super pennas ventorum. Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem.* Hinc, ut par est, seraphim Græce explicantur, incendentes ac comburentes. Et vox seraphim incendium significare declaratur. Quare de angelica virtute dicitur : *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem.*

VERS. 5-13. *Qui fundat terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi. Abyssus sicut vestimentum amictus ejus, super montes stabunt aquæ. Ab increpatione tua fugient, a voce toni-*

A ἔμφασιν τῆς θείας δυνάμεως· παρ' ὧν ἐγὼ λαμβάνω τοῦ ὑμνεῖν τὰς ἀφορμὰς, καὶ κινοῦμαι πρὸς εὐφημίαν τοῦ κτίσαντος. Ἄλλως τε εἰώθασιν οἱ προφῆται καὶ τὴν ἄλογον φύσιν πολλάκις παραλαμβάνειν εἰς εὐφημίαν τοῦ Θεοῦ, ὡς οὐκ ἀποχρώσης τῆς λογικῆς, καθάπερ ἀμέλει καὶ οἱ παῖδες ἐν τῇ καμίνῳ. Πλὴν τὸ ἐν παντὶ τόπῳ ᾄδειν οὐχ ἁρμόττει τοῖς Ἰουδαίοις. Ἐκεῖνοι γὰρ, ὑπὸ τῶν ἀνδραποδισάντων ᾆσαι προσταχθέντες ἐκ τῶν ᾠδῶν Σιὼν ἐν Βαβυλῶνι, ἔφασαν, ἔννομον δρῶντες· *Πῶς ᾄσομαι τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας.* Ἡμῖν δὲ ὁ θεῖος Ἀπόστολος παρεγγυᾷ ἐν παντὶ τόπῳ προσευχομένοις αἴρειν ὁσίους χεῖρας. Τοῦτο καὶ ὁ δεσπότης Χριστὸς πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν ἔφη, τὴν τοπικὴν ἀναιρῶν προσκύνησιν, τὴν δὲ ἐν Πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ διδάσκων λατρείαν.

B

ΨΑΛΜΟΣ ΡΓ'

Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον· Κύριε ὁ Θεός μου, ἐμεγαλύνθης σφόδρα· ἐξομολόγησιν καὶ εὐπρέπειαν ἐνεδύσω, ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον. Διὰ τῆς τῶν κτισμάτων μεγαλουργίας καὶ προνοίας καὶ ποικιλότητος χαίρειν δὴ ἐν ταὐτῷ καὶ θάρσος ἀναλαμβάνειν διδάσκεται ἡ ψυχὴ, διὰ τοῦ σεμνύνεσθαι, καὶ Κύριον ἑαυτῆς καὶ Θεὸν τῶν τοσούτων μεγαλουργὸν ἐπιγράφεσθαι, καὶ ἰδιοποιεῖσθαι αὐτὸν ἐν τῷ λέγειν· *Ὁ Θεός μου*, μετὰ διαθέσεως, *ἐξομολόγησιν καὶ εὐπρέπειαν ἐνεδύσω, ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον.* Ὡς ὁ ἀναβαλλόμενος αἰσθητὸν ἱμάτιον πάντοθεν καλύπτεται, οὕτω τὸ μὴ δύνασθαι διασχεῖν τὸ περὶ τὸν Θεὸν φῶς, ἀκατάλη-
C πτον αὐτοῦ τὴν οὐσίαν παρίστησιν. Ἀλλὰ τί φῇς, ὦ Δαυΐδ; Ὁ εὐαγγελιστής φησιν· *Ὅτι αὐτός ἐστι φῶς ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.* Ὁ δὲ Παῦλος, ὅτι φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, σὺ περιβεβλῆσθαι τὸ φῶς αὐτὸν φῇς ὡς ἱμάτιον; Ὁρᾷς, ὅτι, κἂν προφήτης ᾖ τις, κἂν εὐαγγελιστὴς, κἂν ἀπόστολος, οὐ δύναται περιδράξασθαι τῆς σαφηνείας, ἀλλ' ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν ὀνομάτων ἀναβαίνοντες κατὰ μικρὸν ἀμυδράν τινα παριστῶσιν ἔννοιαν τῆς ἀῤῥήτου δόξης ἐκείνης. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸ τί ποτέ ἐστι τὴν οὐσίαν οὐκ ἴσασιν, ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν λαμπρῶν φιλονεικοῦσιν ἐπιλαβέσθαι αὐτῆς ὡς οἷόν τε.

Ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέῤῥιν, ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ, ὁ τιθεὶς νέφη τὴν ἐπί-
D *βασιν αὐτοῦ, ὁ περιπατῶν ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων, ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον.* Ἐντεῦθεν εἰκότως ἑρμηνευόμενα τὰ σεραφὶμ, εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἐμπιπρῶντες ἢ ἐμπρησταὶ σημαίνουσι. Καὶ τὸ, σεραφὶμ τὸν ἐμπρησμὸν δηλοῦν λέγεται. Διὸ περὶ τῆς ἀγγελικῆς δυνάμεως εἴρηται· *Ὁ ποιῶν ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον.*

Ὁ θεμελιῶν τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς οὐ κλιθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ἄβυσσος ὡς ἱμάτιον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ, ἐπὶ τῶν ὀρέων στήσονται ὕδατα. Ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου

[33] Psal. CXXXVI, 4. [34] I Tim. II, 8 [35] Joan. IV, 24. [36] Joan. I, 9.

φεύξονται, ἀπὸ φωνῆς βροντῆς σου δειλιάσουσιν. Ἀναβαίνουσιν ὄρη, καὶ καταβαίνουσι πεδία εἰς τόπον ὃν ἐθεμελίωσας αὐτοῖς. Ὅριον ἔθου, ὃ οὐ παρελεύσονται, οὐδὲ ἐπιστρέψουσι καλύψαι τὴν γῆν. Ὁ ἐξαποστέλλων πηγὰς ἐν φάραγξιν, ἀνὰ μέσον τῶν ὀρέων διελεύσονται ὕδατα. Ποτιοῦσι πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, προσδέξονται ὄναγροι εἰς δίψαν αὐτῶν. Ἐπ' αὐτὰ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσει, ἐκ μέσου τῶν πετρῶν δώσουσι φωνήν. Ποτίζων ὄρη ἐκ τῶν ὑπερῴων αὐτοῦ. Ἐπεὶ καὶ ἀρχόμενος ἔλεγεν· *Ὁ στεγάζων ἐν ὕδατι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ·* νῦν φησι· *Ποτίζων ὄρη ἐκ τῶν ὑπερῴων σου·* εἰ μή τῳ φίλον ὑπερῷα τοῦ Θεοῦ ὡς παρ' αὐτοῦ πεποιημένα τὸν ἀέρα νοεῖν, τοῖς νέφεσι περιβαλλόμενον. Ποτίζει τοιγαροῦν ὁ Θεὸς τὰ ὄρη καὶ τὰ ἐν τούτοις πεδία τήν τε λοιπὴν σύμπασαν γῆν οὐκ ἀπὸ τῶν ταῖς φάραγξι πηγῶν, οὐδ' ἀπὸ τῶν φερομένων κατὰ γῆς ποταμῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑπερῴων αὐτοῦ ἄνωθεν ἀφ' ὕψους τοὺς αὐτάρκεις καὶ μεμετρημένους ἐπιχορηγῶν ὑετούς. Ὑπερῷα δὲ Θεοῦ τὸν ἀέρα καλεῖ, καθάπερ ἐπὶ μιᾶς οἰκίας τοῦ παντὸς κόσμου. Ὄρη μέν εἰσιν οἱ πνευματοφόροι ἄνδρες· ποτίζονται δὲ ἐκ τῶν ὑπερῴων αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, πληρούμενοι τῶν τοῦ Πνεύματος χαρισμάτων, λόγου σοφίας καὶ τῶν ἑξῆς ἀπηριθμημένων. Ὑπερῷα δὲ Θεοῦ, ἀφ' ὧν τὰ ὄρη ποτίζει, ἀκραιφνεῖς καὶ ὑπερβάλλουσαι θεωρίαι τῆς ἀληθείας τυγχάνουσι, ὑπερῷα καλούμεναι, τῷ μηδὲν αὐτὰς ὑπεραναβεβηκέναι. *Ἀπὸ καρποῦ τῶν ἔργων σου χορτασθήσεται ἡ γῆ.* Αὐτὸς γὰρ εἶπε· *Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐκ τῶν Ἰησοῦ κατὰ τὴν οἰκονομίαν ἔργων, πολὺν καρπὸν ἐχόντων, ἅπασα ἡ γῆ χορτάζεται, μεταλαμβάνουσα τῶν οὕτω παραδόξως ὑπὸ Ἰησοῦ γεγενημένων· οὗτος γὰρ καρπὸς τῶν ἔργων αὐτοῦ τυγχάνει. Καὶ ὁ λόγος δὲ ὁ περὶ τῶν ἔργων τῆς δημιουργίας καὶ προνοίας αὐτοῦ νοηθείς, οἷα καρπὸς ἔργων Θεοῦ τυγχάνων, χορτάσει τὴν γῆν· φημὶ δὴ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς διατρίβοντας ἀνθρώπους.

Ὁ ἐξανατέλλων χόρτον τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων, τοῦ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς· καὶ οἶνος εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶπεν, ὅτι ἀπὸ τοῦ ὑετοῦ κτᾶται πλησμονὴν ἡ γῆ, τοῦ Θεοῦ ἐργαζομένου τὴν ἐκ θαλάσσης τῶν ὑδάτων ἀναγωγήν. Εἶτα τὴν ἐντεῦθεν ὑποδείκνυσιν ὠφέλειαν, ὅτι πιανθεῖσα ἐκ τῆς τῶν ὑδάτων χορηγίας ἡ γῆ, ἐξανατέλλει τοῖς ἀπ' αὐτῆς ἅπασι τὰς προσφόρους τροφάς· ἀνθρώπῳ μὲν εὐγενεῖ ζώῳ, καὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τετιμημένῳ, ἐξαίρετον καὶ ἀφωρισμένην τροφήν, ἄρτον, καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον· ἄρτον μὲν ἐπὶ τῷ στηρίζεσθαι καὶ δυναμοῦσθαι τὴν καρδίαν, οἶνον δὲ ἐπὶ τῷ κατευφραίνεσθαι τὴν ψυχήν, ἔλαιον δὲ ἐπὶ τῷ φαιδρύνεσθαι τὸ σῶμα, καὶ ἀπαλύνεσθαι θεραπευόμενον ἐκ τῆς ἐπιπόνου σκληραγωγίας. Οὕτως αὐτῷ πλουσίαν καὶ ἐκ πλειόνων τράπεζαν εἰς ἀπόλαυσιν οἷα πατὴρ ὁ Θεὸς ἐδωρήσατο. Οὐ μὴν καὶ τῆς τῶν λοιπῶν ζώων κατωλιγώρησεν ἐπιμελείας· φροντίζων δὲ καὶ τῆς τούτων διαμονῆς τὴν ἁρμόζουσαν

trui tui formidabunt. Ascendunt montes et descendunt campi in locum quem fundasti eis. Terminum posuisti, quem non transgredientur, neque convertentur operire terram. Qui emittis fontes in convallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ. Potabunt omnes bestiæ agri, exspectabunt onagri in siti sua. Super ea volucres cœli habitabunt, de medio petrarum dabunt vocem. Rigans montes de superioribus suis. Quia prius dixerat, *Qui tegis aqua superiora ejus;* hic ait, *Rigans montes de superioribus tuis.* Nisi malit quis superiora Dei, quasi ab eo constructa aerem nubibus amictum intelligere. Deus itaque montes et campos qui in eis sunt, et universam reliquam terram rigat, non ex fontibus convallium, neque ex fluminibus quæ per terram defluunt, sed de superioribus suis pluvias ex alto sufficientes ac moderatas subministrans. Superiora autem Dei vocat aerem, de toto mundo quasi de domo quadam verba faciens. Montes quidem sunt spirituales viri : hi autem irrigantur de superioribus ipsius Dei, Spiritus sancti donis repleti, videlicet sermone sapientiæ, cæterisque recensitis. Superiora vero Dei, de quibus montes irrigat, sunt sublimes ac eximiæ veritatis contemplationes, quæ superiora vocantur, quod nihil illas transcendat. *De fructu operum tuorum satiabitur terra.* Ipse namque dixit, *Germinet terra herbam feni et lignum fructiferum faciens fructum* [37], et reliqua. Ex Jesu operibus per œconomiam editis, quæ multis fructibus instructa sunt, universa terra satiatur, particeps eorum quæ a Jesu adeo mirabiliter perpetrata sunt : hic enim fructus operum ejus est. Et quidem sermo de operibus creationis et providentiæ ipsius, ceu fructus operum Dei esse intellectus, terram satiabit; nempe homines in terra versantes.

VERS. 14, 15. *Producens fenum jumentis et herbam servituti hominum, ut educas panem de terra; et vinum lætificat cor hominis*, et cætera. Ait a pluvia satietatem terræ parari, Deo aquas ex mari reducente. Deinde indicat utilitatem hinc promanantem, quia aquarum irrigatione impinguata, cunctis incolis suis congruentem cibum profert; homini quidem nobili animali, et apud Deum in honore habito, eximium ac selectum cibum, panem, vinum, et oleum; panem quidem quo cor fulciatur et roboretur, vinum quo anima lætificetur, oleum quo corpus exhilaretur atque a laboriosa defatigatione curetur. Sic autem illi opimam et variis instructam mensam ad usum ceu pater paravit Deus. Neque tamen cæterorum animalium curam neglexit; sed de eorum quoque conservatione sollicitus, congruentem ipsis escam subministravit, fenum quidem jumentis, servituti autem hominum, herbam producens. Accuratissime vero propheta animalium distinctionem

[37] Gen. I, 11.

fecit; jumenta quidem generatim appellans omne A animal herba vescens; servitutem vero hominum, mansueta et quodammodo civilia animalia ad hominum usum deputata, quorum alia quidem terram arant hominique opem ferunt, ut bos; alia gestant onera, ut asinus; alia demum aliud mortali generi ministerium præstant : quæ proprie et opportune servitutem hominum vocavit, quibus herbam datam esse ait, scilicet ab hominibus seminatam et cultam; cæteris vero jumentis sponte natum fenum. Possunt autem utraque simul, herba videlicet et fenum, et jumentis et servituti hominum data fuisse. Neque feras hic neque reptilia memoravit, quia hæc alio utuntur cibo; alia enim carnivora sunt; reptilia autem ipsa terra vescuntur.

καὶ τούτοις ἀπένειμε τροφήν· χόρτον μὲν τοῖς κτήνεσι, τῇ δὲ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων χλόην ἐξανατείλας. Σφόδρα δὲ ἀκριβῶς ὁ προφήτης τὴν τῶν ζώων πεποίηται διαίρεσιν· κτήνη μὲν γενικῶς πᾶν τὸ ποηφάγον ζῶον, δουλείαν δὲ ἀνθρώπων τὰ ἥμερα καὶ ὥσπερ πολιτικὰ ζῶα τὰ εἰς ὑπηρεσίαν ἀνθρώπων ἀφωρισμένα, ὧν τὰ μὲν ἀροῖ τὴν γῆν συνεργοῦντα ἀνθρώπῳ, ὡς βοῦς· τὰ δὲ ἀχθοφορεῖ, ὡς ὄνος· τὰ δὲ ἄλλην τινὰ χρῆσιν τῷ θνητῷ γένει παρέχεται· ἃ οἰκείως καὶ προσφυῶς δουλείαν ἀνθρώπων ὠνόμασεν, οἷς τὴν χλόην δεδόσθαι φησὶ, τουτέστι τὴν ὑπ' ἀνθρώπων σπαρεῖσαν καὶ γεωργηθεῖσαν· τοῖς δὲ ἄλλοις κτήνεσι, τὸν αὐτομάτως βλαστῶντα χόρτον. Δύναται δὲ καὶ ἀμφότερα ἥ τε χλόη καὶ ὁ χόρτος, ὁμοῦ καὶ τοῖς κτήνεσι καὶ τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων δεδόσθαι. Οὔτε δὲ θηρίων ἐν τούτοις, οὔτε ἑρπετῶν ἐμνημόνευσε, διὰ τὸ ἑτέρᾳ κεχρῆσθαι ταῦτα τροφῇ· τὰ μὲν γάρ ἐστι σαρκοβόρα· τὰ δὲ ἑρπετὰ, αὐτῇ τῇ γῇ κέχρηται τροφῇ.

B Animadverte porro sermonem hunc circuitione uti, ac manifestiora quidem leviter tangere, iis vero insistere quibus multi contradicunt, neque abstinere ab irrationabilibus, nec ab usu ministerioque eorum. Id vero duplici de causa agit; alia est, ut ex abundanti impudentiam illorum refrenet, qui dicunt aliquid in mundo supervacaneum et inutile exsistere; alia vero, ut ostendat quanta sit Deo de hominibus sollicitudo, quando de iis quæ eorum causa condita sunt tantam habet rationem. Quid huic curæ par esse possit, quandoquidem ea quæ nobis serviunt ita nutrit, nec patitur ut in omnibus gravemur? Neque enim hominem deservit, nec laboribus ipsum gravat, vario illum salutis genere donans. Hic juvat eum, qui congeneres nostros servitute opprimit, sic alloqui : una hominum servitus C sunt irrationabilia, tu vero hæc despicis : quare naturam a servitute et dominatione scindens, id effecisti, ut sibi ipsa serviret et dominaretur. Eum qui ad similitudinem Dei factus est, quis vendidit, quis emit, cum id solus Deus possit efficere; imo vero nec ipse Deus, nam dona ejus sunt sine pœnitentia? Quod si Deus id quod liberum est non redigit in servitutem, quis potentiam suam potentiæ Dei præponat? Cæterum sat oneris imponitur iis, qui liberi sunt, quod serviant, tantaque in pulvere sit differentia, ut alius imperet, aliis imperetur. At neque jugum, neque supplicium primo peccato nostro destinatum, aggravandum est. Producit autem in his supernaturalibus altissimisque D sermonibus suis, qui montes sunt, fenum : quem cibum irrationabiliores ferre valeant. Est autem fenum in hisce montibus positum, sermo de sensibilibus et littera Scripturæ; imo etiam sermo moralis, quem multitudo quoque percipere valebit, dicentibus singulis, *Dominus pascit me, et nihil mihi deerit : in loco pascuæ ibi me collocavit, super aquam refectionis educavit me*[38]. Qui autem hujusmodi statum transcenderunt cum non in servitute hominum versentur, sed homines facti sint, singuli ite-

Ὅρα δὲ κύκλῳ περιϊόντα τὸν λόγον καὶ τὰ σαφέστερα παρατρέχοντα, ἐμφιλοχωροῦντα δὲ τοῖς παρὰ τῶν πολλῶν ἀντιλεγομένοις, καὶ τῶν ἀλόγων οὐκ ἀφιστάμενον, καὶ τῆς χρείας αὐτῶν καὶ τῆς ὑπηρεσίας. Ποιεῖ δὲ τοῦτο διὰ δύο ταῦτα· δι' ἓν μὲν, ἵνα ἐκ περιουσίας ἐπιστομίσῃ τὴν ἀναισχυντίαν τῶν λεγόντων εἶναί τι περιττὸν ἐν τῷ κόσμῳ καὶ ἄχρηστον· δι' ἕτερον δὲ, ἵνα δείξῃ ὅση τῷ Θεῷ τῶν ἀνθρώπων ἡ κηδεμονία, ὅπου γε τῶν δι' ἐκείνους γενομένων τοσοῦτον ποιεῖται λόγον. Τί ταύτης ἴσον γένοιτ' ἂν τῆς κηδεμονίας, ὅταν καὶ τὰ δουλεύοντα ἡμῖν οὕτω τρέφῃ, καὶ μὴ συγχωρῇ πονεῖσθαι περὶ πάντα; Οὔτε γὰρ εἴασε τὸν ἄνθρωπον, οὔτε βαρύνει τοῖς πόνοις αὐτὸν, ποικίλλων αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν. Ἐνταῦθα καλὸν εἰπεῖν πρὸς τὸν τοὺς ὁμογενεῖς καταδουλούμενον· μία δουλεία τῶν ἀνθρώπων τὰ ἄλογα· σὺ δὲ ταῦτα ὀλιγωρεῖς· διὸ τὴν φύσιν δουλείας καὶ κυριότητος σχίσας αὐτὴν ἑαυτῇ δουλεύειν καὶ ἑαυτῇ κυριεύειν ἐποίησας. Τὸν καθ' ὁμοιότητα Θεοῦ ὄντα καὶ πάσης γῆς ἄρχοντα τίς ὁ ἀπεμπολῶν; τίς ὁ ὠνούμενος; μόνου Θεοῦ τὸ δυνηθῆναι τοῦτο, μᾶλλον δὲ οὐδὲ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ· ἀμεταμέλητα γὰρ αὐτοῦ τὰ χαρίσματα. Εἰ δὲ ὁ Θεὸς οὐ δουλοῖ τὸ ἐλεύθερον, τίς ὁ ὑπερτιθεὶς τοῦ Θεοῦ τὴν ἑαυτοῦ δυναστείαν; Πλὴν ἀρκεῖ δουλεύειν τοῖς ἐλευθέροις, καὶ τοσοῦτον εἶναι τὸ διάφορον, ὥστε τοῦ αὐτοῦ χοὸς τὸ μὲν κρατεῖν, τὸ δὲ ἄρχεσθαι. Μὴ βαρυνέσθω δὲ ὁ ζυγὸς, μηδὲ τῆς πρώτης ἡμῶν ἁμαρτίας τὸ ἐπιτίμιον. Ἐξανατέλλει δὲ ἐν τούτοις ὑπερφυέσι καὶ ὑψηλοτάτοις λόγοις αὐτοῦ ὄρεσιν οὖσι χόρτον· ὃν φέρεσθαι τροφὴν οἷοί τέ εἰσιν οἱ ἀλογώτεροι. Ἔστι δὲ ὁ ἐν τούτοις τοῖς ὄρεσι χόρτος ὁ περὶ τῶν αἰσθητῶν λόγος καὶ τὸ γράμμα τῆς Γραφῆς· ἀλλὰ καὶ ὁ ἠθικώτερος, οὗ μεταλαβεῖν καὶ οἱ πολλοὶ δυνήσονται, ἑκάστου τῶν τοιούτων λέγοντος· *Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει· εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν· ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με.* Ὑπερβάντες δέ ποτε τὴν τοιαύτην κατάστασιν, οὐκέτι ἐν δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων ὄντες, ἀλλ' ἄνθρωποι γεγενημένοι, ἐροῦσι πάλιν ἕκαστος· *Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν ἐξεναντίας τῶν θλι-*

[38] Psal. XXII, 1, 2.

θόντων με· ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου, A *καὶ τὸ ποτήριόν μου μεθύσκον ὡς κράτιστον. Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξεταί με πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, καὶ τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου εἰς μακρότητα ἡμερῶν.*

Τοῦ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς, καὶ οἶνος εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου· τοῦ ἱλαρῦναι πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ, καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει. Ἄξιον ἐνταῦθα ζητῆσαι τίνος χάριν εἰπὼν ὁ Δαυῒδ, ὁ ἐξανατέλλων χόρτον τοῖς κτήνεσιν, ἐπήγαγε· *Τοῦ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς,* ἀπὸ τοῦ σίτου δηλαδὴ κατασκευαζόμενον. Τί ποτέ ἐστιν ὅπερ αἰνίξασθαι βούλεται; Ὅτι τὸ αὐτὸ σπέρμα κοινὴ γίνεται ἐδωδὴ καὶ ἀλόγοις καὶ ἀνθρώποις, οὐ κατὰ τὸ αὐτό. Καὶ τοῦτο δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας. Σκόπει B δέ· Καταβάλλεται σῖτος, τέως μὲν ἀνθρώπων ἐστὶ τροφὴ μόνον· ἐπειδὰν δὲ βλαστάνῃ, ἄνεισι καὶ τὴν τῶν ἀλόγων ἔχων τροφήν. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸ τὸ εἶναι δι' ἡμᾶς ἔλαβε τὰ ζῶα, οὕτω καὶ ἡ τροφὴ αὐτῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας τροφῆς ἔχει τὴν ἀρχήν. Ἡ γὰρ χλόη διὰ τοῦτο προηγουμένως γέγονεν, ἵνα τὸν σῖτον διατηρῇ. Εἶδες οὖν τὰ ἄλογα οὐ μόνον ἡμῖν δουλεύοντα, ἀλλὰ καὶ τὴν τροφὴν τῶν ἀλόγων τῇ ἡμετέρᾳ τροφῇ ὑπηρετουμένην, καὶ τῇ τάξει πάλιν τὸ αὐτὸ τοῦτο μιμουμένην. Ὥσπερ γὰρ πρότερον ἄλογα, καὶ τότε ἄνθρωπος, ἐπειδὴ διὰ τὸν ἄνθρωπον τὰ ἄλογα· οὕτω καὶ πρῶτον χλόη, καὶ τότε σῖτος ἐν τῇ βλάστῃ, ἐπειδὴ διὰ τὸν σῖτον ἡ χλόη. *Καὶ οἶνος εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου.* Οὐ πᾶς, ἡ μόνος ὁ τὴν γένεσιν ἔχων ἐκ C τοῦ εἰπόντος· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή.* Ἀλλ' ἐπεὶ τὰ αἰσθητὰ πάντα γῆ διὰ τὸ ὑλικὸν ὀνομάζεται, εἰς τοῦτον δὲ λαβεῖν ἐστι λόγον ἀναβιβάζοντα διά τινος ἀναλογίας ἐπὶ τὰ νοητά· καὶ οὗτος ὁ λόγος ἄρτος ἐστὶν ἐκ τῆς γῆς ἐξαγόμενος, ἐπὶ τὸ τρέφειν τὸν ἔνδον καὶ ἐν κρυπτῷ ἄνθρωπον, καὶ ἀπὸ τῶν σωματικῶν δὲ τῆς γραφῆς διηγημάτων διὰ τὸ ἱστορικὸν γῇ εἰρημένον. Ἄρτος ἐξαγόμενος ὁ μυστικός ἐστι λόγος. *Τοῦ ἐξιλαρῦναι πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ, καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει.* Ἱλαρύνεται δὲ καὶ φαιδρύνεται τὸ πρόσωπον τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ἐλαίῳ τῷ θρεπτικῷ τοῦ θείου φωτὸς, καὶ λύοντι τὰς νόσους καὶ τοὺς πόνους τῆς ψυχῆς, ἐπινοίᾳ μόνῃ διαφέρον τοῦ ἀποδοθέντος οἴνου. Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ λόγος ὥσπερ ἄμπελος, οὕτω καὶ ἐλαία ἐστίν· *Ἐγὼ,* D *φησὶν, ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ.* Ἡ γὰρ αὐτοῦ διδασκαλία κατὰ διάφορον σχέσιν οἶνός τε καὶ ἔλαιόν ἐστι καὶ ἄρτος.

Χορτασθήσεται τὰ ξύλα τοῦ πεδίου, αἱ κέδροι τοῦ Λιβάνου ἃς ἐφύτευσας· ἐκεῖ στρουθία ἐννοσσεύσουσι. Τοῦ ἐρωδιοῦ ἡ οἰκία ἡγεῖται αὐτῶν· ὄρη τὰ ὑψηλὰ ταῖς ἐλάφοις, πέτρα καταφυγὴ τοῖς χοιρογρυλλίοις. Ὁ Ἑβραῖος καὶ οἱ λοιποὶ, *ξύλα τοῦ Κυρίου*, τεθείκασι. Διεξελθὼν τὰ κάρπιμα, ἀναγκαίως μνημονεύει καὶ τῶν ἀκάρπων, ὡς ἀναγκαίαν ἀνθρώποις καὶ αὐτῶν παρεχόντων χρείαν. Διὰ τοῦτο καὶ Κυρίου αὐτὰ προσηγόρευσεν, ὡς αὐτο-

A rum dicent : *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me; impinguasti in oleo caput meum, et calix meus inebrians, quam præclarus est. Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ, et ut inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum*[39].

Ut educas panem de terra, et vinum lætificat cor hominis; ut exhilaret faciem in oleo, et panis cor hominis confirmat. Hic opportune quæratur, qua de causa cum dixisset David : *Producens fenum jumentis;* subjunxerit, *Ut educas panem de terra*, ex frumento nempe confectum. Quid autem est quod insinuare vult? Idem scilicet semen communem escam esse tam brutis quam hominibus, sed non eadem ratione. Atque illud Dei sapientiæ fuit. Et B vero id animadvertas velim: spargitur frumentum, atque hactenus quidem hominum est cibus; cum autem germinaverit, exsurgit, brutorum quoque alimentum proferens. Quemadmodum enim animalia id nostri causa acceperunt quod exsistant, ita et esca illorum a nostra initium habet. Nam herba ideo maxime producitur, ut frumentum conservet. Vides igitur non solum bruta nobis famulari, verum etiam cibum eorum cibo nostro servire, atque eodem ordine et ratione id ipsum agere. Quemadmodum enim prius bruta, deinde homo, quia propter hominem bruta; sic primo herba, mox frumentum in germine, quia propter frumentum herba. *Et vinum lætificat cor hominis :* non omne C vinum, sed illud solum quod ortum habet ab eo qui dicit : *Ego sum vitis vera*[40]. Sed quia sensilia omnia ob materiam terra vocantur, atque de illo accipiendus sermo est, qui quadam ratione et proportione ad spiritualia deinde erigit; hic quoque sermo panis est de terra eductus, ut interiorem et occultum hominem nutriat : atque a corporeis Scripturæ narrationibus, ob naturalem historiæ rationem, terra dicitur. Panis quippe eductus, est mysticus sermo. *Ut exhilaret faciem in oleo, et panis cor hominis confirmat.* Exhilaratur porro ac illustratur interioris hominis facies oleo, quod divinam alit lucem, ac morbos laboresque animæ solvit, solaque intelligendi ratione a memorato vino differt. Dei quippe verbum, ut vitis, ita et oliva est. *Ego,* inD quit, *sicut oliva fructifera in domo Dei*[41]. Nam ejus doctrina secundum diversam rationem, et vinum et oleum et panis est.

VERS. 16-18. *Saturabuntur ligna campi, cedri Libani, quas plantasti, illic passeres nidificabunt. Erodii domus dux est eorum : montes excelsi cervis, petra refugium herinaciis.* Hebraicum exemplar et reliqui interpretes, *ligna Domini*, habent. Cum fructifera recensuisset, necessario etiam fructu carentia memorat, utpote quæ hominibus ad usum necessaria sint. Ideoque ipsa Domini nuncupavit, ut sponte nascentia, neque manu culta; sed divino

[39] Psal. xxii, 5-7. [40] Joan. xv, 1. [41] Psal. li, 10.

verbo germinantia. *Cedri Libani quas plantasti.* Pulchre cedrorum plantationem Deo ascripsit, quia sine ulla humana cura in tantam celsitudinem exereverunt. Non enim lignarius aliquis earum cultor fuit; sed divinum verbum montium cacumina his opaca fecit. Quod si ipse plantaverit, sane utiles sunt: optima quippe sunt quæcunque Deus effecit. Cum porro Libani tanquam celeberrimi mentionem fecit, necnon cedrorum ejus, alios etiam montes et arbores his significavit. *Illic passeres nidificabunt. Erodii domus dux est eorum.* Aquila sic habet: *Illic aves nidificabunt. Exodio abietes domus ipsi.* Nam hæ ipsæ arbores alium quidem hominibus, alium vero avibus usum præbent.

Vers. 19. *Fecit lunam in tempora: sol cognovit occasum suum.* Cum terrena omnia recensuisset, invisibiliumque naturarum creationem exhibuisset, cœlorum item opificium subindicasset, nunc luminarium mentionem facit, quæ quarto die condita sunt. Nec sine consilio arbitror ea quæ superius prætermissa videbantur, quando de rebus cœlestibus, de nubibus et ventis verba fecerat, nunc sermo resumit, ea post tot alia recensita memorans; verum ut doceat hæc quoque ad utilitatem condita fuisse. Forsitan enim si hæc primo loco commemorasset, occasio quædam relicta iis fuisset, qui quasi divina et tanquam causam productionis animalium et fructuum terræ, ipsa colenda esse duxerunt. Hoc nempe cum illi qui a pietate alieni erant existimarent; animum appulerunt ut solem et lunam, tanquam deos generationis, alimenti et incrementi nostri auctores, colerent. Sed divinus sermo id minime probat: enimvero affirmat, etiam citra isthæc, universalem illam Dei providentiam, non solum quæ in cœlis, sed etiam quæ in terra, animalia nempe plantasque, produxisse. Hæc item Moyses ut doceret, primo plantarum terrestrium ortum, deinde luminarium productionem induxit. Nunc item David denuo recurrit ad cœlestium illam providentiam, ac nulla alia de causa conditam lunam fuisse ait, quam ad enumerationem et notitiam mensium et dierum: nam illud, *in tempora*, idipsum significat; id est, ut conversionibus ejus temporum mutationes dignoscantur, ac menses numerentur et anni. Nam lunæ variationes id præstant, ut possit tempus numerari: mensis quippe mensuram illa incremento imminutioneque sua efficit; ita ut lunæ creatio ad temporum doctrinam facta sit. Neque modica hinc utilitas evenit, quod scilicet tempestates dignoscantur, et ad omnia quemlibet sese adornare facultas sit. Si enim non ita se res haberet, omnia ruerent in exitium; cum neque agricola, neque nauta, vel terram vel mare sulcandi opportunum tempus internoscere valerent. Hæc porro temporum notitia, non hominibus modo, sed etiam brutis idonea utilissimaque est. De luminaribus etiam in Genesi dicitur: *Sint in signa et in*

A φυῆ καὶ οὐ χειρόκμητα, ἀλλὰ τῷ θείῳ λόγῳ βλαστήσαντα. Αἱ *κέδροι τοῦ Λιβάνου ἃς ἐφύτευσας.* Καλῶς τῷ Θεῷ προσέγραψε τῶν κέδρων τὴν φυτείαν· ὅτι ἐκτὸς ἀνθρωπίνης ἐπιμελείας ἐπὶ τοσοῦτον ηὐξήθησαν. Οὐ γὰρ ἀλσοκόμος τις τούτων γέγονε φυτουργός· ἀλλ' ὁ θεῖος Λόγος, ἀμφιλαφεῖς τὰς τῶν ὀρῶν εἰργάσατο κορυφάς. Εἰ δὲ αὐτὸς ἐφύτευσε, πάντως ὅτι χρήσιμα· πάντα γὰρ ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς, καλὰ λίαν. Τοῦ μὲν Λιβάνου ὡς ἐπισήμου μνημονεύσας, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ κέδρων, καὶ τὰ ἄλλα ὄρη καὶ δένδρα διὰ τούτων ἐδήλωσεν. *Ἐκεῖ στρουθία ἐννοσσεύσουσι. Τοῦ ἐρωδιοῦ ἡ οἰκία ἡγεῖται αὐτῶν.* Ὁ Ἀκύλας οὕτως ἔχει· *Ἐκεῖ ὄρνεα νοσσεύσουσιν. Ἐρωδιῷ ἐλάται οἶκος αὐτῷ.* Τὰ γὰρ αὐτὰ δένδρα ἄλλην μὲν ἀνθρώποις χρείαν, ἄλλην δὲ τοῖς ὀρνέοις B παρέχει.

Ἐποίησε σελήνην εἰς καιρούς· ὁ ἥλιος ἔγνω τὴν δύσιν αὐτοῦ. Τὰ κατὰ γῆν ἅπαντα διεξελθὼν, καὶ τῶν ἀοράτων φύσεων τὴν δημιουργίαν δείξας, καὶ τῶν οὐρανῶν ὑποδείξας τὴν ποίησιν, νῦν καὶ τῶν φωστήρων ποιεῖται τὴν μνήμην, οἳ κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν ἐγένοντο. Οὐκ ἀσκόπως δὲ, οἶμαι τὰ δόξαντα ἐν τοῖς ἄνω παραλελεῖφθαι, ὅτε τὰ κατ' οὐρανὸν καὶ τὰ περὶ νεφῶν καὶ ἀνέμων ἐλέγετο, νῦν ὁ λόγος ἐπαναλαμβάνει, μετὰ τοσαῦτα μνημονεύσας αὐτῶν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ διδάξαι, ὅτι καὶ ταῦτα χρείας ἕνεκεν ὑπέστη. Τάχα γὰρ, εἰ πρῶτον αὐτῶν ἐμνημόνευσεν, ἀφορμή τις κατελείπετο τοῖς ὡς θεῖα δεῖν αὐτὰ σέβειν ἡγουμένοις, καὶ ὡς αἴτια τῆς τῶν ἐπὶ γῆς C ζώων τε καὶ καρπῶν συστάσεως. Τοῦτο γοῦν οἱ τῆς εὐσεβείας ἀλλότριοι νομίσαντες ὡρμήθησαν σέβειν ὡς θεοὺς ἥλιον καὶ σελήνην, ὡς ἂν τῆς ἡμετέρας γενέσεώς τε καὶ τροφῆς καὶ αὐξήσεως αἰτίους. Ἀλλ' οὐκέτι ὁ θεῖος λόγος τοῦτο παρίστησιν, ἀλλ' ὅτι καὶ τούτων ἐκτὸς ἡ καθόλου πρόνοια τοῦ Θεοῦ οὐ μόνον τὰ κατ' οὐρανὸν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπὶ γῆς συνεστήσατο ζῶά τε καὶ φυτά. Τοῦτο καὶ Μωσῆς διδάξαι βουληθεὶς, πρῶτον εἰσήγαγε τὴν τῶν ἀπὸ γῆς φυτῶν γένεσιν, εἶθ' οὕτως τὴν τῶν φωστήρων σύστασιν. Καὶ νῦν δὲ ὁ Δαυῒδ ἀνατρέχει πάλιν ἐπὶ τὴν ἐν οὐρανοῖς πρόνοιαν, δι' οὐδὲν ἕτερον τὴν σελήνην γεγενῆσθαι λέγων, ἢ πρὸς ἀριθμὸν καὶ διάγνωσιν μηνῶν τε καὶ ἡμερῶν· τὸ γὰρ, *εἰς καιροὺς*, τοῦτο δηλοῖ· τουτέστιν, εἰς τὸ διαγινώσκειν διὰ τῶν ἐν αὐτῇ τροπῶν τὰς τῶν καιρῶν D μεταβολὰς, εἰς τὸ μῆνας ἀριθμεῖν καὶ ἐνιαυτούς. Αἱ γὰρ τῆς σελήνης ἀλλοιώσεις μετρεῖσθαι τὸν χρόνον παρασκευάζουσι· τοῦ γὰρ μηνὸς τὸ μέτρον αὕτη ποιεῖ ἐν τοσαύταις ἡμέραις αὐξάνουσά τε καὶ φθίνουσα· ὥστε ἡ τῆς σελήνης δημιουργία διὰ τὴν τῶν καιρῶν διδασκαλίαν γέγονεν· Οὐχ ἡ τυχοῦσα δὲ χρεία ἐντεῦθεν ἀνύεται ἐκ τοῦ καιροὺς εἰδέναι καὶ παρασκευάζεσθαι πρὸς ἅπαντα· ὡς, εἰ μὴ τοῦτο ἦν, πάντα ἂν ἀπολώλει, οὔτε γεωργοῦ, οὔτε ναύτου, τοῦ μὲν τὴν γῆν ἀνατέμνειν, τοῦ δὲ τὴν θάλασσαν εἰδότος ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι. Αὕτη ἡ ἐκ τῶν καιρῶν τούτων γνῶσις οὐκ ἀνθρώποις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλόγοις ἐπιτηδεία καὶ χρησιμωτάτη. Περὶ τῶν φωστήρων καὶ ἐν τῇ Γενέσει εἴρηται· *Ἔστωσαν εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἡμέρας καὶ εἰς ἐνιαυτούς·* εἰς ση-

μεῖα μὲν ἐπομβρίας, αὐχμῶν, πνευμάτων κινήσεως· A εἰς καιροὺς δὲ, τὰς τῶν ἀέρων ἐναλλαγὰς, χειμῶνος, ἔαρος, θέρους, μετοπώρου· ἃς εὐτάκτως ἡμᾶς περιοδεύειν τὸ τεταγμένον τῆς κινήσεως τῶν φωστήρων παρέχει· εἰς ἡμέρας δὲ, οὐχ ὥστε ἡμέρας ποιεῖν· ἡμέρα γὰρ καὶ νὺξ πρεσβύτερα τῆς τῶν φωστήρων γενέσεως· ἀλλ' ὥστε κατάρχειν τῶν ἡμερῶν· εἰς ἐνιαυτοὺς δὲ, ὅτι σελήνη μὲν, ἐπειδὰν δωδεκάκις τὸν ἑαυτῆς ἐκτελέσῃ δρόμον, ἐνιαυτοῦ ἐστι ποιητική· ἡλιακὸς δέ ἐστιν ἐνιαυτὸς ἡ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον τοῦ ἡλίου ἀποκατάστασις.

Ὁ ἥλιος ἔγνω τὴν δύσιν αὐτοῦ. Ἔθου σκότος, καὶ ἐγένετο νύξ· ἐν αὐτῇ διελεύσονται πάντα τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ. Σκύμνοι ὠρυόμενοι ἁρπάσαι, καὶ ζητῆσαι παρὰ τοῦ Θεοῦ βρῶσιν αὐτοῖς. Ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος, καὶ συναχθήσονται, B *καὶ ἐν ταῖς μάνδραις αὐτῶν κοιτασθήσονται. Ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ ἕως ἑσπέρας. Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας· ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου.* Ὁ ἥλιος ἔγνω τὴν δύσιν αὐτοῦ, τουτέστι τὴν ὑπὸ τοῦ κρείττονος αὐτῷ διατεταγμένην. Μόνον γὰρ φωτίζειν ἔμαθεν ἥλιος· Οὐδ' ἀεὶ καὶ διαπαντὸς, τῆς δὲ ἡμέρας ἀρχὴν, ἀλλὰ καὶ ἐν νυκτὶ τοῖς ἐν ταύτῃ φαίνουσιν ἄστροις παραχωρεῖν τὸν οἰκεῖον ἀποτελεῖν δρόμον· ὅπως νυκτὸς γενομένης, καὶ ἐπιπολάσαντος τοῦ σκότους τῇ γῇ, ὑποσταλῆναι μὲν καὶ ἀναχωρῆσαι τὰ ἥμερα τῶν ζώων, ὅσα δέ ἐστιν ἄγρια θηρία, ταῦτα προσέλθοι ἐπὶ τὴν οἰκείαν τροφήν· ἐν οἰκείῳ γὰρ C ἁρμόζοντι αὐτοῖς χρόνῳ, τῷ τῆς νυκτὸς διαστήματι. *Σκύμνοι ὠρυόμενοι ἁρπάσαι, καὶ ζητῆσαι παρὰ τοῦ Θεοῦ βρῶσιν αὐτοῖς*· ὅτι μὴ καὶ αὐτοῖς ἐξανέτειλεν ἡ γῆ χόρτον ὥσπερ τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων. Ὁ Θεὸς ὡς τῶν ἁπάντων κηδεμὼν, καὶ τῆς τῶν πάντων διαμονῆς τε καὶ ζωῆς πρόνοιαν εἰσφέρων, τὰ μὲν ἐλαύνεσθαι ὑπὸ τῶν τοῦ ἡλίου μαρμαρυγῶν, καὶ ὥσπερ ἐχθρὸν φεύγειν τὸ φῶς ᾠκονομήσατο· τὰ δὲ ὡς τοῦ φωτὸς συγγενῆ ἐν ἡμέρᾳ προϊέναι, καὶ τὸν βίον αὐτῶν ἐν τῷ φωτὶ διάγειν συνεχώρησε· τῶν μὲν θηρίων εἰς τὰς μάνδρας αὐτῶν κοιταζομένων, τοῦ δὲ λογικοῦ ζώου ἐν ἡμέρᾳ καὶ φωτὶ προϊόντος ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ ἕως ἑσπέρας.

Αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος, ἐκεῖ D *ἑρπετὰ ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· ζῶα μικρὰ μετὰ μεγάλων.* Ἐν τούτοις παρίστησιν, ὅτι, ὥσπερ τὸ τῆς γῆς στοιχεῖον πολλῶν ἐστι ζώων γεννητικὸν καὶ θρεπτικὸν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ ὑγρὰ οὐσία παμπληθῆ γένη ζώων τρέφει. Οὐ γὰρ κενοὺς τοὺς χώρους ὁ Θεὸς ἐποίησεν, ἀλλὰ ζώων πάντα ἐνέπλησε τὸν ἀέρα, τὴν γῆν, τὴν θάλασσαν· τὸν μὲν ὀρνίθων μόνον, τὴν δὲ τετραπόδων καὶ πτερωτῶν, τὴν δὲ ἀπείρων ἰχθύων· ὧν οἱ μὲν μείζους, οἱ δὲ ἐλάττους, καὶ τροφὴ τοῖς μείζοσιν οἱ ἐλάττονες, καὶ τὸ γένος οὐ δαπανᾶται. Καὶ τοῦτο δὲ τῆς θείας κηδεμονίας τεκμήριον, τὸ τὰ σμικρὰ γένη τοῖς μεγάλοις συνδιαιτᾶ-

tempora, in dies et annos [42]; in signa quidem imbrium, æstuum ac ventorum mutationis; in tempora vero aeris mutationum, hiemis, veris, æstatis et autumni; quæ ut ordine periodos agant statutus luminarium motus nobis efficit: in dies autem, non ita ut dies efficiant, dies enim et nox luminarium conditu antiquiores sunt; sed ut diei dominentur: in annos demum, quia luna quidem cum duodecies cursum suum perficiat, anni est auctor: solaris item est annus, nempe ab eodem signo ad idem ipsum signum solis revolutio.

VERS. 20-24. *Sol cognovit occasum suum. Posuisti tenebras, et facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ. Catuli leonum rugientes ut rapiant, et quærant a Deo escam sibi. Ortus est sol, et congregabuntur, et in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suum, et ad operationem suam usque ad vesperum. Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti, impleta est terra creatione tua.* Sol cognovit occasum suum, scilicet eum qui sibi a Deo præscriptus est. Sol quippe lucere tantum novit; neque id semper ac perpetuo; sed uni præesse diei, in nocte vero stellis tunc apparentibus concedere locum solet, ut proprium sibi cursum conficiant, ut adveniente nocte ac tenebris terræ superficiei imminentibus, mitiora quidem et mansuetiora animalia receptum habeant et secedant; feræ vero quælibet ad proprium quærendum cibum exeant, in proprio scilicet ac congruenti sibi tempore ac noctis intervallo. *Catuli leonum rugientes ut rapiant, et quærant a Deo escam sibi*, quia nempe terra non ipsis perinde atque jumentis fenum produxit, et herbam servituti hominum. Deus utpote omnium curam agens, ac omnium conservationi ac vitæ prospiciens, ita providit, ut alia quidem a solis radiis pellerentur, ac lucem ut inimicam sibi fugerent; alia vero, tanquam luci affinia, in die procederent: ipsisque concessit ut in luce vitam degerent, feris quidem in lustris suis cubantibus, rationabili vero animali in die ac luce prodeunte ad opus suum, et ad operationem suam usque ad vesperum.

VERS. 25, 26. *Hoc mare magnum et spatiosum, illic reptilia, quorum non est numerus: animalia pusilla cum magnis.* His declarat, sicut terræ elementum multa animantium genera producit et alit; ita humidam substantiam, permulta animalium genera enutrire. Neque enim Deus vacua loca fecit, sed animalibus omnia replevit, aerem, terram, et mare; aerem quidem avibus tantum; terram quadrupedibus et aligeris; mare infinitis piscibus: quorum alia majora, minora alia sunt; ac minora majoribus in escam dantur, et tamen genus non absumitur. Atque illud divinæ providentiæ indicium est, quod cum parva animalium genera cum magnis

[42] Gen. I, 14.

versentur, non funditus ab illis absumantur; nam validiora infirma devorant, nec penitus destruunt: quia proventus expensam superat. His similes sunt quotquot inter homines eos qui inferiores sibi sunt devorant. Verum illa quidem culpa vacant: illud enim ex natura contingit, tu vero ne minimam quidem tui purgandi viam reperias, qui cum et ratione et lege honoratus sis, ad illam brutorum confusionem ordinis declinas. Cæterum reptilia pisces vocat: quia pedibus carent et quasi in mari reptant, ut reptilia in terra.

Illic naves pertranseunt, in mari videlicet. Cum declarasset quantam progeniem mare nutriat, et quod neque animalia ejus numero, neque ipsum mensura æstimari valeat; jam enarrat quam sit ipsum hominibus utile. Per nauticam quippe artem et gubernandi peritiam, necessaria mutuo communicamus, fructusque in terra nostra nascentes aliis subministramus, ab iisque accipimus suos; ita ut et quod superfluum est non inutile sit, et quod deest, advehi possit. Sublimiori autem ratione navi Ecclesiam confert; mari vero humanam vitam, quod res ejus instabiles ac semper in motu sint. Innumerabile porro reptilium genus, multitudinem hominum vocat, et forma et persona quasi discrepantem; ita ut differentia ex varietate affectuum æstimetur. Nam natura quidem omnibus est una, nec diversa ortus ratio: mens autem varie distinguitur, corque nostrum diversitatem sententiarum admittit. Quod cum nosset quispiam, dixit: Quemadmodum facies faciebus similes non sunt; sic nec mentes hominum. Naves autem dicimus esse eas quæ in hoc spirituali mari pertranseunt, ut scriptum est[43], videlicet sanctas Servatoris nostri Ecclesias, quæ quidem in mundo, sed superiores mundo sunt; sicut revera onerarias videre est, in aqua sane, sed superiores aquis. Ecclesiæ igitur navibus similes, spirituale mare trajicientes, fideles homines recipiunt, et quasi in aliam terram aut regionem transferunt, scilicet ad regnum cœlorum, ad spem in Christo fundatam, ad sanctificationem spiritus, et ad virtutem, quæ sanctorum patria est. Nam cum, sicut scriptum est, advenæ et peregrini sint super terram, non habent hic manentem civitatem[44]: sed ad illam festinant, cujus artifex et creator est Deus[45]. Cum ergo mundus hic noster exemplo maris intelligatur, pro cymba et navicula Ecclesia æstimabitur, pro nautis habens sanctificatos, qui, quod fidem susceperint, Christum secum versantem semper habent, tranquillitatis auctorem. Alia item ratione naves nuncupat eos, qui in corpore suo, hujusce vitæ salsis et decumanis fluctibus agitantur. Laudantur porro naves quæ mare pertranseunt, non vero quæ ibi permanent, vel quæ fluctibus demerguntur. Nam qui in carne sunt, nec secundum carnem militant, vitæ fluctum calcantes, eoque superiores, faciunt operationem in aquis multis, ac descendunt, ut ex

A σθαι, καὶ μὴ παντελῶς ὑπ' ἐκείνων καταναλίσκεσθαι· βόσκονται γὰρ οἱ δυνατώτεροι τοὺς καταδεεστέρους, καὶ οὐκ ἀνηλώκασιν, ἀλλὰ νικᾷ τὴν δαπάνην ἡ πρόσοδος. Τούτοις ἐοίκασιν ὅσοι τῶν ἀνθρώπων τοὺς καταδεεστέρους καταπίνουσιν. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν οὐκ ἔγκλημα τὸ γινόμενον· φύσεως γάρ ἐστι τὸ συμβαῖνον· σὺ δὲ οὐδὲ μίαν ἕξεις ἀπολογίαν, ὁ λόγῳ καὶ νόμῳ τετιμημένος καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀλόγων σύγχυσιν ἑαυτὸν ἐξάγων. Ἑρπετά γε μὴν τοὺς ἰχθύας ὀνομάζει, διὰ τὸ ἄποδας αὐτοὺς οἱονεὶ ἐπισύρεσθαι τῷ ὕδατι, ὡς τὰ ἑρπυστικὰ τῇ γῇ.

Ἐκεῖ πλοῖα διαπορεύονται· Ἐν τῇ θαλάσσῃ δηλαδή. Εἰπὼν ὅσην ἡ θάλασσα ἐκτρέφει γονὴν, καὶ ὅτι οὔτε τὰ ζῶα ἀριθμεῖται, οὔτε αὐτὴ μετρεῖται, λέγει καὶ ὅσον αὐτῆς χρήσιμον εἰς ἀνθρώπους. Διὰ
B ναυπηγικῆς γὰρ τέχνης καὶ κυβερνητικῆς ἐπιστήμης παρ' ἀλλήλων κομιζόμεθα τὰ ἐνδέοντα, καὶ τὸν παρ' ἡμῖν φυόμενον καρπὸν χορηγοῦμεν ἑτέροις, καὶ δεχόμεθα τὸ παρ' ἐκείνοις γινόμενον· ὥστε μὴ τὸ περιττεῦον εἶναι ἀνόνητον, μήτε τὸ ἐνδέον ἀνεπινόητον. Ὑψηλότερον δὲ πλοίῳ παρεικάζει τὴν Ἐκκλησίαν, θαλάττῃ δὲ τὸν ἀνθρώπινον βίον, διὰ τὸ ἀστάθμητον καὶ ἀεικίνητον τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων. Ἑρπετῶν δὲ τὸ γένος τὸ ἀναρίθμητον τὴν πολυειδῆ καὶ οἱονεὶ πολυπρόσωπον τῶν ἀνθρώπων λέγει πληθὺν, εἰς τὴν τῆς ἕξεως ποικιλίαν νοουμένης τῆς ἐξαλλαγῆς. Φύσις μὲν γὰρ πᾶσιν ἡ αὐτὴ, καὶ ὁ τῆς γενέσεως τρόπος οὐχ ἑτεροῖος, πολυσχιδὴς δὲ νοῦς, καὶ πολυγνώμων ἐν ἡμῖν καρδία. Καὶ τοῦτο εἰδώς τις ἔφασκεν· Ὥσπερ οὐχ ὅμοια πρόσωπα προσώποις,
C οὕτως οὐδὲ αἱ διάνοιαι τῶν ἀνθρώπων. Πλοῖα δὲ εἶναί φαμεν, ἃ καὶ ἐν τῇδε τῇ νοητῇ θαλάσσῃ διαπορεύεται, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τὰς ἁγίας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἐκκλησίας οὔσας μὲν ἐν κόσμῳ, πλὴν ἀνωτέρω τοῦ κόσμου, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὰς ὁλκάδας ἐστὶν ὁρᾷν, οὔσας μὲν ἐν ὕδατι, πλὴν ὑδάτων ἀνωτέρας. Αἱ τοίνυν ὑδάτων (3) πλοίων ἐκκλησίαι, τὴν νοητὴν διανηχόμεναι θάλασσαν, δέχονται μὲν τοὺς πιστεύοντας, ἀποκομίζουσι δὲ καθάπερ εἰς ἑτέραν τινὰ γῆν ἢ χώραν τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, καὶ ἐλπίδα τὴν ἐν Χριστῷ καὶ εἰς ἁγιασμὸν τὸν διὰ τοῦ Πνεύματος, καὶ εἰς τὴν τῶν ἁγίων πατρίδα τὴν ἀρετήν. Πάροικοι γὰρ ὄντες καὶ παρεπίδημοι, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐπὶ τῆς γῆς, οὐκ ἔχουσιν ὧδε μένουσαν πόλιν· ἐπείγονται δὲ πρὸς ἐκείνην, ἧς τεχνίτης
D καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός. Ἐν σχήματι οὖν θαλάσσης τοῦδε τοῦ καθ' ἡμᾶς νοουμένου κόσμου, σκάφος ἢ πλοῖον ἡ Ἐκκλησία νοηθήσεται, πλωτῆρας ἔχουσα τοὺς ἡγιασμένους, οἳ καὶ διὰ τοῦ καταδέξασθαι τὴν πίστιν συνόντα διὰ παντὸς ἔχουσι τὸν Χριστὸν εὐδίαν ἀπλοῦντα τὴν ἁπαλήν. Ἑτέρως δὲ πλοῖα ὀνομάζει τοὺς διὰ τῶν σωμάτων ἐν τῷ ἁλμυρῷ κλύδωνι τοῦ βίου τούτου σαλευομένους. Καὶ ἔστιν ἐπαινούμενα πλοῖα τὰ διαβαίνοντα τὴν θάλασσαν, ἀλλὰ μὴ ἐναπομένοντα αὐτῇ, μηδὲ καταβαπτιζόμενα τοῖς κύμασιν. Οἱ γὰρ ἐν σαρκὶ ὄντες, καὶ μὴ κατὰ σάρκα στρατευόμενοι, καταπατοῦντες τὸν κλύδωνα τοῦ βίου,

[43] I Cor. x, 1. [44] Hebr. xiii, 14. [45] Hebr. xi, 10.

(3) Sic

καὶ ὑψηλότεροι αὐτοῦ ὄντες, ποιοῦσιν ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς, συγκαταβαίνοντες ἐπὶ τῷ κερδῆσαί τινας τῶν βεβυθισμένων. Ἔτι τὸν τῇδε τοῦ βίου περισπασμὸν, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ τῶν πραγμάτων πικρὰν ἀνάχυσιν καὶ τὸν ἀναφυρμὸν, σημαίνων ἡμῖν ἀστείως ὁ μελῳδὸς, *Αὕτη ἡ θάλασσα*, φησὶν, *ἐκεῖ ἑρπετὰ, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, ζῶα μικρὰ μετὰ μεγάλων*. Ἰχθύσι γὰρ παρεικαστέον εὖ μάλα τοὺς ἐπ' οὐδενὶ μὲν ἔσθ' ὅτε τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν τῇδε κἀκεῖσε διάττοντας, καὶ μόνα συλλέγοντας τὰ ὅσαπερ ἂν ἀποφῆναι σαρκικοὺς, καὶ εἰκαίους ἀνατλῆναι παρασκευάζει πόνους. Οὐκοῦν ἰχθύων διανηχόμεθα δίκην τὴν πλατεῖαν ταύτην καὶ εὐρύχωρον θάλασσαν, τουτέστι τὸν κόσμον· διάφορος γάρ πως ὁ ἑκάστου βίος.

A demersis aliquos lucrentur. Insuperque hujus vitæ distractionem, et amaram illam rerum ejus confusionem commistionemque urbane nobis indicans Psalmista, *Hoc mare*, inquit, *illic reptilia, quorum non est numerus*, etc. Nam piscibus apposite conferantur, qui ad comparandas sibi res neque necessarias, neque utiles, huc illuc transiliunt, et illa sola colligunt, quæ illos carnales esse declarent, ac labores eorum vanos irritosque faciant. Igitur piscium instar hoc mare magnum et spatiosum tranamus, videlicet mundum : nam cujusque vita varia differensque est.

Δράκων οὗτος, ὃν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῷ. Πάντα πρὸς σὲ προσδοκῶσι, δοῦναι τὴν τροφὴν αὐτοῖς εὔκαιρον. Δόντος σου αὐτοῖς, συλλέξουσι· ἀνοίξαντος δέ σου τὴν χεῖρα, τὰ σύμπαντα πλησθήσονται χρηστότητος. Ὅρα εἰ δυνήσῃ καθολικὸν ἀπὸ τούτου ἐκλαβεῖν δόγμα, ὡς πάντων τῶν γενητῶν πενομένων, λειπομένων τε καὶ δεομένων τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ χορηγίας, ἧς μεταλαβόντα δυναμοῦται καὶ ἰσχύει, ὥσπερ διὰ τροφῆς ζωούμενα. *Πάντα πρὸς σὲ προσδοκῶσιν, δοῦναι τὴν τροφὴν αὐτοῖς εὔκαιρον.* Τὰ πάντα δὲ φήσας ὁ λόγος περιείληφεν ὁμοῦ τὰς νοητὰς καὶ ἁγίας δυνάμεις, τάς τε αἰσθητὰς καὶ τὰς ἐν θνητοῖς σώμασιν. Οὕτω γὰρ μᾶλλον μειζόνως ἡ ἀγαθότης διαλάμπει, τῷ καὶ ἀξίοις καὶ μὴ ἀξίοις τῆς παρ' αὐτοῦ χρηστότητος μεταδοῦναι.

B VERS. 27-29. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei. Omnia a te exspectant ut des illis escam in tempore. Dante te illis colligent, aperiente te manum omnia implebuntur bonitate.* Vide an possis hinc dogma catholicum excipere, quod omnes res creatæ inopes sint ac Dei largitione egeant, qua accepta roborantur ac vigent, utpote esca vitam accipientes. *Omnia a te exspectant, ut des illis escam in tempore.* Cum porro *omnia* dixerit, spirituales et sanctas virtutes, necnon sensibiles, quæ in mortalibus corporibus sunt, una complexus est. Nam ita Dei bonitas magis elucescit, quod tam dignis, quam indignis, suam impertiat benignitatem.

Ἀνταvελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν καὶ ἐκλείψουσι, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσι. Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Περὶ ἀνθρώπων δὲ ὁ λόγος, καὶ οἶμαί γε διὰ τούτων τὴν τοῦ παρόντος αἰῶνος δηλοῦσθαι συντέλειαν, καὶ τὴν τοῦ μέλλοντος ἀνανέωσιν· ὡς ἂν μή τις ὑπονοήσῃ εἰς ἄπειρον κατατείνειν τὴν παροῦσαν τοῦ κόσμου σύστασιν, ἀλλ' ἔχοιμεν ἐλπίδας εἰς ἐκεῖνον τὸν νέον αἰῶνα καὶ τὴν ἀνάστασιν, ἣν ὁ λόγος παρίστησι μετὰ τὸ φάναι, *Εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν*, ἐπαγαγών· *Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου* τὸ ζωοποιὸν, *καὶ κτισθήσονται*, ἐκ γῆς ἀνιστάμενοι, *καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς*, τὸ κάλλος τῆς γῆς, δηλαδὴ τοὺς ἀπὸ γῆς πλασθέντας ἀνθρώπους. Ἐνταῦθα σαφῶς ἡμῖν καὶ τὴν ἀνάστασιν προεκήρυξε, καὶ τὴν διὰ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἀναβίωσιν, καὶ τὸν ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων, ἀναπλασμόν· τήν τε εἰς τὸ αὖθις εἶναι παραγωγήν. Καὶ δείκνυσιν, ὡς αὐτός ἐστιν ὁ καὶ θανάτου καὶ ζωῆς δεσπότης. Οὐ γὰρ βούλεται τοῖς σκυθρωποῖς ἐνδιατρίβειν, ἀλλὰ τοσοῦτον εἰπὼν ὅσον φοβῆσαι, πάλιν ἐπὶ τὰ χρηστὰ ἐπανάγει τὸν λόγον, καὶ ὅπερ ἀλλαχοῦ εἴρηται, ὅτι καὶ θανάτου καὶ ζωῆς αὐτός ἐστι Κύριος, τοῦτο ἐνταῦθα δηλοῖ, καί φησι τοὺς εἰς τὸν χοῦν ἐπιστρέψαντας ὑπὸ τοῦ Πνεύματος κτίζεσθαι, καὶ ἀνακαινίζεσθαι τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος· ἡ γὰρ ἀνάστασις εἰς τὸ ἀρχαῖόν ἐστιν ἀποκατάστασις. Ἀποστολὴν δὲ καλεῖ τοῦ Πνεύματος τὴν πρὸς τὸ ἐνεργεῖν αὐτοῦ συγκατάβασιν, οὐ τὴν ἐκ τόπου εἰς τόπον μετάβασιν·

C VERS. 30. *Auferes spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum revertentur. Emittes spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ.* Æstimo de hominibus hic sermonem haberi, ac præsentis sæculi consummationem futurique renovationem his significari; ut ne quis suspicaretur hujus mundi statum in æternum mansurum esse; sed spem haberemus in illud novum sæculum, ac resurrectionem quam sermo declarat, cum posteaquam dixit, *In pulverem suum revertentur*, subjicit, *Emittes spiritum tuum* vivificum, *et creabuntur*, ex terra resurgentes, *et renovabis faciem terræ*, pulchritudinem videlicet terræ, id est, homines ex terra efformatos. Hic clare nobis resurrectionem, novam per sanctissimum Spiritum vitam, ac humanorum corpo- D rum in novissimo sæculi tempore in pristinam formam restitutionem, prænuntiat : itemque productionem illam ut rursum exsistamus. Ostenditque ipsum esse et mortis et vitæ Dominum. Non vult enim nos in tristibus permanere; sed postquam eatenus illa dixit, quatenus nos perterrefaceret; ad mitiora rursum sermonem reducit : et quod alibi dictum est, quoniam vitæ et mortis ipse Dominus est, idipsum jam indicat et ait, eos qui in pulverem reversi sunt a Spiritu creandos, ac renovandum esse genus humanum : nam resurrectio est in pristinum restitutio. Emissionem autem Spiritus nuncupat ejus ad operandum descensum, non vero mutationem a loco in locum, quia *Spiritus Domini replevit orbem terrarum*, a quo facies terræ renovatur. Et-

enim hæc est terræ pulchritudo, animalia quæ in ea sunt, plantæ, et hominum genus. Ut autem illa constituantur, necessaria est spiratio et vita ab illo data, quam et dare et accipere ipsi perfacile est, atque hæc omnia repente ac nullo negotio peragit: id enim vel maximum est virtutis ejus argumentum. Vides etiam in præsenti vita resurrectionem, in seminibus, in plantis, atque in ipso hominum genere expressam ad meditandum. Siquidem animalia et plantæ extremam vitæ rationem obtinent, qua sublata, ut dictum est, tota vita deficit: et quæ residua sunt, quod præ infirmitate vitam conservare non possint, ad unum et idem revertuntur; ac rursus animalia fiunt. Quodque divinissimum est, nos ex toto, videlicet animas et ipsis conjuncta corpora, ad omnimodam vitam et immortalitatem transferendos esse in promissis habemus: quæ res sane antiquis præter naturam esse forte visa fuerit: ac revera et divinum opus est et supra naturam; naturam, inquam, nostram, non vero illam omni virtute plenam: huic enim nulla vita præter naturam aut supra naturam est; itaque hinc sermones, secundum Simonis insaniam adversum prolati, repudientur. Quidam vero sic hosce versiculos explicant: *Emittes Spiritum tuum*, qui per baptismum accedit, et creabuntur in novam creaturam, in novum populum; ita ut prior quidem interpretatio intelligatur de resurrectione ex mortuis, quando terra renovabitur, et liberabitur a corruptione; secunda vero, de regeneratione per baptismum.

Vers. 31-33. ***Sit gloria Domini in sæculum, lætabitur Dominus in operibus suis. Qui respicit terram, et facit eam tremere, qui tangit montes et fumigant. Cantabo Domino in vita mea, psallam Deo meo quandiu sum.*** Quandoquidem, ait, hæc edidici, ideo totam vitam meam in hymnos et laudem Creatoris insumam: et quandiu vivam et in hac vita degam, debitum psalmum reddam Deo meo. Hoc porro additamentum magnum exhibet affectum et familiaritatem cum Deo. Non dixit enim, ***psallam Deo***, tantum, sed, ***Deo meo***. Videtur namque dicere, ei qui me creavit, ac enutrivit, omniumque bonorum auctor mihi fuit. Hic autem canticum dicit, non verbis modo, sed et operibus persolvendum. Quod enim sese Deo multorum debitorem agnosceret, neque dignam aliquam retributionem proferre valeret, quam habet, hanc deponit, ut scilicet eum perpetuo hymnis celebret, ac ea in re totam vitam transigat. Audiant qui tota die in negotiationibus et cauponis versantur: ac ne vel semel ad preces sese convertunt, quantorum munerum debitores Deo sint. Hoc vitæ lucrum est, Deo benedicere, atque hac in re vitam agere dignum est. Jure autem adjecit illud, ***In vita mea;*** et illud, ***Quandiu sum psallam Deo.*** Neque enim est quispiam in morte, qui memor sit ejus, in inferno autem quis confitebitur? Sic fatuis virginibus nuptialis cubiculi janua clausa est, quia tempus quod in ferendis lampadi-

A ὅτι *Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην*, ὑφ' οὗ τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ἀνακαινίζεται. Τοῦτο γὰρ κάλλος, τῆς οἰκουμένης τὰ ζῶα τὰ ἐν αὐτῇ, τὰ φυτὰ, τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος· ὥστε δὲ ταῦτα συστῆναι, τῆς παρ' αὐτοῦ διδομένης χρεία πνοῆς καὶ ζωῆς· ἣν καὶ δοῦναι καὶ λαβεῖν αὐτῷ ῥᾴδιον, καὶ πάντα μετὰ τάχους καὶ εὐκολίας. Καὶ τοῦτο μάλιστα δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν ἰσχύν. Ὁρᾷς καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ μελετωμένην τὴν ἀνάστασιν ἐν τοῖς σπέρμασιν, ἐν τοῖς φυτοῖς, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων. Καὶ ζῶα γὰρ καὶ φυτὰ κατ' ἔσχατον ἀπήχημα τῆς ζωῆς ἔχουσι τὸ εἶναι, ἧς ἀνταναιρουμένης κατὰ τὸ λόγιον, ἐκλείπει πᾶσα ζωὴ, καὶ πρὸς ἓν τὰ ἐκλελοιπότα τῇ πρὸς τὸ μετέχειν αὐτῆς ἀσθενείᾳ πάλιν ἐπιστρεφόμενα, πάλιν ζῶα γίνεται. Τὸ B δὲ θειότατον, ὅτι καὶ ὅλως ἡμᾶς, ψυχάς φημι καὶ τὰ συζυγῆ σώματα, πρὸς παντελῆ ζωὴν καὶ ἀθανασίαν ἐπήγγελται μεταθήσειν· πρᾶγμα τῇ παλαιότητι μὲν ἴσως παρὰ φύσιν δοκοῦν, τῇ δὲ ἀληθείᾳ καὶ θεῖον καὶ ὑπὲρ φύσιν τὴν καθ' ἡμᾶς, οὐ τὴν πανσθενῆ· αὐτῇ γὰρ οὐδὲ μία ζωὴ παρὰ φύσιν, ἢ ὑπὲρ φύσιν, ὥστε οἱ περὶ τούτων τῆς παροινίας Σίμωνος ἀντιῤῥητικοὶ λόγοι ἀπεληλάσθωσαν. Τινὲς δὲ οὕτω νοοῦσι τοὺς στίχους· Ἀποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, τὸ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἐπιφοιτῶν, καὶ κτισθήσονται εἰς καινὴν κτίσιν, εἰς νέον λαόν· ὡς νοεῖσθαι τὴν μὲν προτέραν ἑρμηνείαν περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, ὅτε καὶ ἡ γῆ ἀνακαινισθήσεται καὶ ἀπαλλαγήσεται τῆς φθορᾶς, τὴν δὲ δευτέραν περὶ τῆς ἐκ βαπτίσματος παλιγγενεσίας.

C

Ἤτω ἡ δόξα Κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα· εὐφρανθήσεται Κύριος ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν, ὁ ἁπτόμενος τῶν ὀρέων καὶ καπνίζονται. Ἄσω τῷ Κυρίῳ ἐν τῇ ζωῇ μου, ψαλῶ τῷ Θεῷ μου ἕως ὑπάρχω. Ἐπειδὴ ταῦτα δεδίδαγμαι, φησὶ, τούτου χάριν πᾶσαν τὴν ζωήν μου εἰς ὕμνον καταναλώσω τῷ δημιουργῷ· καὶ ἕως ἂν ζῶ καὶ ὑπάρχω ἐν τῷ βίῳ τούτῳ τὸν ὀφειλόμενον ψαλμὸν ἀποδώσω τῷ Θεῷ μου. Πολλὴν δὲ ἐμφαίνει διάθεσιν καὶ οἰκείωσιν πρὸς τὸν Θεὸν ἡ προσθήκη. Οὐ γὰρ εἶπε, *ψαλῶ τῷ Θεῷ*, ἀλλὰ, τῷ Θεῷ *μου*. Ἔοικε γὰρ φάσκειν, τῷ κτίσαντί με καὶ θρέψαντι καὶ πάντων αἰτίῳ μοι γεγονότι τῶν D ἀγαθῶν. Ὠδὴν δὲ ἐνταῦθα λέγει οὐ τὴν διὰ τῶν ῥημάτων, ἀλλὰ καὶ τὴν διὰ τῶν ἔργων. Ἐπειδὴ γὰρ εὗρεν ἑαυτὸν πολλῶν ὄντα ὑπεύθυνον τῷ Θεῷ, καὶ ἀντίδοσιν οὐδεμίαν ἀξίαν δυνάμενον καταβαλεῖν, ἣν ἔχει, ταύτην κατατίθησι, τὸ διηνεκῶς ὑμνεῖν, τὸ πᾶσαν εἰς τοῦτο δαπανῆσαι τὴν ζωήν. Ἀκουέτωσαν οἱ πραγματείαις καὶ καπηλείαις διὰ πάσης κατασηπόμενοι τῆς ἡμέρας, καὶ οὐδὲ ἅπαξ εἰς εὐχὴν τρεπόμενοι, ὅσον εἰσὶν ὑπεύθυνοι τῷ Θεῷ· τοῦτο τῆς ζωῆς τὸ κέρδος, τὸ εὐλογεῖν τὸν Θεὸν, ἐπὶ τούτῳ καὶ ζῆν ἄξιον. Εἰκότως δὲ προσέθηκε, *ἐν τῇ ζωῇ μου*, καὶ τὸ, *ἕως ὑπάρχω, ψαλῶ τῷ Θεῷ*. Οὐ γάρ ἐστιν ἐν θανάτῳ ὁ μνημονεύων αὐτοῦ, ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεται; Οὕτως ἀπεκλείσθη ταῖς μωραῖς παρθένοις τοῦ νυμφῶνος ἡ θύρα, τὸν τῆς λαμπα-

A δηφορίας καιρὸν εἰς ἀγορασίαν ἐλαίου δαπανώσαις.

Ἡδυνθείη αὐτῷ ἡ διαλογή μου· ἐγὼ δὲ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ. Εἴη, φησὶ, τοιαῦτά με ᾆσαι καὶ ψάλαι, ὡς ἡδυνθῆναι αὐτῷ τὸν ἐμοῦ καρπὸν, τὴν διαλογήν μου· τουτέστι τὴν διάλεξίν μου, τὴν ὁμιλίαν μου, τὴν αἴνεσιν· ὁ γὰρ ψάλλων Θεῷ διαλέγεται. Τί δέ ἐστιν, *Ἡδυνθείη αὐτῷ ἡ διαλογή μου;* εὐπρόσδεκτος γένοιτο, ἀρέσαι δεχθείη, ἡδίστη καὶ τερπνοτάτη ὀφθείη τῷ Θεῷ. Ἄρα ἡ εὐχὴ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ διάλεξις πρὸς Θεόν. Ἐννόησον τοίνυν τὴν ψαλμῳδίαν, ἐν αὐτῇ τὴν ἀμοιβὴν ἔχουσαν. Τί γὰρ ἴσον γένοιτ' ἂν τοῦ Θεῷ διαλέγεσθαι; Ἡ τοιαύτη θορύβων ἀπαλλάττεται ψυχὴ, εἰς τὸν οὐρανὸν μεθίσταται, τῶν συνδέσμων τοῦ σώματος ἀπολύεται, πτεροῦται, κουφοτέρα καθίσταται, ἀποτίθεται τὰ πάθη, ἀποδύεται τὰ νοσήματα. Εἰ γὰρ ἀνθρώπῳ τις συνετῷ καὶ νοῦν ἔχοντι διαλεγόμενος, ἀπὸ τῆς ὁμιλίας τι κερδάνας ἀπέρχεται, ὁ πρὸς τὸν Θεὸν ὁμιλῶν, ἐννόησον πόσην καρπώσεται τὴν ἀρετήν. Ἄρα ὕμνος τοῦτό ἐστιν ἡ πρὸς Θεὸν ὁμιλία. Πῶς δ' ἂν αὕτη ἡδυνθείη τῷ Θεῷ; Εἰ βίος εἴη καθαρὸς, εἰ ψυχὴ φιλοσοφοῦσα. Ὅταν γὰρ πᾶσαν ἀναλώσῃς τὴν ἡμέραν εὐχόμενος, τῆς πολιτείας ἀντιπραττούσης, οὐχ ἀκουσθήσῃ ῥᾳδίως, οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλ' οὐδ' ἕτερος ὑπὲρ σοῦ τοῦτο ποιῶν. Ταῦτα δὲ λέγω, οὐχ ἵνα μὴ προσευχώμεθα, οὐδ' ἵνα μὴ ψάλλωμεν, ἀλλ' ἵνα μετὰ τοῦ ψάλλειν καὶ βίου καὶ πολιτείας ἐπιμελώμεθα. Νοήσεις δὲ τὸν στίχον καὶ οὕτως· Πολλοὶ κατὰ συναρπαγὴν παρηλλαγμένως τὰς κρίσεις ἐκφέρουσι, πρὸ καταλήψεως τῆς ἐξ ἱκανοῦ λόγου, καὶ ἐπιπλεῖον ἐρευνηθέντος, ἐγγινομένης, ἀβασανίστως κατὰ προπέτειαν τὰς περὶ ἑκάστου δόγματος ῥιπτοῦντες συγκαταθέσεις. Ἡ δὲ τῆς διαλεκτικῆς φύσις μάλιστα πεπίστευται ταῦτα παρέχειν δύνασθαι, διαιρεῖν ἀκριβῶς τὰς τῶν πραγμάτων φύσεις καὶ τὰ ὅμοια γνωρίζειν, καὶ τὰ ἑαυτῆς διακρίνειν. Διόπερ συνειδὼς ἑαυτῷ τὴν θείαν διαλεκτικὴν ἔχοντι, ἔλεγεν ὁ Δαυῒδ τὸ, *Ἡδυνθείη σοι ἡ διαλογή μου.* Ἡ γὰρ τῶν ἐριστικῶς καὶ φιλονείκως ἐπεμβαινόντων τοῖς πράγμασι διαλεκτικὴ, οὐχ ἡδεῖα, ἀλλὰ παραπικραίνουσά τίς ἐστιν. Ὅτι μὲν οὖν ἡδὺς Θεῷ λόγος ὁ εἰς ὀρθότητα βλέπων, αὐτὸς ἐν τῷ ᾄσματι λέγει· *Κηρίον ἀποστάζουσι χείλη σου, ἀδελφή μου νύμφη· μέλι καὶ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν σου.* Ὅτι δὲ ὁ ψυχρολογεῖν εἰωθὼς ἀχαλλὴς, ἡ ψαλμῳδία παρίστησι· *Τάφος* γὰρ, φησὶν, *ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν. Ἐγὼ δὲ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ.* Εὔχομαι, φησὶ, ταύτην μου τὴν ὑμνῳδίαν καὶ διάλεξιν ἡδίστην ὀφθῆναι τῷ Θεῷ. Τούτου γὰρ γενομένου, ἐγὼ τὴν ἐντεῦθεν εὐθυμίαν καρπώσομαι, καὶ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, τουτέστιν ἐπὶ τῇ λατρείᾳ, ἐπὶ τῇ προσκυνήσει καὶ τοῖς ἐπιτάγμασι τοῖς αὐτοῦ, ἐπὶ τῷ τοιοῦτον ἔχειν δεσπότην. Καλὰ μὲν γὰρ καὶ τὰ ὁρώμενα, καὶ τέρπει ὁ οὐρανὸς, καὶ εὐφραίνει ὁ ἥλιος, καὶ γῆ ἀνίησι σπέρματα καὶ φυτά· ἀλλ' ἐγὼ τούτων πάντων ἐπὶ τῷ ποιήσαντι πλέον εὐφραίνομαι. Τοῦτό μοι τρυφὴ, τοῦτό μοι εὐφροσύνη, τοῦτο ἡδονὴ, τοῦτο τὰ μυρία ἀγαθά.

bus transigere debebant, in oleo emendo consumpserunt.

VERS. 34. *Jucundum sit ei eloquium meum : ego vero delectabor in Domino.* Utinam, inquit, ita cantem et psallam, ut fructus meus ipsi placeat; eloquium videlicet, sive colloquium meum, conversatio et laus mea : nam qui psallit, Deum alloquitur. Quid autem est illud, *Jucundum sit ei eloquium meum?* id est acceptabile sit ipsi, placeat ei, jucundissimum ac placidissimum Deo videatur. Oratio itaque nihil aliud est, quam colloquium cum Deo. Animadverte igitur psalmodiam in se retributionem continere. Quid enim alloquio Dei æquari possit? Hujusmodi anima a tumultibus liberatur, in cœlum transfertur, vinculis corporis solvitur, alis
B instruitur, levior efficitur, affectus deponit, morbos exuit. Nam si ex prudentis viri colloquio quis lucrum reportans abscedit, cogita quantum virtutis metet ex Dei colloquio. Hymnus ergo est collocutio cum Deo. Quomodo autem hæc Deo jucunda fuerit? Si vita sit pura, si anima philosophetur. Nam si totam diem orando transigas, dum vitæ ratio orationi repugnat, non modo tu ipse, sed etiam quivis alius qui pro te precetur. Hæc porro dico, non ut ne oremus neque psallamus, sed ut post psalmos de vita et conversatione nostra solliciti simus. Hac item ratione versiculum hunc explices : Multi quæstus causa perverse judicia ferunt, sed et antequam per accuratum examen
C et perquisitionem, qua de re agatur intelligant, temere singulis sententiis assensum præbent. At ea dialecticæ natura est, ut rerum naturas accurate distinguendi, similia cognoscendi, et quæ ad se pertineant discernendi, facultatem præstare posse putetur. Quamobrem David cum se divina dialectica instructum esse cognosceret, dicebat : *Jucundum sit tibi eloquium meum*, sive dialectica mea. Nam dialectica eorum qui altercandi ac contendendi animo res aggrediuntur, non jucunda, sed potius exasperans est. Quod autem sermo æquitatem spectans, jucundus Deo sit, ipse in cantico affirmat : *Favum distillant labia tua, soror mea sponsa : mel et lac sub lingua tua* [46]. Quod vero qui frigida et futilia verba loqui solet, injucundus sit, id psalmodia declarat,
D cum ait : *Sepulcrum patens est guttur eorum* [47]. *Ego vero delectabor in Domino.* Precor, inquit, ut hymnus et eloquium istud, jucundissimum Deo videatur. Id enim si fiat, hinc ego hilaritatem consequar, et delectabor in Domino, id est, in cultu, in adoratione, in præceptis ejus, quod talis mihi Dominus sit. Nam quæ sub aspectum cadunt, pulchra quidem sunt, cœlum delectat, sol lætificat, terra semina plantasque profert; at ego plus delector in Creatore, quam in his omnibus. Hæc mihi voluptas, hæc lætitia, hæ deliciæ, hæc infinita bona mihi sunt.

[46] Cant. IV, 12. [47] Psal. V, 11.

VERS. 35. *Deficiant peccatores a terra et iniqui, ita ut non sint.* In illo videlicet tempore, quo audient: *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, paratum diabolo et angelis ejus. Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare; sitivi, et non potastis me; hospes eram, et non collegistis me; nudus, et non cooperuistis me; infirmus et in carcere, et non visitastis me* [48]: et non erunt in portione eorum qui Deo benedicunt. At quis forte dicat: Ergone beatus Propheta imprecatur iis qui in peccatis sunt, omnesque vult perire ac destrui? At decuit potius virum sanctum ac spiritualem pro infirmantibus precari. Cæterum audi, paucis enim absolvam: Ante Servatoris adventum omnes in peccatis eramus, terræ imperabat Satanas, non erat qui faceret bonum, non erat usque ad unum: omnes declinaverant, simul inutiles facti erant. Nam Græci quidem idolorum cultores, æquitatis modum ignorabant, bonæ vitæ callem nesciebant; imo potius omnium rerum opificem et Salvatorem Christum nullatenus cognoscebant. Judæi item legem quidem habebant pro pædagogo: at non poterat ex lege homo justificari: omnes igitur in peccatis eramus, terra iniquitate plena erat. Postquam autem apparuit unigenitum Dei Verbum, et factum est homo, tunc defecerunt peccatores, defecerunt ii qui in iniquitate versabantur. Quomodo aut qua ratione? omnes quippe justificaverat, a sceleribus liberaverat, omnes liberos, puros ac tersos effecerat. Hinc ergo sequitur paucos in peccatis remansisse, multos autem justificatos esse. Itaque hic non naturam destrui rogat, neque homines funditus exitio tradi; sed precatur, ut peccator malitiam deserat, ut non ultra peccator sit, sed immutetur; ne sit iniquus, sed resipiscat. Sanctorum quippe animæ non pro seipsis tantum, sed pro universo orbe orationes efferunt suas. Nunc igitur David, arcanas divinæ pulchritudinis divitias, quoad humanæ facultatis erat, explorans, omnes homines paris notitiæ consortes esse peroptabat, peccatorumque sortem omnino deficere precabatur; non ut pereant postulans, sed ut resipiscant, utque eorum cœtus, postquam pristinam divinorum notitiam posuerunt et abjecerunt, deleatur. Vane igitur contentiosi illi in obdurationis suæ patrocinium hujusmodi voces opponunt; quod David videlicet deficere peccatorem exoptet, ac infamiam confusionemque inimicis imprecetur; quod Jeremias ultionem a Deo adversariis suis inflictam videre cupidus sit; quod Osee, ut infecunda vulva mammæque aridæ inimicis dentur supplicet: ac similia bene multa in divinis Scripturis passim posita colligunt, ut hinc evincant, inimicis imprecari fas esse, atque sic acerbitatis suæ Dei bonitatem vindicem faciant.

A *Ἐκλίποισαν ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ τῆς γῆς καὶ ἄνομοι, ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτούς.* Ἐν ἐκείνῳ δηλονότι τῷ καιρῷ, ἀκούσονται γὰρ, *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Ἐπείνασα γὰρ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ οὐ περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με·* καὶ οὐκ ἔσονται ἐν τῇ μερίδι τῶν εὐλογούντων τὸν Θεόν. Ἀλλ' ἐρεῖ τις τυχόν· Ἆρ' οὖν ὁ μακάριος Προφήτης κατεύχεται τῶν ὄντων ἐν ἁμαρτίαις, καὶ πάντας ἀπολέσθαι καὶ ἀφανισθῆναι βούλεται; Καίτοι μᾶλλον ἐχρῆν ἅγιον ὄντα καὶ πνευματοφόρον ὑπερεύχεσθαι τῶν ἠσθενηκότων. Ἄκουε λοιπὸν, B ἐρῶ γὰρ διὰ βραχέων· πρὸ μὲν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας ἅπαντες ἦμεν ἐν ἁμαρτίαις, κατεκράτει τῆς ὑπ' οὐρανὸν ὁ Σατανᾶς, οὐκ ἦν ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνός· πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν. Ἕλληνες μὲν γὰρ οἱ τῶν εἰδώλων προσκυνηταὶ, τοὺς τῆς ἐπιεικείας οὐκ ᾔδεισαν τρόπους, τῆς εὐζωΐας τὴν ὁδὸν οὐκ ἠπίσταντο· μᾶλλον δὲ οὐδὲ αὐτὸν ἐγίνωσκον ὅλως τὸν τῶν ὅλων γενεσιουργὸν καὶ Σωτῆρα Χριστόν· Ἰουδαῖοι δὲ πάλιν εἶχον μὲν νόμον τὸν παιδαγωγόν· ἀλλ' οὐκ ἦν ἐν νόμῳ δικαιωθῆναι τὸν ἄνθρωπον. Οὐκοῦν ἅπαντες ἦμεν ἐν ἁμαρτίαις, ἀνομίας ἦν πλήρης ἡ γῆ. Ἐπειδὴ δὲ ἐπέφανεν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, ἐξέλιπον οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἐκλελοίπασιν οἱ ὄντες ἐν ἀνομίαις. Πῶς ἢ τίνα τρόπον; δεδικαίωκε γὰρ ἅπαντας, ἀπήλ- C λαξε τῶν πεπλημμελημένων, ἐλευθέρους ἀπέφηνε καὶ διεσμηγμένους. Οὐκοῦν ὀλίγοι γεγόνασιν οἱ ἐν ἁμαρτίαις, πολλοὶ δὲ λίαν οἱ δεδικαιωμένοι· ὥστε ἐνταῦθα οὐ τὴν οὐσίαν ἀφανισθῆναι εὔχεται, οὔτε τοὺς ἀνθρώπους πανολεθρίᾳ παραδοθῆναι· ἀλλὰ τὴν πονηρίαν ἐκλίποι ἁμαρτωλὸς, ὥστε μὴ εἶναι ἁμαρτωλὸς, ἀλλὰ μετατεθῆναι· μὴ ὑπάρχοι ὁ ἄνομος, ἀλλὰ μεταβληθῆναι. Τοιαύτας γὰρ αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν μόνον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης τὰς δεήσεις ἀναφέρουσι. Καὶ νῦν τοίνυν ὁ Δαυῒδ, τὸ θεῖον κάλλος κατὰ τὸν ἀπόῤῥητον πλοῦτον, ὡς ἐνῆν ἀνθρωπείᾳ φύσει διεξελθὼν, πάντας ἀνθρώπους ἱμείρετο τῆς αὐτῆς μεταλαχεῖν γνώσεως, καὶ τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν πάμπαν ἐκλεῖψαι συμμορίαν ἱκετεύει· οὐκ αὐτοὺς ἀπολέσθαι παρακαλῶν, ἀλλὰ D μεταβληθῆναι δεόμενος, καὶ παύσασθαι αὐτῶν τὸ στῖφος ἀντιβολῶν, μεταταξαμένων καὶ μεταμαθόντων τὰ θεῖα. Ὥστε μάτην οἱ ἐριστικοὶ εἰς συνηγορίαν τῆς ἑαυτῶν πικρίας τὰς τοιαύτας φωνὰς παρατίθενται· τὸν Δαυῒδ ἐκλείπειν τὸν ἁμαρτωλὸν ποθοῦντα, καὶ αἰσχύνην καὶ ἐντροπὴν τῶν ἐχθρῶν κατευχόμενον· τὸν Ἱερεμίαν ἰδεῖν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐκδίκησιν ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπιθυμοῦντα· τὸν Ὠσηὲ μήτραν ἀτεκνοῦσαν καὶ μαστοὺς ξηροὺς δοθῆναι τοῖς ἐχθροῖς δεόμενον· καὶ πολλὰ τοιαῦτα σποράδην ἐγκείμενα ταῖς θείαις Γραφαῖς ἀναλέγονται, συνιστάμενοι τῷ δεῖν τῶν ἐναντίων κατεύχεσθαι, καὶ τῆς ἑαυτῶν πικρίας συνεργὸν ποιεῖσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα.

[48] Matth. xxv, 41-43.

Ἀλλ' οὐδεὶς τῶν ἀληθῶς ἁγίων, ὧν αἱ ῥήσεις κατὰ θείαν οἰκονομίαν εἰς νουθεσίαν τῶν ἐφεξῆς ἀνεγράφησαν, ἐπί τινι κακῷ τὴν σπουδὴν ἔχων ἐπιδειχθήσεται, ἀλλὰ πᾶς αὐτοῖς ὁ σκοπὸς τῶν λόγων πρὸς διόρθωσιν τῆς ἐμπολιτευομένης τῇ φύσει κακίας βλέπει. Ὥσπερ τοίνυν ὁ εὐχόμενος μὴ εἶναι νοσοῦντας, μὴ εἶναι πτωχεύοντας, οὐ τῶν ἀνθρώπων ἀναίρεσιν, ἀλλὰ τῆς νόσου καὶ τῆς πτωχείας ἀφανισμὸν ἐπιθυμεῖ γενέσθαι· οὕτω καὶ τῶν ἁγίων ἕκαστος τὸ τῇ φύσει πολέμιον, εἰς ἀφανισμὸν ἐλθεῖν εὔχονται. Ὅταν γὰρ ὁ Ψαλμῳδὸς εἴπῃ· *Ἐκλίποισαν ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ τῆς γῆς καὶ ἄνομοι, ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτούς*, τὴν ἁμαρτίαν ἐκλιπεῖν καὶ τὴν ἀνομίαν εὔχεται. Οὐ γὰρ ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ πολέμιος, ἀλλ' ἡ κατὰ κακίαν τῆς προαιρέσεως κίνησις εἰς ἐχθροῦ τάξιν τὸ τῇ φύσει συνημμένον κατέστησε. Τὸ κακὸν τοίνυν ἐκλιπεῖν εὔχεται· ὁ δὲ ἄνθρωπος κακὸν οὐκ ἔστι. Πῶς γὰρ ἂν εἴη κακὸν τοῦ ἀγαθοῦ τὸ ὁμοίωμα; Οὕτως κἂν αἰσχύνην καὶ ἐντροπὴν τῶν ἐχθρῶν κατεύχηται, δείκνυσί σοι τὸ στῖφος τῶν ἐναντίων, ἐκ τοῦ ἀοράτου τῇ ἀνθρωπίνῃ προσπολεμούντων ζωῇ. Ὅτι δὲ οὐκ ἀνθρώπων, ἀλλὰ δαιμόνων κατεύχεται, δηλοῖ τῆς εὐχῆς τὸ εἶδος· *Αἰσχυνθήτωσαν* γάρ, φησίν, *οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου, τοῦ ἐξᾶραι αὐτήν. Ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω καὶ ἐντραπήτωσαν οἱ θέλοντές μοι κακά. Κομισάσθωσαν παραχρῆμα αἰσχύνην αὐτῶν οἱ λέγοντές μοι, Εὖγε, εὖγε. Ἀγαλλιάσαιντο καὶ εὐφρανθείησαν ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ζητοῦντές σε, Κύριε, καὶ εἰπάτωσαν διαπαντός, Μεγαλυνθήτω ὁ Κύριος, οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριόν σου.* Μόνοι γὰρ οἱ δαίμονες εἰς ψυχὴν ἐπιβουλεύουσι· ψυχῆς δὲ ἐπιβουλὴ Θεοῦ ἀλλοτρίωσις διὰ τῆς ἐμπαθοῦς γινομένης διαθέσεως. Ὡς ἂν οὖν μὴ τοῦτο πάθοι, αἰσχύνην τῶν ἀντιπαλαιόντων εὔχεται. Τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἑαυτῷ νίκην κατὰ τῶν πολεμίων ἐπεύξασθαι· οἱ δὲ πολέμιοι τὰ πάθη εἰσίν. Οὕτως Ἱερεμίας ζῆλον τῆς θεοσεβείας ἔχων, εἰδωλολατροῦντος τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ λαοῦ, οὐκ ἴδιόν τι θεραπεύει πάθος, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων προσάγει τῷ Θεῷ τὴν δέησιν, τῇ κατὰ τῶν ἀσεβησάντων ὁρμῇ ἅπαν σωφρονισθῆναι ἀξιῶν τὸ ἀνθρώπινον. Καὶ Ὠσηὲ δὲ πολυγονοῦσαν τότε τὴν κακίαν ἐν τοῖς Ἰσραηλίταις τῇ ἀτεκνίᾳ καταδικάζει, καὶ τὰς πικρὰς θηλὰς τῆς ἁμαρτίας ξηρανθῆναι βούλεται, ὡς ἂν μήτε τίκτοιτο ἐν τοῖς ἀνθρώποις τὸ κακόν, μήτε τρέφοιτο. Καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος ἐν τοῖς ἁγίοις εὑρεθῇ λόγος θυμοῦ ἔμφασιν ἔχων, πρὸς τὴν τοιαύτην πάντως διάνοιαν βλέπει, ἢ ἐξορίζει τὸ κακόν· οὐκ ἐπιτρίβει τὸν ἄνθρωπον.

Εἰ δέ τις ἑτέρως τὰ τοῦ Δαυῒδ νοεῖν βούλεται, ὡς τοῦ Προφήτου τοὺς δυσσεβείᾳ συζῶντας ἀραῖς ὑποβάλλοντος· καὶ οὕτως εὑρήσει τῇ ἀποστολικῇ διδασκαλίᾳ τὴν προφητείαν συμβαίνουσαν. Παῦλος γὰρ Κορινθίοις ἐπιστέλλων, τοιοῦτον ἀκροτελεύτιον τέθεικεν· *Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν, ἤτω ἀνάθεμα.* Ἴδιον γὰρ τῶν θερμῶς ἀγαπώντων τὸ μισεῖν τοὺς μισοῦντας τὸν ἀγαπώμενον. Τάχα δὲ καὶ τὴν

Verum nemo eorum qui vere sancti sunt, quorum dicta ex divina dispensatione ad posterorum institutionem conscripta fuere, ad malum quodpiam studium suum contulisse demonstrabitur; sed totus eorum scopus ad improbitatis in humana natura versantis emendationem respicit. Quemadmodum is qui precatur non esse infirmos, non esse pauperes, non hominum destructionem, sed infirmitatem paupertatemque aboleri expetit; ita singuli sanctorum quod naturæ adversatur de medio tolli postulant. Nam cum Psalmista ait, *Deficiant peccatores a terra et iniqui, ita ut non sint*, peccatum et iniquitatem deficere precatur. Non enim homo homini inimicus est; sed motus voluntatis ad malitiam, quod natura conjunctum erat ad inimicitiam deduxit. Malum igitur deficere precatur: at homo non malum quidpiam est. Quomodo enim malum boni similitudo fuerit? Ita quamvis infamiam et confusionem inimicis precetur, hic tibi adversariorum, qui in occulto humanam naturam oppugnant, cœtum declarat. Quod autem dæmonibus non hominibus imprecetur, ipsa orationis forma comprobat: *Confundantur*, inquit, *qui quærunt animam meam, ut auferant eam. Convertantur retrorsum et erubescant qui volunt mihi mala. Ferant confestim confusionem suam qui dicunt mihi, Euge, euge. Exsultent et lætentur in te omnes qui quærunt te, Domine, et dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum* [69]. Soli quippe dæmones animæ insidiantur: animæ autem insidiæ sunt alienatio a Deo ob pravum animi affectum. Ut ergo in hæc non incidat, adversariis infamiam precatur. Illud vero nihil aliud est, quam victoriam sibi de adversariis postulare: inimici vero sunt animi affectus. Sic Jeremias zelo religionis instructus, rege et populo idola colentibus, non peculiarem quemdam animi morbum curat, sed pro communi hominum supplicationem Deo offert, rogans ut contra impios impetum faciat, et sic omnes homines ad meliorem frugem revocentur. Et Osee malitiam tunc apud Israelitas sese multiplicantem, infecunditati damnat, et acerbas peccati mammas exsiccari expetit [70], ut ne malum apud homines vel gignatur vel alatur. Ac si quis alius apud sanctos viros similis sermo, iræ speciem præferens, deprehenditur, ad hanc prorsus mentem respicit; scilicet malum eliminat, hominem vero non atterit.

Quod si quis alia ratione Davidis dicta intelligere velit, ita ut Propheta eos qui in impietate vivunt exsecrationi subjiciat: ita quoque inveniet prophetiam cum apostolica doctrina quadrare. Paulus quippe Corinthiis scribens, hoc modo claudit: *Si quis non amat Dominum Jesum, anathema sit* [71]. Nam eorum qui ardenter amant proprium est, odisse eos qui dilectum odio habent. Fortasse item

[69] Psal. XXXIX, 14-17. [70] Ose. IX, 14. [71] I Cor. XVI, 22.

statum qui post resurrectionem futurus est, hic David significat, quando dicit lætari Dominum in operibus suis, deficientibus peccatoribus a terra. Quomodo enim quis a peccato denominetur, si peccatum non fuerit? Hæc tu quoque precare: Aperi, Domine, divitem manum tuam ad spiritualis beneficii dispensationem; ut amarissima et crudelis anima mea impleatur bonitate: mitte Spiritum sanctum tuum, et renova corruptam terram meam; ut tunc læter in operibus tuis, diabolicis præstigiis in corde meo deficientibus.

Benedic, anima mea, Domino. Omnibus cum laude absolutis, in eodem versiculo psalmum benedictione claudit, ac post jactum fundamentum, sermoni tectum imposuit, ac proœmio congruentem finem induxit. Tu enim, inquit, o anima opificem ac Salvatorem tuum assidue hymnis celebrato. Ipse namque te a sorte improborum amovebit, et sanctorum consortio dignam efficiet. Tum in exordio, tum in fine sermonis ipsi benedictionem emittas Nam assidua Dei benedictio ad rectum institutum vitam concinnat nostram.

ALLELUIA. CIV.

VERS. 1, 2. *Confitemini Domino, et invocate nomen ejus, annuntiate inter gentes opera ejus. Cantate ei et psallite ei, narrate omnia mirabilia ejus.* Hic psalmus primus eorum est qui *Alleluia* inscribuntur. Est autem Alleluia adhortatio mystica, ad Deum laudandum aurem excitans, ita ut hæc sit ejus significatio, *Laudate Dominum.* Nam in quibus sanctæ Scripturæ partibus hæc vox apponitur, *Laudate Dominum*, Hebraicis verbis per *Alleluia* exprimitur. Per illud enim *Allelu*, laus intelligitur, quæ ad Deum refertur; illud autem *Ia*, unum est ex nominibus queis divina natura significatur. Totum vero *Alleluia* explicatur *laus Dei.* Cum itaque hoc nomen inscriptum in psalmodia reperitur, tunc intelligendum est id quod subjungitur ad laudem Dei provocare. Sic in postremis maxime libri psalmis, multi hujusmodi tituli reperiuntur: queis intelligere licet eis, qui ad virtutis perfectionem jam devenerunt et qui a præcedentibus psalmodiæ partibus, secundum sententiam purgati sunt, Dei laudes convenire: atque ea conditione illos esse qua angelorum natura esse creditur. Nullam enim aliam eorum occupationem didicimus esse, quam Deum laudare; neque iis qui in virtute perfecti sunt alia cura et studium est, quam ut efficiant totam vitam suam Dei laudem esse. Quoniam igitur ii psalmi qui inscriptionem habent, *Alleluia*, omnes fere in postrema psalmodiæ parte deprehenduntur, hinc intelligere licet, sublimi illi ascensui, qui in psalmis reperitur, præeminere postremam psalmodiæ partem, in qua, ut plurimum, laus Dei, sive adhortatio ad Deum laudandum, frequentatur. In hoc ergo psalmo apostolis præcipit Spiritus sanctus, ut omnia mirabilia, quæ in suo adventu fecit Dominus, populo ex gentibus

A μετὰ τὴν ἀνάστασιν διὰ τούτων ὁ Δαυὶδ σημαίνει κατάστασιν, ὅτε καὶ εὐφραίνεσθαι τὸν Κύριον ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ λέγει, ἐκλιπόντων τῶν ἁμαρτωλῶν ἀπὸ τῆς γῆς. Πῶς γάρ τις ἐξ ἁμαρτίας ὀνομασθήσεται, τῆς ἁμαρτίας οὐκ οὔσης; Τοιαῦτα εὔχου καὶ σύ· Ἄνοιξον, Κύριε, τὴν πλουσίαν σου χεῖρα εἰς χορηγίαν πνευματικῆς εὐεργεσίας· ἵνα ἡ πικροτάτη καὶ ἀπηνής μου ψυχὴ πλησθῇ χρηστότητος. Ἀπόστειλον τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον, καὶ ἀνακαίνισον τὴν κατεφθαρμένην μου γῆν, ἵνα τότε εὐφρανθῶ ἐπὶ τοῖς ἔργοις σου, τῶν δαιμονικῶν μαγγανευμάτων ἐκλιπόντων ἀπὸ τῆς καρδίας μου.

Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον. Ἐνταῦθα καταλύσας τὸ πᾶν εἰς δοξολογίαν, εἰς εὐφημίαν τῷ αὐτῷ στίχῳ συγκλείει τὸν ψαλμὸν, ἀσφαλῆ μετὰ τοῦ B θεμελίου τὸν ὄροφον ἐπιθεὶς τῷ λόγῳ, καὶ τῷ προοιμίῳ ἐοικὸς τὸ τέλος ἐπαγαγών. Σὺ γὰρ, φησὶν, ὦ ψυχὴ, ἐνδελεχῶς τὸν σὸν ὕμνει δημιουργὸν καὶ Σωτῆρα. Αὐτὸς γὰρ καὶ τοῦ τῶν πονηρῶν ἀποστήσει κλήρου, καὶ τῶν ἁγίων ἀξιοῦσθαι ποιήσει. Καὶ ἀρχὴν τοῦ λόγου καὶ τέλος τὴν εἰς αὐτὸν εὐλογίαν ποιοῦ. Εὐλογία γὰρ Θεοῦ διηνεκὴς εἰς εὐζωΐαν ῥυθμίζει τὸν ἡμέτερον βίον.

ἈΛΛΗΛΟΥΙΑ. ΡΔ'.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐπικαλεῖσθε τὸ ὄνομα αὐτοῦ· ἀπαγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ἄσατε αὐτῷ καὶ ψάλατε αὐτῷ, διηγήσασθε πάντα τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. Τῶν ἐπιγεγραμμένων *Ἀλληλούϊα* πρῶτος ὁ παρὼν τυγχάνει ψαλμός. Ἔστι δὲ τὸ Ἀλληλούϊα παρακέλευσις μυστικὴ πρὸς τὴν C τοῦ Θεοῦ ὑμνῳδίαν τὴν ἀκοὴν ἐπεγείρουσα· ἵνα τοιοῦτον ᾖ τούτου τὸ σημαινόμενον, *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον.* Ἐν οἷς γὰρ μέρεσι τῆς ἁγίας Γραφῆς αὕτη πρόσκειται ἡ φωνὴ, ἡ λέγουσα, *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον*, διὰ τοῦ *Ἀλληλούϊα* ἐν ταῖς Ἑβραϊκαῖς φωναῖς τὸ τοιοῦτον σημαίνεται. Τὸ μὲν *Ἀλληλοὺ* αἶνος νοεῖται, ὃς εἰς Θεὸν τὴν ἀναφορὰν ἔχει· τὸ δὲ *Ἴα* ἓν τῶν ἑρμηνευτικῶν τῆς φύσεως τῆς θείας ἐστὶν ὄνομα. Ὅλον δὲ κοινῇ τὸ, *Ἀλληλούϊα*, *Αἶνος Θεοῦ* ἑρμηνεύεται. Ὅταν τοίνυν τοῦτο τὸ ῥῆμα προγεγραμμένον ᾖ τῆς ψαλμῳδίας, νοητέον ἂν εἴη τὸ δεῖν πάντως τὸ ὑποκείμενον εἰς δοξολογίαν ἄγειν Θεοῦ. Οὕτω καὶ τοῖς τελευταίοις μάλιστα τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν αἱ πολλαὶ τῶν τοιούτων ἐπιγραφαὶ ἐφευρίσκονται, δι' ὧν ἔστιν ἐννοεῖν, ὅτι τοῖς ἤδη πρὸς τὸ τέλειον φθάσασι τῆς κατ' ἀρετὴν D πολιτείας, καὶ διὰ τῶν προλαβόντων τῆς ψαλμῳδίας τμημάτων κατὰ τὴν νοηθεῖσαν ἐπ' αὐτῶν θεωρίαν ἐκκαθαρθεῖσιν, ἁρμόζει τὸ αἰνεῖν τὸν Θεὸν, καὶ ἐν τούτοις εἶναι, ἐν οἷς καὶ ἡ τῶν ἀγγέλων φύσις εἶναι πεπίστευται. Οὔτε γὰρ ἐκείνων μεμαθήκαμεν ἀσχολίαν ἄλλην τινὰ πλὴν τοῦ αἰνεῖν τὸν Θεὸν, οὔτε τοῖς κατ' ἀρετὴν τελείοις ἕτερόν τι σπουδάζεται ἢ τὸ τὴν ζωὴν ἑαυτοῦ αἶνον εἶναι Θεοῦ παρασκευάσαι. Ἐπεὶ τοίνυν οἱ τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντες τοῦ *Ἀλληλούϊα*, πάντες σχεδὸν τῷ τελευταίῳ τμήματι τῆς ψαλμῳδίας εὑρίσκονται, σαφῶς ἔστι κατανοῆσαι, καὶ ὅτι πάσης ὑπέρκειται τῆς ὑψηλῆς διὰ τῶν ψαλμῶν ἀναβάσεως τὸ τελευταῖον τμῆμα τῆς ψαλμῳδίας, ἐν ᾧ τὸ πλεῖστον Θεοῦ αἶνός ἐστιν, ἤτοι εἰς τὸ αἰνεῖν τὸν Θεὸν παρα-

κέλευσις. Προστάττει μέντοι ἐν τῷ μετὰ χεῖρας ψαλμῷ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ ἐξ ἐθνῶν λαῷ φανερὰς ποιῆσαι πάσας τὰς θαυματουργίας, ἃς πεποίηται ἐπὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας ὁ Κύριος· ναὶ μὴν καὶ ὅσα εὐηργέτησε τὸν πάλαι λαὸν, καὶ οἷον ἀνθ' οἵου ἐποίησεν. Ἔτι δὲ ἐν τούτῳ καὶ μνήμη τῶν πρὸς τοὺς πατριάρχας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγενημένων ὑποσχέσεων, καὶ τῶν δι' ἐκείνους ὑπ' αὐτοῦ παρασχεθέντων ἀγαθῶν τοῖς ἐκείνων ἐκγόνοις. Ἱκανὴ γὰρ τούτων ἡ μνήμη τοὺς τοσούτων εὐεργεσιῶν ἀπολαύσαντας εἰς ζῆλον τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς ἐρεθίσαι. Διδάσκει δὲ κατὰ ταὐτὸ καὶ τὸν νέον λαὸν, ἤγουν τοὺς ἐξ ἐθνῶν ὡς οὐκ ἀδίκως τὸν ἀχάριστον ἐκεῖνον λαὸν τῆς οἰκείας κηδεμονίας ἐγύμνωσεν, ὡς ὁμοῦ ἐκ τῆς κατ' ἐκείνων ἐξενεχθείσης ψήφου τὸ δίκαιον καταμάθοιεν, καὶ τῆς ἀχαριστίας ὁρῶντες τὰ ἐπίχειρα, μὴ τὴν αὐτὴν Ἰουδαίοις βαδίζοιεν, ἀλλὰ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ὁδεύοιεν.

patefaciant: itemque narrent quæ beneficia prisco illi populo exhibuerit, et quam vicem singulis eorum gestis reddiderit. Insuper hic promissionum a Deo patriarchis factarum mentio habetur, et quanta ipsorum gratia nepotibus eorum bona concessa fuerint. Horum quippe commemoratio est ad beneficio donatos avitæ virtutis studio inflammandos satis. Postea vero docet novum populum, scilicet ex gentibus, se ingratam illam gentem divina providentia non injuste spoliasse, ut pariter ex justitia sententiæ contra illos latæ, viso ingrati animi præmio, moneantur ne in eadem qua Judæi via incedant, sed in recto calle insistant.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐπικαλεῖσθε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Διπλῆς οὔσης ἐν τῇ γραφικῇ συνηθείᾳ τῆς κατ' ἐξομολόγησιν σημασίας, καὶ νῦν μὲν τὴν ἐξαγόρευσιν, αὖθις δὲ τὴν εὐχαριστίαν ἐνδεικνυμένης, ἐνταῦθα κατ' ἀμφοτέρας τὰς ἐννοίας πρὸς τὸν κατ' ἀρετὴν βίον χειραγωγούμεθα· ἥ τε γὰρ ἐξαγόρευσις χωρισμόν τινα καὶ ἀλλοτρίωσιν τῶν κακῶν ἀπεργάζεται, τό τε πρὸς τὴν εὐχαριστίαν πρόθυμον πλεονάζει, καὶ τὴν περὶ τοῦ εὐεργέτου χάριν ἐπὶ τῶν εὐαισθήτως δεχομένων τὰς εὐποιΐας. Παρακελεύεται τοίνυν ὁ λόγος τὴν εὐχαριστήριον ὑμνῳδίαν προσφέρειν, καὶ διηγεῖσθαι τὰς θείας εὐεργεσίας. Τὸ γὰρ *ἐπικαλεῖσθε*, *κηρύσσετε* ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· ἕτερος δὲ ἑρμηνευτής φησι, *Καὶ ἐπικαλεῖσθε ἐν ὀνόματι αὐτοῦ*· μέγα τι αἰνιττόμενος. Ἂν γὰρ ἐξομολογήσῃ, φησὶ, καὶ ἀποθῇς τὰ ἁμαρτήματα, δυνήσῃ, μετὰ παῤῥησίας τὸ ὄνομα αὐτοῦ καλέσας, μεγάλα ἐργάσασθαι ἀγαθά. Οὐ μάτην δὲ ἐξομολογεῖσθαι πρότερον, καὶ δεύτερον ἐπικαλεῖσθαι βούλεται· ἀλλ' ἵνα, καθαροὶ διὰ τῆς ἐξαγορεύσεως γενόμενοι, ἐκ καθαροῦ ὀργάνου τὸν ὕμνον προσενέγκωμεν.

Confitemini Domino, et invocate nomen ejus. Cum Scriptura soleat duplici sensu confessionem proferre, ac modo hac voce peccatorum denuntiationem, modo gratiarum actionem significet; hic secundum utramque rationem, ad vitam cum virtute agendam instituimur. Nam confessio a malis hominem semovet et iis alienum efficit: gratiarum autem actionis studium apud beneficum auget gratiam erga eos qui grato animo beneficia nacti sunt. Hortatur itaque sermo ad hymnos gratiarum actionis efferendos, et ad divina beneficia narranda. Nam illud, *invocate*, Symmachus, *prædicate* vertit: alius autem interpres ait, *Et invocate in nomine ejus*; magnum quidpiam subindicans. At enim si confessus fueris, ait, et peccata deposueris, nomen ejus cum fiducia invocando magna edere opera valebis. Neque sine causa primo confiteri, postea invocare exoptat; sed ut per confessionem purgati, ex puro instrumento hymnum offeramus.

Ἐπαγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ὁ μετὰ χεῖρας αἶνος τὴν ἱστορίαν ἐπιτέμνεται τὴν ἀπὸ Ἀβραὰμ καὶ ἐπὶ ἔξοδον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τὴν ἀπὸ Αἰγύπτου· ἣν καὶ ἐπαγγέλλειν τοῖς ἔθνεσι τὸ θεῖον Πνεῦμα παρακελεύεται, ὥστε διὰ τούτων δηλῶν ἐστιν, ὡς ὄνησιν οὐκ Ἰουδαίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πραγματεύεται, τοῦ Πνεύματος τοὺς τῶν ἐθνῶν διεγείροντος κήρυκας εἰς τὸ ζητεῖν τὸν Κύριον καὶ κηρύσσειν τὰ περὶ αὐτοῦ διηγήματα. Καὶ ταῦτα μεθ' ὕμνων· φησὶ γοῦν· *Ἄσατε αὐτῷ καὶ ψάλατε αὐτῷ· διηγήσασθε πάντα τὰ θαυμάσια αὐτοῦ.* Βούλεται ἀπαγγελθῆναι τοῖς ἔθνεσιν, ὡς ἀγνοοῦσι καὶ μηδέπω μεμαθηκόσιν, ὁποίας πάλαι πρότερον εὐεργεσίας ὁ Θεὸς τῷ προτέρῳ λαῷ παρέσχετο· καὶ ὅπως, μυρίων ἀγαθῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ τετυχηκότες, παρέβησαν ἀσεβήσαντες· καὶ ὡς διὰ τὰς παρανομίας αὐτῶν τῆς θείας ἐπισκοπῆς ἐκπεπτώκασι. Κελεύει δὲ καὶ ἑρμηνέας γίνεσθαι καὶ σαφηνιστὰς τῶν ἐν τοῖς θείοις λογίοις ἀποῤῥήτων· ἅπερ ἂν εἴη τὰ θαυμάσια αὐτοῦ· καὶ ἁπλῶς ὑμνῳδίαις αὐτὸν ἀμείβεσθαι καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ γενόμενα τοὺς ἀγνοοῦντας διδάξαι θαυμάσια.

Annuntiate inter gentes opera ejus. Hæc laus, quam tractamus, historiam compendio narrat a tempore Abrahami ad exitum filiorum Israel ex Ægypto; quam gentibus annuntiare jubet Spiritus divinus; ita ut his declaret non Judæorum modo, sed etiam gentium utilitatem curari: Spiritu scilicet præcones gentium excitante ad quærendum Dominum et ad prædicanda ejus opera. Idque cum hymnis agendum docet, ait enim: *Cantate ei et psallite ei, narrate omnia mirabilia ejus.* Vult gentibus, utpote ignorantibus ac nondum edoctis, annuntiari quanta olim beneficia Deus prisco populo impertierit; ac quomodo illi infinita a Deo munera consecuti, impie transgressi sint; qua item ratione ob iniquitates suas a Dei providentia lapsi sint. Jubet autem eos et interpretes et explanatores esse arcanorum quæ divina eloquia complectuntur: quæ sane mirabilia ejus fuerint: ac præcipit, ut hymnis ipsi vicem rependant, et abs se patrata mirabilia ignorantibus aperiant.

VERS. 3 4. *Laudamini in nomine sancto ejus : lætetur cor quærentium Dominum. Quærite Dominum, et confirmamini, quærite faciem ejus semper.* Laus enim et gloria iis est qui Dei virtutem enarrant. Aquila vero loco illius, *laudamini*, interpretatur, *gloriamini*. Præcipit autem sermo apostolis eorumque successoribus, ut ne in divitiis, in robore, in potentia, altum sapiant ; sed in veri Dei cognitione et providentia, ac in eo quod Christiani vocentur. Hoc item jubet divinus Apostolus, dum ait : *Qui gloriatur, in Domino glorietur : non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Dominus commendat* [31]. Idipsum Jeremias, id sapientissima Anna pronuntiant : *Non glorietur sapiens in sapientia sua, et non glorietur fortis in fortitudine sua, et non glorietur dives in divitiis suis : sed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligendo et cognoscendo, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam et justitiam in terra* [32]. *Lætetur cor quærentium Dominum*, id est, invocantium eum ad opem, sive virtute ad eum tendentium, a quibus etiam invenitur. Docet autem quanta utilitas ex confessione proveniet. Nam quod quæsivistis, ait, id accidet vobis ; videlicet animi lætitia : illa quippe spei Deo repositæ fructus est. Animadverte autem quomodo a confessione inceperit, et in lætitiam desinat. Nam profectus secundum Deum initium confessio est ; finis autem lætitia secundum Deum : plurima vero sunt in medio horum posita. Oportet igitur homines primo confiteri Domino per sinceram pœnitentiam, ac per fructus confessioni congruentes : deinde vero ad meliora profectos confidere et invocare nomen ejus : sicque ubi post confessionem invocaverint eum, divinis charismatibus donari ; sub hæc his acceptis, opera quæ didicerunt omnibus annuntiando, aliis quoque utiles esse : ac præter hæc omnia, utpote lætitia illa, quæ secundum Deum est, dignatos, cantare ei et psallere ei : secundum hæc, explanatores esse arcanorum, quæ in divinis sermonibus continentur ; hinc, utpote qui hæc omnia recte peregerint, laudari in nomine ejus ; demum post hæc omnia anima lætari, quæ cor dicitur. Hæc porro quæ Dominum quæsivit, tum ex ipsa perquisitione, tum quod quærendo reperiat, ea quæ secundum Deum est lætitia fruatur.

Isthæc vero omnia æstimo ad personam apostolorum a Spiritu sancto referri. Nam illud : *Annuntiate in gentibus opera ejus*, non aliis dicere convenit quam illis. Sermonis porro veritatem ipse rerum eventus testificatur. Etenim ii soli in gentibus quæ sua opera universorum Deum cognoverunt, opera Dei annuntiaverunt, quas gentes superius novam generationem et populum qui creatur nuncupavit. Eum itaque qui Dominum quæsiturus est, opus est primo per sinceram pœnitentiam et per fructus ejusdem confiteri : nam qui talis est, Deum quærere,

Ἐπαινεῖσθε ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ· εὐφρανθήτω καρδία ζητούντων τὸν Κύριον. Ζητήσατε τὸν Κύριον, καὶ κραταιώθητε· ζητήσατε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διαπαντός. Ἔπαινος γὰρ καὶ δόξα τοῖς τὴν ἀρετὴν τοῦ Θεοῦ διηγουμένοις. Ὁ δὲ Ἀκύλας ἀντὶ τοῦ *ἐπαινεῖσθε*, *καυχᾶσθε* τέθεικε. Παρακελεύεται δὲ ὁ λόγος τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς διαδόχοις αὐτῶν, μὴ ἐπὶ πλούτῳ, μὴ ἐπὶ ῥώμῃ, μὴ ἐπὶ δυναστείᾳ, μέγα φρονεῖν· ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ γνώσει καὶ προμηθείᾳ καὶ τῷ καλεῖσθαι Χριστιανούς. Τοῦτο παρηγγύησε καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος· *Ὁ καυχώμενος* γάρ, φησίν, *ἐν Κυρίῳ καυχάσθω· οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν ἐκεῖνος δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησι.* Ταῦτα καὶ Ἱερεμίας καὶ ἡ σοφωτάτη Ἄννα διέξεισι· *Μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, καὶ μὴ καυχάσθω ὁ ἰσχυρὸς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, καὶ μὴ καυχάσθω ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ· ἀλλ' ἢ ἐν τούτῳ καυχάσθω ὁ καυχώμενος, συνιεῖν καὶ γινώσκειν, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Κύριος ὁ ποιῶν ἔλεος καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς. Εὐφρανθήτω καρδία ζητούντων τὸν Κύριον·* τουτέστιν ἐπικαλουμένων αὐτὸν εἰς βοήθειαν, ἢ δι' ἀρετῆς πρὸς αὐτὸν ὁδευόντων, οἷς καὶ εὑρίσκεται. Διδάσκει δὲ πόσον ὄφελος ἐκ τοῦ ἐξομολογεῖσθαι γενήσεται. Ὃ γὰρ ἐζητήσατε, φησί, τοῦτο συμβήσεται ὑμῖν, ἡ περὶ τὸν νοῦν εὐφροσύνη· τῆς γὰρ εἰς Θεὸν ἐλπίδος αὕτη καρπός. Θέα δὲ ὅπως ἀπὸ ἐξομολογήσεως ἤρξατο, καὶ κατέληξεν εἰς εὐφροσύνην. Ἀρχὴ μὲν γὰρ τῆς κατὰ Θεὸν προκοπῆς ἐξομολόγησις· τέλος δὲ ἡ κατὰ Θεὸν εὐφροσύνη· πλεῖστα δὲ τὰ μεταξὺ τούτων. Δεήσει τοίνυν πρῶτον ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ διὰ γνησίας μετανοίας, καὶ καρπῶν πρεπόντων τῇ ἐξομολογήσει· ἔπειτα βελτιωθέντας θαῤῥεῖν καὶ ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ οὕτως μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν ἐπικαλουμένους καταξιοῦσθαι τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ χαρισμάτων· εἶτα τούτων τυχόντες, ἑτέρους ὠφελεῖν διὰ τοῦ ἀπαγγέλλειν εἰς ἅπαντας, ἅπερ μεμαθήκασιν, ἔργα αὐτοῦ· καὶ ἐπὶ τούτοις ὡς ἂν καταξιωθέντας τῆς κατὰ Θεὸν θυμηδίας, ᾄδειν αὐτῷ καὶ ψάλλειν· καὶ μετὰ ταῦτα σαφηνιστὰς γίνεσθαι τῶν ἐν τοῖς θείοις λογίοις ἀποῤῥήτων· εἶτ' ἤδη κατωρθωκότας τὰ τοσαῦτα ἐπαινεῖσθαι ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· καὶ τέλος μετὰ πάντα, εὐφραίνεσθαι κατὰ διάνοιαν, καρδίαν ὀνομαζομένην. Αὕτη, τὸν Κύριον ἐκζητοῦσα, ἐξ αὐτῆς τῆς ζητήσεως καὶ τῆς ἐπιγινομένης τῇ ζητήσει εὑρέσεως, ἀπολαυέτω τῆς κατὰ Θεὸν εὐφροσύνης.

Ταῦτα δὲ πάντα ἡγοῦμαι εἰς πρόσωπον τῶν ἀποστόλων ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀναφέρεσθαι. Τὸ γάρ, *Ἀπαγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔργα αὐτοῦ*, οὐκ ἄλλοις ἁρμόζει λέγεσθαι ἢ αὐτοῖς. Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ τὸ ἀποτέλεσμα· μόνοι γὰρ ἀπήγγειλαν τοῦ Θεοῦ τὰ ἔργα ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς δι' αὐτῶν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἐπεγνωκόσιν, οὓς ἀνωτέρω καινὴν γενεὰν καὶ λαὸν κτιζόμενον προσηγόρευσε. Δεῖ τοίνυν τὸν μέλλοντα ζητεῖν τὸν Κύριον ἐξομολογεῖσθαι πρότερον δι' εἰλικρινοῦς μετανοίας καὶ τῶν ταύτης καρπῶν· ὁ γὰρ τοιοῦτος καὶ ζητεῖν δύναται, καὶ ζητῶν εὑ-

[31] II Cor. x, 17, 18. [32] Jer. ix, 23, 24.

ρεῖν. Εἰ γὰρ ἐπὶ λίθων τιμίων τῶν εἰδότων χρεία, καὶ ἐπὶ κολυμβητῶν πολλῆς τῆς ἐπιστήμης δεῖ, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ Θεοῦ. Πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντα αὐτὸν εὑρεῖν, καὶ πραγμάτων ὄχλος, καὶ σαρκὸς ἐπαναστάσεις, καὶ νοσήματα ψυχῶν, καὶ δαιμόνων ἐπιβουλαὶ, καὶ ῥᾳθυμία γνώμης. Κἂν ἀπαλλαγῶμεν τούτων ἁπάντων, ταχέως αὐτὸν εὑρήσομεν, καὶ τὴν κακίαν ἀποδυσόμεθα, καὶ τὴν ἀρετὴν ἑλώμεθα. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἐκεῖ φέρουσα ὁδός. Τί οὖν ἐστι ζήτησις; τὸ συνεχῶς ἐκεῖνον ἐννοεῖν καὶ λογίζεσθαι· ὁ γὰρ ζητῶν ἐπὶ διανοίας ἔχει τὸ ζητούμενον.

Ζητήσατε τὸν Κύριον καὶ κραταιώθητε· ζητήσατε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διαπαντός. Τί ἐστι τὸ ζητεῖν τὸν Κύριον; τὸ τὰ ἐκείνου φρονεῖν, τὸ ἀεὶ αὐτὸν λογίζεσθαι, τὸ ἀεὶ ἐν διανοίᾳ ἔχειν, τὸ μηδέποτε παύεσθαι ὁμιλοῦντα αὐτῷ διὰ τῆς προσευχῆς καὶ τῶν ἀγαθῶν πράξεων. Ἄμαχοι δὲ οἱ ζητοῦντες ἔσονται καὶ ἀήττητοι. Παρορμήσας μέντοι ὁ λόγος τοὺς τῶν ἐθνῶν κήρυκας ἐπὶ τὸ προθύμως ἐκζητῆσαι τὸν Κύριον, ἔτι μᾶλλον αὐτοὺς ἐπιῤῥώννυσι λέγων, *Κραταιώθητε*, τουτέστι, Μὴ χαυνοῦσθε εἰς τὸ ζητεῖν αὐτόν. Τοῦτο δὲ προσφωνεῖ αὐτοῖς, ὡς δεομένοις κράτους καὶ δυνάμεως εἰς τὸ ἰσχῦσαι τὸ προστεταγμένον ποιῆσαι· ὅπερ ἦν τὸ ἔθνεσι κηρύξαι, Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, κατὰ τὸ, *Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ.* Διδάσκων δὲ πῶς δεῖ τὸ ζητεῖν ποιεῖν, καὶ ὅτι οὐχ ἅπαξ ἢ δὶς, ἀλλὰ παρὰ πάντα τὸν βίον τὴν ἄνωθεν ἐπικουρίαν προσήκει ζητεῖν καὶ τὴν ὠφέλειαν καρποῦσθαι, ἐπήγαγε· *Ζητήσατε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διαπαντός·* οὐ τρίτον τοῦ ἐνιαυτοῦ, κατὰ τὸν ὑπὸ Μωϋσέως δοθέντα νόμον ἐνώπιον αὐτοῦ φαινόμενοι, ἀλλὰ παρὰ πάντα τὸν βίον. Πρόσωπον δὲ ἐνταῦθα τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ φησι, τὴν ἐπισκοπὴν, τὴν πρόνοιαν, τὴν κηδεμονίαν, τὴν βοήθειαν, τὴν συμμαχίαν, τὴν ἔννοιαν τὴν περὶ αὐτόν. Τὸ γὰρ τῆς οὐσίας πρόσωπον οὐδεὶς ὄψεται καὶ ζήσεται. Πρόσωπον δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ Υἱός.

Μνήσθητε τῶν θαυμασίων αὐτοῦ ὧν ἐποίησε, τὰ τέρατα αὐτοῦ καὶ τὰ κρίματα τοῦ στόματος αὐτοῦ· εἴτε τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ Γραφῇ, εἴτε τῶν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις. Ταῦτα γὰρ δεήσει ὑμᾶς τοὺς τῶν ἐθνῶν κήρυκας εἰς πάντα τὰ ἔθνη διαδοῦναι· ἐπεὶ μὴ πρότερον αὐτὰ παρά τινος ἄλλου μεμαθήκασιν. Ὅσα τοίνυν ἐνανθρωπήσας ὁ Λόγος διεπράξατο τοῖς παλαιοῖς ὁμοῦ συνάψαντες, μνήσθητε παραδοῦναι τοῖς ἔθνεσιν. Ἐνταῦθά μοι δοκεῖ τὴν ὁδὸν δεικνύναι δι' ἧς δυνατὸν καὶ ζητεῖν καὶ εὑρεῖν τὸν Θεόν. Τίς δὲ ἡ ὁδός; τὸ διηνεκῶς ἐπὶ μνήμης φέρειν τὰ παράδοξα αὐτοῦ ἔργα, καὶ τοὺς νόμους καὶ τὰς ἐντολάς· διὸ ἐπάγει, *Τὰ τέρατα αὐτοῦ καὶ τὰ κρίματα τοῦ στόματος αὐτοῦ·* τέρατα μὲν τὰς θεοσημείας λέγων, κρίματα δὲ τὰς ἀποφάσεις, τὰς ἐντολὰς, ἢ τὰ ἐνδίκως καὶ κρίσει δικαίᾳ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγενημένα θαύματα. Ποῖα δὲ τέρατα, εἰπέ μοι; Τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, τὰ μετὰ τὴν Αἴγυπτον, τὰ πρὸ τῆς Αἰγύπτου, τὰ μετὰ τὴν παρουσίαν τὴν αὐτοῦ. Πάντα γὰρ ταῦτα

[44] Psal. LXVII, 12.

A et quærendo invenire potest. Nam si cum de lapidibus pretiosis agitur, peritis est opus, et si urinatores multa scientia egent, multo magis cum de Deo agitur. Multa enim impedimento sunt quominus inveniatur, negotiorum tumultus, carnis insultus, animarum morbi, dæmonum insidiæ, animi segnities; si his omnibus liberemur, quamprimum ipsum inveniemus, malitiam ponemus, et virtutem amplexabimur. Hæc quippe via est illo tendens. Quid ergo est illa inquisitio? frequenter illum cogitare et animo versare : nam qui quærit, in ipsa mente quod quærit habet.

Quærite Dominum et confirmamini : quærite faciem ejus semper. Quid est Dominum quærere? quæ ad illum pertinent sapere, de illo semper cogitare, eum
B in mente semper versare, nunquam cum eo per orationem et bona opera conversandi finem facere. Qui autem ipsum inquirunt, invicti et insuperabiles erunt. Cum igitur sermo gentium præcones incitasset ut Dominum alacriter exquirerent, nunc magis magisque confirmat illos dicens : *Confirmamini*, id est, Ne molliter in illo quærendo agatis. Sic autem ipsos alloquitur, ut robore ac virtute indigentes, quo illos ad jussum peragendum confirmet : erat porro illud, ut gentibus prædicarent, Græcis et barbaris, secundum illud : *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa* [44]. Docetque quo pacto quærere illum oporteat, et quod non semel aut bis, sed per totam vitam, supernum auxilium exquirere
C opus sit, atque hinc utilitatem capere. Subsumit deinde : *Quærite faciem ejus semper.* Non ter in anno, ut in lege Moysis ferebatur, in conspectum ejus venientes, sed per totam vitam. Faciem vero hic vocat ejus adventum, visitationem, providentiam, curam, auxilium, commilitium, benevolentiam. Nam substantiæ ejus faciem nemo videbit et vivet. Facies item ejus est Filius.

VERS. 5. *Mementote mirabilium ejus quæ fecit, prodigia ejus et judicia oris ejus;* sive illa quæ in Veteri Scriptura, sive illa quæ in Evangeliis memorantur. Hæc enim opus erit vos gentium præcones omnibus gentibus tradere; quando illæ ea a nemine antehac edidicerunt. Quæcunque igitur Dei
D Verbum incarnatum peregit, cum antiquis conjuncta, gentibus tradere memineritis. Hic videtur mihi viam ostendere qua possimus Deum quærere et invenire. Quænam illa via? Perpetuo in memoria volvere mirabilia ejus opera, leges et præcepta : quare subdit, *Prodigia ejus et judicia oris ejus.* Prodigia quidem divina signa dicens; judicia vero, decreta et præcepta, sive ea, quæ ad ultionem justo judicio a Deo patrata sunt, mirabilia. Quæ prodigia, dic mihi? Quæ in Ægypto, quæ ante et post profectum in Ægyptum, quæ post adventum ejus. Hæc quippe omnia admiranda et stupenda opera sunt, quæ humanum captum superant. Sive prodigia quidem,

edita miracula, ut ambulare supra mare, mortuos suscitare, et similia; judicia autem oris ejus, verba quæ dicebat cum impuros dæmones ex hominibus pelleret; vel præcepta Novi Testamenti. Imo potius hoc loco videtur mihi judicia vocare leges, quas sive in cœlo, sive in terra, sive in mari posuit. Neque enim solus homo legem accepit; sed omnia visibilia; mare, ne oras transgrederetur; montes, ut figerentur, terra ut staret, sol ut curreret, luna proprium ut ordinem servaret; varius ille stellarum chorus, corporum, plantarum, brutorum natura, ut et aliorum omnium, legem accepit: universa quippe suis legibus administrantur. Et hæc omnia præceptis facta sunt, quæ ore declarantur. Quæcunque ergo os ipsius, sive per Vetus, sive per Novum Testamentum judicavit, ea connectite, gentibus præcipientes, ut judicia ejus quasi regias leges custodiant. Judicia porro intelligas ea, quæ justo calculo mirabiliter edita sunt. Nam quia ea quæ in Ægypto gesta sunt narraturus est, justitiam ultionis de Ægyptiis sumptæ docere antevertit. Oportebat enim omnes, qui in terra sunt, homines, ejus judiciis subditos, neque gesta ejus, neque judicia ejus ignorare. Quibus judiciis non solum Judaicam gentem, sed etiam omnes in terra homines vocatione sua dignari decrevit.

A θαυμαστὰ καὶ παράδοξα πράγματα, καὶ ἀκολουθίαν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνοντα. Ἢ τέρατα μὲν τὰ γεγενημένα θαύματα, ὡς τὸ περιπατῆσαι ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ νεκρὸν ἀναστῆσαι, καὶ τὰ τοιαῦτα· κρίματα δὲ τοῦ στόματος αὐτοῦ τοὺς λόγους οὓς ἔλεγεν, ἐλαύνων τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας, ἢ καὶ τὰς ἐντολὰς τῆς Καινῆς Διαθήκης. Μᾶλλον δὲ ἐνταῦθά μοι δοκεῖ κρίματα τοὺς νόμους λέγειν, τοὺς ἐν οὐρανῷ, τοὺς ἐν γῇ, τοὺς ἐν θαλάσσῃ. Οὐ γὰρ δὴ μόνος ἄνθρωπος ἔλαβε νόμον, ἀλλὰ τὰ ὁρώμενα ἅπαντα· ἡ θάλασσα τὸ μὴ ὑπερβαίνειν τοὺς αἰγιαλούς· τὰ ὄρη τὸ πεπηγέναι, ἡ γῆ τὸ ἑστάναι, ὁ ἥλιος τὸ τρέχειν, ἡ σελήνη τὴν ἰδίαν εὐταξίαν, ὁ ποικίλος τῶν ἀστέρων χορὸς, ἡ φύσις τῶν σωμάτων, ἡ τῶν φυτῶν, ἡ τῶν ἀλόγων, ἡ τῶν ἄλλων ἁπάντων· οἰ-B κείοις γὰρ ἅπαντα διοικεῖται νόμοις. Καὶ ταῦτα ἅπαντα ἐπιτάγμασι γέγονεν, ὅπερ δηλοῦται διὰ τοῦ στόματος. Ὅσα τοίνυν τὸ στόμα αὐτοῦ ἔκρινεν, εἴτε διὰ τῆς Παλαιᾶς, εἴτε διὰ τῆς Νέας Διαθήκης ἔκρινε, ἐπισυνάψατε, φυλάττειν ὡς νόμους βασιλικοὺς τὰ κρίματα αὐτοῦ τοῖς ἔθνεσι παραγγέλλοντες. Νοήσεις δὲ κρίματα τὰ δικαίᾳ ψήφῳ θαυματουργηθέντα. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ μέλλει διηγεῖσθαι, προδιδάσκει τῆς Αἰγυπτίων τιμωρίας τὸ δίκαιον. Ἔδει γὰρ πάντας τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους ὑποκειμένους τοῖς αὐτοῦ κρίμασι μὴ ἀγνοεῖν μήτε τὰ ἔργα αὐτοῦ μήτε τὰ κρίματα αὐτοῦ. Δι' ὧν κριμάτων οὐ μόνον τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους ἔκρινε τῆς αὐτοῦ κλήσεως καταξιῶσαι.

Vers. 6, 7. *Semen Abraham servi ejus, filii Jacob electi ejus. Ipse Dominus Deus noster.* Quoniam *non omnes qui ex Israel, ii sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii*[85]; jure quidem Salvator noster Judæis qui ex semine Abrahæ esse gloriabantur, dixit: *Scio quia semen Abrahæ estis*[86]; et iterum, *Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite*[87]; ita ut quidam filii sint Abrahæ per imitationem, qui et electi vocantur: cum aliqui semen tantum ejus sint, atque ideo minime electi: non enim semen electum dicitur, sed filii. Semen vero sunt servi ejus. Cum itaque discipuli Servatoris, gentium præcones effecti, utrumque obtinerent, utpote qui et servi essent et electi; ideo dictum est ad eos: *Semen Abraham servi ejus, filii Jacob electi ejus.* Huic autem dicto, *Electi ejus*, compares illud, *Hos duodecim elegit Jesus, et apostolos nominavit*[88]; et illud, *Nonne ego vos duodecim elegi*[89]? Electorum vero præstantiam intelligimus ex illo, *Multi vocati, pauci vero electi*[90]. *Ipse Dominus Deus noster, in universa terra judicia ejus.* Non ignorandum, inquit, ipsum esse Dominum Deum nostrum, qui providentia sua universum mundum divinis judiciis administrat; ita ut nihil sine judicio, nihil sine Dei providentia eveniat.

Σπέρμα Ἀβραὰμ δοῦλοι αὐτοῦ, υἱοὶ Ἰακὼβ C *ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ. Αὐτὸς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν.* Ἐπεὶ μὴ *πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραὴλ, μηδὲ ὅσοι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, πάντες τέκνα*, εἰκότως μὲν ὁ Σωτὴρ ἡμῶν τοῖς ἐκ σπέρματος εἶναι Ἀβραὰμ αὐχοῦσιν Ἰουδαίοις ἔλεγεν· *Οἶδα, ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε*· καὶ πάλιν· *Εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ποιεῖτε*· ὡς τινων τέκνα μὲν ὄντων τοῦ Ἀβραὰμ διὰ μιμήσεως, οἳ καὶ ἐκλεκτοὶ εἴρηνται· τινῶν δὲ σπέρμα μόνον ὄντων αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλεκτῶν οὐκ ὄντων. Οὐ γὰρ τὸ σπέρμα ἐκλεκτὸν ἐλέχθη, ἀλλ' οἱ υἱοί. Τὸ δὲ σπέρμα δοῦλοι αὐτοῦ. Ἐπεὶ τοίνυν οἱ τοῦ Σωτῆρος μαθηταὶ, οἱ τῶν ἐθνῶν γενόμενοι κήρυκες, ἀμφότερα εἶχον, ἅτε καὶ δοῦλοι ὄντες καὶ ἐκλεκτοί· ὅθεν πρὸς αὐτοὺς λέλεκται· *Σπέρμα Ἀβραὰμ δοῦλοι αὐτοῦ,* D *υἱοὶ Ἰακὼβ ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ.* Πρὸς δὲ τὸ, *Ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ*, παραθήσεις τὸ, *Τούτους τοὺς δώδεκα ἐξελέξατο ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀποστόλους ὠνόμασε*· καὶ τὸ, *Οὐκ ἐγὼ ὑμᾶς τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην;* Τὸ δὲ ἐξαίρετον τῶν ἐκλεκτῶν νοήσομεν ἀπὸ τοῦ· *Πολλοὶ κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. Αὐτὸς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐν πάσῃ τῇ γῇ τὰ κρίματα αὐτοῦ.* Οὐκ ἀγνοητέον, φησὶν, ὅτι αὐτός ἐστι Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὃς προνοίᾳ τὸν σύμπαντα κόσμον θείοις κρίμασι διοικεῖ, ὡς μηδὲν ἀκρίτως, μηδὲ ἄνευ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας γίγνεσθαι.

Vers. 8-15. *Memor fuit in sæculum testamenti sui, verbi quod mandavit in mille generationes. Quod*

Ἐμνήσθη εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκης αὐτοῦ, λόγου οὗ ἐνετείλατο εἰς χιλίας γενεὰς, ὃν διέθετο

[85] Rom. ix, 6, 7. [86] Joan. viii, 37. [87] ibid. 39. [88] Luc. vi, 13. [89] Joan. vi, 71. [90] Matth. xx, 16.

A *τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ ὅρκου αὐτοῦ τῷ Ἰσαάκ· καὶ ἔστησεν αὐτὸν τῷ Ἰακὼβ εἰς πρόσταγμα, καὶ τῷ Ἰσραὴλ εἰς διαθήκην αἰώνιον, λέγων· Σοὶ δώσω τὴν γῆν Χαναὰν, σχοίνισμα κληρονομίας ὑμῶν. Ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἀριθμῷ βραχεῖς, ὀλιγοστοὺς καὶ παροίκους ἐν αὐτῇ. Καὶ διῆλθον ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος, καὶ ἐκ βασιλείας εἰς λαὸν ἕτερον. Οὐκ ἀφῆκεν ἄνθρωπον ἀδικῆσαι αὐτοὺς, καὶ ἤλεγξεν ὑπὲρ αὐτῶν βασιλεῖς. Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε.* Ἐπιστήσας ἀκριβῶς τίς ἦν ὁ λόγος ὃν ἐνετείλατο εἰς πολλὰς γενεὰς ἐξικνούμενον, οὐ γὰρ ἐτῶν ἀριθμὸν, ἀλλὰ τὸ διηνεκὲς αἰνίττεται καὶ τὸ πλῆθος, ὡς τὸ ἑπτάκις, *Στεῖρα ἔτεκεν ἑπτὰ*, τουτέστι πολλὰ, καὶ, *Ἑπτάκις πεσεῖται ὁ δίκαιος, καὶ ἀναστήσεται*· εὑρήσεις αὐτὸν εἰρημένον οὕτως πρὸς B Ἀβραὰμ, *Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς*. Καὶ, *Ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου*. Εὕροις δ' ἂν τὰ παραπλήσια καὶ τῷ Ἰσαὰκ ἐπηγγελμένα καὶ ὁμοσθέντα περί τε τῆς γῆς καὶ τοῦ πληθυσμοῦ τοῦ σπέρματος. Ταῦτα δὲ μετὰ πλείστας ὅσας γενεὰς ἐπληροῦτο διὰ τῆς ἐπιφανείας Χριστοῦ τοῦ ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ, γενομένου Σωτῆρος ἡμῶν. Εἰσέτι τε νῦν ἐνεργεῖ καὶ διαμένει ἡ ἐπαγγελία, μέχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ. Οὗτος οὖν μετὰ μακρὸν αἰῶνα, καὶ μετὰ πλείστας σφόδρα γενεὰς, τὰς γὰρ χιλιάδας ἀντὶ τῶν πολλῶν παρείληφε, καὶ ταύτας ἐπλήρου τὰς πρὸς τοὺς πατριάρχας ἐπαγγελίας, διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ καὶ διὰ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τὴν τοῦ Ἀβραὰμ εὐλογίαν δεδωρημένος.

disposuit ad Abraham, et juramenti sui ad Isaac, et statuit illud Jacob in præceptum, et Israel in testamentum æternum, dicens : Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ. Cum essent numero brevi, paucissimi et incolæ in ea. Et pertransierunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum. Non reliquit hominem nocere eis, et corripuit pro eis reges. Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari. Si accurate perpendas quod illud verbum fuerit, quod mandavit, in multas generationes pervadens : non enim numerum annorum, sed perpetuum subindicat numerus hujusmodi, ut v. g. septies, *Sterilis peperit septem* [61], id est multos; et, *Septies cadet justus et resurget* [62]; hac ratione illud Abrahæ dictum comperies, *Et benedicentur in te omnes gentes terræ* [63]. Et, *Benedicentur in semine tuo omnes tribus terræ. Et multiplicans multiplicabo semen tuum* [64]. Similia item Isaaco promissa reperias jurejurando confirmata, tam de terra, quam de multiplicatione seminis. Hoc porro post plurimas generationes impletum est in adventu Christi ex semine Abrahæ oriundi. Et ad hoc usque tempus viget et permanet promissio, donec plenitudo gentium ingressa fuerit. Hic itaque diuturnum post ævum, et post multas exactas generationes, nam hic millenas pro plurimis accepit, illas patriarchis datas promissiones per Salvatorem nostrum Jesum, ac per ejus doctrinam implevit, omnibus gentibus Abrahæ promissionem impertiens.

Καὶ ἐκάλεσε λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν, πᾶν στήριγμα C *ἄρτου συνέτριψεν.* Ἐν τούτοις ὁ λόγος καὶ ἄλλο τι λεληθὸς τοὺς πολλοὺς διδάσκει. Τὴν γὰρ αἰτίαν τοῦ κληθῆναι δίκην ἐμψύχου ζώου τὸν λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν, λέγω δὴ τὴν ἐνεργητικὴν δύναμιν τοῦ λιμοῦ, καὶ τοῦ συντριβῆναι πᾶν στήριγμα ἄρτου, παρίστησιν, ἵνα καὶ φανεῖ που ἄρτος μὴ στηρίζοι τοὺς ἐμπιπλαμένους ἐξ αὐτοῦ, κατὰ τὸ, *Ἄρτος στηρίζει καρδίαν ἀνθρώπου*. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ μάλιστα συμβαίνει ἐν τοῖς λιμοῖς, κατ' ὀργὴν Θεοῦ γιγνόμενον, τὸ καὶ τοὺς ἐσθίοντας μὴ στηρίζεσθαι.

Ἀπέστειλεν ἔμπροσθεν αὐτῶν ἄνθρωπον, εἰς δοῦλον ἐπράθη Ἰωσήφ. Ἐταπείνωσαν ἐν πέδαις τοὺς πόδας αὐτοῦ, σίδηρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, μέχρι τοῦ ἐλθεῖν τὸν λόγον αὐτοῦ. Πάντα D ταῦτα ὑπέμεινε μέχρι τοῦ ἐλθεῖν τὸν λόγον αὐτοῦ, ὃν ἐπὶ τοῖς ὁράμασιν ἰδὼν ἐξεῖπε τῷ ἑαυτοῦ πατρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς φήσας, ἑωρακέναι αὐτὸν δράγματα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ὁμοίως ἀναλέγοντας, ἔπειτα τὰ ἐκείνων τὸ ἑαυτοῦ προσκεκυνηκέναι δράγμα· ὁμοίως δὲ τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἕνδεκα ἀστέρας προσκυνεῖν αὐτῷ. *Μέχρι τοῦ ἐλθεῖν τὸν λόγον αὐτοῦ. Τὸ λόγιον Κυρίου ἐπύρωσεν αὐτόν.* Τὸ, *Λόγιον Κυρίου ἐπύρωσεν αὐτὸν*, ὅμοιον τῷ, *Οὐχὶ*

VERS. 16. ***Et vocavit famem super terram, omne firmamentum panis contrivit.*** In his sermo aliud quidpiam, multis occultum, edocet. Causam enim cur famem, instar animalis cujusdam, vocaverit super terram, id est virtutem famis effectricem, et cur omne firmamentum panis contriverit, hic declarat, ut patefaciat quo in casu panis non firmet eos qui illo replentur, secundum illud, *Panis cor hominis confirmat* [65]. Id enim maxime tempore famis evenit, ex ira Dei immissum, ut scilicet qui comedunt non confirmentur.

VERS. 17-22. ***Misit ante eos hominem, in servum venumdatus est Joseph. Humiliaverunt in compedibus pedes ejus, ferrum pertransiit anima ejus, donec veniret verbum ejus.*** Hæc omnia pertulit, donec veniret verbum ejus, quod cum in visionibus accepisset patri et fratribus suis renuntiavit, dicens vidisse seipsum fratresque suos manipulos colligentes, ac illorum deinde manipulos suum manipulum adorasse; similiter quoque solem et lunam atque undecim stellas ipsum adorasse. ***Donec veniret verbum ejus. Eloquium Domini inflammavit eum.*** Illud, ***Eloquium Domini inflammavit eum***, simile est huic : ***Nonne per Deum declaratio illorum est*** [66] ? Neque enim, ait, somnia

[61] I Reg. II, 5. [62] Prov. XXIV, 16. [63] Gen. XII, 3. [64] Gen. XXII, 17, 18. [65] Psal. CIII, 15. [66] Gen. XL, 8.

Pharaoni explicasset, nisi Deo dante ipsa intellexisset. *Misit rex, et solvit eum, princeps populi, et dimisit eum. Constituit eum dominum domus suæ, et principem omnis possessionis suæ, ut erudiret principes ejus, sicut semetipsum, et senes ejus sapientiam doceret.* Cum a tentationibus ceu igne satis probatus fuisset Joseph, tunc Deo suggerente Pharaoni, qui et rex et princeps hic vocatur, a vinculis solvitur, atque domus regis et omnis possessionis ejus princeps constituitur. Extulit enim eum, ut complures dixerint, ut fructus ad abundantiam colligeret, et ad tempus famis eos custodiret. Hic autem sermo docet, non tam ob frugum custodiam ad principatum evectum fuisse, quam ad utilitatem animæ eorum qui per ipsum docendi et instituendi erant. Erant autem hi principes Pharaonis et seniores. Quibus utilem institutionem adeptis, verisimile erat omnes quoque subditos profectus hujusmodi consortes futuros esse.

A διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστιν; Οὐκ ἂν γὰρ ἔλυσε τοὺς ὀνείρους τῷ Φαραὼ, μὴ τοῦ Θεοῦ παρασχόντος τὸ δύνασθαι συνιέναι αὐτούς. *Ἀπέστειλε βασιλεὺς καὶ ἔλυσεν αὐτὸν, ἄρχων λαοῦ καὶ ἀφῆκεν αὐτόν. Κατέστησεν αὐτὸν κύριον τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ ἄρχοντα πάσης τῆς κτήσεως αὐτοῦ, τοῦ παιδεῦσαι τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ, ὡς ἑαυτὸν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους αὐτοῦ σοφίσαι.* Ὅτε αὐτάρκως ἐπυρώθη ὑπὸ τῶν πειρασμῶν ὁ Ἰωσὴφ, τότε Θεοῦ ὑποβαλόντος τῷ Φαραὼ, ὃν καὶ βασιλέα καὶ ἄρχοντα νῦν ὁ λόγος καλεῖ, λύεται τῶν δεσμῶν, καὶ ἄρχων τοῦ οἴκου τοῦ βασιλέως καὶ πάσης τῆς κτήσεως αὐτοῦ καθίσταται. Ἐξήνεγκε γὰρ αὐτὸν, ὡς μὲν εἴποι ἂν ὁ πολὺς ἄνθρωπος, διὰ τὸ συναγαγεῖν τὰ γεννήματα τῆς εὐθηνίας, καὶ φυλάξαι B αὐτὰ εἰς καιρὸν τοῦ λιμοῦ. Ὁ δὲ παρὼν λόγος διδάσκει οὐ τοσοῦτον τῆς τῶν καρπῶν φυλακῆς ἕνεκα εἰς τὴν ἀρχὴν προῆχθαι, ὅσον τῆς κατὰ ψυχὴν ὠφελείας τῶν μελλόντων ὑπ' αὐτοῦ σοφίζεσθαι καὶ παιδεύεσθαι. Ἦσαν δὲ οὗτοι ἄρχοντες Φαραὼ καὶ πρεσβύτεροι· ὧν ὠφελουμένων, εἰκὸς ἦν καὶ τοὺς ὑπηκόους ἅπαντας τῆς παρ' αὐτῶν μετασχεῖν βελτιώσεως.

VERS. 23, 24. *Et intravit Israel in Ægyptum, et Jacob accola fuit in terra Cham. Et auxit populum suum vehementer, et firmavit eum super inimicos ejus.* Quis intravit, nisi Israel? Et quis accola fuit in terra Cham, nisi Jacob? His autem cum ipse pater tum filii ejus declarantur. Cum enim non solus Jacob intraverit, sed etiam septuaginta animæ cum eo, secundum illud, *In septuaginta animabus descendit Israel in Ægyptum*[67]; idcirco et filii et pater prædictis verbis significantur. *Et auxit populum suum vehementer, et firmavit eum super inimicos ejus.* Nec aucti nec firmati fuissent, nisi Josephum patronum nacti essent, et ab Ægyptiis honorem accepissent, qui Josephi gratia ipsis deferebatur.

Καὶ εἰσῆλθεν Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον, καὶ Ἰακὼβ παρῴκησεν ἐν γῇ Χάμ. Καὶ ηὔξησε τὸν λαὸν αὐτοῦ σφόδρα, καὶ ἐκραταίωσεν αὐτὸν ὑπὲρ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Τίς δὲ εἰσῆλθεν, ἀλλ' ἢ Ἰσραήλ, Καὶ τίς παρῴκησεν ἐν γῇ Χὰμ, ἀλλ' ἢ Ἰακώβ; Δηλοῦται δὲ διὰ τούτων αὐτός τε ὁ πατὴρ καὶ οἱ τούτου παῖδες. Ἐπεὶ γὰρ οὐ μόνος εἰσῆλθε Ἰακὼβ, ἀλλὰ καὶ ἑβδομήκοντα ψυχαὶ σὺν αὐτῷ, κατὰ τό· *Ἐν ἑβδομήκοντα ψυχαῖς κατέβη Ἰσραὴλ εἰς Αἴ-* C *γυπτον*· διὰ τοῦτο καὶ οἱ παῖδες καὶ ὁ πατὴρ ἐδηλώθησαν διὰ τῶν προκειμένων. *Καὶ ηὔξησε τὸν λαὸν αὐτοῦ σφόδρα, καὶ ἐκραταίωσεν αὐτὸν ὑπὲρ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ.* Οὐκ ἂν ηὐξήθησαν οὐδὲ ἐκραταιώθησαν, εἰ μὴ ἔτυχον προστάτου Ἰωσὴφ, καὶ τῆς παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις τιμῆς διὰ τοῦ Ἰωσὴφ αὐτοῖς παρασχεθείσης.

VERS. 25-36. *Convertit cor eorum ut odirent populum suum, et dolum facerent in servos suos. Misit Moysem servum suum, Aaron quem elegit sibi. Posuit in eis verba signorum suorum, et prodigiorum suorum in terra Cham. Misit tenebras et obscuravit, quia exacerbaverunt sermones ejus. Convertit aquas eorum in sanguinem et occidit pisces eorum Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum. Dixit et venit cœnomya et ciniphes in omnibus finibus eorum. Posuit pluvias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum. Et percussit vineas eorum et ficulneas eorum, et contrivit omne lignum finium eorum. Dixit, et venit locusta et bruchus, cujus non erat numerus, et comedit omne fenum in terra eorum, et comedit omnem fructum terræ eorum. Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum.* Quemadmodum primo Josephum permisit in servitutem redigi, ac compedibus ferroque humiliari; deinde vero post datum virtutis experimentum, ad regnum

Μετέστρεψε τὴν καρδίαν αὐτῶν τοῦ μισῆσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ, τοῦ δολιοῦσθαι ἐν τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Ἐξαπέστειλε Μωϋσῆν τὸν δοῦλον αὐτοῦ, Ἀαρὼν ὃν ἐξελέξατο ἑαυτῷ. Ἔθετο ἐν αὐτοῖς τοὺς λόγους τῶν σημείων αὐτοῦ, καὶ τῶν τεράτων αὐτοῦ ἐν γῇ Χάμ. Ἐξαπέστειλε σκότος καὶ ἐσκότασε, ὅτι παρεπίκραναν τοὺς λόγους αὐτοῦ. D *Μετέστρεψε τὰ ὕδατα αὐτῶν εἰς αἷμα, καὶ ἀπέκτεινε τοὺς ἰχθύας αὐτῶν. Ἐξεῖρψεν ἡ γῆ αὐτῶν βατράχους ἐν τοῖς ταμείοις τῶν βασιλέων αὐτῶν. Εἶπε, καὶ ἦλθε κυνόμυια καὶ σκνῖπες ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῶν. Ἔθετο τὰς βροχὰς αὐτῶν χάλαζαν, πῦρ καταφλέγον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν. Καὶ ἐπάταξε τὰς ἀμπέλους αὐτῶν καὶ τὰς συκᾶς αὐτῶν, καὶ συνέτριψε πᾶν ξύλον ὁρίων αὐτῶν. Εἶπε, καὶ ἦλθεν ἀκρὶς καὶ βροῦχος, οὗ οὐκ ἦν ἀριθμὸς, καὶ κατέφαγε πάντα χόρτον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν, καὶ κατέφαγε πάντα τὸν καρπὸν τῆς γῆς αὐτῶν. Καὶ ἐπάταξε πᾶν πρωτότοκον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν, ἀπαρχὴν παντὸς πόνου αὐτῶν.* Ὥσπερ

[67] Gen. XLV, 27; Act. VII, 14.

τὸν Ἰωσὴφ πρῶτον συγχωρεῖ δουλεῦσαι, καὶ πέδαις καὶ σιδήρῳ ταπεινωθῆναι· εἶτα μετὰ ταῦτα δοκιμὴν δεδωκότα τῆς οἰκείας ἀρετῆς, προάγει ἐπὶ βασιλείαν· οὕτω καὶ νῦν, βουλόμενος τῆς αὐτοῦ ἐπισκοπῆς καταξιῶσαι τὸν λαὸν, πρῶτον αὐτὸν πειρατηρίοις ἐκδίδωσιν, ἵν' ὕστερον λεχθῇ τό· *Καὶ ἐστέναξαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν, καὶ ἀνέβη ἡ βοὴ αὐτῶν πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν ἔργων. Καὶ εἰσήκουσεν ὁ Θεὸς τὸν στεναγμὸν αὐτῶν· καὶ ἐμνήσθη ὁ Θεὸς τῆς διαθήκης αὐτοῦ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. Καὶ ἐπεῖδεν ὁ Θεὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, καὶ ἐγνώσθη αὐτοῖς.* Ἐπειδὴ δὲ εἴρηται, ὅτι *μετέστρεψε τὴν καρδίαν αὐτῶν*, δηλονότι τῶν Αἰγυπτίων, *τοῦ μισῆσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ*, ἐρεῖς, ὅτι δικαίως ἔπραξεν ὁ Θεός. Ἐπειδὴ γὰρ, ἐν πολλῇ γεγονότες ἀνέσει καὶ ἐλευθερίᾳ καὶ τιμῇ παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις, εἰς λήθην ἦλθον τοῦ πατρῴου Θεοῦ, ἐξέδωκαν δὲ ἑαυτοὺς ταῖς τῶν Αἰγυπτίων εἰδωλολατρείαις· διὰ τοῦτο δικαίως αὐτοῖς ἐπανέστησε τοὺς Αἰγυπτίους, ἐπειδὴ πεποιθότες ἑαυτοῖς κατωλιγώρησαν τοῦ Θεοῦ, ὅπως θλιβέντες ὑπ' αὐτῶν μάθωσι μὲν μὴ προσέχειν ἐκείνοις, μηδὲ τῇ πολυθέῳ αὐτῶν δεισιδαιμονίᾳ, ἐπιστρέψωσι δὲ ἐπὶ τὸν Θεὸν τῶν πατέρων αὐτῶν.

evexit; sic etiam nunc eum vellet populum providentia sua dignari, ipsum primo tentationibus tradidit, ut postmodum diceretur illud: *Et ingemuerunt filii Israel, et exclamaverunt ad Dominum Deum suum, et ascendit clamor eorum ad Deum ab operibus: et exaudivit Deus gemitum eorum, et recordatus est Deus testamenti sui ad Abraham et Isaac et Jacob. Et respexit Deus filios Israel, et cognitus est illis* [66]. Quia vero dictum est, *convertit cor eorum*, scilicet Ægyptiorum; *ut odirent populum ejus*; dicas Deum hoc jure fecisse. Quia enim in multa licentia, libertate et honore apud Ægyptios fuerant, in oblivionem Dei patrii sui venerunt, ac sese cultui Ægyptiorum idolorum dediderunt. Quamobrem jure Ægyptios adversus illos excitavit, quia sibi ipsis fidentes Deum neglexerant; ut ab iis afflicti, ediscerent, neque ipsis, neque multorum numinum superstitioni hærendum esse; atque ad Deum patrum suorum sese converterent

Καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ, καὶ οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν. Εὐφράνθη Αἴγυπτος ἐν ἐξόδῳ αὐτῶν, ὅτι ἐπέπεσεν ὁ φόβος αὐτῶν ἐπ' αὐτούς. Ὁ Θεὸς προστάττει τῷ λαῷ διὰ Μωϋσέως σκυλεῦσαι τοὺς Αἰγυπτίους ὡς νενικημένους, καὶ μισθὸν παρ' αὐτῶν εἰσπράξασθαι τῆς μακροχρονίου δουλείας, ἧς αὐτοὺς κατεδουλώσαντο. *Καὶ οὐκ ἦν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν.* Τὸ γὰρ πολλῷ παραδοξότερον τοῦτο ἦν, ὅτι μετὰ τὸν πόνον, μετὰ τὴν πλινθείαν, μετὰ τὴν τοσαύτην ταλαιπωρίαν καὶ τὰς μάστιγας, οὐδὲ εἷς ἦν ὁ ἀσθενῶν, καὶ τοῦτο τοσούτων πληγῶν ἐν Αἰγύπτῳ κατενεχθεισῶν. Τοῦτο καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς τὴν ἀκολουθίαν ὑπερέβαινεν.

VERS. 37, 38. *Et deduxit eos cum argento et auro, et non erat in tribubus eorum infirmus. Lætata est Ægyptus in profectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos.* Deus per Moysem populo præcipit, ut Ægyptios tanquam victos spolient, ac diuturnæ apud illos servitutis, qua illos oppresserant, præmium expetant. *Et non erat in tribubus eorum infirmus.* Quodque multo mirabilius erat, post tantum laborem, post laterum coctionem, post tantam miseriam et tot verbera, ne unus quidem infirmus erat, idque tantis plagis Ægypto illatis. Hoc utique naturæ ordinem transcendit.

Διεπέτασε νεφέλην εἰς σκέπην αὐτοῖς, καὶ πῦρ τοῦ φωτίσαι αὐτοῖς τὴν νύκτα. Διελθὼν τὰς κατὰ τῶν Αἰγυπτίων μάστιγας, ἀκολούθως μεταβαίνει ἐπὶ τὰς γενομένας τῷ Ἰσραὴλ εὐεργεσίας· ὁμοῦ μὲν καὶ ἡμᾶς προτρέπων φεύγειν τὸν Αἰγύπτιον τρόπον, ὡς ἂν μὴ τοῖς ἴσοις περιπέσωμεν· εὔχεσθαι δὲ εἶναι τῆς μερίδος τοῦ Θεοῦ, ᾗ παρεῖχε τὰς ἐξ αὐτοῦ εὐεργεσίας· ὁμοῦ καὶ ὧν ἠξιώθησαν παραδόξων Θεοῦ οἱ ἐκ περιτομῆς μνημονεύων, εἰς ἔλεγχον μὲν τοῦ αὐτῶν ἐκείνων τρόπου, ἀπολογίαν δὲ τῆς μετὰ ταῦτα αὐτῶν ἀποβολῆς.

VERS. 39. *Expandit nubem in protectionem eorum, et ignem, ut luceret eis per noctem.* Recensitis Ægyptiorum plagis, consequenter transit ad beneficia Israeli collata: simul nos admonens ut Ægyptiacos mores fugiamus, ne in paria incidamus; precemurque ut in portione Dei ascribamur, cui beneficia sua impertiit: itemque commemorans, quantis Dei mirabilibus dignatus sit populus ex circumcisione; ut eorum mores coarguat, justamque abjectionis eorum causam commonstret.

Ἤτησε, καὶ ἦλθεν ὀρτυγομήτρα, καὶ ἄρτων οὐρανοῦ ἐνέπλησεν αὐτούς. Ἀνέῤῥηξε πέτραν, καὶ ἐῤῥύησαν ὕδατα, ἐπορεύθησαν ἐν ἀνύδροις ποταμοί· ὅτι ἐμνήσθη τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, τοῦ πρὸς Ἀβραὰμ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Καὶ ὁ Μωϋσῆς δὲ ἐν Δευτερονομίῳ πρὸς αὐτούς φησι· *Μὴ εἴπῃς· Διὰ τὰς δικαιοσύνας μου ἐξήγαγέ με Κύριος ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἀλλὰ διὰ τὸν ὅρκον ὃν ὤμοσε Κύριος τοῖς πατράσιν ὑμῶν. Καὶ γνώσῃ σήμερον,*

VERS. 40-45. *Petiit, et venit coturnix, et panibus cœli replevit eos. Dirupit petram, et fluxerunt aquæ, manarunt in inaquosis flumina. Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham servum suum.* Sic item Moyses illos in Deuteronomio alloquitur: *Ne dicas: Propter justitias meas eduxit me Dominus de terra Ægypti, sed propter jusjurandum quod juravit Dominus patribus vestris. Et cognosces hodie quia non propter justitias tuas Dominus Deus*

[66] Exod. II, 23-25.

tuus dat tibi terram bonam hanc ad possidendum, quia populus duræ cervicis es [69]. *Et eduxit populum suum in exsultatione, et electos suos in lætitia.* Singula enim quæ contigerunt admiratione digna erant, et prodigiis plena, ut quod ipsis pellentibus cum voluptate liberarentur, quod cum abundantia rerum, quod cum perfecta sanitate. *Et dedit illis regiones gentium, et labores populorum possederunt.* Non enim solum a pristinis liberavit, sed etiam aliena ipsis tradidit, neque permisit ut labori vacarent, *ut custodiant justificationes ejus, et legem ejus requirant.* Hæc promisit, quia custodierant justificationes ejus. Talis quippe Deus est, ut misericordiam suam diligentibus se in millibus exhibeat. His autem illorum nepotibus talia præstitit et largitus est: cohortans et concitans eos ad custodiendas justificationes ipsius et legem ipsius exquirendam. Sed quia tot dignati bonis, prædicta non custodierunt, tunc ablata ab ipsis gratia est, nec modo terram amiserunt, sed etiam a Deo lapsi sunt, ac gentium et inimicorum servi sunt effecti.

A *ὅτι οὐχὶ διὰ τὰς δικαιοσύνας σου, Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν ταύτην κληρονομῆσαι, ὅτι λαὸς σκληροτράχηλος εἶ. Καὶ ἐξήγαγε τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐν εὐφροσύνῃ.* Ἕκαστον γὰρ τῶν γενομένων εἰς θαῦμα μέγιστον ἦν, καὶ πολλὴν εἶχε τὴν παραδοξοποιίαν, τὸ ἀπαλλαγῆναι μεθ' ἡδονῆς τῶν ὠθούντων ἐκείνων, καὶ μετ' εὐπορίας ἁπάσης, τὸ ἐν ὑγείᾳ καθαρᾷ (*sic*). *Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς χώρας ἐθνῶν, καὶ πόνους λαῶν κατεκληρονόμησαν.* Οὐ γὰρ δὴ μόνον τῶν προτέρων ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἑτέρων ἔδωκεν αὐτοῖς, οὐδαμοῦ πονεῖν συγχωρῶν, *ὅπως ἂν φυλάξωσι τὰ δικαιώματα αὐτοῦ, καὶ τὸν νόμον αὐτοῦ ἐκζητήσωσι.* Ταῦτα ἐπηγγείλατο, ἐπειδὴ ἐφύλαξαν τὰ δικαιώματα αὐτοῦ. Τοιοῦτος γάρ B ἐστιν ὁ Θεὸς, ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Τούτοις δὲ τοῖς ἐκείνων ἀπογόνοις τὰ τοσαῦτα παρέσχε καὶ ἐχαρίσατο, προτρέπων αὐτοὺς καὶ παρορμῶν εἰς τὸ φυλάττειν τὰ δικαιώματα αὐτοῦ, καὶ τὸν νόμον αὐτοῦ ἐκζητεῖν. Ἀλλ' ὅτι τῶν τοσούτων ἠξιωμένοι οὐκ ἐφύλαξαν τὰ εἰρημένα, τὸ τηνικαῦτα ἤρθη ἀπ' αὐτῶν ἡ χάρις, καὶ οὐ μόνον τὴν γῆν ἀπώλεσαν, ἀλλὰ καὶ τοῦ Θεοῦ ἐκπεπτώκασι, δοῦλοί τε τῶν ἐθνῶν καὶ πολεμίων γεγόνασι.

ALLELUIA. CV.

VERS. 1-5. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus? Beati qui custodiunt judicium, et faciunt justitiam in omni tempore. Memento nostri, Domine, in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo. Ad videndum in bonitate electorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ, ut lauderis cum hæreditate tua.* Hic quoque psalmus laudem hymnumque in Deum continet, quare inscriptus est, *Alleluia*, quod explicatur, *Laudate Dominum.* Statim autem a principio præcipit iis qui a peccatis aguntur, ut ad Dei Filium tanquam ad medicum et servatorem accedant, atque propria confitentes peccata, animæ vulnera ipsi detegant. Qui vero id sincere præstat ac delicta pristina delet, id ut non verbis tantum, sed animo quoque et operibus peragat, a Psalmista instituitur. Hortatur porro ad alacriter confitendum, annuntiando, *Quoniam bonus* est Dominus, *quoniam in sæculum misericordia ejus.* Idcirco ait prompto animo confitemini, quia et ipse ad clementiam paratus est, gnarus res præsentis sæculi misericordia egere, utpote quæ mortales et fluxæ sint.

'ΑΛΛΗΛΟΥΙΑ. ΡΕ'.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι χρηστὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου, ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ; Μακάριοι οἱ φυλάσσοντες κρίσιν, ποιοῦντες δικαιοσύνην ἐν παντὶ καιρῷ. C *Μνήσθητι ἡμῶν, Κύριε, ἐν τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ λαοῦ σου, ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῷ σωτηρίῳ σου, τοῦ ἰδεῖν ἐν τῇ χρηστότητί σου τῶν ἐκλεκτῶν, τοῦ εὐφρανθῆναι ἐν εὐφροσύνῃ τοῦ λαοῦ σου, τοῦ ἐπαινεῖσθαι μετὰ τῆς κληρονομίας σου.* Αἶνον καὶ ὕμνον πρὸς τὸν Θεὸν καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς περιέχει· διὸ ἐπιγέγραπται, *Ἀλληλούϊα*· ὅπερ ἑρμηνεύεται, *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον.* Προστάττει δὲ εὐθὺς ἀρχόμενος τοῖς ἁμαρτημάτων ὁρμωμένοις ὥσπερ ἰατρῷ καὶ σωτῆρι προσιέναι τῷ θεραπευτικῷ τοῦ Θεοῦ Υἱῷ, καὶ τὰ τραύματα τῆς ψυχῆς ἀπογυμνοῦν αὐτῷ, διὰ τὸ ἐξομολογεῖσθαι τὰς οἰκείας ἁμαρτίας. Ὁ δὲ τοῦτο πράττων γνησίως, καὶ ἀποκλαιόμενος ἐφ' οἷς ἥμαρτε πρότερον, ὅτι μὴ λόγοις μόνοις τοῦτο πρᾶξαι, ἀλλὰ τῇ διαθέσει καὶ αὐτοῖς τοῖς πράγμασι, παρὰ τοῦ D Ψαλμῳδοῦ κομίζεται τὴν εἰσήγησιν. Προτρέπει δὲ προθύμως ἐπὶ τὴν ἐξομολόγησιν, διὰ τοῦ ἐπαγγέλλεσθαι, Ὅτι *χρηστὸς* ὁ Κύριος, *ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.* Διὰ ταῦτα γὰρ, φησὶ, προθύμως ἐξομολογεῖσθε, ὅτι καὶ αὐτὸς ἕτοιμός ἐστιν εἰς φιλανθρωπίαν, εἰδὼς ὅτι ἐλέου δεῖται τὰ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πράγματα θνητὰ ὄντα καὶ ἐπίκηρα.

VERS. 6. *Peccavimus cum patribus nostris, injuste egimus, iniquitatem fecimus.* Non soli, inquit, peccavimus; sed si quis jam inde a priscis temporibus exploret, genus nostrum peccatis semper deditum fuisse deprehendet. Cum enim a Moyse tot miracula ederentur, non intellexerunt; sed salutem nacti, et ab Ægyptiorum servitute liberati, non cognoverunt,

Ἡμάρτομεν μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν. Οὐ μόνοι, φησὶν, ἡμάρτομεν· ἀλλ' εἴ τις ἐξετάσειεν ἄνωθεν ἀπὸ τῶν πρώτων χρόνων, εὕροι ἂν ἀεὶ καὶ ἐκ τοῦ παντὸς ἁμαρτητικὸν τυγχάνον τὸ ἡμέτερον γένος. Τοσούτων γὰρ θαυμασίων διὰ Μωϋσέως ἐπιτελουμένων, οὐ συνῆκαν, ἀλλὰ καὶ σωτηρίας τυχόντες, καὶ τῆς ὑπ' Αἰγυπτίοις δου-

[69] Deut. IX, 4-6.

λείας ἐλευθερωθέντες, οὐκ ἔγνωσαν, ὅτι οὐ διὰ τὰς A αὐτῶν δικαιοσύνας, οὔτε διὰ τὸ εἶναι ἐπισκοπῆς Θεοῦ ἀξίους, διὰ δὲ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τούτων τετυχήκασι.

Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν Αἰγύπτῳ οὐ συνῆκαν τὰ θαυμάσιά σου, οὐκ ἐμνήσθησαν τοῦ πλήθους τοῦ ἐλέους σου. Καὶ παρεπίκραναν ἀναβαίνοντες ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Ταῦτα μὲν ὁ πρὸ τούτου διείληφε ψαλμὸς, ἐπετέμνετο δὲ αὐτὸς καὶ τὰς ἐπὶ τῆς ἐρήμου παραδοξοποιίας, μηδὲν κατηγορήσας τοῦ λαοῦ. Ὁ δὲ παρὼν ἐπαναλαμβάνει τὴν διήγησιν, καὶ πάσας τοῦ λαοῦ τὰς δυσσεβείας διέξεισιν. Ἔστι δὲ καὶ ὁ πᾶς λόγος τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ κατηγορικός. *Καὶ παρεπίκραναν ἀναβαίνοντες ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.* Προσελθόντες Μωϋσῇ καὶ φήσαντες, *Ὄφελον μὲν ἀπεθάνομεν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, ἢ ἐπὶ* B *τῆς ἐρήμου ταύτης*· καὶ, *Παρὰ τὸ μὴ εἶναι μνήματα ἐν Αἰγύπτῳ, ἐξήγαγες ἡμᾶς, θανατῶσαι ἐν τῇ ἐρήμῳ; Τί τοῦτο ἐποίησας ἡμῖν ἐξαγαγὼν ἐξ Αἰγύπτου; Οὐ τοῦτο ἦν τὸ ῥῆμα ὃ ἐλαλήσαμεν πρὸς σὲ ἐν Αἰγύπτῳ λέγοντες· Πάρες ἡμᾶς, ὅπως δουλεύσωμεν τοῖς Αἰγυπτίοις; Κρεῖσσον γὰρ ἡμᾶς δουλεύειν τοῖς Αἰγυπτίοις, ἢ ἀποθανεῖν ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ.* Καὶ ὅσον μὲν ἐπ' αὐτοῖς πικρὸν αὐτοῖς ἀντὶ χρηστοῦ τὸν Θεὸν κατεστήσαντο. Ὁ δὲ ἀγαθὸς Θεὸς πλουτῶν ἐλέῳ καὶ φιλανθρωπίᾳ, πάλιν *ἔσωζεν αὐτοὺς ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, τοῦ γνωρίσαι τὴν δυναστείαν αὐτοῦ*· ὅπως μὴ εἴπωσιν οἱ ἀσεβεῖς, *Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν;* διὰ τοῦτο παρεῖχεν αὐτοῖς καὶ τότε τὴν σωτηρίαν, πανταχόθεν αὐτοὺς συνελαύνων ἐπὶ τὴν σωτηρίαν αὐτῶν. Οἱ δὲ C νικηθέντες πρὸς μὲν ὀλίγον ἐπίστευσαν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, διελθόντες τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν.

Καὶ ἐπετίμησε τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ ἐξηράνθη, καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐν ἀβύσσῳ ὡς ἐν ἐρήμῳ. Ὁ ἐπιτιμήσας τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ πᾶσι Θεὸς ἀνωμολόγηται. Εἰ οὖν καὶ Ἰησοῦς κλονουμένῃ ἐπιτάσσει τῇ θαλάσσῃ, πᾶσι Θεὸς ἀνωμολόγηται, ἵνα ἐκ τρικυμίας ἢ κλύδωνος γαλήνη γένηται. Θεὸς ὢν αὐτὸς ὁ ἐπιτιμήσας τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ καὶ ξηραίνων αὐτὴν, ὡς διοδεύσιμον αὐτὴν γενέσθαι, τὴν πάλαι θάλασσαν καὶ ἄβυσσον διὰ τὸ τῶν ὑδάτων πλῆθος οὕτω καλουμένην.

Καὶ ἔσωσε αὐτοὺς ἐκ χειρὸς μισοῦντος, καὶ ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐκ χειρὸς ἐχθροῦ. Ἐκάλυψεν ὕδωρ τοὺς θλίβοντας αὐτοὺς, εἷς ἐξ αὐτῶν οὐχ ὑπελείφθη. Ζητήσῃ τις ἂν περὶ τῶν ἐπιμίκτων Αἰγυπτίων, τῶν διελθόντων τὴν θάλασσαν, καὶ εἰς τὴν D ἔρημον ἅμα τῷ λαῷ γενομένων. Πρὸς ὃν ἐροῦμεν, ὅτι μὴ τῶν θλιβόντων ἦσαν τὸν Ἰσραήλ. Περὶ δὲ τῶν θλιβόντων εἴρητο τὸ, *Εἷς ἐξ αὐτῶν οὐχ ὑπελείφθη.* Ὁ δὲ ἐπίμικτος λαὸς Αἰγύπτιος μὲν ἦν, πιστεύων δὲ ταῖς Μωϋσέως φωναῖς, σωτηρίας ἔτυχεν.

Καὶ ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ ᾖσαν τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ. Ἐτάχυναν, ἐπελάθοντο τῶν ἔργων αὐτοῦ, οὐχ ὑπέμειναν τὴν βουλὴν αὐτοῦ. Σὺν τῷ Μωϋσῇ καὶ Ἀαρὼν τὴν ᾠδὴν τὴν ἐν τῇ ἐξόδῳ παραυτίκα καὶ παραχρῆμα μεταβαλλόμενοι ἐτάχυναν, ἐπελάθοντο τῶν ἔργων αὐτοῦ.

A quod non justitiæ suæ causa, neque quod ipsi Dei providentia digni essent, sed ob magnitudinem misericordiæ ipsius, hæc consecuti sint.

VERS. 7, 8. *Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ. Et irritaverunt ascendentes in mare Rubrum.* Hæc quidem præcedens psalmus enarravit, mirabilia vero in deserto patrata compendio retulit, nullamque in populum accusationem instituit. Hic vero psalmus resumit narrationem, omnesque populi impietates commemorat. Totusque sermo Judaicæ gentis accusatio est. *Et irritaverunt ascendentes in mare Rubrum*[70]; cum ad Moysem accedentes dicerent : *Utinam mortui essemus* B *in Ægypto, aut in hac solitudine!* et : *An quia sepulcra non erant in Ægypto eduxisti nos, ut interficeres in solitudine? Quid hoc fecisti nobis educens ex Ægypto? Nonne hic erat sermo, quem locuti sumus ad te in Ægypto dicentes : Dimitte nos ut serviamus Ægyptiis? Melius est enim nos servire Ægyptiis, quam mori in solitudine hac*[71]. Et, quantum in ipsis quidem situm erat, Deum sibi ex clemente acerbum efficiebant. At bonus Deus, misericordia et mansuetudine dives, rursus *salvavit eos propter nomen suum, ut notam faceret potentiam suam;* ne impii dicerent : *Ubi est Deus eorum*[72]? Ideo ipsis salutem tunc impertiit : undique illos ad salutem compellens. Illi autem victi ad modicum tempus verbis ejus crediderunt, post- C quam mare Rubrum transierant.

VERS. 9. *Et increpuit mare Rubrum, et exsiccatum est, et deduxit eos in abysso sicut in deserto.* Qui increpuit mare Rubrum, ab omnibus Deus habitus et declaratus est. Cum ergo Jesus agitato mari imperat, apud omnes in confesso fuit ipsum esse Deum, ut ex tempestate et procella, tranquillitas exsisteret. Idem quippe Deus est qui increpavit mare Rubrum et exsiccavit illud, ita ut pertransiri posset id, quod olim ob multitudinem aquarum mare et abyssus vocabatur.

VERS. 10, 11. *Et salvavit eos de manu odientis, et redemit eos de manu inimici. Operuit aqua tribulantes eos, unus ex eis non remansit.* Quærat quispiam, de promiscuis Ægyptiis qui mare transierunt, et D una cum populo in deserto versabantur. Cui respondebimus, eos non ex numero opprimentium Israelem fuisse. De tribulantibus autem dictum est : *Unus ex eis non remansit.* Promiscuus vero populus, Ægyptius quidem erat, sed cum Moysis vocibus crederet, salutem est consecutus.

VERS. 12, 13. *Et crediderunt verbo ejus, et cantaverunt laudem ejus. Cito fecerunt, obliti sunt operum ejus, non sustinuerunt consilium ejus.* Cum Moyse et Aaron in exitu canticum cecinerunt; sed quamprimum et statim immutati, obliti sunt operum ejus.

[70] Num. XIV, 3. [71] Exod. XIV, 11, 12. [72] Psal. CXIII, 10.

VERS. 14-18. *Et concupierunt concupiscentiam in deserto, et tentaverunt Deum in inaquoso. Et dedit eis petitionem ipsorum, et misit saturitatem in animas eorum. Et irritaverunt Moysen in castris, Aaron, sanctum Domini.* Quando tentaverunt Deum in inaquoso, etsi tentationibus ille non pateat, cum injuriarum immemor sit, non ultus eos, dedit eis petitionem ipsorum. Quin etiam cum exacerbarent eum ascendentes in mare Rubrum, tunc ostendit eis potentiam suam : cum autem irritaverunt Moysen et Aaron in castris, tunc aperta est terra, et deglutivit eos : non oportebat enim famulos ipsius contemni. Sed quia bonitas et severitas penes illum sunt, primo benignitatem exhibuit illis ; cum autem nihil prodesset eis, consequenter ultricem medelam ipsis adhibet ; quare subdit : *Aperta est terra, et deglutivit Dathan, et operuit super caput Abiron. Et exarsit ignis in synagoga eorum, flamma combussit peccatores.* Moysen itaque irritaverunt Dathan et Abiron dicentes : *Num Moysi soli locutus est Deus, nonne etiam nobis*[13] ? Aaronem vero Core et cœtus illius, ignem alienum, et sacrificia Deo loco sacerdotum offerre ausi, irritaverunt. Sed eos qui contra Moysen locuti fuerant, Dathan scilicet cum toto genere suo hians, terra deglutivit, et operuit super congregationem Abiron; Core autem et eos qui cum illo incensa sua oblaturi erant, flamma de tabernaculo prodiens combussit.

A *Καὶ ἐπεθύμησαν ἐπιθυμίαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐπείρασαν τὸν Θεὸν ἐν ἀνύδρῳ. Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ αἴτημα αὐτῶν, ἐξαπέστειλε πλησμονὴν εἰς τὰς ψυχὰς αὐτῶν. Καὶ παρώξυναν τὸν Μωϋσῆν ἐν τῇ παρεμβολῇ, τὸν Ἀαρὼν, τὸν ἅγιον Κυρίου.* Ὅτε μὲν τὸν Θεὸν ἐπείρασαν ἐν ἀνύδρῳ, ἀπείραστος, ὢν ἀμνησίκακος, οὐκ ἀμειψάμενος αὐτοὺς ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ αἴτημα αὐτῶν. Ἀλλὰ καὶ ὅτε παρεπίκραναν ἀναβαίνοντες ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ τότε ἐγνώρισεν αὐτοῖς τὴν δυναστείαν αὐτοῦ· ὅτε δὲ παρώργισαν τὸν Μωϋσῆν καὶ τὸν Ἀαρὼν ἐν τῇ παρεμβολῇ, τὸ τηνικαῦτα ἠνοίχθη ἡ γῆ, καὶ κατέπιεν αὐτούς· οὐκ ἔδει γὰρ καταφρονηθῆναι τοὺς θεράποντας. Ἀλλὰ καὶ ἐπείπερ χρηστότης ἐστὶ καὶ ἀποτομία παρ' αὐτῷ, πρῶτα τὰ τῆς χρηστότητος αὐ- B τοῖς παρέσχετο· ὡς δὲ οὐκ ὤναντο δι' αὐτῆς, ἀκολούθως καταλλήλῳ μετέρχεται αὐτοὺς φαρμάκῳ κολαστηρίῳ· *Ἠνοίχθη ἡ γῆ, καὶ κατέπιε Δαθὰν, καὶ ἐκάλυψεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἀβειρών. Καὶ ἐξεκαύθη πῦρ ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν, φλὸξ κατέφλεξεν ἁμαρτωλούς.* Μωϋσῆν μὲν οὖν παρώργισαν οἱ περὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν εἰπόντες· *Μὴ Μωϋσεῖ μόνῳ λελάληκεν ὁ Θεὸς, οὐχὶ καὶ ἡμῖν;* τὸν δὲ Ἀαρὼν Κορὲ καὶ ἡ συναγωγὴ αὐτοῦ πῦρ ἀλλότριον προσαγαγεῖν, καὶ θυσίας τῷ Θεῷ ἐν χώρᾳ τῶν ἱερέων τολμήσαντες, παρώργισαν· ἀλλὰ τοὺς μὲν καταλαλήσαντας τοῦ Μωϋσέως, τὸν Δαθὰν παγγενεῖ ἀνοιχθεῖσα ἡ γῆ κατέπιε, καὶ ἐκάλυψεν ἐπὶ τὴν συναγωγὴν Ἀβειρῶν· τὸν δὲ Κορὲ καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ μέλλοντας προσφέρειν τὰ θυμιατήρια αυτῶν φλὸξ ἀπὸ τῆς σκηνῆς προελθοῦσα κατέφλεξεν.

VERS. 19-31. *Et fecerunt vitulum in Choreb, et adoraverunt sculptile, et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fenum. Obliti sunt Deum qui salvavit eos, qui fecit magna in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro. Et dixit ut disperderet eos, nisi Moyses electus ejus stetisset, in confractione in conspectu ejus, ut averteret iram ejus ne disperderet eos, et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Non crediderunt verbo ejus, et murmuraverunt in tabernaculis suis, non exaudierunt vocem Domini. Et elevavit manum suam super eos, ut prosterneret eos in deserto, et ut dejiceret semen eorum in nationibus, et dispergeret eos in regionibus. Et initiati sunt Beelphegor, et comederunt sacrificia mortuorum. Et irritaverunt eum in adinventionibus suis et multiplicata est in eis ruina. Et stetit Phinees et placavit, et cessavit quassatio. Et reputatum est ei in justitiam, in generationem et generationem usque in sempiternum.* Exstat in Numeris historia quomodo accepta Phinees hasta Madianitidem, et simul illum qui cum ea rem habebat, transfixerit : quo edito facinore statim ira Dei placata illis est. Hic porro declaratur quantum apud Deum valeat unius viri justitia ; ita ut ob Phineæ pro Deo zelum ira frangeretur, et quassatio peccatores invadens averteretur.

C *Καὶ ἐποίησαν μόσχον ἐν Χωρὴβ, καὶ προσεκύνησαν τῷ γλυπτῷ, καὶ ἠλλάξαντο τὴν δόξαν αὐτοῦ ἐν ὁμοιώματι μόσχου ἐσθίοντος χόρτον. Ἐπελάθοντο τοῦ Θεοῦ τοῦ σώζοντος αὐτοὺς, τοῦ ποιήσαντος μεγάλα ἐν Αἰγύπτῳ, θαυμάσια ἐν γῇ Χὰμ, φοβερὰ ἐπὶ θαλάσσης Ἐρυθρᾶς. Καὶ εἶπε τοῦ ἐξολοθρεῦσαι αὐτοὺς, εἰ μὴ Μωϋσῆς ὁ ἐκλεκτὸς αὐτοῦ ἔστη ἐν τῇ θραύσει ἐνώπιον αὐτοῦ, τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν αὐτοῦ τοῦ μὴ ἐξολοθρεῦσαι αὐτοὺς, καὶ ἐξουδένωσαν γῆν ἐπιθυμητήν. Οὐκ ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ ἐγόγγυσαν ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν, οὐκ εἰσήκουσαν τῆς φωνῆς Κυρίου. Καὶ ἐπῆρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' αὐτοὺς, τοῦ καταβαλεῖν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ τοῦ καταβαλεῖν τὸ σπέρμα αὐτῶν ἐν τοῖς D ἔθνεσι, καὶ διασκορπίσαι αὐτοὺς ἐν ταῖς χώραις. Καὶ ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγὼρ, καὶ ἔφαγον θυσίας νεκρῶν. Καὶ παρώξυναν αὐτὸν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν, καὶ ἐπληθύνθη ἐν αὐτοῖς ἡ πτῶσις. Καὶ ἔστη Φινεὲς καὶ ἐξιλάσατο, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις· καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἕως τοῦ αἰῶνος.* Κεῖται ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς ἡ ἱστορία, ὅπως λαβὼν ὁ Φινεὲς τὸν σειρομάστην διέπειρε τὴν Μαδιανῖτιν ἅμα τῷ σὺν αὐτῇ πεπορνευκότι, καὶ ἐκόπασε παραχρῆμα ἡ κατ' αὐτῶν ὀργὴ ἅμα τῇ τοιαύτῃ πράξει. Παρίστησι δὲ ὁ λόγος, πόσον ἰσχύει παρὰ Θεῷ ἑνὸς ἀνδρὸς δικαιοσύνη, ὡς κοπάσαι τὴν ὀργὴν, καὶ ἀνακρουσθῆναι τὴν κατὰ τῶν ἡμαρτηκότων θραῦσιν, διὰ τὸν Φινεὲς ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ ζῆλον.

[13] Num. XII, 2.

Καὶ παρώργισαν αὐτὸν ἐπὶ ὕδατος ἀντιλογίας, A *καὶ ἐκακώθη Μωϋσῆς δι' αὐτοὺς, ὅτι παρεπίκραναν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. Καὶ διέστειλεν ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ, οὐκ ἐξωλόθρευσαν τὰ ἔθνη ἃ εἶπε Κύριος αὐτοῖς. Καὶ ἐμίγησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἔμαθον τὰ ἔργα αὐτῶν, καὶ ἐδουλεύσαντο τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν, καὶ ἐγενήθη αὐτοῖς εἰς σκάνδαλον. Καὶ ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαιμονίοις. Καὶ ἐξέχεαν αἷμα ἀθῶον, αἷμα υἱῶν αὐτῶν καὶ θυγατέρων, ὧν ἔθυσαν τοῖς γλυπτοῖς Χαναάν. Καὶ ἐφονοκτονήθη ἡ γῆ ἐν τοῖς αἵμασι, καὶ ἐμιάνθη ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν, καὶ ἐπόρνευσαν ἐπὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν. Καὶ ὠργίσθη θυμῷ Κύριος ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐβδελύξατο τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ.* Εἰ διὰ ταῦτα πάντα ἐβδελύξατο τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, B πῶς ἀνωτέρω εἴρηται· *Τοῦ ἰδεῖν ἐν τῇ χρηστότητι τῶν ἐκλεκτῶν σου, τοῦ εὐφρανθῆναι ἐν τῇ εὐφροσύνῃ τοῦ ἔθνους σου, τοῦ ἐπαινεῖσθαι μετὰ τῆς κληρονομίας σου;* Ἀλλὰ ὅρα εἰ μὴ σαφῶς καὶ τὴν βδελυχθεῖσαν κληρονομίαν τοῦ προτέρου λαοῦ παρέστησεν ὁ λόγος, καὶ περὶ ἑτέρας κληρονομίας θεσπίζει, ὡς καὶ περὶ ἑτέρου λαοῦ μεθ' ὧν εὔχεσθαι καταριθμηθῆναι διδάσκει.

Καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν, καὶ ἐκυρίευσαν αὐτῶν οἱ μισοῦντες αὐτούς. Οὐ παραδίδωσι δὲ Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἐὰν μὴ πρότερον βδελύξηται αὐτόν· βδελύσσεται δὲ αὐτὸν διὰ τὰς προλελεγμένας πράξεις. Ἐπειδὰν δὲ ὁ Κύριος παραδῷ, τίς οὐ δύναται τῶν αὐτοῦ κυριεύσειν; *Καὶ ἔθλιψαν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν, καὶ ἐταπεινώθησαν ὑπὸ* C *τὰς χεῖρας αὐτῶν· πλεονάκις ἐῤῥύσατο αὐτούς. Αὐτοὶ δὲ παρεπίκραναν αὐτὸν ἐν τῇ βουλῇ αὐτῶν, καὶ ἐταπεινώθησαν ἐν ταῖς ἀνομίαις αὐτῶν.* Αὐτὸς μὲν, φησὶν, ἐῤῥύετο, χρηστὸς ὢν αὐτοῖς καὶ γλυκὺς γενόμενος· οἱ δὲ παρεπίκραναν, πικρὸν ἑαυτοῖς ποιοῦντες αὐτόν· καὶ πάλιν αὐτὸς ἔσωζεν οἷα σωτήρ· οἱ δὲ ἀπώλλυντο, ἔργοις ἀπωλείας ἑαυτοὺς περιπείροντες· καὶ τοῦτο πλεονάκις ἐγίνετο, ἕως οὗ αὐτοὶ ἑαυτοὺς ἐταπείνωσαν ἐν ταῖς αὐτῶν ἀνομίαις.

Καὶ εἶδε Κύριος ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, ἐν τῷ αὐτὸν εἰσακοῦσαι τῆς δεήσεως αὐτῶν. Καὶ ἐμνήσθη τῆς διαθήκης αὐτοῦ, καὶ μετεβλήθη κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους αὐτοῦ. Καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς εἰς οἰκτιρμοὺς ἐναντίον πάντων τῶν αἰχμαλωτευσάντων αὐτούς. D Καὶ τοῦτο ἐπληροῦτο, ὅτε ἐνέβαλεν ὁ Θεὸς εἰς τὴν καρδίαν Κύρου τοῦ βασιλέως, καὶ μετὰ ταῦτα Δαρείου καὶ Ἀρταξέρξου φιλανθρώπως χρήσασθαι τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, κατὰ τὰ ἐν τῇ Γραφῇ τοῦ Ἔσδρα φερόμενα. Ἀλλὰ καὶ εἰσέτι νῦν τῇ ἀρχῇ τῶν Ῥωμαίων δουλεύοντες ἐν οἰκτιρμοῖς τυγχάνουσι, τοῦ Θεοῦ τοῦτο αὐτοῖς δεδωρημένου· οὐχ ὅτι ἦσαν ἄξιοι, ἀλλὰ πάλιν διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους. *Καὶ μετεβλήθη κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους αὐτοῦ.* Μεταμέλειαν δὲ καλεῖ τῆς παιδείας τὴν παῦλαν. Ὁ γὰρ Θεὸς τῆς μεταμελείας οὐκ ἔχει τὸ πάθος, οὐδὲ νῦν μὲν τούτοις, νῦν δὲ ἐκείνοις ἀρέσκεται, ἀλλὰ σοφῶς ἅπαντα πρυτανεύων, καὶ παιδείας ἐπάγει καὶ φιλανθρωπίας ὀρέγει.

VERS. 32-40. *Et irritaverunt eum ad aquam contradictionis, et vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbaverunt spiritum ejus. Et distinxit in labiis suis, non disperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis. Et commisti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum, et servierunt sculptilibus eorum, et factum est illis in scandalum. Et immolaverunt filios suos et filias suas dæmoniis. Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum et filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan. Et infecta est terra in sanguinibus, et contaminata est in operibus eorum, et fornicati sunt in adinventionibus suis. Et iratus est furore Dominus in populum suum, et abominatus est hæreditatem suam.* Si propter hæc omnia abominatus est hæreditatem suam, cur supra dictum est, *Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ, ut lauderis cum hæreditate tua?* At perpende num aperte sermo abominatam prioris populi hæreditatem declaret, ac de alia hæreditate vaticinetur; ut et de alio populo quicum annumerari optandum esse docet.

VERS. 41-43. *Et tradidit eos in manus inimicorum, et dominati sunt eorum qui oderunt eos.* Non tradit Dominus populum suum, nisi prius abominetur ipsum: ipsum autem abominatur ob memorata opera. Cum autem ipse Dominus tradiderit, quis non possit populis ad ipsum pertinentibus dominari? *Et tribulaverunt eos inimici eorum, et humiliati sunt sub manibus eorum: sæpe liberavit eos. Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo: et humiliati sunt in iniquitatibus suis.* Ipse quidem ait, bonus cum esset ac mitigaretur, liberabat eos; illi vero exacerbaverunt eum, acerbum sibi constituentes: ac rursus ille, utpote servator, eruebat eos, illi vero peribant, exitii operibus sese confodientes: idque sæpe factum est, donec se ipsi humiliaverunt in iniquitatibus suis.

VERS. 44-46. *Et vidit Dominus cum tribularentur, cum audiret deprecationem eorum. Et memor fuit testamenti sui, et pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ. Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos.* Hoc implebatur, quando immisit Deus in cor Cyri regis, et postea Darii et Artaxerxis, ut cum Judaica gente benigne agerent, secundum ea quæ in Esdræ Scriptura feruntur. Quin etiam nunc Romano imperio parentes miserationibus, Deo auctore, donantur: non quod digni sint; sed ob misericordiæ ejus magnitudinem. *Et pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ.* Pœnitentiam autem vocat castigationis cessationem. Deus quippe pœnitentiæ affectum habere nequit: neque modo his, modo illis placita edit; sed sapienter omnia moderans, et castigationes inducit, et clementiam exhibet.

VERS. 47, 48. *Salvos nos fac, Domine Deus noster, et congrega nos de nationibus, ut confiteamur nomini sancto tuo, et gloriemur in laude tua. Benedictus Dominus Deus Israel, a sæculo et usque in sæculum, et dicet omnis populus, Fiat, fiat.* Docentur rogare ut de gentibus congregentur; ut vel sero tandem a dispersione liberati in unum conveniant. Quod Judæi quidem in præsenti vita futurum esse somniant, cum unctus ipsis aderit. Nos autem, jam Salvatore nostro hominibus illucescente, multitudinem animarum ex omnibus gentibus in dies sub Dei Filio congregatarum videmus: quæ hic præparantur ad meliorem congregationem in regno cœlorum habendam, quam vere sanctam fore promittit. *Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo et usque in sæculum. Et dicet omnis populus, Fiat, fiat.* Congruenter Apostolo dicenti: *In omni gratias agite*[74], jam sermo docet, semper Domino benedicendum esse, sive misereatur, sive castiget, sive salutem impertiat.

ALLELUIA. CVI.

VERS. 1-4. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Dicant qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimicorum, et de regionibus congregavit eos a solis ortu et occasu, ab Aquilone et mari: erraverunt in solitudine, in inaquoso.* Domino confitendum est, sive ipsi ut medico peccata nostra declarando; sive pro beneficiis in nos collatis gratias agendo, utpote qui curationis ejus pignus obtineamus: quoniam non modo bonus est, sed etiam per totum præsens sæculum misericordiam suam extendit. *Dicant qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimicorum et de regionibus congregavit eos.* Gentium vocatio per Salvatorem nostrum ad rem deducta, congruenter in præsenti post Judaicæ gentis repudiationem, quæ in præcedenti psalmo enarrata fuit, prænuntiatur: in quo post longum impietatum ipsorum catalogum dictum est: *Et iratus est Dominus in populum suum, et abominatus est hæreditatem suam. Quos redemit de manu inimicorum;* eos nempe qui ab inimicis et hostibus hominum, diabolo scilicet, in servitutem redacti fuerant. *Et de regionibus congregavit eos a solis ortu usque ad occasum, ab Aquilone et mari.* Congregat autem eos in Ecclesiam suam ex omni gente: universum quippe orbem per quatuor climata designavit. Ex his namque gens nova et hæreditas Dei nova constitit. Consentaneum itaque est, quamdam existimare Judæorum ex gentibus synagogam hoc significari psalmo, quasi Judæi per totum orbem a gentibus semovendi, ab alienæ terræ incolatu liberandi, et in Judæam congregandi sint: nam id hactenus Judæi somniant. Sed quia hæc non ipso opere facta deprehenduntur, cum elapsis jam a

A *Σῶσον ἡμᾶς, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐπισυνάγαγε ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐθνῶν, τοῦ ἐξομολογεῖσθαι τῷ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ, τοῦ ἐγκαυχᾶσθαι ἐν τῇ αἰνέσει σου. Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. Καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαὸς, Γένοιτο, γένοιτο.* Διδάσκονται εὔχεσθαι τυχεῖν τῆς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν συναγωγῆς, ἵν' ἤδη ποτὲ τῆς διασπορᾶς ἀπαλλαγέντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθῶσιν· ὅπερ Ἰουδαῖοι μὲν φαντάζονται μέλλειν ἔσεσθαι ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἐπιστάντος αὐτοῖς τοῦ ἠλειμμένου· ἡμεῖς δὲ, ἤδη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιλάμψαντος ἀνθρώποις, ὁρῶμεν ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν τὸ πλῆθος τῶν ὁσημέραι ὑπὸ τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱὸν ἐπισυναγομένων ψυχῶν, ἐντεῦθέν τε παρασκευαζομένων ἐπὶ τὴν κρείττονα ἐπισυναγωγὴν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, ἥν- B τινα ἀληθῶς ἁγίαν ἐπαγγέλλεται. *Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. Καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαὸς, Γένοιτο, γένοιτο.* Ἀκολούθως τῷ Ἀποστόλῳ φήσαντι· *Ἐν παντὶ εὐχαριστεῖσθε*, καὶ νῦν ὁ λόγος διδάσκει, πάντοτε εὐλογεῖν τὸν Κύριον, καὶ ἐφ' οἷς ἐλεεῖ καὶ ἐφ' οἷς παιδεύει, καὶ ἐφ' οἷς σώζει.

ΑΛΛΗΛΟΥΙΑ. ΡϚʹ.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι χρηστὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Εἰπάτωσαν οἱ λελυτρωμένοι ὑπὸ Κυρίου, οὓς ἐλύτρωσεν ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν, καὶ ἐκ τῶν χωρῶν συνήγαγεν αὐτοὺς, ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ βοῤῥᾶ καὶ θαλάσσης· ἐπλανήθησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν ἀνύδρῳ. Τῷ C Κυρίῳ ἐξομολογεῖσθαι δεῖ κατά τε τὸ ὁμολογεῖν τὰ ἑαυτῶν πλημμελήματα ὡς ἰατρῷ, κατά τε τὸ εὐχαριστεῖν αὐτῷ ἐπὶ ταῖς εἰς ἡμᾶς εὐεργεσίαις, τὸ ἐχέγγυον τῆς παρ' αὐτοῦ θεραπείας ἔχοντας· ὅτι μὴ μόνον χρηστός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ παρατείνει τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς πάντα τὸν παρόντα αἰῶνα. *Εἰπάτωσαν οἱ λελυτρωμένοι ὑπὸ Κυρίου, οὓς ἐλυτρώσατο ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν, καὶ ἐκ χωρῶν συνήγαγεν αὐτούς.* Εἰκότως καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν, ἡ διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἔργον χωρήσασα, προφητεύεται μετὰ τὴν ἀποβολὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, τὴν διὰ τοῦ πρὸ τούτου ψαλμοῦ δηλωθεῖσαν· ἐν ᾧ μετὰ τὸν μακρὸν κατάλογον τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν ἐλέγετο· *Καὶ ὠργίσθη Κύριος ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ· καὶ ἐβδελύξατο τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Οὓς ἐλυτρώσατο* D *ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν*· τοὺς πάλαι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων τῶν ἀνθρώπων, τουτέστι τοῦ διαβόλου καταδεδουλωμένους. *Καὶ ἀπὸ χωρῶν συνήγαγεν αὐτοὺς ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ βοῤῥᾶ καὶ θαλάσσης.* Ἐπισυνάγει δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν αὐτοῦ Ἐκκλησίαν ἐκ παντὸς ἔθνους· πᾶσαν γὰρ τὴν οἰκουμένην διὰ τῶν τεσσάρων ἐδήλωσε κλιμάτων. Ἐκ τούτων γὰρ ἔθνος καινὸν καὶ κληρονομία τοῦ Θεοῦ νέα συνέστη. Εἰκὸς μὲν οὖν τινα νομίσαι τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐκ τῶν ἐθνῶν συναγωγὴν διὰ τοῦ παρόντος δηλοῦσθαι ψαλμοῦ, ὡς μελλόντων τῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης Ἰουδαίων ἀποχωρίζεσθαι τῶν ἐθνῶν, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἀλλοδαπὴν διατριβῆς ἀπαλλάττεσθαι,

[74] I Thess. v, 18.

συνάγεσθαι δὲ ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν γῆν. Τοιαῦτα γὰρ εἰσέτι καὶ νῦν παῖδες Ἰουδαίων φαντάζονται. Ἀλλ' ἐπεὶ μὴ ταῦτα περὶ αὐτοὺς τοῖς ἔργοις ὁρᾶται γεγενημένα, ἤδη που χιλίοις ἐγγὺς ἔτεσι τῆς ἀπὸ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας αὐτῶν μηδενὸς τοιούτου περὶ αὐτοὺς πραχθέντος· ὥρα τῇ τῶν πραγμάτων ἐκβάσει τοὺς λόγους ἐφαρμόττειν, καὶ ἐπὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν ἀνάγειν τὴν προφητείαν.

A captivitate Babylonica annis prope mille, nihil hujusmodi in illorum gratiam peractum sit; restat ut rerum eventui hæc verba accommodemus, et ad gentium vocationem prophetiam reducamus.

Ἐπλανήθησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ, ὁδὸν πόλεως κατοικητηρίου οὐχ εὗρον· πεινῶντες καὶ διψῶντες, ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἐξέλιπεν. Ἡμεῖς μὲν οἱ πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θεοσεβείας καὶ ἐν ἀκάρπῳ, ἀνύδρῳ τε καὶ ἀγόνῳ ζωῇ πάλαι πρότερον πεπλανημένοι, ὅτε ἦμεν ἔθνη ἄλογα, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ἀπαγόμενοι, οἱ μηδέποτε ὁδὸν πόλεως κατοικητηρίου εὑρόντες· ὅτε ἦμεν ἀλλότριοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ· οἱ μεμισημένοι πάλαι, ἐν λιμῷ καὶ δίψει τὴν ψυχὴν ἐκλείποντες, διὰ τὸ ἐστερῆσθαι λογικῆς καὶ ἐπουρανίου τροφῆς ποτοῦ τε πνευματικοῦ, κατὰ τό· *Ἐξαποστελῶ οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου. Καὶ σαλευθήσονται ὕδατα ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἕως τῆς θαλάσσης, καὶ ἀπὸ βορρᾶ ἕως ἀνατολῶν, περιδραμοῦνται ζητοῦντες τὸν λόγον Κυρίου, καὶ οὐ μὴ εὕρωσι·* διὸ καὶ ἐν ἐρήμῳ τῶν ἀρετῶν ὄντες ἐπλανώμεθα, ποδηγὸν καὶ ἡγεμόνα μὴ ἔχοντες, ᾧ ἑπόμενοι εὑρεῖν οἷοί τε ἦμεν μετὰ τὴν ὁδὸν πόλιν εὖ διατεταγμένην ἱερῷ νόμῳ, ἐν ᾗ κατοικεῖν ἠδυνάμεθα μὴ ἀναχωροῦντες· αὕτη δέ ἐστιν ἀρετὴ καὶ Θεοῦ σοφία. *Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐῤῥύσατο αὐτούς.* Τῶν ἐθνῶν ἁπάντων πλανωμένων ἐν γῇ ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ, καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῶν ἐκλειπούσης ἐξ ἀτροφίας σωτηρίων λόγων, ἐβόων πρὸς τὸν Θεὸν ἱκετεύοντες, κοινὸν ἅπασι καταπεμφθῆναι Σωτῆρα. *Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς.* Τοὺς ἐγκεχειρισμένους αὐτοὺς ὑπερπάσχοντες καὶ ὑπεραλγοῦντες αὐτῶν καὶ διψώντων καὶ τὴν ψυχὴν ἤδη δι' ἀτροφίαν ἐκλειπόντων, ἐβόων αὐτοὶ καὶ ἔκραζον πρὸς Κύριον, ὑπὲρ τῶν οἰκείων ἕκαστος πρεσβεύοντες.

VERS. 5. *Erraverunt in solitudine et in inaquoso, viam civitatis habitaculi non invenerunt: esurientes et sitientes, anima eorum in ipsis defecit.* Nos scilicet qui ante divinum Servatoris nostri cultum, in vita infrugifera, inaquosa sterilique olim errabamus, cum gentes irrationabiles essemus, atque ad muta idola abduceremur: qui nunquam viam civitatis habitaculi inveneramus, cum alieni essemus a B civitate Israelis, cum nullam spem haberemus et athei in mundo essemus: qui olim odio eramus, in fame et siti animo deficientes, quod rationabili et cœlesti cibo spiritualique potu privati essemus, secundum illud: *Emittam non famem panis, neque sitim aquæ; sed famem audiendi verbum Domini. Et commovebuntur aquæ a mari usque ad mare, et ab aquilone usque ad orientem: circuibunt quærentes verbum Domini, et non invenient* [78]; idcirco in deserto virtutum exsistentes errabamus, ducem ac principem non nacti, quem sequentes decursa via reperire possemus civitatem sacra lege rite constitutam, in qua habitare possemus, nunquam inde recessuri: hæc autem est virtus et Dei sapientia.—VERS. 6. C *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et necessitatibus eorum eripuit eos.* Gentes omnes cum in deserto et inaquoso errarent, atque anima earum ex penuria salutarium verborum deficeret, clamabant ad Deum supplicantes, ut communis omnibus Servator mitteretur: *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur.* Captivis condolentes, ac erga sitientes et præ cibi penuria animo deficientes misericordia moti, clamabant ipsi et vociferabantur ad Dominum, pro suis singuli deprecantes.

Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς εἰς ὁδὸν εὐθεῖαν, τοῦ πορευθῆναι εἰς πόλιν κατοικητηρίου. Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Οἱ μὲν γὰρ ἐπλανήθησαν ἐν γῇ ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ, τοῦτο πρῶτον νόσημα νενοσηκότες τὸ τῆς πλάνης· καὶ δευτέρῳ κακῷ περιπεσόντες ὁδὸν πόλεως κατοικητηρίου αὐτῶν οὐχ εὗρον· καὶ τρίτον δὲ αὐτοὺς περιέσχε κακὸν, ἐπείπερ ἦσαν πεινῶντες καὶ διψῶντες, ὡς τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἐκλείπειν ἐν αὐτοῖς. Ὁ δὲ φιλάνθρωπος Θεὸς καὶ ἀγαθὸς Σωτὴρ πρῶτον μὲν ὡδήγησεν αὐτοὺς εἰς ὁδὸν εὐθεῖαν· ἔπειτα ἔδειξεν αὐτοῖς πῶς χρὴ βαδίζειν τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν τοῦ κατοικητηρίου. Καὶ τίς ἂν εἴη ἡ εὐθεῖα ὁδὸς ἢ ὁ σωτήριος λόγος ὁ εὐαγγελικὸς, ὁ μόνος ἡμᾶς ἄγων εἰς τὴν ἐπουράνιον πόλιν· ἐν ᾗ γενόμενοι τὸ κατοικητήριον ἡμῶν εὑρήσομεν; *Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη*

VERS. 7, 8. *Et deduxit eos in viam rectam, ut irent in civitatem habitationis. Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum.* Illi D siquidem erraverunt in terra deserta et inaquosa, hac prima ægritudine, erroris scilicet, laborantes. Hinc in secundum malum delapsi, viam civitatis, in qua habitarent, non invenerunt: ac tertium ipsos malum invasit, quia esuriebant et sitiebant, ita ut anima eorum in ipsis deficeret. Benignus autem Deus ac bonus Salvator, primo quidem deduxit eos in viam rectam; deinde docuit eos quo pacto in via ad civitatem habitaculi ducente, graderentur. Ecqua vero illa recta via fuerit, nisi salutaris sermo evangelicus, qui solus nos ad cœlestem ducit civitatem; in qua constituti, habitaculum nostrum reperiemus? *Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum:* prædi-

[78] Amos VIII, 11, 12.

cantes omnibus filiis hominum, ut omnes de gratia Dei in nos collata, deque ejus misericordia certiores effecti, ad salutem properemus nostram.

Vers. 9-11. *Quia satiavit animam inanem, et animam esurientem replevit bonis, sedentes in tenebris et umbra mortis, vinctos in mendicitate et ferro. Quia exacerbaverunt eloquia Domini, et consilium Altissimi irritaverunt.* Umbram mortis si idololatriam et impias actiones dixeris, neutiquam aberres. Hæ quippe sunt quæ nos a vera vita semovent. In his porro antea versabamur, quando Deum exacerbabamus, et consilium Altissimi irritabamus. Nam cum oportuisset ex magnitudine et pulchritudine creaturarum opificem universorum contemplari, et sempiternam ejus virtutem divinitatemque ex creatione mundi intelligere; nos contra quasi cæci in tenebris et umbra mortis degentes, ac secundum rationabiles animæ virtutes compediti et excæcati, mutavimus gloriam incorrupti Dei in similitudinem imaginis corrupti hominis, et volucrum, et quadrupedum, et reptilium.

Vers. 12-14. *Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sunt, nec fuit qui adjuvaret.* Ingens quippe illud facinus soli Verbo Dei reservabatur, de quo sub hæc dicitur: *Misit Verbum suum, et sanavit eos, et eripuit eos de interitionibus eorum. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum liberavit eos. Et eduxit eos de tenebris et umbra mortis, et vincula eorum disrupit.* Nam quomodo in necessitatibus non fuerimus, cum malignis dæmonibus et spiritibus immundis servieremus? At benignus et misericors Deus, sanctorum prophetarum ac religiosorum virorum pro nobis ad se clamantium preces exaudiens, non modo nos ab illis eripuit, verum etiam eorum vincula disrupit. Hoc porro declarat uberem peccatorum remissionem, qua nos Salvatoris nostri Jesu Christi gratia dignatus est.

Vers. 15-17. *Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum: quia contrivit portas æreas, et vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorum, propter injustitias enim suas humiliati sunt.* Idipsum jam ob posteriora ejus beneficia repetitur. Æstimo autem humanarum animarum ad mortem usque lapsum his indicari; quarum causa opus fuit ut Redemptor et Salvator omnium ad mortem usque descenderet. Quo cum solus ex omnibus venisset Christus Dei, portas illas, quæ a sæculo ferro occlusæ erant, et nulli mortalium apertæ fuerant, atque ideo ex ære conflatæ fuerant, contrivit, et una earum vectes, antea infractos, confregit.

Vers 18-23. *Omnem escam abominata est anima eorum, et appropinquaverunt usque ad portas mortis.* Ob malum affectum eorum, qui rationabilem et animabus

A *αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων·* κηρύσσοντες εἰς πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅπως οἱ πάντες, τὴν χάριν τὴν εἰς ἡμᾶς γεγενημένην καὶ τὰ ἐλέη τοῦ Θεοῦ μαθόντες, σπεύσωμεν ἐπὶ τὴν αὐτῶν σωτηρίαν.

Ὅτι ἐχόρτασε ψυχὴν κενὴν, καὶ ψυχὴν πεινῶσαν ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, καθημένους ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, πεπεδημένους ἐν πτωχείᾳ καὶ σιδήρῳ. Ὅτι παρεπίκραναν τὰ λόγια τοῦ Κυρίου, καὶ τὴν βουλὴν τοῦ Ὑψίστου παρώξυναν. Σκιὰν θανάτου οὐκ ἂν ἁμάρτοις λέγων τὴν εἰδωλολατρείαν καὶ τὰς ἐν ἀθεότητι πράξεις. Αὗται γάρ εἰσιν αἱ χωρίζουσαι ἡμᾶς τῆς ἀληθινῆς ζωῆς. Ἐν ταύταις δὲ ἦμεν πρότερον, διὰ τὸ παραπικραίνειν τὸν Θεὸν, καὶ τὴν βουλὴν τοῦ Ὑψίστου παροξύνειν. Δέον γὰρ ἐκ B μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων τὸν γενεσιουργὸν τῶν ὅλων θεωρεῖν, καὶ τὴν ἀΐδιον αὐτοῦ δύναμιν καὶ θειότητα ἀπὸ κτίσεως κόσμου νοεῖν· ἡμεῖς δὲ οἷα τυφλοὶ ἐν σκότῳ καὶ σκιᾷ θανάτου διάγοντες, καὶ τὰς λογικὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις πεπεδημένοι καὶ πεπηρωμένοι, ἐνηλλάττομεν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν.

Καὶ ἐταπεινώθη ἐν κόποις ἡ καρδία αὐτῶν· ἠσθένησαν καὶ οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν. Ἐτηρεῖτο γὰρ τὸ μέγα τοῦτο κατόρθωμα μόνῳ τῷ Λόγῳ τοῦ Θεοῦ, περὶ οὗ ἑξῆς εἴρηται· *Ἀπέστειλε τὸν Λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν* C *ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς. Καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ σκότους καὶ σκιᾶς θανάτου, καὶ τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν διέῤῥηξε.* Πῶς γὰρ οὐκ ἦμεν ἐν ἀνάγκαις, πονηροῖς δαίμοσι καὶ πνεύμασιν ἀκαθάρτοις δεδουλωμένοι; Ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος καὶ ἐλεήμων Θεὸς, ταῖς τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν τε καὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν εὐχαῖς ἐπακούσας βοώντων ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς αὐτὸν, οὐ μόνον ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ τούτων, ἀλλὰ καὶ τούτων τὰ δεσμὰ διέῤῥηξεν. Δηλοῖ δὲ τοῦτο τὴν ἀθρόαν τῶν ἁμαρτωλῶν ἄφεσιν, ἧς κατηξίωσεν ἡμᾶς ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ χάρις.

Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων· ὅτι συνέτριψε πύλας χαλκᾶς, καὶ μο- D *χλοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν. Ἀντελάβετο αὐτῶν ἐξ ὁδοῦ ἀνομίας αὐτῶν· διὰ γὰρ τὰς ἀνομίας αὐτῶν ἐταπεινώθησαν.* Καὶ νῦν τὸ αὐτὸ λέγεται ἐπὶ ταῖς δευτέραις εὐεργεσίαις αὐτοῦ. Ἡγοῦμαι δὲ διὰ τούτων τὴν μέχρι θανάτου κατάπτωσιν τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν δηλοῦσθαι· δι' ἃς καὶ μέχρι θανάτου ἐδέησε τῷ λυτρωτῇ πάντων καὶ Σωτῆρι κατελθεῖν. Ἔνθα γενόμενος μόνος τῶν πώποτε ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, τὰς ἐξ αἰῶνος σιδηροδέτους πύλας, καὶ τὰς μηδενὶ θνητῷ ἀνοιχθείσας, καὶ διὰ τοῦτο χαλκᾶς γενομένας, συνέτριψε, καὶ τοὺς τούτων ἀῤῥήκτους μοχλοὺς συνέκλασεν.

Πᾶν βρῶμα ἐβδελύξατο ἡ ψυχὴ αὐτῶν, καὶ ἤγγισαν ἕως τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου. Διὰ κακοεξίαν τῶν ἀποστρεφομένων πᾶσαν λογικὴν καὶ

ψυχῶν σωτήριον τροφὴν, εἰκότως ἀποσταλεὶς ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς μέχρι τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν ἔφθασε, σαρκωθεὶς καὶ ἐνανθρωπήσας, χεῖρα σωτηρίας ὀρέξας καὶ τοῖς μέχρι τούτου καταπεπτωκόσι, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναβοήσασι. *Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς. Ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Καὶ θυσάτωσαν αὐτῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἐξαγγειλάτωσαν τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει, οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις, ποιοῦντες ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς.* Μνημονεύσας ὁ λόγος τῆς ἀφίξεως τοῦ Λυτρωτοῦ καὶ Σωτῆρος, δι' οὗ τὰ προλεγόμενα πάντα κατώρθωται, ἑξῆς συνάπτει τὴν περὶ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ προφητείαν. Αὐτοὶ γὰρ ἦσαν οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις, ῥητῶς καὶ κατὰ λέξιν· ὥσπερ οὖν ἡ θεία Γραφὴ τῶν Εὐαγγελίων μαρτυρεῖ. Τοιγαροῦν τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἅμα αὐτοῖς ἡ παροῦσα προφητεία τὴν μνήμην σφόδρα ἀκολούθως συνῆψε τῇ τοῦ Θεοῦ Λόγου εἰς ἀνθρώπους παρουσίᾳ. Αὐτοῖς τοιγαροῦν τούτοις καὶ τὰ νέα μυστήρια τῆς Καινῆς Διαθήκης πράττειν παρεκελεύετο, λέγων· *Καὶ θυσάτωσαν θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἐξαγγειλάτωσαν τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει.*

A salutarem escam aversabantur, merito missus unigenitus Dei Filius, carne et humana natura suscepta, ad portas usque mortis profectus, iis, qui eousque deciderant et ad ipsum clamaverant, salutis manum porrexit. *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et de necessitatibus eorum liberavit eos. Misit Verbum suum et sanavit eos, et eripuit eos de interitionibus eorum. Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum. Et sacrificent ei sacrificium laudis, et annuntient opera ejus in exsultatione, qui descendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis.* Cum Redemptoris et Servatoris adventum commemorasset, per quem prædicta omnia edita fuerant : deinde adjicit de apostolis ipsius vaticinium. Ipsi namque erant
B qui descendebant mare in navibus, idque vere et ad litteram, quemadmodum divina Evangeliorum Scriptura testificatur. Apostolorum itaque ipsorumque comitum mentionem admodum congruenter hæc Scriptura Dei Verbi ad homines adventui subjunxit. At enim illis ipsis nova Novi Testamenti mysteria peragere præcepit dicens : *Et sacrificent sacrificium laudis, et annuntient opera ejus in exsultatione.*

Εἶπε, καὶ ἔστη πνεῦμα καταιγίδος, καὶ ὑψώθη τὰ κύματα αὐτῆς. Ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν καὶ καταβαίνουσιν ἕως τῶν ἀβύσσων, ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν κακοῖς ἐτήκετο. Ἐταράχθησαν, ἐσαλεύθησαν ὡς ὁ μεθύων, καὶ πᾶσα ἡ σοφία αὐτῶν κατεπόθη. Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐξήγαγεν αὐτούς. Καὶ ἐπέταξε τῇ καταιγίδι, καὶ ἔστη εἰς αὔραν, καὶ ἐσίγησαν τὰ κύματα αὐτῆς. Ταῦτα προφητικῶς θεσπιζόμενα ἐπληροῦτο ῥητῶς καὶ πρὸς λέξιν· τῶν γὰρ μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐμπλεόντων σὺν αὐτῷ, *σεισμὸς*, φησὶν, *ἐγένετο μέγας ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων.* Οἱ δὲ προσπεσόντες εἶπον αὐτῷ· *Κύριε, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα.* Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς φήσας· *Τί δειλοί ἐστε, ὀλιγόπιστοι; ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη. Καὶ εὐφρανθήτωσαν, ὅτι ἡσύχασαν, καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς εἰς λιμένα θελήματος αὐτοῦ. Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Ὑψωσάτωσαν αὐτὸν ἐν ἐκκλησίᾳ λαοῦ, καὶ ἐν καθέδρᾳ πρεσβυτέρων αἰνεσάτωσαν αὐτόν.* Ὁδηγηθέντες ἐπὶ λιμένα θελήματος αὐτοῦ· ἐφ' οἷς ὁ λόγος ἀναγκαίως προστάττει τέταρτον οὕτω τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ, καὶ τὰ ἐλέη αὐτοῦ διὰ στόματος φέρειν· παρεγγυᾷ πᾶσί τε τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων ἀπαγγέλλειν τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. *Ἔθετο ποταμοὺς εἰς ἔρημωσιν, καὶ ἐξόδους ὑδάτων εἰς δίψαν, γῆν καρποφόρον εἰς ἅλμην ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ.*

VERS. 25-40. *Dixit et stetit spiritus procellæ, et exaltati sunt fluctus ejus. Ascendunt usque ad*
C *cœlos et descendunt usque ad abyssos, anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt, commoti sunt sicut ebrius, et omnis sapientia eorum devorata est. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et de necessitatibus eorum eduxit eos. Et percussit procellam, et stetit in auram, et siluerunt fluctus ejus.* Hæc prophetice prænuntiata reipsa et ad litteram impleta sunt. Nam cum discipuli Salvatoris nostri cum ipso navigarent, *motus*, inquit, *magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus* [76]. Illi vero procumbentes dicebant ei : *Domine, salva nos, perimus.* Ille vero cum dixisset : *Quid timidi estis, modicæ fidei? increpavit ventos et mare, et facta est tranquillitas magna* [77]. *Et lætentur quia siluerunt, et deduxit eos in portum voluntatis suæ. Confiteantur*
D *Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum. Exaltent eum in ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eum.* Deducti sunt in portum voluntatis ejus : qua de causa hic quarto jubentur Domino confiteri et misericordias ejus in ore ferre. Præcipit item omnibus hominibus ut annuntient mirabilia ejus. *Posuit flumina in desertum, et exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem a malitia inhabitantium in ea. Posuit desertum in stagna aquarum, et terram sine aqua in exitus aquarum. Et habitare fecit illic esurientes, et constituerunt civitates habitationis. Et seminaverunt agros et plantaverunt vineas, et fecerunt fructum productionis. Et benedixit eis et multiplicati*

[76] Matth. VIII, 24. [77] ibid. 25, 26.

sunt nimis, et jumenta eorum non minoravit. Et pauci facti sunt, et vexati sunt a tribulatione malorum et dolore. Effusa est contemptio super principes eorum, et errare fecit eos in invio, et non in via. Etenim Judaicæ gentis multitudo in tantam bonorum penuriam redacta est, ut pauci penes ipsos reperiantur qui secundum Deum præclari sint. Ac tota quidem eorum gens quæ in hoc vaticinio prænuntiantur sustinuit. Principes autem eorum, et patriarchæ quidam, sacerdotes, legisdoctores, Sadducæi, Scribæ et Pharisæi pudore suffusi sunt, in contemptumque traditi; utpote qui, vocati cum essent ad viam rectam, illam respuerint.

A *Ἔθετο ἔρημον εἰς λίμνας ὑδάτων, γῆν ἄνυδρον εἰς διεξόδους ὑδάτων. Καὶ κατῴκισεν ἐκεῖ πεινῶντας, καὶ συνεστήσαντο πόλεις κατοικεσίας. Καὶ ἔσπειραν ἀγροὺς καὶ ἐφύτευσαν ἀμπελῶνας, καὶ ἐποίησαν καρπὸν γεννήματος. Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς καὶ ἐπληθύνθησαν σφόδρα, καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν οὐκ ἐσμίκρυνεν. Καὶ ὠλιγώθησαν καὶ ἐκακώθησαν ἀπὸ θλίψεως κακῶν καὶ ὀδύνης. Ἐξεχύθη ἐξουδένωσις ἐπ' ἄρχοντας αὐτῶν, καὶ ἐπλάνησεν αὐτοὺς ἐν ἀβάτῳ, καὶ οὐχ ὁδῷ.* Τὸ μὲν γὰρ πλῆθος τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους εἰς τοσαύτην ἤλασεν ἀγαθῶν σπάνιν, ὡς ὀλίγους εὑρίσκεσθαι ἐν αὐτοῖς τοὺς κατὰ Θεὸν εὐδοκιμοῦντας. Καὶ τὸ μὲν πᾶν ἔθνος ταύτην ὑπέμεινε τὴν πρόῤῥησιν· οἱ δ' ἐν αὐτοῖς ἄρχοντες, πατριάρχαι τινὲς καὶ ἀρχιερεῖς καὶ νομοδιδάσκαλοι, Σαδδουκαῖοί τε καὶ Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι αἰσχύνην κατεχέαντο, ἐξουδενώσει παραδοθέντες· ἅτε δὴ κληθέντες ἐπὶ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν καὶ παραιτησάμενοι αὐτήν.

VERS. 41. *Et adjuvit pauperem de inopia.* Hic consueto more Symmachus edidit, *Et muniet pauperem ab afflictione.* Illis quidem, ait, quæ prædicta sunt evenient: pauperem vero populum muniet, videlicet illum qui ex gentibus constituendus est, quem beatum prædicans Salvator ac Dominus noster Jesus Christus dicebat: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* [78]. *Et posuit sicut oves familias.* Aquila vero ait, *Et ponet sicut ovile cognationes*; Symmachus autem, *Et statuet*, inquit, *sicut gregem cognationes*: id est Ecclesias quæ per civitates et regiones ex diversis cognationibus constitutæ sunt.

B *Καὶ ἐβοήθησε πένητα ἐκ πτωχείας.* Καὶ ἐν τούτοις συνήθως ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν εἰπών· *Καὶ ὀχυρώσει πένητα ἀπὸ κακώσεως.* Ἐκείνοις μὲν γὰρ ἔσται τὰ προδηλωθέντα, φησί· τὸν δὲ πένητα λαὸν ὀχυρώσει· τὸν ἐξ ἐθνῶν δηλαδὴ συστησόμενον ὃν καὶ μακαρίζων ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἔλεγε· *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Καὶ ἔθετο ὡς πρόβατα πατριάς*· ὁ δὲ Ἀκύλας, *Καὶ θήσει*, φησὶν, *ὡς ποίμνιον συγγενείας*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Καὶ τάξει*, φησὶν, *ὡς ποίμνην συγγενείας*, τὰς κατὰ πόλιν καὶ κατὰ χώραν Ἐκκλησίας ἐκ διαφόρων συγγενειῶν συνεστώσας.

VERS. 42, 43. *Videbunt recti et lætabuntur, et omnis iniquitas oppilabit os suum.* Quid porro videbunt, nisi rerum ex deterioribus ad meliora commutationem? Quamobrem iis qui prophetias ad effectum et finem deductas conspexerunt dicebat Servator: *Vestri autem beati oculi, quia vident*; et: *Multi prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, et non viderunt* [79]. *Et omnis iniquitas oppilabit os suum.* In rabiem acta et ob invidiam dolore fracta, neque tamen aliquid agere valens, quia Deus ita voluit. Id autem manifeste videre licet, cum infidelium et idololatrarum iniquitas, contra Ecclesiam Christi furens et sæpe insaniens, quod demum nihil agere valeret, os suum obturavit, a divino verbo frenata: quod etiam illis tempore persecutionum hæc edicit: *Tace, obmutesce* [80]. Iniquitatem vero intelligas diabolum, et omnem iniqua agentem, secundum illud: *Obstructum est os loquentium iniqua* [81]. *Quis sapiens, et custodiet hæc: et intelligent misericordias Domini* [81*]?

Ὄψονται εὐθεῖς καὶ εὐφρανθήσονται, καὶ πᾶσα ἀνομία ἐμφράξει τὸ στόμα αὐτῆς. Τί δὲ ὄψονται C ἀλλ' ἢ τὴν ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττω μεταβολήν; Διὸ τοῖς τὰ τέλη τῶν προφητειῶν τεθεαμένοις ἔλεγεν ὁ Σωτήρ· *Ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπουσι*· καὶ, *Πολλοὶ προφῆται ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον. Καὶ πᾶσα ἀδικία ἐμφράξει τὸ στόμα αὐτῆς*· λυττῶσα ὑπὸ φθόνου διαῤῥηγνυμένη, μηδὲν δὲ πράττειν διὰ τὸν ταῦτα βουληθέντα Θεὸν δυναμένη. Τοῦτο δὲ πάρεστιν ἐναργῶς ὁρᾷν, ὡς κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ ἡ τῶν ἀπίστων καὶ εἰδωλολατρῶν ἀνδρῶν ἀνομία λυττῶσα καὶ πολλάκις ἐπιμήνασα, τέλος διὰ τὸ μηδὲν δύνασθαι, τὸ στόμα ἑαυτῆς ἔφραξεν ὑπὸ τοῦ θείου λόγου φιμουμένη, τοῦ καὶ αὐτῇ κατὰ τοὺς τῶν διωγμῶν καιροὺς φάσκοντος· *Σιώπα, πεφίμωσο.* Ἀνομίαν δὲ νοήσεις τὸν διάβολον, καὶ πάντα τὸν D κατ' αὐτὴν πεποιημένον, κατὰ τό· *Ἐνεφράγη τὸ στόμα λαλούντων ἄδικα. Τίς σοφὸς, καὶ φυλάξει ταῦτα, καὶ συνήσουσι τὰ ἐλέη τοῦ Κυρίου;*

1. CANTICUM PSALMI IPSI DAVID. CVII.

VERS. 2-5. *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, cantabo et psallam in gloria mea. Exsurge, gloria mea, exsurge, psalterium et cithara, exsurgam diluculo. Confitebor tibi in populis, Domine, psallam tibi in nationibus. Quoniam magna est super cœlos misericordia tua, et usque ad nubes veritas tua.* Qui salutari illa beatitudine dignus ef-

ΩΔΗ ΨΑΛΜΟΥ ΤΩ ΔΑΥΙΔ. ΡΖ'.

Ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ὁ Θεὸς, ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ᾄσομαι καὶ ψαλῶ ἐν τῇ δόξῃ μου. Ἐξεγέρθητι, ἡ δόξα μου, ἐξεγέρθητι, ψαλτήριον καὶ κιθάρα, ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου. Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς, Κύριε, ψαλῶ σοι ἐν ἔθνεσιν. Ὅτι μέγα ἐπάνω τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός σου, καὶ ἕως τῶν νεφελῶν ἡ ἀλήθειά σου. Ὁ τοῦ σωτηρίου

[78] Matth. v, 3. [79] Matth. xiii, 16, 17. [80] Marc. iv, 39. [81] Psal. lxii, 12. [81*] Psal. cvi, 43.

μακαρισμοῦ γενόμενος ἄξιος, δι' οὗ εἴρηται· *Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται*, εἴποι ἂν θαῤῥῶν· *Ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ὁ Θεός*. Ὁ Προφήτης οὖν, τὰ φίλα καὶ συγγενῆ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δι' ἐναρέτων ἔργων ἐπιτελέσας, τῷ τοιούτων δοτῆρι Θεῷ τὴν προκειμένην εὐχὴν ἀναπέμπει. *Ἄσομαι καὶ ψαλῶ ἐν τῇ δόξῃ μου*· ἀπολαβὼν τὴν ἐμαυτοῦ δόξαν, τουτέστι τὴν προφητικὴν χάριν. *Ἐξεγέρθητι, ἡ δόξα μου, ἐξεγέρθητι, ψαλτήριον καὶ κιθάρα, ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου*. Μήποτε τὰς δυνάμεις τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος διεγείρει διὰ τὴν μέλλουσαν εἰς αὐτὸν γενέσθαι τοῦ θείου Πνεύματος ἐπίπνοιαν· καὶ κατὰ διάνοιαν μὲν ἐκλαμβανόντων ἡμῶν τὰ μέλη τοῦ σώματος καὶ τὰ αἰσθητήρια, δι' ὧν ὁ νοῦς ἀνακρούεται ὅτε δ' ἂν βούληται· ψαλτήριον δὲ τὰς ἀσωμάτους καὶ λογικὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, ἃς δὴ παρασκευάζων εἰς τὴν τοῦ Πνεύματος ὑποδοχήν φησιν· *Ἐξεγέρθητι, ψαλτήριον καὶ κιθάρα*.

A fectus est, qua dicitur : *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [81], confidenter dicat : *Paratum cor meum, Deus.* Propheta igitur cum per bona opera rem Spiritui sancto gratam et acceptam perfecisset, talium largitori Deo præsentem orationem emisit. *Cantabo et psallam in gloria mea :* id est, assumpta gloria mea, seu prophetandi gratia. *Exsurge, gloria mea, exsurge, psalterium et cithara, exsurgam diluculo.* Num forte animæ corporisque sui vires excitat ob adventuram ipsi Spiritus sancti inspirationem ; ita ut nos spirituali more membra corporis et sensus excipiamus, quibus mens quandocunque voluerit pulsatur ; psalterium vero explicemus incorporeas et rationabiles animæ virtutes, quas ad Spiritus susceptionem præparans ait : *Ex-* B *surge, psalterium et cithara.*

Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανούς, ὁ Θεός, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου, ὅπως ἂν ῥυσθῶσιν οἱ ἀγαπητοί σου. Σῶσον τῇ δεξιᾷ σου, καὶ ἐπάκουσόν μου. Ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ· Ὑψωθήσομαι καὶ διαμεριῶ Σίκιμα, καὶ τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω. Ἱκετεύω καὶ δέομαι τάχος ἐπιστῆναι τὴν χάριν, καὶ σὲ τὸν ὕψιστον Θεὸν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὑμνούμενον γνωσθῆναι, καὶ τὴν σαυτοῦ δόξαν φανερὰν ποιῆσαι ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Τούτου γὰρ γενομένου, ῥυσθήσονται οἱ ἀγαπητοί σου ἀπὸ τῆς πικρᾶς δουλείας καὶ αἰχμαλωσίας ἣν πεπόνθασιν ὑποχείριοι γενόμενοι. *Σῶσον τῇ δεξιᾷ σου, καὶ ἐπάκουσόν μου. Ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ*. Τίς ἦν ὁ ἅγιος αὐτοῦ ἢ ὁ μονογενὴς Παῖς, ὁ ὢν ἀληθῶς ἅγιος καὶ ἀγαπητός, δι' οὗ τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο πρὸς τὴν ἀποδοθεῖσαν εὐχὴν αὐτοῖς ὁ Θεός· πρὸς μὲν οὖν τὴν εὐχὴν τὴν φήσασαν· *Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανούς, ὁ Θεός*, ἀποκρίνεται λέγων, *Ὑψωθήσομαι*, πρὸς δὲ τό· *Καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου*, πάλιν ἀποκρίνεται τὰ ἀκόλουθα ἀπὸ τοῦ, *Ὑψωθήσομαι καὶ διαμεριῶ Σίκιμα, καὶ τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω*. Ταύτην τοίνυν, φησί, τὴν κοιλάδα, τουτέστι πᾶσαν τὴν τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένην, εἰς σκηνὰς διαμετρήσω, ὥσπερ χωρομετρῶν καὶ καταγράφων αὐτούς· διαμετρήσω εἰς σκηνὰς κατὰ πᾶσαν πόλιν, καὶ χώραν καὶ κώμην· καὶ πάλιν, σκηνὰς ἐμαυτῷ διαμετρῶν καὶ χωρομετρῶν, τουτέστι τὰς ἁπανταχοῦ Ἐκκλησίας.

VERS. 6-8. *Exaltare super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua, ut liberentur dilecti tui. Salvum fac dextera tua, et exaudi me. Deus locutus est in sancto suo : Exaltabor et dividam Sichima, et convallem tabernaculorum dimetiar.* Obsecro precorque, cito adesse gratiam, qua te altissimum Deum in cœlis celebratum noscamus, et gloria tua per omnem terram manifesta reddatur. Hoc enim peracto, dilecti tui a dura servitute eruentur et a captivitate qua subacti et afflicti sunt. *Salvum fac dextera tua, et exaudi me. Deus locutus est in sancto suo.* Quis erat sanctus Dei nisi Filius unigenitus, qui vere sanctus et dilectus est : per quem Deus ipsis ad supradictam orationem, quæ sic habet : *Exaltare* C *super cœlos, Deus*, respondet, *Exaltabor ;* ad illud vero : *Et super omnem terram gloria tua*, rursus congruenter reponit ab his verbis : *Exaltabor et dividam Sichima, et convallem tabernaculorum dimetiar.* Hanc, inquit, convallem, id est universum orbem, in tabernacula dimetiar, quasi loca eorum metiens et describens ; dividam in tabernacula per singulas civitates, et regiones et vicos : ac rursum, tabernacula mihi dimetiens, ac per loca distribuens ; id est universas per orbem Ecclesias.

Ἐμός ἐστι Γαλαάδ, καὶ ἐμός ἐστι Μανασσῆς· καὶ Ἐφραὶμ ἀντίληψις τῆς κεφαλῆς μου. Ἰούδας βασιλεύς μου, Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου. Ἐπειδὴ Ἐφραῒμ καὶ Μανασσῆς υἱοὶ γεγόνασιν Ἰωσήφ, κατέσχον δὲ οἱ ἐκ τούτων τὴν καλουμένην χώραν Γαλαάδ, καὶ τὴν Συχὲμ καὶ τὴν Σαμάρειαν, ἔνθα τὸ βασίλειον συνειστήκει τοῦ Ἰσραήλ· διὰ τοῦτο ἑαυτοῦ φησιν εἶναι καὶ τούτους, τὸν δὲ Ἐφραῒμ κατ' ἐξαίρετον διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ συστᾶσαν βασιλείαν, κραταίωσιν ὀνομάζει τῆς κεφαλῆς ἑαυτοῦ. *Ἰούδας βασιλεύς μου, Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου*. Τὸν Ἰούδαν βασιλέα ἑαυτοῦ εἶναι, λέγει. Πρόδηλον δὲ ὅτι κατὰ τὸν Ἀπόστολον ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Σωτὴρ

D VERS. 9, 10. *Meus est Galaad, et meus est Manasses : et Ephraim susceptio capitis mei. Juda rex meus, Moab lebes spei meæ.* Quoniam Ephraim et Manasses filii Joseph feruntur, eorumque posteri regionem, quæ Galaad vocabatur, occuparunt, et Sychem et Samariam, ubi regia Israelis erat ; ideo illos suos esse dicit, ac Ephraim quia ex ipso regnum constabat, fortitudinem capitis sui per excellentiam vocat. *Juda rex meus, Moab lebes spei meæ.* Judam regem esse suum dicit. Manifestum autem est secundum Apostolum, Salvatorem et Dominum nostrum Jesum Christum exortum esse ex Juda, a quo regium genus constitutum est. In his item

[81] Matth. v, 8.

sermo Ephraim et Judam recenset; quoniam totum Judæorum genus olim in duo regna dividebatur; vaticinans non ultra futuram hujusmodi divisionem esse, sed totius gentis conjunctionem. Hæc porro completa sunt in adventu Domini et Servatoris nostri Jesu Christi. Eo quippe tempore universa gens Judæorum in unum redacta, neque ultra in regna duo divisa fuit. Quapropter pari ratione Servator Evangelium regni prædicabat et in omnes tribus eorum discipulos mittebat suos. *Juda rex meus, Moab lebes spei meæ.* Cum hi porro inquit, in primis et in principio vocationis suscepti fuerint; non tamen alienigenæ illi pejores a me alieni erunt; sed etiam ipsum Moab, cui olim vetitum ad Ecclesiam Domini accedere, admittam et excipiam: id enim spero. *Moab lebes spei meæ.* Clarius autem et apertius hæc interpretati sunt Aquila et quinta editio, his verbis, *Moab lebes lavacri mei*; id est, *receptaculum lavacri mei;* Symmachus vero, *Erit*, inquit, *Moab lebes securitatis meæ.* Verum memini audivisse me a quodam Hebræo, sub secreto in hæc loca sententiam tradente: qui his mystice declarari dicebat Christi generationem secundum carnem, quam a genere Moab per Ruth Moabitidem assumpsit, ex qua oriundus est rex David, cujus ex semine Christus Dei secundum carnem genitus est, qui etiam ad Joannis baptisma et ad lavacrum Jordanis accessit. *Moab lebes spei meæ.* His quoque, ut videtur mihi, gratia vocationis Moab a Deo promittitur, non alio modo peragenda, nisi per lavacrum regenerationis. Cum Moabo talia promissa sint, paria de reliquis gentibus cogitanda nobis relinquit. Nam cum prophetia Moabitas admittat, qui olim proscripti erant; manifestum est per illos cæteris item gentibus eum bonam spem ascribere.

A καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐξ οὗ συνέστη τὸ βασίλειον γένος. Συνάγει δὲ ἐν τούτοις ὁ λόγος τὸν Ἐφραῒμ καὶ τὸν Ἰούδαν, ἐπειδὴ τὸ παλαιὸν διῃρεῖτο τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος εἰς δύο βασιλείας, προφητεύων μηκέτι ἔσεσθαι τὴν διάστασιν ταύτην, ἀλλ' ἕνωσιν τοῦ παντὸς ἔθνους. Ἐπληροῦτο δὲ καὶ ταῦτα κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἥνωτο γοῦν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους τὸ πᾶν ἔθνος τῶν Ἰουδαίων, οὐκέτι ἐκ δύο βασιλειῶν διῃρημένων. Διὸ καὶ ὁμοίως ἐκήρυττεν ὁ Σωτὴρ τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ εἰς πάσας τὰς φυλὰς αὐτῶν τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ἐξαπέστειλεν. *Ἰούδας βασιλεύς μου, Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου.* Τούτων δὲ, φησὶν, ἐν πρώτοις καὶ ἐν ἀρχῇ τῆς κλήσεως παραλαμβανομένων, οὐδὲ οἱ τῶν ἀλλοφύλων B χείρους ἀλλότριοί μου καταστήσονται, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν Μωὰβ, τὸν ἀπηγορευμένον παραβάλλειν εἰς Ἐκκλησίαν Κυρίου προσλήψομαι καὶ ὑποδέξομαι. Τοῦτο γὰρ ἐλπίζω. *Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου.* Λευκότερον δὲ καὶ σαφέστερον τὴν διάνοιαν ἡρμήνευσεν ὁ Ἀκύλας καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις· παρ' οἷς εἴρηται, *Μωὰβ λέβης τοῦ λουτροῦ μου*, τουτέστι, *δοχεῖον τοῦ λουτροῦ μου·* ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ἔσται*, φησὶν, *ὁ Μωὰβ λέβης ἀμεριμνίας μου.* Οἶδα δὲ ἐγὼ ἀκούσας λόγον ἐν ἀποῤῥήτῳ παραδεδομένον ὑπό τινος Ἑβραίου εἰς τοὺς τόπους· μυστικῶς γὰρ ἔφασκε δηλοῦσθαι διὰ τῶν προκειμένων τὴν κατὰ σάρκα τοῦ Χριστοῦ γέννησιν ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Μωὰβ παραληφθεῖσαν διὰ τὴν Μωαβῖτιν Ῥοὺθ, ἀφ' ἧς γίνεται καὶ Δαυῒδ ὁ βασιλεὺς, οὗ ἐκ σπέρματος τὸ κατὰ σάρκα C ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ γεγέννηται, ὁ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰωάννου βάπτισμα καὶ τὸ λουτρὸν τὸ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ παρεληλυθώς. *Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου.* Δοκεῖ μοι ὁ Θεὸς διὰ τούτων καὶ τῷ Μωὰβ ἐπαγγέλλεσθαι τὴν χάριν τῆς κλήσεως, οὐκ ἄλλως ἢ διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας. Ἐπειδὰν δὲ τῷ Μωὰβ τοιαῦτα ἐπαγγέλληται, ἡμῖν καταλιμπάνει νοεῖν καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν τὰ ὅμοια. Ὅτε γὰρ ἡ προφητεία τοὺς Μωαβίτας προσίεται, τοὺς πάλαι ἀπηγορευμένους, δῆλον, ὅτι δι' ἐκείνων καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν ἀγαθὰς ἐλπίδας ὑπογράφει.

VERS. 11-14. *In Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ subditi sunt. Quis deducet me in civitatem munitionis; aut quis deducet me usque in Idumæam? Nonne tu, qui repulisti nos, et non egredieris, Deus, in virtutibus nostris? Da nobis auxilium de tribulatione, et vana salus hominis. In Deo faciemus virtutem, et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.* Id est, Ascendam et ambulabo inter gentes. Idumæi namque ab Esau illo exoso oriundi erant, de quo dictum est: *Nonne frater erat Esau Jacob, dicit Dominus*[83]? et *Jacob dilexi, Esau autem odio habui*[84]. Extendam igitur, inquit, calceamentum meum, non amplius in Israel, non in Judæam terram, non in Jerosolyma tantum, sed in illam ipsam odiosam regionem. Ascendam itaque ad illos olim inimicos, atque eos amicorum loco habebo. *Mihi alienigenæ subditi sunt.* Pro quo Aquila quidem ait, *Cum Philisthæis amicitiam inibo;* quinta autem

Ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐπιβαλῶ τὸ ὑπόδημά μου, ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν. Τίς ἀπάξει με εἰς πόλιν περιοχῆς, ἢ τίς ὁδηγήσει με ἕως τῆς Ἰδουμαίας; Οὐχὶ ὁ ἀπωσάμενος ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ, ὁ Θεὸς, ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν; Δὸς ἡμῖν D βοήθειαν ἐκ θλίψεως, καὶ ματαία σωτηρία ἀνθρώπου. Ἐν τῷ Θεῷ ποιήσομεν δύναμιν, καὶ αὐτὸς ἐξουδενώσει τοὺς θλίβοντας ἡμᾶς. Τουτέστιν, Ἐπιβήσομαι καὶ ἐμπεριπατήσω τοῖς ἔθνεσιν. Ἰδουμαῖοι γὰρ ἦσαν οἱ ἀπὸ τοῦ μεμισημένου Ἡσαῦ, περὶ οὗ λέλεκται· *Οὐκ ἀδελφὸς ἦν Ἡσαῦ τοῦ Ἰακώβ; λέγει Κύριος·* καὶ, *Τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἡσαῦ ἐμίσησα.* Ἐπιβαλῶ οὖν, φησὶ, τὸ ὑπόδημά μου, οὐκέτι ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, οὐδὲ ἐπὶ τὴν Ἰουδαίας γῆν, οὐδὲ ἐπὶ μόνα τὰ Ἱεροσόλυμα, ἀλλ' ἐπ' αὐτὴν ἐκείνην τὴν τοῦ μεμισημένου χώραν. Ἐπιβήσομαι οὖν τοῖς πάλαι ἐχθροῖς, ἐν χώρᾳ φίλων κατατάσσων αὐτούς. *Ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν.* Ἀνθ' οὗ ὁ

[83] Malach. I, 2. [84] ibid. 3

μὲν Ἀκύλας φησὶν, *Ἐπὶ Φυλισταίους συνεταιρισθήσομαι*· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις, *Ἐπὶ τοὺς ἀλλοφύλους ἐντιμωθήσομαι*· ὁ δὲ νθ' ψαλμὸς, *Ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν*. Γνώσεως δὲ Θεοῦ καὶ φιλίας καὶ ἑταιρείας καὶ ἀγάπης σημεῖον τὸ ὑποταγῆναι αὐτῷ τοὺς πάλαι ἀνυποτάκτους, καὶ ἀλλοτρίους μὲν τοῦ Θεοῦ, ὑποχειρίους δὲ δαίμοσι πονηροῖς.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ. ΡΗ'.

Ὁ Θεὸς, τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς· ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη. Ἐλάλησαν κατ' ἐμοῦ γλώσσῃ δολίᾳ, καὶ λόγοις μίσους ἐκύκλωσάν με, καὶ ἐπολέμησάν με δωρεάν. Συνήθως καὶ ἐν τούτῳ ἀντὶ τοῦ, *εἰς τὸ τέλος*, ὁ μὲν Ἀκύλας, *τῷ νικοποιῷ*, ἐκδέδωκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος *ἐπινίκιον* εἴρηκε· μονονουχὶ διδάσκοντος ἡμᾶς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅτι δὴ ἐπὶ τοῖς B ἐπινικίοις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ τοῖς κατὰ τοῦ θανάτου τροπαίοις, καὶ τὰς παρούσας φωνὰς ἐγκαταλέγειν προσήκει, ἐν αἷς ὁ ἀνθρώπινος αὐτοῦ παρίσταται βίος, καὶ ἡ ὑπομονὴ τῶν παθημάτων. *Ὁ Θεὸς, τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς· ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη. Ἐλάλησαν κατ' ἐμοῦ γλώσσῃ δολίᾳ, καὶ λόγοις μίσους ἐκύκλωσάν με, καὶ ἐπολέμησάν με δωρεάν.* Ὁ παρὼν ψαλμὸς ἀναφέρεται εἰς πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ, τὰ πάθη περιέχων αὐτοῦ. Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ ἡ Γραφὴ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων, ἔνθα ὁ Πέτρος, τῆς τοῦ προδότου Ἰούδα ἐκπτώσεως μνημονεύσας, καὶ παραινέσας ἕτερον δεῖν παραληφθῆναι εἰς τὸν τῶν ιβ' ἀποστόλων ἀριθμὸν, C μαρτυρίᾳ κέχρηται προφητικῇ ἐν τῷ προκειμένῳ ψαλμῷ φασκούσῃ· *Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος*· ὥστε κατὰ τὴν Πέτρου διδασκαλίαν περὶ τοῦ Ἰούδα αὐτὴν ταύτην εἰρῆσθαι τὴν φωνὴν, καὶ τὰς λοιπὰς ἐν τῷ ψαλμῷ φερομένας. Ὁ τοίνυν Σωτὴρ διὰ τῶν προκειμένων ἀρχόμενος ἀνθρωπίνως, ὡς γενόμενος ἄνθρωπος, μείνας δὲ Θεὸς, ὅπερ ἦν, ἱκετεύει τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα μὴ κατορθῶσαι τοὺς ἐπιβουλεύοντας τῇ ἑαυτοῦ σπουδῇ. Σπουδὴ δὲ αὐτοῦ πᾶσα ἦν σβέσαι μὲν ἐξ ἀνθρώπων πᾶσαν εἰδωλολατρείαν, αἴνεσιν δὲ τῷ Πατρὶ καταστήσασθαι ἐπὶ τῆς γῆς· ὃ δὴ ἐν ἑτέροις διδάσκει λέγων· *Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.* D Οἱ δὲ εἰς θάνατον αὐτῷ ἐπιβουλεύοντες κατασιγάσαι ταύτην αὐτὴν τὴν αἴνεσιν καὶ κατασιωπῆσαι σπουδὴν ἐποιοῦντο. Ἀλλὰ σὺ, φησὶν, ὦ Πάτερ, μὴ συγχωρήσῃς ἀποσιωπηθῆναι τὴν αἴνεσίν μου, τὴν εἰς τὴν σὴν τιμὴν καὶ δόξαν σπουδαζομένην. *Ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη.*

A editio, *apud allophylos honorabor;* quinquagesimus vero nonus psalmus habet, *Mihi alienigenæ subditi sunt.* Notitiæ vero Dei et amicitiæ et societatis et dilectionis signum est, ipsi subjici eos, qui olim inobsequentes et Deo alieni erant, pravisque dæmonibus subditi.

1. IN FINEM, PSALMUS IPSI DAVID. CVIII.

VERS. 2, 3. *Deus, laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Locuti sunt adversum me lingua dolosa, et sermonibus odii circumdederunt me, et oppugnaverunt me gratis.* In hoc item de more pro illo, *in finem*, Aquila, *victoriæ auctori*, Symmachus vero, *triumphale*, edidit. Spiritu sancto tantum non docente nos, in triumphalibus Salvatoris nostri et tropæis de morte partis, has voces proferre debere, in quibus humana ejus vita et tolerantia cruciatuum declaratur. *Deus, laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Locuti sunt adversum me lingua dolosa, et sermonibus odii circumdederunt me, et oppugnaverunt me gratis.* Præsens quippe psalmus refertur ad personam Christi, utpote qui passiones ejus complectatur, ut testificatur Actuum apostolorum Scriptura, ubi Petrus cum proditoris Judæ lapsum memorasset, ac monuisset alium ad duodecim apostolorum numerum complendum aggregari oportere, testimonio usus est prophetico, ut in præsenti psalmo habetur: *Fiat habitatio ejus deserta, et non sit qui inhabitet in ea, et episcopatum ejus accipiat alter*[83]; ita ut secundum Petri doctrinam hæc vox de Juda prolata sit, ut et cæteræ in hoc psalmo expressæ. Salvator igitur ab allatis vocibus humano more orsus, utpote homo factus, manens tamen Deus ut erat, Patrem obsecrat ne insidiatores consilio suo officiant; consilium autem ejus totum erat, ut ex hominibus idololatriam omnem exstingueret, Patri vero laudem in terra constitueret: quod item alibi docet his verbis: *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te*[84]. Qui autem vitæ ejus insidias parabant, summo studio satagebant ut hæc ipsa laus silentio prorsus mitteretur. Verum tu, inquit, Pater, ne sinas laudem taceri meam, quæ in honorem et gloriam tuam concinnatur. *Quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est.* Os autem peccatoris et os dolosi potissimum erat os Pharisæorum et Scribarum, qui cum hypocrisi ipsum Magistrum et Rabbi vocabant; præsertim autem Judæ, qui Salvatorem et Dominum suum osculo prodidit.

Στόμα δὲ ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου μάλιστα μὲν καὶ πᾶν τὸ τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων ἐτύγχανε, τῶν μεθ' ὑποκρίσεως αὐτὸν Διδάσκαλον καὶ Ῥαββὶ ἀποκαλούντων, ἐξαιρέτως δὲ τοῦ Ἰούδα, ὃς τὸν ἑαυτοῦ Σωτῆρα καὶ Κύριον φιλήματι προεδίδου.

Ἐλάλησαν κατ' ἐμοῦ γλώσσῃ δολίᾳ, καὶ λόγοις μίσους ἐκύκλωσάν με, καὶ ἐπολέμησάν με δωρεάν. Ἀντὶ τοῦ *ἀγαπᾶν με ἐνδιέβαλλόν με*·

VERS. 4. *Locuti sunt adversum me lingua dolosa, et sermonibus odii circumdederunt me, et oppugnaverunt me gratis. Pro eo ut me diligerent, detrahe-*

[83] Act. I, 20. [84] Psal. XXI, 23.

bant mihi : ego autem orabam. Cum enim illum, utpote beneficum, ac non corporum modo, sed etiam animarum medicum diligere debuissent, illi contra calumnias adversus eum conflabant.

VERS. 5. *Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi : ego autem orabam. Et posuerunt adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea :* discipulos meos tantum non opere docens quales esse debeant, si quando in paria incidant. Quia vero in medio dicitur, *Ego autem orabam*, sed quænam pro illis precaretur scripto non traditur : quispiam non incommode dixerit, ipsum hæc quæ jacent pro illis etiam precatum esse, quæ doctrinæ ipsius affinia erant dicentis : *Orate pro lædentibus et persequentibus vos* [87]. *Et posuerunt adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea.* Hac de re dicendum nihil, cum historia evangelica multitudinem beneficiorum, quæ incarnatus hominibus impertiit, complectatur, cum scilicet curaret omnem eorum languorem et infirmitatem.

VERS. 6-10. *Constitue super eum peccatorem, et diabolus stet a dextris ejus.* Qui etiam ipsum enervavit, ac omnibus, quæ prius in dextra animæ suæ parte possidere videbatur, ipsum spoliavit. *Cum judicatur, exeat condemnatus, et oratio ejus fiat in peccatum. Fiant dies ejus pauci, et episcopatum ejus accipiat alter : fiant filii ejus orphani, et uxor ejus vidua. Nutantes transferantur filii ejus, et mendicent, ejiciantur de habitationibus suis.* Verisimile est hæc reipsa ac secundum nudam litteram contra proditorem post suspensionem ejus completa fuisse; ita ut filii quidem ejus orphani essent, et uxor ejus vidua, cæteraque omnia quæ recensentur ad litteram finem sortirentur, et prædictio Salvatoris nostri, qui hæc futura in psalmo prænuntiabat, vera deprehenderetur. Hæc item intelligas populo Judaico post insidias in Christum structas accidisse. Nam paucis elapsis post crucem annis, tota gens sedibus pulsa est : atque illi quidem interfecti sunt, mulieres vero cum liberis in servitutem actæ sunt.

VERS. 11-13. *Scrutetur fenerator omnem substantiam ejus, et diripiant alieni divitias eorum. Non sit illi susceptor, nec sit miserator pupillis ejus. Fiant nati ejus in interitum, in generatione una deleatur nomen ejus.* Symmachus vero sic, *Colligat exactor omnia quæ sunt ipsi.* Exactores autem Romanorum imperatores sunt, impositum vectigal exigentes. Hi porro omnia Judæorum bona diripuerunt, accurate omnia scrutantes, ita ut occulta etiam invenirent sibique vindicarent. His vero gestis, postquam inimici bona ipsorum inter se diviserint, nemo iis adjutor erit, nec eorum filiis parcetur. Deinde quadraginta nondum elapsis annis, Judæorum populus internecione deletus est

[87] Matth. v, 44.

A ἐγὼ δὲ προσηυχόμην. Δέον γὰρ ἀγαπᾷν ὡς εὐεργέτην, καὶ μὴ μόνον τῶν σωμάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν ἰατρόν· οἱ δὲ διαβολὰς ἔῤῥαπτον κατ' αὐτοῦ.

Ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾷν με ἐνδιέβαλλόν με· ἐγὼ δὲ προσηυχόμην. Καὶ ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου· μονονουχὶ καὶ τοὺς ἐμοὶ μαθητευομένους ἔργῳ διδάσκων ὁποίους καὶ αὐτοὺς εἶναι προσήκει, εἴ ποτε τοῖς ὁμοίοις περιπίπτοιεν. Ἐπεὶ δὲ μέσως εἴρηται τό· *Ἐγὼ δὲ προσηυχόμην·* τίνα δὲ ἦν ἃ προσηύχετο καὶ ὑπὲρ ἐκείνων, οὐκ ἐμφέρεται· εἴποι δ' ἄν τις εἰκότως, ὅτι ταῦτα προσηύχετο καὶ ὑπὲρ ἐκείνων, ἃ δὴ σύμφωνα ἦν ταῖς αὐτοῦ διδασκαλίαις, δι' ὧν ἔφασκε· *Προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων καὶ διωκόντων*
B *ὑμᾶς. — Καὶ ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου.* Περὶ τούτων οὐδὲν δεῖ λέγειν, τῆς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἱστορίας περιεχούσης τὸ πλῆθος τῶν εὐεργεσιῶν ὧν ἐνανθρωπήσας αὐτοῖς παρεῖχε, θεραπεύων αὐτῶν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν.

Κατάστησον ἐπ' αὐτὸν ἁμαρτωλὸν, καὶ διάβολος στήτω ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ. Ὁ καὶ σκελίσας αὐτὸν, πάντα ἃ πρότερον ἐδόκει κεκτῆσθαι δεξιᾷ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἀποσυλήσας. *Ἐν τῷ κρίνεσθαι ἐξέλθοι καταδεδικασμένος, καὶ ἡ προσευχὴ αὐτοῦ γενέσθω εἰς ἁμαρτίαν. Γενηθήτωσαν αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὀλίγαι, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος. Γενηθήτωσαν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ὀρφανοὶ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ χήρα· σαλευόμενοι μεταναστήτωσαν οἱ*
C *υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ ἐπαιτησάτωσαν· ἐκβληθήτωσαν ἐκ τῶν οἰκοπέδων αὐτῶν.* Εἰκὸς καὶ ῥητῶς κατὰ ψιλὴν τὴν λέξιν ταῦτα πάντα πεπληρῶσθαι κατὰ τοῦ προδότου μετὰ τὴν ἀνάρτησιν αὐτοῦ, ἅμα μὲν ὀρφανῶν γενομένων αὐτοῦ τῶν παίδων, ἅμα δὲ καὶ τῆς γυναικὸς ἐν χηρείᾳ καταστάσης, καὶ τῶν ἑξῆς κατalεχθέντων ἁπάντων πρὸς λέξιν τέλος εἰληφότων, ὡς ἀληθεῦσαι τὴν πρόῤῥησιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διὰ τοῦ ψαλμοῦ ταῦτα ἔσεσθαι. Νοήσεις δὲ ταῦτα καὶ ἐπὶ τοῦ λαοῦ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους κατὰ λέξιν πεπληρωμένα μετὰ τὴν εἰς τὸν Χριστὸν ἐπιβουλήν· Ὀλίγων γὰρ μετὰ τὸν σταυρὸν διελθόντων ἐτῶν, ἄστατον ἅπαν τὸ ἔθνος ἐγένετο· καὶ οἱ μὲν ἀνῃρέθησαν, αἱ δὲ τούτων γυναῖκες μετὰ τῶν παίδων ἐξηνδραποδίσθησαν.

D *Ἐξερευνησάτω δανειστὴς πάντα ὅσα ὑπάρχει αὐτῷ· καὶ διαρπασάτωσαν ἀλλότριοι τὸν πλοῦτον αὐτῶν. Μὴ ὑπαρξάτω αὐτῷ ἀντιλήπτωρ, μηδὲ γενηθήτω οἰκτίρμων τοῖς ὀρφανοῖς αὐτοῦ. Γενηθήτω τὰ τέκνα αὐτοῦ εἰς ἐξολόθρευσιν, ἐν γενεᾷ μιᾷ ἐξαλειφθείη τὸ ὄνομα αὐτοῦ.* Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτω, *Συγκρούσαι πράκτωρ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ.* Πράκτορες δὲ καὶ οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς τὸν ἐπικείμενον εἰσπραττόμενοι φόρον. Οὗτοι δὲ τὰ Ἰουδαίων διήρπασαν, ἅπαντα ἀκριβῶς ἐρευνήσαντες, ὡς καὶ τὰ κεκρυμμένα εὑρεῖν τε καὶ σφετερίσαι. Τούτων δὲ γενομένων, καὶ τῶν πολεμίων τὰ τούτοις προσήκοντα διανεμομένων, οὐδεὶς αὐτοῖς ἐπίκουρος ἔσται, οὐδὲ φειδοῦς αὐτῶν οἱ παῖδες ἀξιωθήσονται. Εἶτα μ' οὐ διελθόντων ἐτῶν, πανολεθρίαν ὑπέμεινεν ὁ Ἰουδαίων λαός.

A *Ἀναμνησθείη ἡ ἀνομία τῶν πατέρων αὐτοῦ ἔναντι Κυρίου, καὶ ἡ ἁμαρτία τῆς μητρὸς αὐτοῦ μὴ ἐξαλειφθείη. Γενηθήτω ἐναντίον Κυρίου διαπαντὸς, καὶ ἐξολοθρευθείη ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν, ἀνθ' ὧν οὐκ ἐμνήσθη ποιῆσαι ἔλεος.* Πατέρων ἀρετὴ πολλάκις καὶ πλημμελήσαντας ὤνησε παῖδας, ὡς τοὺς Ἰουδαίους τοῦ Ἀβραὰμ ἡ πίστις, ὡς τὸν Σολομῶντα τοῦ Δαυῒδ ἡ εὐσέβεια· πονηρία δὲ πατέρων τοῖς ὁμοίοις παισὶν ἐπαύξει τὴν τιμωρίαν· οὐδεμία γὰρ οὐδαμόθεν εὑρίσκεται φειδοῦς ἀφορμή. *Ἀναμνησθείη ἡ ἀνομία τῶν πατέρων αὐτοῦ ἔναντι Κυρίου.* Πατέρας δὲ αὐτῶν καλεῖ τοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ δυσσεβείᾳ χρησαμένους, τοὺς ἐπὶ τῶν κριτῶν, B τοὺς ἐπὶ τῶν βασιλειῶν, τοὺς μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον παρανομίᾳ συζήσαντας. *Καὶ ἡ ἁμαρτία τῆς μητρὸς αὐτοῦ μὴ ἐξαλειφθείη.* Μητέρα δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾗ τῆς κατὰ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ μιαιφονίας ἐτολμήθη τὸ μύσος. *Γενηθήτω ἐναντίον Κυρίου διαπαντὸς, καὶ ἐξολοθρευθείη ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν, ἀνθ' ὧν οὐκ ἐμνήσθη ποιῆσαι ἔλεος.* Πάντα, φησὶ, τὰ ὑπ' αὐτῶν τολμηθέντα παράνομα ἀεὶ θεώμενος ὁ Θεὸς, οὐδεμιᾶς αὐτοὺς ἀξιώσει φειδοῦς, ἀλλὰ πανολεθρίᾳ παραδώσει. Καὶ ἐντεῦθεν μέντοι δῆλον, ὡς οὐ περὶ μόνου τοῦ Ἰούδα, ἀλλὰ περὶ πάντων τῶν ἠπιστηκότων Ἰουδαίων λέγει· ἀπὸ γὰρ ἑνικοῦ προσώπου ἐπὶ τὸ πληθυντικὸν τὸν λόγον μετήνεγκεν· οὐκέτι γὰρ εἶπεν, *αὐτοῦ*, ἀλλ', *αὐτῶν*.

VERS. 14-16. *In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini, et peccatum matris ejus non deleatur. Fiat contra Dominum semper, et dispereat de terra memoriale eorum, pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.* Patrum virtus sæpenumero etiam filiis peccantibus profuit, ut fides Abrahæ Judæis, Davidis pietas Salomoni : sed pravitas parentum filiis similibus pœnam adauget; ex nullo quippe loco aliqua miserendi occasio reperitur. *In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini.* Patres autem eorum vocat illos, qui in deserto impie se gesserunt, qui tempore judicum et regum, quique post reditum ex Babylonia inique vixerunt. *Et peccatum matris ejus non deleatur.* Matrem vero vocat Jerosolymam, in qua cruentum contra Dominum Christum facinus perpetrare ausi sunt. *Fiat contra Dominum semper, et dispereat de terra memoriale eorum, pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.* Cum omnia, inquit, ab eis admissa scelera Deus semper intueatur, nulla ipsos venia dignabitur, sed internecioni tradet. Atque hinc palam est, non de solo Juda, sed de omnibus incredulis Judæis hæc dici : nam a singulari persona ad multos sermonem transtulit; non enim jam dicit, *ejus*, sed, *eorum*.

C *Καὶ κατεδίωξεν ἄνθρωπον πένητα καὶ πτωχὸν, καὶ κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ τοῦ θανατῶσαι·* τουτέστι πεπληγμένον δι' ἃς ἑώρα ἐν αὐτοῖς παρανομίας. Ὅθεν καὶ πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἔλεγε κλαίων αὐτήν· *Εἰ ἔγνως καὶ σὺ τὰ πρὸς εἰρήνην σοι· νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν σου.* Ἐθανάτωσε δὲ αὐτὸν, αἴτιος γενόμενος τοῦ εἰς θάνατον παραδοθῆναι. *Καὶ ἠγάπησε κατάραν, καὶ ἥξει αὐτῷ· καὶ οὐκ ἠθέλησεν εὐλογίαν, καὶ μακρυνθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ ἐνεδύσατο κατάραν ὡς ἱμάτιον, καὶ εἰσῆλθεν ὡς ὕδωρ εἰς τὰ ἔγκατα αὐτοῦ, καὶ ὡσεὶ ἔλαιον ἐν τοῖς ὀστέοις αὐτοῦ. Γενηθήτω αὐτῷ ὡς ἱμάτιον ὃ περιβάλλεται, καὶ ὡσεὶ ζώνη ἣν διαπαντὸς περιζώννυται. Τοῦτο τὸ ἔργον τῶν διαβαλλόντων με παρὰ Κυρίου, καὶ τῶν λαλούντων πονηρὰ κατὰ τῆς ψυχῆς μου.* Τῆς προφητείας D λεγούσης εἰς πρόσωπον τοῦ Σωτῆρος· *Οἱ εὐλογοῦντές σε εὐλόγηνται, καὶ οἱ καταρώμενοί σε κεκατήρανται,* ὅπως μὲν οἱ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τὸν Θεὸν δι' αὐτοῦ ἐπιγνόντες, καὶ πιστεύσαντες εἰς αὐτὸν, τῆς ἐκ Θεοῦ καταξιοῦνται εὐλογίας, ὡς πληθύνειν καὶ αὔξειν, καὶ τὰ σύμπαντα πληροῦν τὴν Χριστοῦ Ἐκκλησίαν, τοῖς πᾶσι τυγχάνει πρόδηλον· ὅπως δὲ Ἰουδαῖοι, ἀρώμενοι αὐτὸν καὶ βλασφημοῦντες ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας, τὴν ἐκ Θεοῦ κατάραν εἰς ἑαυτοὺς ἐπισπῶνται, καὶ τοῦτο δῆλον ἀπὸ τοῦ μὴ ἆραι κεφαλὴν, μηδὲ ἀνανεῦσαι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῆς.

VERS. 17-20. *Et persecutus est hominem inopem et mendicum, et compunctum corde mortificare,* id est, percussum ob iniquitates quas in ipsis videbat. Quare Jerosolymam deflens dixit ei : *Si cognovisses et tu quæ ad pacem tibi : nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis*[88]. Mortificavit autem ipsum, quia in causa fuit cur ad mortem traderetur. *Et dilexit maledictionem, et veniet ei; et noluit benedictionem, et elongabitur ab eo. Et induit maledictionem sicut vestimentum, et intravit sicut aqua in interiora ejus, et sicut oleum in ossibus ejus. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, et sicut zona, qua semper præcingitur. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi a Domino, et qui loquuntur mala adversus animam meam.* Cum prophetia de persona Salvatoris dicat : *Qui benedixerint te benedicti sunt; et qui maledixerint te maledicti sunt*[89]; quomodo quidem ii qui in toto orbe Deum per ipsum cognoverunt, ac in ipsum crediderunt, Dei benedictione dignentur; ita ut multiplicentur et augeantur, et Ecclesia Christi omnia impleat, propalam omnibus est : quomodo autem Judæi, qui in ipsum quotidie maledicta et blasphema verba proferunt, Dei maledictionem sibi ipsis attrahant, etiam hoc manifestum est ex eo quod caput non attollant, neque emergant, ex quo tempore Salvatori nostro insidias struxerunt.

Καὶ σὺ, Κύριε, ποίησον μετ' ἐμοῦ ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, ὅτι χρηστὸν τὸ ἔλεός σου. Ῥῦσαί

VERS. 21-24. *Et tu, Domine, fac mecum propter nomen tuum, quia suavis est misericordia tua. Li-*

[88] Luc. XIX, 42. [89] Gen. XXVII, 29.

bera me, quia egenus et pauper ego sum, et cor meum conturbatum est intra me. Sicut umbra cum declinat ablatus sum, excussus sum sicut locustæ. Genua mea infirmata sunt a jejunio, et caro mea immutata est propter oleum. Cum de animarum tam proditoris quam insidiatorum pernicie, necnon de totius Judaicæ gentis repudiatione admodum sollicitus sit, utpote hominum amans; se eorum causa turbari profitetur : quare ait, *Et cor meum conturbatum est intra me.*

VERS. 25-29. *Et ego factus sum opprobrium illis : viderunt me, et moverunt capita sua. Adjuva me, Domine Deus meus, et salvum me fac secundum misericordiam tuam. Et sciant quia manus tua hæc, et tu, Domine, fecisti eam.* In resurrectione a mortuis, manus Dei, id est unigenitum ejus Verbum, innotuit, et is qui hactenus plurimis latuerat, apparuit; quando nempe ipse volens *sustinuit crucem, confusione contempta* [90], atque idem corpus suum suscitavit, cum sit dextera et virtus Patris. *Sciant* igitur, ait, *quia manus tua hæc*, quam opprobriis et cachinnis traducunt, *et tu, Domine, fecisti eam :* quod tibi placuerit ut ea corpus assumeret. Nam manus Dei est ejus virtus omnium effectrix, quæ non alia est a Dei Verbo, per quod omnia facta sunt. *Maledicent illi, et tu benedices. Qui insurgunt in me confundantur : servus autem tuus lætabitur.* Ad hanc usque diem perseverant Judæi Servatorem blasphemis dictis impetere : at illis blasphema proferentibus, splendidior quotidie prædicatio evadit. *Induantur qui detrahunt mihi pudore, et operiantur sicut diploide confusione sua.* Judæi namque post insidias adversus Christum, Dei providentia destituti, pudore circumfusi sunt : Salvator autem et Dominus noster lætitia ad hoc usque tempus impletur, Ecclesia per totum orbem in nomine ejus constituta. *Servus autem tuus lætabitur.* Neque alio modo et sententia servi nomen hic accipere necesse est : divinum quippe Paulum audimus hæc dicentem : *Semetipsum exinanivit formam servi accipiens* [91]; ipseque per Isaiam clamat : *Sic dicit Dominus formans me ex utero servum sibi* [92]. *Induantur qui detrahunt mihi pudore, et operiantur sicut diploide confusione sua.* Hoc autem ediscas, si consideres qua mente sint Judæi, videntes quidem veneranda et sancta sua funditus deleta; illius vero, qui ab ipsis ignominia affectus, ac in crucem et mortem traditus est, sepulcrum studio et honoribus celebrari; Ecclesias vero quæ ejus virtute per totum orbem fundatæ sunt in dies accrescere ac multiplicari, ac cum gloria promoveri. Hæc quippe ipsis oculis cernentes Judæi, qui non confusione et pudore merito induantur?

A *με, ὅτι πτωχὸς καὶ πένης εἰμὶ ἐγὼ, καὶ ἡ καρδία μου τετάρακται ἐντός μου. Ὡσεὶ σκιὰ ἐν τῷ ἐκκλῖναι αὐτὴν ἀντανῃρέθην, ἐξετινάχθην ὡσεὶ ἀκρίδες. Τὰ γόνατά μου ἠσθένησαν ἀπὸ νηστείας, καὶ ἡ σάρξ μου ἠλλοιώθη δι' ἔλαιον.* Φροντίζων περὶ τῆς ἀπωλείας τῶν ψυχῶν αὐτῶν, αὐτοῦ τε ἐκείνου τοῦ προδότου καὶ τῶν τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῷ συνεσκευασμένων, περί τε τῆς ἀποβολῆς καὶ ἀποπτώσεως τοῦ παντὸς Ἰουδαϊκοῦ ἔθνους, ταράττεσθαι ὡς φιλάνθρωπος ὑπὲρ αὐτῶν ὁμολογεῖ· Διό φησι· *Καὶ ἡ καρδία μου τετάρακται ἐντός μου.*

